C. 45. e.

2 2 2

Digitized by Google

R-3-I-9

ADMODVM R.^di P. Fr.

IGNATII COUTINO

Ordinis F.F. Prædicatorum
S. Theologiæ Licentiati,

CONCIONES,

Quas ex Idiomate Hispanico in Latinum transtulit
R.P.F. HENRICVS HECHTERMANS
S. Theologiæ Licentiatus & Professor
ejusdem Ordinis, Conventûs
Mosæ-trajectensis,
& Dedicavit Illmo & Excell.^mo Domino D.
GODEFREDO COMITI DE HVYN.
IN GELEEN. etc.

tomi tres.

editio secunda auctior

Coloniæ, ex Officina Ioannis Busæi,
sub signo Monocerotis. MDC.LXI.

Cum Privilegio Cæsareo et Regis Hispaniarum.

Google

Digitized by Google

8-3-I-v

R. P. F.

IGNATII COUTIÑO

ORDINIS FF. PRÆDICATORVM
S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

MARIALE,

Sivè Conciones ſuper Evangelia Feſtivitatum
Sacratiſſimæ Virginis MARIÆ,

Quas ex Idiomate Hiſpanico in Latinum tranſtulit R. P. F. HENRICUS HEGHTERMANS,
Ordinis FF. Prædicatorum S. Theologiæ Licentiatus, & Profeſſor
Conventûs Moſæ-trajectenſis.

TOMVS PRIMVS

Cum Quadruplici Indice : I. Tractatuum & Conſiderationum. II. Locorum S. Scripturæ, III. Rerum maximè memorabilium. IV. Concionum de Tempore & Feſtis totius Anni.

Editio ſecunda auctior & Correctior.

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Apud JOANNEM BUSÆUM Bibliopolam ſub Monocerote
M. DC. LXI.
Cum Privilegiis Cæſareo & Regiis Hiſpaniarum.

Digitized by Google

8.3.I.2

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D. GODEFRIDO,

COMITI DE HVYN, IN GELEEN, ORDINIS TEUTONICI B. M. JEROSOLYMITANÆ EQUITI, ET TRIGESIMO sexto commendatori Provinciali Balliviæ de Veteribus Juncis, Baroni de Gemert, Grotrode, S. Petro ad Furam, Domino de Ordinghen, Hœselt, &c. S. Cæsareæ Majestatis Camerario, Consiliario Bellico, & Campi-Mareschallo, &c.

DOCTISSIMUM hoc nostrum sæculum, ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME DOMINE, vidit perplures ex Sacro nostro Prædicatorum Ordine in omni Doctrinarum, & Facultatum genere exercitatissimos Viros, inter quos non infimum locum tenet hic noster non minùs Sapiens, quàm Disertus admodum R. P. F. IGNATIUS COUTINNO, quem cùm ex Hispanico in Latinum, ut omnibus serviret ac prodesset, non parvo labore convertissem, & in lucem edere vellem, jamque quasi parturirem, venenosos Zoilorum dentes prævidens, de Patrono, & Genio tutelari, qui hunc meum litterarium fœtum, & renascentem prolem adversùs quosvis morsus suâ authoritate protegeret, ac propugnaret, cogitare cœpi: & è vestigio, ipso Numine procul dubio ita disponente, sese mihi obtulit benevolentissimus tuus vultus, qui statim animum meum ita rapuit, ita occupavit; ut nequaquàm aliò me deflectere potuerim, nec debuerim; quia tu es qui id vales, & pro tuâ pietate voles: Ita necdum auguror, sed planè confido; ita enim Natales tui loquuntur, ita singulæ qualitates tuæ urgent, ita omnia tua rectè facta clamant. Quid enim? A duobus commendari solent mortales, à nobilitate stirpis, & ab animi generositate. Quandò duo illa tam rara dona in uno homine unita reperiuntur, justum est immortali Deo immortales agere gratias, qui eum reddidit talem, ut sit his admirationi, illis æmulationi. Verùm enimverò si singularibus illis naturæ dotibus addatur pietas & religio, jam completa est laudatio, & perindè est, ac si divitem adamantem, aut pretiosum unionem auro inseras.

Annales Ecclesiastici celebrant memoriam plurimorum Magnatum, qui majorum suorum vestigiis insistentes, gloriam suam suæ Nobilitati æquiparàrunt, ac deindè Triumphos suos illi consecràrunt, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. Limites epistolæ excederem, ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME DOMINE, & integrum volumen me oporteret conscribere, si hic vellem sigillatim enumerare res generosè gestas, & actis pietatis, ac religionis exercitos ab iis, qui te genuerunt, pepererunt, protulerunt: nempè reddidère se Nobilitatis imaginibus insignes, animi magnitudine memorabiles, & zelo honoris divini suspiciendos.

Sic olim, uti curiosè observat Ægidius Gelenius, cognomen *Huyn* ab Hunnis, Ecclesiæ Patriæque hostibus gloriosè devictis, acceperunt, non minùs, quàm Doctor gentium à Sergio Paulo Proconsule converso, Paulus est dictus, ut ajunt Augustinus & Hieronymus.

Post illos, ut ad recentiora deveniam, inter tuos laudatur *Arnoldus* Proavus tuus, Miles generosus. Claret *Arnoldus* alter, Avus tuus, civitatis Trajectensis, & Ducatus Limburgensis cum suis tribus Appendicibus prudentissimus Gubernator: nec in ullo cedit *Arnoldus* tertius, Pater tuus, Magister peditum magnanimus, vir rarè pietatis, & ergà pauperes misericordiæ. Extollitur & *Guilielmus* Patruus tuus, Regis Catholici adversùs Christianissimum Generalis. Quibus necessariò annumerandi sunt duo Prædecessores tui *Ioannes Huyn* de *Amstenrode* Anno 1526. 10. Jun. designatus Coadjutor Archi-Commendatoriæ Iunciranæ: & *Emundus Huyn de Amstenrode*, novissimus antècessor Commendator Provincialis, vir uti prudentissimus, sic & omnium ore laudatissimus.

Digitized by Google

Hi omnes, ſicut & cæteri majores tui, non modò à militiâ, ſed etiam à religione & pietate commendantur: quò demùm in genere lucidè eminuit Pro-avunculus tuus Eminentiſſimus Dominus *Gerardus à Groesbeeck*, S. Romanæ Eccl. Cardinalis, & Epiſcopus, ac Princeps Leodienſis, ſedulus Paſtor, zeloſus hæreſum extirpator, Romanæ Religionis aſſertor fervens, verus pater patriæ, vir nullo calamo ſatis laudandus. Ex his fortibus & piis originem te trahere, meritò gloriari potes, & eatenùs tibi plurimùm congratulor.

Porrò poſtquàm in Majoribus tuis admirati ſumus tot trophæorum monumenta, totque veræ pietatis teſſeras, omnium virtutum, quibus illi floruerunt, corollarium, & coronidem in te ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME DOMINE, clarè conſpicio; Tu enim illos non tantùm ſecutus, & aſſecutus es, ſed etiam præcucurriſti, & anteceſſiſti: Tu viva imago, vivumque prototypon Majorum tuorum magnorum illorum Heroüm, quorum memoria æternùm durabit.

Nam ut ſingula ſuo ordine recolligam, tu, ut tam nobili familiâ, tamque generoſâ ſtirpe natus es, ita & vultûs ſerenitate, & morum honeſtate, & quarumcumque virtutum ſtudio, atque exercitatione veram Nobilitatem præ te fers, quæ omnia inſignia tua gentilitia aſpicientibus inſigniter portendunt. Quid enim illa alba Crux ex Serpentum conjunctione conflata, niſi columbinæ caſtitatis ſimplicitatem, & ſerpentinæ prudentiæ ſpecimen exhibet? Quid tres illi rubore ſuo ſpectabiles globi, quaquaverſùm volubiles, niſi tuam ab ineunte ætate ergà dilectiſſimos Parentes, & deinceps toto vitæ decurſu ergà Deum, ejuſque mandata, etiam in arduis, promptiſſimam obedientiam? Quid Crux nigra Teutonicæ Equitaturæ imago, niſi mortificationem, omniumque hujus mundi rerum, illecebrarum, honorum contemptum ſignificat? Quid tandem Comitum corona impoſita, niſi gloriæ temporaneæ, æternæque certò ſperandam remunerationem indicat? Quæ omnia, aliaque quæ ſuper inſigniis tuis ſpeculari poſſem animi tui Nobilitatem per illuſtris tuæ Familiæ Nobilitatem docent.

Quid deinceps? An lucernam ſub modio occultâſti? Nequaquàm. Tu enim generoſam animi tui magnitudinem pro Cæſare, & Patriâ, expoſitis manifeſto jacturæ periculo nedùm Fortunæ bonis, quæ ſemper contempſiſti, ſed etiam ſanguine & vitâ multoties liquidò oſtendiſti. Nam poſt Litterarum ſtudia, quæ tam nobilem, quàm militem ornant, animum ad militiam, & arma adjeciſti: ubi ex Milite primùm Vexillifer creatus es, deindè centurio, poſt Vigilum Præfectus Supremus: hinc Magiſtri peditum Vicarius, ſeu locum Tenens, deinceps equitum, ac peditum Magiſter, adhæc generalis vigiliarum Præfectus, non diù poſt Campi-Mareſchalli Vicarius, nec non per circulum Weſtphalicum generalis belli Gubernator; iterùm Supremus Armamentarii Magiſter, denique Cæſarei, ac Bavarici Exercituum Campi-Mareſchallus: in quibus omnibus functionibus, ut verbo dicam, virum te ſemper oſtendiſti. Nempè hoc eſt veri Militis argumentum, hæc gloria, non per ſaltum ab imo ad ſummum repentè elevari; ſed gradatim pro ſingulis heroicis factis, ac meritis ad altiora pervenire.

Inter hæc militiæ, alia non carnalia, ſed ſpiritualia arma ſuggeſſit tibi Apoſtolus, monens ut indueres armaturam Dei, & ſtares adverſùs inſidias diaboli, ſuccinctus lumbos in veritate, indutus loricâ juſtitiæ, & calceatus pedes in præparatione Evangelii, in omnibus ſumens ſcutum fidei ad extinguenda omnia ignea tela nequiſſimi, & galeam ſalutis, & gladium Spiritûs, quod eſt Verbum Dei. *Epheſ. 6.* Quod quidem præſtitiſti, ad ſacram Equitum Teutonicorum militiam te accingens; ubi & pro more, atque obligatione militaris Ordinis non minus contrà inviſibilem, atque etiam domeſticum hoſtem pugnâſti, & viciſti, quàm contrà viſibiles Dei & Imperii inimicos.

Huic porrò florentiſſimo Ordini (ut tantillum de ejus origine inferam) circà annum Domini 1190. initium dedêre viri Bremâ, & Lubecâ, è Regum tamen Daniæ ſanguine, oriundi, qui, Ptolomaide à Frederico Sueviæ Duce Frederici Barboroſſæ Imp. filio obſeſſâ, ægrorum Chriſtianorum militum ſub navium velis in maris littore ad modum papilionum extenſis curam habebant, ſimulque in acie primi erant. Quod cùm Henrico Hieroſolymorum Regi, & prætacto Frederico gratum eſſet, Ordinem hunc procurandis militibus infirmis, & defenſione Terræ Sanctæ hâc conditione inſtituerunt, ut eidem tantùm Nobiles Teutonici adſcriberentur. Quem in finem idem huic Ordini contulit Hoſpitale B. M. Virginis in monte Sion poſitum, in quo Salvator noſter antè ſuam Paſſionem ultimam cœnam peregit, Spiritus S. in Apoſtolos deſcendit, Bma V. Maria ex hoc mundo in cœlum abiit, ubi & S. Helena Eccleſiam ac Hoſpitale pro Germanis, ſepulchrum Domini viſitantibus, in ejuſdem SSmæ Deiparæ honorem extruxit. Ab hoſpitali hoc Mariano hi Equites Milites B. Mariæ Jeroſolymitanæ primum appellati ſunt, & devotiſſimi ejuſdem Cultores, maximè verò Roſarii, ſeu Pſalterii Mariani, quod ſub idem ferè tempus à SSmo noſtro Patre, & Patriarcha Dominico contrà Albigenſes Hæreticos per Franciam & Italiam graſſantes, fructuosè inventum, inſtitutum, & propagatum erat, evaſerunt, eâque devotione vehementer profecerunt; qui deindè à Celeſtino III. Pontifice Maximo, & ab Henrico VI. Imperatore non tantùm confirmati, ſed etiam ab ipſis, eorumque ſucceſſoribus maximis decorati privilegiis, non multò poſt paulatim ex Syriâ, in Pruſſiam, totamque Germaniam, & in haſce partes, ac in veteres lucos venerunt, quo loco ſe fundârunt,

Digitized by Google

runt,& Trajecti Commendatoriam privatam in refugium erexerunt; & ſicut Sereniſſimi Sacri Imperii Principes Maximilianus & Carolus defuncti, hodiè verò Guilielmus Leopoldus Auſtriaci Imperatorum filii & fratres, totius Ordinis fuerunt Magni Magiſtri, ita & hanc Baliviam de veteribus Iuncis primarii, probatiſſimiſque totius patriæ Nobiles, iſque prudentiſſimi ac pientiſſimi adminiſtrârunt, poſt quos tu 36. gloriosè agis, & in omnibus partium tuarum abundè ſatagis. Teſtis eſt Eccleſia Iuncitana, à Cognato Archi-commendatore inchoata, quam perfeciſti, ac pulcherrimis, auroque fulgentibus altaribus, & paramentis exornâſti. Teſtis Chorus Eccleſiæ de Geleen loci patrii, quem à fundamentis extruxiſti. Teſtis tua exemplaris in Deum, Deiparam, ac Sanctos devotio, quâ Dei verbum, & Conciones avidè frequentas, & audis: Sacrum Bmæ Virginis Roſarium impensè amas, & colis, Indulgentias quibuſvis Eccleſiis collatas promereri contendis. Teſtes tot Eleëmoſynæ, tot beneficia paſſim in Eccleſias, loca pia, & pauperes, maximè in Religioſos, collata. Teſtis tandem erit ipſe Deus, qui omne opus bonum, uti rectè ponderat, ita affluenter compenſat.

Hæc quidem generatim me moverunt, ut hunc fœtum, cùm ipſe tueri non poſſim, tibi, ut tutelari Genio præberem, & commendarem defendendum, protegendum, & propugnandum. His acceſſit tuus in Ordinem noſtrum inſignis, & multis titulis declaratus amor, ac nominatim in P. Mag. Fredericum Servatii p. mem. Patrem meum Spiritualem, aliquandò hujus Conventûs noſtri Priorem, & tuum in caſtris Sacellanum majorem. Tandem quaſi violenter impulit tuus in amantiſſimos meos parentes, tuos, tuorumque ſervos, & me quidem humillimum tuum ſemper clientem, affectus. Proindè omni quâ poſſum humilitate, animique ſubmiſſione Illuſtriſſimam & Excellentiſſimam Dominationem tuam rogo, ut hocce munuſculum meum in debitæ gratitudinis perpetuum ſignum acceptare digneris, & quidquid ex ejus parte defuerit, ſupplebo precibus, ac jugibus meis ſacrificiis, quæ quoad vixero, non deſinam continuò Deo Opt. Max. offerre, ut Illuſtriſſimam & Excellentiſſimam Dominationem tuam ad multos, ac fœliciſſimos annos ſervet diu ſanam ſibi & incolumem, nobiſque amicam & favèntem. Ita ex intimis animi medullis voveo, & in perpetuum manebo

Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ Dominationis tuæ

Humillimus Cliens & Servus

F. HENRICUS HECHTERMANS.

Hac 24. Auguſti, Anno 1652. ex Conventu S. Pauli Apoſtoli Ord. FF. Præd. Trajecti ad Moſam.

EIDEM

Digitized by Google

EIDEM ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO MÆCENATI, &c.

Magne Comes, celebrisque Huynnorum gloria ſtirpis,
Ravaq; Teutonici lauaq;, Decusq; Gregis,
Ad te confugiunt hujus pia ſcripta Libelli,
Hunc manibus jugiter volve, tuere tuis.
Ille monet lacrymis ſcelerum detergere ſordes,
Ille monet mundo, criminibusq; mori.
Ille docet variis virtutibus addere dextras,
Ille docet ſuperum Thura, precesq; dare;
Avocat à barathro, triſtuq; voragine ripa,
Et trahit ad celſi regna beata Poli.
Ergo tere hunc manibus, fixoq; hunc lumine luſtra,
Hunc diſce, hunc ſerva, protege; namque potes:
Nemo tibi obſiſtet, Zoïlusq;, momusq; tacebunt,
Et capient iſtum ſerinia cuncta Librum.
Nam tua per longas ſe fundit gloria terras,
Notaq; ſunt cunctis inclyta facta locis.
Spiciunt omnes tam avita inſignia gentis;
Et libet hinc nobis myſtica ſenſa trahi:
Crux nigra, Crux alba ſerpentum è vertice ſtata,
Hinc rubri globuli, deinde corona Comis.
Et video te veſte albâ, tunicâq; talari
Ornatum, & cinctum fulmineo enſe latus.
Hæc quid ſignificant iſthæc inſignia ſigna?
Vel quid hic ornatus; quid ſtola longa notat?
Nempè tua ſeriem vitæ, tua facta celebrant,
Virtutum memorant ſigna, piosq; typos.
Crux nigra myſtica mors, animi Crux alba pudici
Teſſera, quod ſerpit ſit nota tuæ cinis.
Volubiles globuli, promptaq;, humilesq; reſolvunt
Indolis obſequium, rubor amantis opus.
Alba chlamys ſceleris purum, fixumq; Talaris
Indicat, & zelum bellicus enſis habet.
Porrò corona ſapit perfecta pignora vitæ.
Seu mavis ſupera ſplendida ſerta domûs.
Magne Comes GODEFRIDE, *quadrant tibi ſingula bellè,*
Mortuus es mundo, caſtus es, & ſapiens;
Juſſa facis promptè, toſtum eſt tibi pectus amore,
Integer es vitæ, inſtitiæq; tenax;
Zelo ardes, perfecta ambis, quidnam inde ſequetur?
Cum Proavis, & Avis gaudia monte feres.
Hæc quæris, docet illa Codex, hunc volve, tuere,
Arriget ad hunc dextrâm, diriget ille tuam.

Applaudebat Fr. ANTONIUS A CAMPO, Ord. FF. Præd.

Prædicator Generalis ejuſdem Ordinis.

APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.

DAmus licentiam R. P. F. HENRICO HECHTERMANS S. Theol. Licent. Ord. FF. Præd. transferendi ex Hiſpanico in Latinum, & prælo mandandi *Mariale*, *Quadrageſimale*, & *Sanctorale de Continuo*, ejuſdem Ord Datum Antverpiæ 6. Julii 1650.

Fr. JACOBUS VAN DEN HEEDE, *diffi Ordinis per Belgium Provinc.*

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

NEQUE natura ſine arte ſufficit, nec ars per ſe ſine præſidio naturæ, ita quod ars non minus naturalis dici debeat, quàm natura artificioſa. Tria hæc volumina ſermonum, B. M. V. Sanctorum, & Quadrageſimalium, imo tres hos pretioſiſſimos hujus ſæculi Theſauros, à ſublimiſſimis ingeniis, & Prædicatoribus eminentiſſimis, non minus celebratos quàm laudatos admodum Rdus Pater Frater Ignatius Coutinno ſacræ Theologiæ Licentiatus, mei inſtituti ac Ordinis Religioſus compoſuit, & ſua nâturali Luſitanicâ, & partim Hiſpanicâ linguâ elegantiſſimè & ſubtiliſſimè conſcripſit, ſed tanta doctrinæ eminentia, tot conceptuum varietas, tot phraſium elegantia, non benè uni adaptabatur nationi, quæ pluribus, imò omnibus prodeſſe poterat, nec tantus ciborum apparatus tam anguſtæ menſæ convenienter apponebatur, qui totius Mundi circularem menſâm adornare ſufficiebat: Debebant igitur Sermones hi ex Hiſpanicâ, in linguam univerſalem, ſcilicet Latinam, converti, & univerſo Mundo exponi: Hoc ego pium opus in me, ſed periculoſo auſu ſuſcepi, in eoque non meam, ſed Dei, & Authoris gloriam quæſivi, ac ideo ne in minimo quidem puncto ejus honorem læſi, ſed in omnibus, & per omnia opus Authoris eſſe volui. *Ingenuo pudore, quo ornabat ætatem, quid cujus eſſet ſimpliciter confitebatur.* Eleganter ajebat ſanctus Hieronymus de modeſtia Nepotiani. Irrepſerunt nonnullæ additiunculæ hiſce notulis, ad marginem annotatæ ſed revera incaute & inadvertenter: nolui enim in tranſlatione hâc conceptus Authoris variâ paraphraſi, ornare aut benè comptis obumbrare ſententiis (ut quidam ſolent) non quod difficultatem timerem, quia *facile eſt inventu addere*: ſed quia nolui facere, quod in aliis vituperare ſoleo, qui Authorem adornare volentes fruſtra novæveſti ſuperſuunt, ſplendorem auri obſcurant, & lectoris ingenium offuſcant: & ideo malui fideliter Authoris mentem transferre, quàm aliena ab illo, inſerere. Pluris intereſt, ut tranſlationes ſint fideles, quàm affectatæ & minus intellectæ. Dicet forte quiſpiam me huic materiæ ſublimiori congruam non tribuiſſe formam, objectaque adeò nobilia cultiore ſtylo explicari debuiſſe: ſed huic repono id quod pro modeſtiâ ſuâ S. Petrus Chryſologus dixit ſermone quinto: *Anguſto ſermone res latiſſimæ, non ut voluimus aperire potuimus; ſed ſcientia veſtra intellectui veſtro lata ſunt, quæ in ſermone noſtro videntur anguſta.* Nemo igitur in hac meâ verſione floſculorum ornatum, aut phaleratas quærat periodos, quia inculta & incompta jacet. quia forte ſeſquipedalium verborum congeries, illum magis feſtivam atque pompoſam reddidiſſet, non facile utiliorem. Et quamvis nonnulli illam ſterilem potius, quam ſuccinctam eſſe ſint dicturi, non me gravabit: dummodo tamen ſyncera placeat veritas. Si humilis & minime affectus ſtylus diſpliceat, ſcito me malle prodeſſe, quàm oblectare, vehementer namque dolerem, ſi præter vanam, & nemini utilem pompam & applauſum, nihil ſpiritualis utilitatis pro labore referrem, qui tanto major fuit, quantò in quærendis ſacræ ſcripturæ locis & corrigendis erratis ſolicitorem me eſſe oportuit: nam plus quàm ſexcentas citationum mendas tam ſacræ Scripturæ quàm SS. Patrum correxi, loca ſacræ Scripturæ, ut fidelius eſſent appoſita, verſiculos capitum ad marginem annotavi, & teſtimonia SS. Patrum cum ipſis exemplaribus (ubi ad manum habere potui) fideliter contuli. Si autem paucula quædam loca SS. Patrum minus ſyncere annotata repereris, facile indulgebis, quia vel exemplaria non habui, aut in illis, ut ſignata erant, non inveni.

Miraberis fortaſſe diverſitatem ſtyli, in tomo Quadrageſimali, qui haud dubie quibuſdam in locis comptior & terſior apparebit: quia non meo ſed alterius labore inceptum eſt, qui me in transferendo prævenerat, unde ſolummodo quoſdam in illo tractatus perfeci.

Et quia variis negotiis & occupationibus detentus fui, non tam elaborata, aut tam cito, ut ſperabatur, prodiit hæc tranſlatio. Infinitas denique mendas per incuriam aut inſcitiam typographorum admixtas reperies, imo & ſemi periodos truncatas, & verba tranſpoſita leges, quæ omnia propter nimiam diſtantiam ab ipſa impreſſione nec videre nec corrigere potui. Scio quod labore meo quoſdam ſuſcitabo contra me Zoilos, nam ex nunc quidam nuſcitant librum non fore gratum, ut pote nimis ſubtilem, & forte nimis doctum, ſed hi ut canes latrant contra lunam, quia aliquid in eo advertunt quod ingeniolo ſuo non aſſequuntur: ſtudioſè perlegant, & haud dubie in aliam ibunt opinionem. Alii autem quibus non niſi ſua placent omnia indiſcriminatim vituperant, quia ſtomachum habentes corruptum, non niſi uni cibo aſſueſcunt: ſed his omnibus venenatis linguis meam repono ſynceram intentionem, & illud Theophylacti obtrudo: *Unum duntaxat quærunt, quid dicant, quodcumque, & ac quocumque illud fuerit* Et rogo ne ante tempus judicent, legant, & experimento ſe deceptos, & libro injurioſos fuiſſe comperient. Volo te monitum, amice Lector, me prolixiores Indices concionum paululum abbreviaſſe, non quia te defraudare aut Authori injuriam facere volui, ſed quia ipſos Indices per omnia Feſta, Dominicas, & ferias Quadrageſimales extendere & diſtribuere decrevi, una cum indice de Roſario B. M. V per Dominicas diſtributo, quod quia ob brevitatem temporis jam efficere non potui, vitâ comite, quantocyus expediam, & tibi communicabo. Interim tu vale, pro me ora, & labore meo fruere.

SUMMA

Digitized by Google

SVMMA
PRIVILEGII CÆSAREI.

FERDINANDUS III. divinâ favente Clementiâ, electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quòd quum nobis noſter & Sacri Imperii fidelis dilectus *Franciſcus Vivien*, Typographus Bruxellenſis, humillimè expoſuerit: ſe Fr. *Ignatii Coutinno* Ordinis Fratrum Prædicatorum opus Concionum in tres partes, videlicet *Mariale*, *Sanctorale*, & *Quadrageſimale* diſtinctum typis excudere decreviſſe: vereri autem, nè, quod perſæpè accidere ſolet, æmulorum fraude ipſe ſperato laboris, ac impendii ſui fructu deſtituatur; adeóque Nos dimiſſiſſimè orârit, uti ipſius indemnitati conſulere, ac Privilegio noſtro Cæſareo munire dignaremur. Nos utique humillimis pariter, ac æquiſſimis id genus precibus annuendum cenſuerimus, uti vigore præſentium annuimus. Ac proindè omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & aliis quibuſcumque Librariam negociationem exercentibus firmiter inhibemus, ac veramus, nè quis prædictum Opus Concionum per decem annorum ſpatium à prima editionis die computandum, intra S. cri Romani Imperii, Regnorumque & Dominiorum Noſtrorum Hæreditariorum fines ſimili aut alio quovis typo, littera linguâ, & formâ, ſivè in toto, ſivè in parte recudere, alii recudendum dare, vel alibi impreſſum vendere, ac diſtrahere, citrà voluntatem, & abſque præſcitu *Franciſci Vivien*, aut *Hæredum*, clàm aut palam quovis modo præſumat: Si quis verò ſecus faciendo Privilegium & interdictum hoc noſtrum Cæ a eum ſpernere, negligere, aut tranſgredi auſus fuerit, eum non modò hujuſmodi libris, perperam quippè recuſis & adductis, de facto privandum, ſed & pœnâ decem mercarum auri puri Fiſco Noſtro Cæſareo fraudis vindici pendendâ, omni ſpe veniæ ſublatâ, decernimus mulctandum, uti latiùs in litteris Viennæ Auſtriæ datis patet.

FERDINANDUS

Comes Curtius

Ad Mandatum Sac. Caſ. Majeſtatis
proprium

J. WALDERODE.

Prædictus Franciſcus Vivien Jus ſuum ſupradicti Privilegii Cæſarei ceſſit Joanni Buſæo Civi ac Bibliopolæ Colonienſi.

SVMMA
PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPUS IV *Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac potentiſſimus Belgarum ac Burgundionum Princeps, &c. diplomate ſuo ſanxit, ne quis præter* Franciſci Vivieni *voluntatem* Opus Concionum Ignatii Coutinno Ordinis FF. Præd. *videlicèt* Mariale, Sanctorale, & Quadrageſimale, *ullo modo imprimat aut alibi terrarum impreſſum in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venalemvè habeat, quæ jactis faxit, Confiſcatione Librorum, & aliâ gravi pœnâ mulctabitur, uti latiùs patet in Litteris datis Bruxellis 25. Martii 1660.*

Signat

LOYENS

Prædictus Franciſcus Vivien Jus ſuum ſupradicti Privilegii Regis Hiſpaniarum ceſſit Joanni Buſæo Civi ac Bibliopolæ Colonienſi.

**

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS

CONCIONVM, SEV TRACTATVVM, & Conſiderationum, quæ in hoc tomo primo continentur.

IN FESTO SANCTISSIMI ROSARII BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ.

TRACTATVS I.

CONSIDERATIO I.

DUos libros offert nobis hodie ſancta Mater Eccleſia: unum Evangelii ſancti Matthæi, alterum ſanctiſſimi Roſarii Deiparæ Virginis; ut, cùm non ſuffecerint ad commonendum nos divini amoris prærogativæ manibus hominum ſcriptæ, ſaltem eædem digito Dei in cœlis exaratæ, & per MARIAM ejus genetricem ordinatæ, & diſpoſitæ id efficiant. *pagina* 1.

CONSIDERATIO II.

Hæc Chronica ſancti Matthæi inſcribuntur liber generationis JESU CHRISTI, quia pluris æſtimat Deus, quòd à nobis recipit, quàm magnum, quòd ipſe nobis elargitur; ut diſcant Reges, & Principes terræ magni facere etiam parva, quæ à ſubditis recipiunt, & flocci pendere etiam magna, quæ ipſis conferunt. 6

CONSIDERATIO III.

Unum ex motivis, quæ Deus habuit ad incarnandum, & aſſumendam naturam humanam factus filius hominis, fuit hoc, ut nos ad bene probeque vivendum titulo honeſtatis provocaret. 11

CONSIDERATIO IV.

Bonæ ſunt illæ novitates, quæ fundantur in antiquitate, & elucent maximè veritates novæ legis in conſonantia, quam habent cum veteri lege. 16

CONSIDERATIO V.

Eligens Deus ab æterno Davidem, aliosque peccatores, ex quibus in mundo naſceretur, oſtendit, quod non oderit peccatores converſos, ſed quod pœnitentia in tantùm eos illuſtret, & nobiliter, ut vere pœnitentes ſint Filio Dei corona; & quod mediante devotione ſacratiſſimi Roſarii, verè pœnitentiæ donum impetretur. 21

CONSIDERATIO VI.

Inter omnia pietatis exercitia populi Chriſtiani Deo acceptiſſima, & gratiſſima, eſt devotio ſacratiſſimi Roſarii, ejuſque invocatio, inter cæteros Deiparam colendi ritus principem obtinet locum. 25

TRACTATUS II.

In Feſto Roſarum Beatæ Virginis Dominæ noſtræ.

CONSIDERATIO I.

PRæcipuum, quod Deus à nobis exigit, & prætendit, eſt non terrere nos ſuâ poteſtate, ſed attrahere, & obligare ſuo amore. 32

CONSIDERATIO II.

Vocatur Chriſtus Dominus potiùs filius Davidis, & Abrahæ, quàm progenitorum ſuorum, quia deſcendit in mundum, ut ſibi non parcat, dummodo tamen omnium aliorum remedio & ſaluti conſulat. 37

CONSI-

Digitized by Google

CONSIDERATIO III.

Ideo hi duo Patriarchæ præ cæteris promeriti sunt titulum parentum Salvatoris mundi, quia fuerunt magni Politici & publicolæ, & maximi zelatores boni communis, & Amatores plebis. 42

CONSIDERATIO IV.

Sacer Evangelista proponit nobis Christum, velut filium, & fratrem hominum, non verò tamquam regem ipsorum, ut addiscant generosi spiritus principes, & rectores mundi, qualiter ipsis suis cum subditis agendum sit. 48

CONSIDERATIO V.

Tanti æstimavit Deus humanitatem, ut videatur pluris fecisse filiationem temporalem ex Virgine per naturam humanam, quàm filiationem æternam ex Patre per divinitatem. 51

CONSIDERATIO VI.

De virtute & efficacia Rosarum benedictarum Deiparæ Virginis Dominæ nostræ, & de devotione earumdem. 56

TRACTATUS III.

In Festo Conceptionis Sanctissimæ Virginis.

CONSIDERATIO. I.

PEr hanc generationem, & filiationem Christi non solum debet intelligi temporalis illius progenies ex Davide, & Abrahamo secundùm carnem, sed etiam spiritualis cognatio, quàm propter similitudinem virtutum cum illis contraxit. 62

CONSIDERATIO II.

Hi Patriarchæ, quia virtute obedientiæ excelluerunt, promeriti sunt primum locum in genealogia Salvatoris, quorum exemplo, & imitatione quilibet Christianus obligatur obedire Dei præceptis, sine mandatorum, dum ei præcipiuntur, examine. 67

CONSIDERATIO III.

Hi duo Patriarchæ ad tantum felicitatis fastigium evecti sunt, ut parentes ipsius Dei nuncupari promeruerint, quia gloriam propriam, & virtutes suas aprimè coràm oculis mundanis celare, & occultare noverunt. 71

CONSIDERATIO IV.

Honoravit Deus hos duos servos suos, Davidem quidem, ut pœnitentem: Abrahamum verò, tamquam fidelem; neque hic perdidit propter idololatriam, neque ille propter adulterium commissum, & homicidium intentatum; quia conjecit dominus oculos in id, quod in præsenti erant, neque meminit illius, quod antea fuerant. 77

CONSIDERATIO V.

Quia hi Patriarchæ obtulerunt Deo sacrificia ex propriis, singulari favore fuerunt ab ipso condecorati; & secus factum fuisset, si ex alienis sacrificâssent, quia sacrificia ex propriis Deo placent, ex alienis displicent. 82

CONSIDERATIO VI.

In qua disseritur de conceptione purissimæ Virginis & Matris Dei, & ex testimoniis sacræ Scripturæ, & doctrinâ sanctorum Patrum, ejus singularis puritas, & rara sanctitas comprobatur. 86

TRACTATUS IV.

In Festo Nativitatis B. Virginis.

CONSIDERATIO I.

Generosa pectora tantò plus se debent humiliare, quantò magis illa Deus donis suis exaltat, juxta exemplum Davidis, & Abrahami, quos Deus honoravit, quia in maximâ honoris sublimitate, profundissimam humilitatem ostenderunt. 94

CONSIDERATIO II.

Causa, ob quam sanctus Matthæus prius dixerat Christum esse filium Davidis, & Abrahami, & posteà ipsum esse natum ex Virgine, hæc fuit, ut demonstraret celerem promptitudinem Dei in solvendo promisso ipsis facto, dando celeriter incarnationem Filii sui illis promissam, ad cujus imitationem debent Reges & Principes esse exactissimi in solvendis promissis, quæ subditis faciunt. 98

CONSIDERATIO III.

Ex industria posuit Evangelista nomen istorum duorum progenitorum, juxtà nomen Salvatoris, ut consultò, & studiò dignitatem Christi defenderet, magisque fidem ejus futuris persuaderet eum avide prælolantibus. 101

CONSIDERATIO IV.

Ex utero purissimo Virginis Dominæ nostræ habuit filius Dei mansuetudinem agninam, quia antequam incarnaretur in ea ostendebat ferociam leoninam. 104

CONSIDERATIO V.

Convenientissime vocatur JESUS CHRISTUS, Filius Virginis, id est, Salvator, quia in domo Dei imponitur nomen conforme officio, quo fungitur. 109

CONSIDERATIO VI.

De lætissima nativitate supremæ supernæque Virginis, & de spirituali gaudio animarum nostrarum, quo cuncti fideles, Ecclesiæ filii, illam propter ingentia nobis ex ea beneficia resultantia celebrare debemus. 11

Digitized by Google

TRACTATUS V.

In Feſto Præſentationis Beatæ* MARIÆ *Virginis.

CONSIDERATIO I.

ILle ſecurius peragit negotium ſalutis ſuæ, qui incedit per viam minus tritam, quia paſſim, & communiter ea, quæ ſunt Dei, & Virtutis, ſunt paucio rum, quæ verò ſunt mundi, & peccati, ſunt plurium, pauci numero ſunt juſti, peccatores autem plurimi, & pene innumeri. 119

CONSIDERATIO II.

Soli illi confidentem habent audaciam dicendi veritates, quorum animus immunis, & omnino liber eſt à timore, & ambitioſa prætenſione. 123

CONSIDERATIO III.

Infeliciſſimus eſt ſtatus reipublicæ, & regni, in quo plebei, & vulgares in amore, & ſervitio Dei excedunt nobiles & minimi, majores, ſervi, dominos, & ſubditi, Reges in obſervantia mandatorum divinæ legis ſuperant 128

CONSIDERATIO IV.

Valde dolendum eſt, & ſanguineis lacrymis deplorandum, quoſdam ſe perdere, ubi alii ſeipſos lucrifaciunt, & quoſdam damnari, ubi alii ſalvantur. 133

CONSIDERATIO V.

Probatiſſima fuit virtus, & notiſſimæ probitatis ſanctitas hujus mulieris, ideoque omnibus numeris abſolute laudanda: quia commorans & degens inter malos, fuit bona, & inter blaſphemos peccatores, innocentiam Chriſti laudavit, & extulit. 137

CONSIDERATIO VI.

De præſentatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ in templo, ubi oſtenditur, quòd fructus virtutum, quo ſunt præcociores, eo coràm oculis divinis eſſe gratiores; & agitur de ſacrificiis, quæ parentes debent pro filiis Deo immolare, ad imitationem, & exemplum illius, quod ſancti parentes Deiparæ, hodierno die, Deo obtulerunt. 141

TRACTATUS VI.

In Feſto Annunciationis Beatæ* MARIÆ *Virginis, & Incarnationis Verbi Divini.

CONSIDERATIO I.

DE ſacroſancto myſterio incarnationis Verbi Divini, in puriſſimo utero Virginis MARIÆ Matris ejus, & Dominæ noſtræ. 153

CONSIDERATIO II.

Opus incarnationis non cadebat ſub meritum humanum, neque ullum erat ex parte noſtra jus, ſeu actio ad beneficium tam ſublime, ad honorem, ſeu favorem tam eminentem. 157

CONSIDERATIO III.

In republica divina mandat, cui convenit præeſſe, & mandare, obedit, cui incumbit ſubeſſe, & obedire; ſecus vero in rep. mundana mandat, qui deberet obedire, & obedit, qui deberet mandare. 161

CONSIDERATIO IV.

Non caret Myſterio, Deum peculiariter Angelum Gabrielem præ cæteris deputáſſe huic legationi, quo nos edoceret, quàm felix ſit reſpublica, in qua quiſque ſuo fungitur officio, & nullus ſe immiſceat alieno. 166.

CONSIDERATIO V.

Non abſque ratione vocatur ſponſus Virginis Joſeph, qui dicitur augmentum; quia anima hujus cœleſtis ſponſæ, erat deſponſata gratiæ, & continuo cœleſtium donorum incremento, quo ſemper per totum vitæ mortalis decurſum auctior fuit; quia ſemper ex ſocietate juſtorum plurima bona, & virtutum incrementa enaſci ſolent. 170

CONSIDERATIO VI.

Sacroſanctum Incarnationis Verbi divini myſterium nos obligare debet, ne Deum offendamus. 176

TRACTATUS VII.

In Feſto Viſitationis Beatæ* MARIÆ *Virginis ad S. Elizabeth.

CONSIDERATIO I.

ANima Deo per charitatem conjuncta, & unita, ſtatim ſe applicat ad ſuccurrendum proximo in neceſſitate conſtituto. 181

CONSIDERATIO II.

Feſtinus, & velox eſt Deus, ad conferenda nobis beneficia, & præmia: tardigradus vero, & lentus ad ſupplicia inferenda peccatis noſtris: è contrà homines ad malum ſunt prompti, & celeres, ad bonum autem tardi, & pigri. 185

CONSIDERATIO III.

Magna feſtinatio, quâ hodiè ſol divinus movetur ad montana Judeæ, ut illuminet obſcuram noctem peccati, eamque commutet Præcurſori in claram diem gratiæ, myſticè nos inſtruit, & docet bona opera virtutum dedita opera, & deliberatè, non vero caſu fortuito, ſeu per accidens & ſegniter eſſe facienda. 190

In domo Dei, & Republica cœli Maritus eſt herus Domûs, & mulier ſubdita. in domo vero & republica mundi, ſeu Diaboli uxor eſt Domina, & occupat quatuor angulos domûs, & maritus, tamquam mancipium, ei ſervit, & obédit. 194

CONSIDERATIO V.

Baptiſta materni uteri ergaſtulo incluſus exulta-

Digitized by Google

vit ſtatim, & ſimul ac eum lux divinæ gratiæ illuminavit; quia ſoli juſti vera habent gaudia. Gaudia vero terrena, & deliciæ temporales ſolo nomine gaudent, attamen gaudia in rebus hujus vitæ licita ſunt, & ſalutaria, ſi Deo fuerint oblata, & ad eum ordinata. 197

CONSIDERATIO VI.

De mirabilibus effectibus, qui ex viſitatione, aſſiſtentia, & præſentia Deiparæ Virginis promanarunt, & redundarunt in domum Zachariæ 201

TRACTATUS VIII.

In Feſto Exſpectationis partus Beatæ Mariæ Virginis.

CONSIDERATIO I.

DE convenientia hodiernæ feſtivitatis, Exſpectationis, ſeu ſpei partûs ſanctiſſimæ Virginis, & Dominæ noſtræ cum Evangelio ſancti Lucæ, in quô agitur de complemento, & aſſecutione ejuſdem rei ſperatæ. 207

CONSIDERATIO II.

Nos filii legis gratiæ arctiori debitæ gratitudinis vinculo adſtringimur, & obligamur Deo, quàm patres veteris teſtamenti, quatenus, quod ipſi deſiderarunt, & in ſolis promiſſis habuerunt, nos reapſe adepti ſumus, &, quod illi poſtularûnt, nos recipimus, uodque illi ſperarunt, nos poſſidemus, & fruimur

CONSIDERATIO III.

Singulares debentur gratiæ ſacratiſſimæ Virgini hôc die, quô ſancta Mater Eccleſia celebrat ferventiſſima ejus deſideria, quæ omnia cordis humani vota, ardore, & fervore longe exceſſerunt, & ſuperarunt. 215

CONSIDERATIO IV.

Venit Deus in mundum ad aſſumendum humanam naturam, & quærendum homines, novos inhabitatores, & colonos cœli, & plurimi eorum ingrati non agnoſcunt tantam benignitatem Domini, neque eum quærere conantur. 219

CONSIDERATIO V.

Omnia bona noſtra in Deum, tamquàm omnis gratiæ fontem & ſcaturiginem, omniſque boni principium, & authorem referre debemus. 224

CONSIDERATIO VI.

Fas, & licitum eſt Regibus, Prælatis, & Dominis majora conferre beneficia, & potiori honore afficere ſubditos, & ſervos, qui cæteros obſequiis, & meritis excedunt, & ſuperant. 228

TRACTATUS IX.

In Feſto Purificationis Beatæ MARIÆ *Virginis.*

CONSIDERATIO I.

VEnit ad templum ſacratiſſima Virgo, ut purificet non perſonam, ſed famam ſuam, quia curam habuit & ſui boni nominis, & nobis præbendi exemplum, quo nos inſtrueret, & edoceret, non eſſe ſatis, quod ſimus juſti coràm Deo; talis ſiquidem debet eſſe vita noſtra, & tam bonus odor famæ, & nominis noſtri, ut omnibus ædificationis præbeat materiam, & exemplum. 24

CONSIDERATIO II.

Purificatur ſanctiſſimâ Virgo ipſis Angelicis ſpiritibus mundior, & purior, ut ſuo exemplo nos edoceat, quod etiam maxima perfectio coràm Deo, ſit imperfecta, & immunda, & quòd tanto tempore, quô in hac lacrymarum valle vitam ducimus, etiam perfectiſſimi quique ſemper habeant aliquid in moribus, ſeu operibus purificandum. 238

CONSIDERATIO III.

Expectavit ſanctiſsima Virgo, & Mater Dei adimpletionem temporis a lege præſcripti, priuſquàm ſe cum Filio ſuo benedicto præſentaret in Templo, ut, ejus exemplo addiſcamus, & conemur priùs eſſe Chriſtiani, quàm devoti. 249

CONSIDERATIO IV.

Debemus quærere Deum, eique ſacrificia offerre, ubi ipſe voluerit, & mandaverit, non autem ubi noſtra trahit voluptas, aut propria inclinat voluntas. 249

CONSIDERATIO V.

Rex cœlorum contentus eſt, ut ipſi offeramus, quæ poſſumus juxta facultates noſtras, Reges verò terreni exigunt plus, quàm facultates noſtræ patiantur, etiam ea, quæ non habemus. 253

CONSIDERATIO VI.

De Purificatione beatiſsimæ Matris Dei, & de ſacrificio, quod hodierno die obtulit Patri æterno, & de titulo, quô communiter hæc ſolemnitas, candelarum nuncupatur. 257

TRACTATUS X.

In Feſto Compaſſionis Beatæ MARIÆ *Virginis.*

CONSIDERATIO I.

ASſiſtens ſacratiſsima Virgo amantiſsimo Filio ſuo agonizanti, ſtans juxtà crucem ejus, maximam cordis ſui pietatem manifeſtavit. 266

CONSIDERATIO II.

Juſti aſpirantes ad perfectionem, non ſunt contenti iis, quæ caſu fortuito patiuntur pro amore

Digitized by Google

Dei, sed studio, & ex industria quærunt occasiones magis patiendi, quo sibi majora accumulent merita. 270

CONSIDERATIO III.

Solet Deus majores amicos suos ponere in cruce afflictionum & tribulationum, ut eminentia virtutis, & perfectionis eorum manifestius agnoscatur. neque umquam Deus se benigniorem, & amantiorem exhibet Patrem, quàm quando eos majori austeritate, & rigore prosequitur. 274

CONSIDERATIO IV.

Imago, & aspectus Christi crucifixi mitigat servis, & amicis Dei omnem acerbitatem, & dulcem reddit acorem, seu acrimoniam, quam in hujus vitæ ærumnis & tribulationibus sentiunt, & experiuntur. 282

CONSIDERATIO V.

Tametsi Virtus, & pœnitentia elongata, & eminùs visa, appareat deformis, & horrenda, approximata tamen, & cominùs introspecta, pulchra, & gratareperitur. 255

CONSIDERATIO VI.

Stans Maria juxtà crucem Filii sui naturalis, monstravit se Virgo Matrem pientissimam filiorum adoptivorum: quem titulum non solum sancti Patres, sed etiam Sacræ Litteræ ei attribuunt. 290

TRACTATUS XI.

In Festo Dolorum, seu Solitudinis Beatæ MARIÆ *Virginis.*

CONSIDERATIO I.

DE intensissimis doloribus, quos pertulit Deipara Virgo juxtà Crucem Filii sui dilectissimi, eo quod non sit dolor similis, aut æqualis dolori, quem sentit pater, videns coràm oculis suis morientem filium, cui nequit succurrere, aut opitulari.

CONSIDERATIO II.

Verus & perfectus, justus omni tempore, omni in statu, & occasione semper est unus & idem. 299

Valde secura & constans est virtus, etiam in hominibus debilibus, qui coràm oculis mundi flocci & nihili æstimantur, & è contra imbecilla, & debilis est malitia in hominibus, qui in opinione mundi fortes, & potentes reputantur. 302

CONSIDERATIO IV.

In hoc unicè elucet eminentia, & perfectio virtutis Christianæ, quod nos propter amorem Dei, non solum tribulationes, quæ nos premunt, sustineamus, sed quod ex industria, & dedita opera eas quæramus. 307

CONSIDERATIO V.

Charitas Christiana urget nos, ut compatiamur proximis nostris, & miseriis eorum condoleamus, sed singulariter obligantur hac lege charitatis Principes & Prælati, qui sunt patres, & matres suorum subditorum, ad exemplum sanctissimæ Deiparæ, quæ stans juxta crucem compatitur, & condolet patienti Filio suo. 315

CONSIDERATIO VI.

Vere, & intime amanti intolerabis est dolor, separari à persona amata, quantumvis in ejus societate se periculo plurima patiendi exponat; quia adversitas est coticula, seu lapis lydius perfectæ amicitiæ, & solitudinis Deiparæ Virginis, 215

TRACTATUS XII.

In Festo Gaudiorum Beatæ MARIÆ *Virginis. In die Resurrectionis Salvatoris nostri* JESU *Christi.*

CONSIDERATIO I.

SOlet Deus largiri suis alternative lætitias, & tristitias, dolores, & gaudia; ita ut majores tempestates sint vesperæ, seu vigiliæ optatissimæ tranquillitatis, & è contrà magnæ prosperitates sint præsuntiæ non minorum adversitatum. 325

CONSIDERATIO II.

Solet Deus maxima bona, & gaudia, quæ tollit, & aufert, majoribus, & cumulatioribus beneficiis compensare, & quando videtur magis terrefacere, & horrorem incutere, tunc excellentioris amoris præbet indicia, & pronior est ad magis benefaciendum, 330

CONSIDERATIO III.

Propriumest justorum, in majoribus tribulationibus esse fortiores, & in gravioribus adversitatibus constantiores. 325

CONSIDERATIO IV.

Idipsum, quod virgini planctum, & lacrymas provocabat, easdem abstergebat, & quod spiritum ejus affligebat, eumdem leniebat, & consolabatur, quia secura, & certa erat, quod ex cruce, & morte Salvatoris, & Domini nostri nascitura erant gaudia glorioſæ Resurrectionis ejus. 339

CONSIDERATIO V.

Frustrà expectat, seu sperat gloriam, & gaudium Resurrectionis Christi, qui prius non transit per pœnas, & dolores crucis ejus. 343

CONSIDERATIO VI.

Ex hoc verbo Salvatoris, quod prima fronte videtur austerum, durum, & minùs benignum, colligitur maximum elogium, & suprema excellentia Deiparæ Virginis. 348

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATUS XIII.

In Festo Gloriosæ Assumptionis Beatæ MARIÆ *Virginis.*

CONSIDERATIO I.

DE cohærentia & connexione hodierni Evangelii inter Martham, & Mariam cum præsentifolemnitate Assumptionis gloriosæ Deiparæ Virginis. Et de exacta remuneratione, qua Deus pericula propter se assumpta compensat. 355

CONSIDERATIO II.

Exterior apparatus, quo Martha sollicite præparabat domum suam ad excipiendum Christum, & devota attentio, qua Maria audiebat verbum illius, docent nos spiritualem dispositionem, interiorem animæ ornatum, quô eumdem Christum, spiritualiter per gratiam, & corporaliter sub speciebus Sacramentalibus velatum, recipere debemus. 360

CONSIDERATIO III.

Proprium est justorum, nolle se solos administrare regimen, mundanorum autem, non consentire, aut admittere societatem in illô. 365

CONSIDERATIO IV.

Solet Deus accurrere ad auxiliandum servis suis, & prodire in campum ad propugnandum honorem ipsorum, maxime, dum videt eum labefactari, aut alicui periculoso discrimini exponi. 369

CONSIDERATIO V.

Approbavit Salvator electionem Mariæ, sed non reprobavit diligentem sollicitudinem Marthæ, ut nos doceret, quod ad honorandum quosdam, non debeamus alios vituperare, aut injuriis famam eorum [illegible]grare. 373

CONSIDERATIO VI.

De celebri triumpho gloriosæ Assumptionis sanctissimæ Virginis, & de causis, ob quas corporaliter fuit translata ad beatitudinem æternam, & de copiosis muneribus, & bonis, quæ per eam è cœlis nobis communicari possunt. 377

TRACTATUS XIV.

In Festo Beatæ MARIÆ *Virginis ad Nives.*

CONSIDERATIO I.

FOrtunata, & fœlix censenda est Respublica, in quâ parvuli, & humiles benè de Principe, ejus que regimine, & Nobiles seu Magnates malè de eô l quuntur E contrà verò miserum, & infaustum est reputandum regnum, in quô Plebeji, & pauperes obloquuntur Regi, & soli Magnates seu Proceres omnibus ejus dictis & factis applaudunt. 307

CONSIDERATIO II.

Modestia, & prudentia Christiana debet esse norma, & regula amoris, & affectûs nostri, ne umquàm Deo displiceamus, dum nimium hominibus assentari, & placere studemus, 392

CONSIDERATIO III.

Verè sapientes parvi æstimant fœlicitates, & prosperitates mundanas hujus vitæ; magni verò faciunt beatitudines vitæ futuræ, quia illæ sunt transitoriæ, & instabiles, hæ autem constantes, & æternùm permanentes. 398

CONSIDERATIO IV.

Conandum est omni studio potiùs pro mereri dignitates, quàm eas ambire, omnisque curâ, & sollicitudo, quæ impenditur ambitioni, adhibenda est idoneitati, ut quis iis dignus sit; major enim honos est promereri, quàm possidere dignitates. 399

CONSIDERATIO V.

Dicens Redemptor noster, quòd Deus elegerit Virginem in Matrem suam, eò quòd attentiori mente audiverit verbum suum, & solertiori curâ legem divinam observaverit, monuit, & docuit Reges, & Principes, ut, cùm beneficia publica, seu dignitates subditis suis conferre voluerint, etiam notoria, & manifesta sint eorum merita. 404

CONSIDERATIO VI.

Alta, & sublimis fuit Philosophia hujus mulieris, quæ prærogativam, & perfectionem Matris, ex virtute, & sanctitate Filii collegit, non tamen minor fuit sapientia Patricii Romani, ejusque conjugis, quia præterquàm, quòd beatissimam Virginem sibi in advocatam assumpserint, eam quoque omnium bonorum suorum hæredem instituerunt. 408

TRACTATUS XV.

In Festo Sanctissimi Nominis MARIÆ.

CONSIDERATIO I.

EX mysterio nominis MARIÆ rectè colligimus, sanctissimam Virginem potius fuisse Filiam gratiæ quàm naturæ. 417

CONSIDERATIO II.

Non solùm Deus in nomine MARIÆ compendiò expressit omnem excellentiam dignitatis ejus, sed etiam in illo cumulatim recondidit universam fœlicitatem,, & utilitatem nostram. 420

CONSIDERATIO III.

Nihil horrendius, aut terribilius Inferno, quàm supernum nomen MARIA 422

CONSIDERATIO IV.

Maxima reverentia, & cultus debetur huic sancto Nomini, & eminens quædam puritas, & munditia requiritur in eô, qui Nomen MARIÆ vult pronuntiare. 425

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATUS XVI.

APOLOGETICUS,

Contrà Iconoclaſtas Beatiſſimæ MARIÆ *Virginis.*

CONSIDERATIO I.

EFficaciſſimum motivum eſt devotis MARIÆ clientibus, ad ferventiùs eam colendum, videre opprobria, quibus Hæretici Imaginem ejus contumelioſe afficiunt. 430

CONSIDERATIO II.

Ex eiſdem mediis quibus Hæreticus tentavit eliminare devotionem ſanctiſſimæ Virginis, conciliavit Deus novam Venerationem ejus Imagini. 433

CONSIDERATIO III.

Nullus, niſi conſcientiæ mundæ, & immaculatæ, audeat præſumere Marianas laudes, ſeu excellentias enarrare, aut recenſere. 436

TRACTATUS XVII.

APOLOGETICUS,

Contra Hæreticos impugnantes puriſſimam Virginitatem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ.

CONSIDERATIO I.

SIngularis prærogativa MARIÆ, eſt gaudere ſuprema dignitate Matris, abſque virginalis integritatis jacturâ, aut detrimento. 442

CONSIDERATIO II.

Prævenit Deus in animosâ confeſſione hujus Marcellæ, defenſionem virginitatis MARIÆ, ad confundendum omnes Hæreticos, & Infideles, qui eam impugnant. 445

CONSIDERATIO III.

Hæ catholicæ demonſtrationes, & communis lætitiæ indicia, ſunt opera divinæ providentiæ, cujus ſingulari curæ commiſſa eſt defenſio Virginitatis MARIÆ.

TRACTATUS XVIII.

APOLOGETICUS,

In defenſionem Virginitatis, & Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ.

CONSIDERATIO I.

MOtivum principale Incarnationis divinæ, fuit reformatio ſpiritualis imaginis ſuæ per gratiam, quam homo priùs deformaverat per culpam. 453.

CONSIDERATIO II.

Solius Dei induſtria eſt, uti mediis quodammodò oppoſitis, & contrariis ad conſequendos fines à ſe intentos, ideoque etſi permittat magna mala, eſt, ut ex iis majora bona eliciat. 457

CONSIDERATIO III.

Maxima obſervatione dignum eſt, quòd Deus præſervans MARIAM ab igne culpæ, quò Dæmon eam incendere ſatagebat, non eruat Imaginem ejus ab incendio flammarum, in quas Tyrannus eam conjecerat. 460

CONSIDERATIO IV.

Tanti æſtimat Deus Imaginem B. MARIÆ, ut videatur velle, ut eam eadem prorſus veneratione proſequamur, qua ſuam divinam Majeſtatem honoramus. 464

FINIS.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATUS I.

IN FESTO SANCTISSIMI ROSARII BEATISSIMÆ VIRGINIS

MARIÆ.

Liber Generationis Ieſu Chriſti filii David, filii Abraham. Matth. cap. 1.

INCIPIT hiſce verbis ſacer Evangeliſta Matthæus ſuam hiſtoriam, cuius præcipuus ſcopus eſt oſtendere hominibus cognationem, quam Deus, aſſumendo naturâm humanam, cum illis contraxit. Exorditur ſua chronica ſanctus Evangeliſta ſemper deſcendendo ab abrahamo, cui prima facta fuit repromiſſio Incarnationis, uſque ad Chriſtum Redemptorem nôſtrum; cujus temporali nativitate, & ipſe per ſuam puriſſimam matrem ſecundùm carnem cognatus noſter, & nos per ſpiritualem generationem, ſpirituales illius cognati efficimur. Utitur Mater noſtra Eccleſia hôc primo capite Matthæi, vel ſaltem parte ipſius in feſto Roſarii Deiparæ Virginis. Quidam prædicatores ſe totos dedunt & occupant circa Davidem & Abrahamum, ut rationes aſſignent, cur Chriſtus ſervator noſter potiùs voluerit dici filius horum Patriarcharum, quàm aliorum veteris legis; & cur David junior Abrahamum ſenior præcedat. Alij totũ concionis tempus in laudibus Deiparæ impendunt; nec illos reprobo, nec hos condemno. Attamẽ videtur mihi, ut obligationi hodiernæ ſatisfiat, de utroque tractandum eſſe, de Evangelio videlicet, & de ſacratiſſimi Roſarij piâ devotione. *Ave Maria.*

Coutino Mariale.

Liber Generationis Jeſu Chriſti.

CONSIDERATIO I.

Duos libros offert nobis hodie ſancta Mater Eccleſia: unum Evangelij ſancti Matthæi, alterum ſanctiſſimi Roſarij Deiparæ Virginis; ut, cùm non ſufficerint ad commonendum nos divini amoris prærogativæ manibus hominum ſcriptæ, ſaltem eadem digito Dei in Cœlis exaratæ, & per Mariam ejus genitricem ordinatæ & diſpoſitæ id efficiant.

PRIuſquam conſiderationem hanc aggrediamur, ſupponendum eſt cum quinquaginta quinque Patribus, & alijs ſacræ paginæ Interpretibus, quòd per librum generationis Jeſu Chriſti debeat intelligi liber, & chronicum totius vitæ ipſius: quod & plurimis ſacræ Scripturæ teſtimonijs comprobatur, & ſingillatim ex capite nono Geneſeos, ubi Spiritus ſanctus enarrans genealogiam Noë teſtatur ipſum fuiſſe juſtum in generationibus ſuis. *Noë vir juſtus in generationibus ſuis*, id eſt, juxta interpretationem communem omnium Doctorum, quòd Noë fuerit juſtus in omni ſtatu, in omni ætate, in omni occaſione, & in omni

Geneſ. 6. v. 19.

Maldonatus in cap. 8. Matth.

Digitized by Google

tempore vitæ suæ. Idem sentit Sanctus Ambrosius super illa verba Doctoris gentium Apostoli Pauli ad Hebræos scribentis; ubi compendiosè enarrans, quæ Dei filius Incarnatus pro hominum salute passus fuit, hæc ait. *In diebus carnis suæ.* Videtur, inquit Ambrosius, Doctor gentium alludere ad temporalem Salvatoris nostri nativitatem; verumtamen certum & indubitatum est Doctorem gentium per ly *in diebus carnis suæ*, intelligere dies, quibus nobiscum mortalis vixit, in quibus & plurima passus, præ nimio erga genus humanum amore, tormenta toleravit. *Dies quippe carnis Domini nostri sunt, in quibus carnem assumpsit, in quibus tentatus est, passus est, preces &c.* Hàc doctrinâ tamquam verâ suppositâ optimè quadrat Evangelium, ejusque titulus *secundùm Matthæum* cum præsenti solemnitate Rosarij vel Beatæ Virginis de Rosario, quod nihil aliud est, quàm liber quidam lachrymarum paupertatis, mortificationis, jejuniorum, orationis, laborum, & opprobriorum crucis & Passionis Christi, & tandem liber est omnium, quæ Deus meus pro salute meâ, à primo instanti suæ conceptionis in mundo usque ad coronationem gloriosæ suæ genitricis in cælis, operatus fuit. Ac proinde substantialiter idem est, chronicum generationis Jesu Christi secundùm Matthæum ac Rosarium Deiparæ Virginis per eam ordinatum & dispositum, hominibus communicatum, & insinuatum; una eademque res est, liber generationis Jesu Christi, & liber quindecim mysteriorum redemptionis nostræ, quæ Rosarium Virginis complectitur.

Hebr. 5. v. 7.

Ambr. ibi.

2. Sed offert se dubitandi ratio, videlicet, quòd vel non est hæc doctrina vera & constans, vel quod liceat nobis dicere, secundam impressionem hujus libri fuisse mundo non necessariam, quinimo superfluam; cum jam haberemus librum Matthæi, qui cum cæteris sacræ Scripturæ voluminibus usque ad finem sæculorum durabit. Porrò nobis nodum hujus dubij solvit doctissimus Abulensis, & ante ipsum Rupertus Abbas in resolutione cujusdam curiosæ quæstionis, quam sacri Interpretes in diversas distracti opiniones movent. Quærunt namque, quisnam fuerit primus litterarum inventor, quisve in mundum characteres invexerit? Et respondent plerique, Deum fuisse primum litterarum inventorem, primosque characteres scriptos fuisse, tabulas legis *Scriptas digito Dei, &c.* Sanctus vero Irenæus indagat, quidnam Deus hisce literis & scripturâ intenderit? Et responsum suum hisce subjicit verbis *Cum autem justitia & dilectio, quæ erat erga Deum, cessisset in oblivionem, extincta esset in Ægypto, necessariò Deus propter multam suam erga homines benevolentiam semetipsum extendebat per vocem, & eduxit de Ægypto populum in virtute, ut rursus fieret homo discipulus, & spectator Dei, &c.* Quasi diceret. Quod in primo libro, quem post peccatum idololatriæ & experientiam humanæ ingratitudinis composuit, voluit signare, & scripto mandare regulas amoris, quo ab hominibus diligeretur. Imo Rupertus paucioribus verbis hæc perstringit; *ad signandas res divinas reperta vel tradita sunt.* Hoc denotat, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non jurabis.* In hoc verò generationis suæ libro, memoriæ impressit modum amoris, quo ipse nos prosecutus fuit. *Liber generationis Jesu Christi.* Verùm si curiosius adverteritis, miram in modo differentiam reperietis, siquidem modum, quo ab hominibus redamari desiderabat, non alteri, quam sibi confidit, ipse enim regulas statuit, illas dictavit, docuit & propriis digitis exaravit; *scriptas digito Dei*; at verò modum, quo ipse homines dilexit, ipsismet confidit, ut ore proprio illũ faterentur, & proprio calamo, licet Spiritûs sancti instinctu directo, exararent; *Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines*, ne possent errare. *Liber generationis Jesu Christi secundum Matthæum*; quasi diceret. Formam & modum, quo me homines diligere debent, ego ipse pro majori securitate scribo, & signo. *Scriptas digito Dei.* verumtamen modum, quo ego ipsum amore prævenio, non est necesse, ut ego illum explicem, notet ipse & configet litteris, quia amor adeo exilis imperfectus, sicut amor ipsius, indiget speciali Dei præsidio, & mandato Dei, qui ipsum conscribat, & faxit Deus, ut hæc sufficiant ad ipsum hominem Deo devinciendum, amorem verò ferventem adeo & intensum, ut est meus, illi committo, ut memoriæ mandet, describat, illiusque publicationem illi confido. Hoc est, *liber generationis Jesu Christi.*

Irenæus apud Lipomannũ ad cap. 3. Exodi.

Petri 1. v. 21.

Abul. super cap. 34. Exodi Rup. lib. 3 vitæ c. 4.

Verùm

Digitized by Google

3. Verùm decursu temporis amor noster adeo languere & refrigescere cœpit, ut non obstante tam immenso amore Dei, ad eam declinaverimus miseriam, ut Deus, quod antea Apostolis & primitivæ Ecclesiæ fidelibus notandum & scribendum commiserat, nobis ultrà non fiderit. Igitur, inquit Deus, cùm jam nō sufficiat dignitas amoris divini hominum calamo & stylo descripta, neque potens sit eos sibi devincire, denno exaretur Dei, ejusque matris digito idem generationis Jesu Christi liber compositus in cælis & novo stylo adornatus, Rosarium scilicet sacratissimum in terris, mortalibus communicetur. Accommodemus nos, inquit Deus, fragilitati humanæ, ad priora tempora redeamus, & quemadmodum tunc in favorem flaccidi imbellisque amoris hominum jussi, dixi, & scripsi, qualiter me diligere deberent, nunc ipsis è cœlo veniat memoriale amoris, quo ipsos amavi & dilexi; æstimavitque Deus hoc unicum & efficacissimum medium ad consequendum finem à se intentum. Videamus, inquit Deus, an sæpius repetitæ memoriæ efficaces sint ad excitandum & animandum amorem hominum, & an ambo libri, unus, Rosarii, & alter S. Matthæi sint potentes ad provocandum & invitandum eos ad debitum gratitudinis Deo exsolvendum.

4. Commendavit Deus per Prophetam Moysen filiis Israel, ut recordarentur beneficii, quo eos à durâ servitute ægyptiacâ liberaverat, & mirabilium, quæ propter amorem eorum operatus fuerat, locum repe-

Exod. 13. v. 9. rietis in Exodo. *Et erit quasi signum in manu tuâ, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex Domini sit semper in ore tuo.* Hæc dies, & hoc beneficium, quod recepistis, erit quasi annulus, quem continuò gestabitis in digito vestro, & erit vobis memoriale, ut numquam obliviscamini Dei, sed semper eum præ oculis habeatis, &c. ita dilucidat hunc locum devotissimus Olea-

Oleaster hic. ster: *Dies hæc, seu festum hoc erit sicut annulus seu filum in manu tuâ; & ac si esset memoriale, quod ante oculos tuos haberes, ut semper de lege loquaris & tractes.* Et paulò inferiùs in eodem capite repetit eamdem memoriam eisdem ferme verbis: *Et erit quasi signum in manu tuâ, & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos.* Veluti transfert Oleaster ex Hebræo *quasi ocularia seu specilla.* Hæ admonitiones meæ erunt vobis perspiciliorum loco, ut numquam à visu oculorum vestrorum excidat memoria beneficiorum, quæ Deus vobis præstitit. Premit Oleaster considerationē suâ duplicatam seu repetitam commendationem ejusdem rei in eodem capitulo, & dicit, quod viderit Deus, quanti momenti erat repetita memoria eorumdem beneficiorū, & quod simul intellexerit Moyses, quanti Deus æstimaret cogitationes populi sui affixas esse eisdem beneficiis receptis; ideòque iteratâ vice eis loquitur, & eis in memoriam revocat, unicum esse remedium Deo serviendi, ejusque præcepta, & legem rite observandi, jugiter illum considerare & præ oculis habere, & ad hoc plurimùm conducere numquam ocularia deponere. *Quia statim ac quis recordatur beneficia accepta, legem Dei fideliter observat* Ab aliquot hinc annis adinvenit curiositas humana quoddam genus ocularium, quod tubum opticum nominamus, quo distantia, & longius dissita cominus præsentia redduntur, & conspiciuntur. Videtur sanè Moyses suo modo idem voluisse his ce verbis consulere & suadere populo Hebræorum, quia si notaveritis ocularia illa consueta, constat duobus vitris, quorum unum in parte anteriori, & alterum in posteriori ponitur, & manu sustentantur, ut congruè illis uti, & perspicere valeamus, nunc igitur unam memoriam renovare, & paulo post, aliam, quid aliud est quàm vitrum vitro superaddere, & mandare, quod tali modo præ oculis habeant *in oculo tuo*, ut simul ea manibus gestent, *in manu tua* & docere illos, ut ex multiplicatis admonitionibus, & repetitis memoriis efforment tubum opticum seu ocularia, ut dicitur, largi visūs, quibus cominus intueantur, & tamquam semper præsentia, præterita beneficia contemplentur. Melius incomparabiliter perspicilium habemus hodierno die nos filii Ecclesiæ, & devoti clientes Rosarii, cujus lux longè purior & lucidior illâ, quàm Moyses dedit populo Hebraico. Habemus namque duos libros, seu pugillares, unum Rosarii Deiparæ, & alterum per sanctum Matthæum, qui incipit *liber generationis Jesu Christi*, qui continuo nobis reficiant memoriam, & præsentia

Digitized by Google

reddunt mysteria sacrosancta nostræ redemptionis, quorum recordatio nos ad amandum, & serviendum Christo Redemptori nostro plurimùm adstringere debet.

5. Describens sacra historia creationem mundi, delineansque efformationem primi hominis loquitur hisce verbis: *Creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.* Et immediatè in subsequentibus ea repetit. *Ad imaginem Dei creavit illum.* Eminentissimus noster Cardinalis commentans hunc locum advertit & notavit congeminationem illam seu duplicationem verborum. Nonne sufficiebat Spiritum sanctum semel dixisse Deum creasse hominem, ut quid igitur necesse iteratâ vice idipsum dicere? inutilis & supervacanea videtur repetitio. Duplici solutione enôdat Cajetanus objectam dubitandi rationem, quarum prima hic non habet locum, secunda verò instituto nostro accommodatè servit *Repetit Moyses, quòd ad imaginem Dei creavit eum, ad arctiùs imprimendum hominibus tanti beneficii magnitudinem.* Non frustra, sed datâ operâ creavit Deus hominem ad similitudinem suam, ut videns modum, quo eum obstringebat repetita memoria creationis quâ altiùs consideraret & arctiùs memoriæ imprimeret excellentiam beneficii creationis, quâ Deus eum ex nihilo produxerat, simulque intelligeret, idem fore meminisse creationis suæ, & se Deo pro tali munére gratum exhibere. Mysterio plena fuit hæc repetitio: *Creavit Deus hominem, ad imaginem Dei creavit illum.* Idem observavit super hunc locum Rabanus Pater antiquus: *Quod priùs dixerat ad imaginem suam, confirmationis gratiâ geminavit, addens ad imaginem Dei creavit illum, ut diligentiùs insinuaret nobis, quales à Deo facti sumus.*

Genes. 1. v. 9. *Cajet. hic.* *Raban.*

6. Ingeniosè advertit quidam doctus, menses apud Hebræos non habuisse nomina propria, sed solùm primum, secundum, tertium, &c. fuisse appellatos, ideoque in sacris litteris nullum reperitur nomen mensium, nisi postquam commercia & communicationem cum Babyloniis habuerunt, unde dixerunt Hebræi, nomina mensium fuisse à Chaldæis mutuata & adducta, ut beneficiũ liberationis è captivitate Babylonicâ semper memoriæ impressum inhæreret, ita ut apud Israëlitas nomina Chaldaica mensibus imponere, originem & causam suam habuerit, ut tantum beneficium præsens semper ob oculos versaretur, & Deo debitas grates pro libertate obtentâ rependerent, ac simul, ut in eo futuræ libertatis per Messiam promissum consequendæ spem suam erigerent, & corroborarent: Ita affirmabant veteres Judæi, teste Beutero, in suis Annotationibus. *Ascendisse secum ex Chaldæâ, ut ejus liberationis semper esset memoria in spem libertatis à Messiâ obtinendæ.* Itaque nomina mensium, *Nizan, Xan-Thico, Zio, &c.* quorum meminit sacer textus non sunt linguæ Hebraicæ, sed Chaldaicæ, Macedonicæ, & Græcæ; forma, quam ex industriâ excogitarunt, ne beneficia Dei recepta umquam oblivioni traderentur, aut memoriâ exciderent, existimantes idem futurum, beneficia habere præsentia, ac se gratos pro illis exhibere; idcirco menses vel nomina mensium ipsis rememorativum erant seu memoriæ excitamentum.

Penafiel Anal. 1. c. 8. § 9. *Beuter apud Penafiel loco cit. 2. Esd. 5. Esther 3. & 11. 2. Machab. 11. & 3. Regum 6*

7. Plurimùm extollit Spiritus sanctus rhedam seu ferculum gestatorium, quod Salomon fieri mandavit, quo ipse & sponsa in die desponsationis per vicos & plateas urbis Jerosolymitanæ cunctis spectabiles veherentur. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum mediâ charitate constravit propter filias Hierusalem.* Quæ omnia, ut eleganter notavit noster devotissimus Sotomayor, eo tendebant, ut pretium, & excellentiam ferculi, ejusque rarum & admirabile artificium ostenderent, quodque ferculum erat Regiæ Majestatis sponsæ, quam ipse plurimùm amabat, maximè conveniens & condecens; lignum namque seu materia ejus erat ex pretiosioribus montis libani, columnæ ejus argenteæ, fulcra verò seu reclinatorium ejus ex auro mundo, ascensus verò purpureus, *& mediâ charitate constravit propter filias Hierusalem.* Et juxta expositionem nostri Sotomayor hunc reddunt sensum, quòd opus erat adeo perfectum & consummatum, ut ex ipso solo amor & affectus erga sponsam colligeretur, amore cujus illud fabricaverat; simulque pulchritudine & artificio ferculi, omnium filiarum urbis, quam per-

Cant. 3. v. 9 & 10. *Sotomayor hic.*

pertranſiturus erat in die deſponſationis ſuæ, amorem in ſe provocaret. *In medio autem ferculi depingi, aut ſculpi, aut ſcribi fecit Rex Salomon, tamquam verus amator, Hiſtoriam amorum ſuorum*: in ſummitate cōcavâ ferculi depinxit Salomon amorem & affectum, quo erga ſponſam ferebatur, ut ſponſa, cæteræque ejus ſodales eū reciproco amore diligerent, quem adeo fidelem & amantem experiebantur, eumque amore dignum judicarent, qui tantâ dilectionis prærogativâ ſponſam amabat, quemadmodum picturæ ſeu ſculpturæ illæ prædicabant; licet enim ſingulæ ſcripturæ ſeu ſingula ſculptilia muta videantur, habent tamen voces magis penetrantes & vivas, magisque efficaces, quàm ſint articulatæ: *Pictura enim atque ſcriptura, licet tacens ſit opus, tamen ſic tacitè penetrat affectus, ut ipſam vivam vocem ſuperare videatur.* Quid aliud eſt liber generationis Jeſu Chriſti, quàm Hiſtoria amorum ejus? quid aliud ſunt Myſteria ſacratiſſimi Roſarii, quam extrema illa charitatis inſignia, quæ ſponſus animarum noſtrarum amore victus nobis exhibuit, quæ continuò mentem noſtram monent, & nos memores reddunt debiti amoris, quo ipſi devincimur & obligamur, neque aliud convenientius remedium ad reformandas animas noſtras excogitari, neque ulla medicina ad curanda vulnera antiquarum iniquitatum noſtrarum ſalubrior dari poteſt, quàm jugis meditatio ſacrorum myſteriorum Redemptionis noſtræ; quia ſingula eorum ſunt excitamentum, quoddam, quod nedum ad Deum non offendendum, ſed etiam amandum & debitè ſerviendum in ſatisfactionem eorum quæ illi debemus, invitat & hortatur.

8. Ex hôc nunc intelligetis verſum illum Regii Vatis; *Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas propter retributionem.* Videtur enim hunc facere ſenſum. Inclinavi cor meum ad cuſtodiendum legem tuā, ſciens quam exactè & promptè obſequia tibi præſtita rependas. Ita communiter ſacri Doct. hæc verba interpretantur. Porrò meâ quidem ſententiâ non vult David dicere, quòd ſerviat Deo propter præmium ſperatū, ſed potiùs propter beneficia jam largiſſimè recepta; ideoque hâc cogitatione ductus dicebat. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, &c.* & illud, *propter retributionem*, hoc eſt, decrevi & firmiter ſtatui, Domine Deus, tibi rependere, & ſimul beneficia munificentiſſimè jam accepta, futuris obſequiis compenſare deſidero. Et ſi has nobiles cogitationes, hæcque ſancta deſideria examinaveritis, comperietis, illa fuiſſe partum meditationis legis divinæ, & conſiderationis plurium, quorum ſe illi debitorem agnoſcebat. Quapropter etiam hanc pſalmi partem exorditur hiſce verbis. *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, totâ die meditatio mea eſt.* Et concludit per ea, quæ jam relata declaravimus, *Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternum propter retributionem.* Ipſa memoria in me excitat cognitionem intellectûs, & ex intellectûs cognitione enaſcuntur in me deſideria quædam gratitudinis, quâ modo & conatu mihi poſſibili ſtudeam beneficia obſequiis compenſare, ut ſi non in toto, ſaltem in parte me debito exonerare, & gratitudinem rependere velle commonſtrem.

Pſal. 118. v. 112.

Pſal. 118. v. 97.

9. Conſtans eſt Theologorum doctrina, duplicem poſſe in Deo conſiderari Juſtitiā, unam punitivam, alteram commutativam. Punitivæ, de rigore juſtitiæ per mortem Filii Dei fuit ſatisfactum, ut verò commutativæ ex parte noſtrâ ſatisfiat, neceſſarium eſt, ut Chriſto Redemptori noſtro infinitum aliquod pretium pro nativitate, morte, & paſſione ſuâ rependamus; verùm conſideratâ imbecillitate virium noſtrarum, & inopiâ facultatis humanæ par pari referre nequîmus, neque pretium æquivalens reddere valemus: cumque ſolus Deus, ejuſque opera infinitate meritorum gaudeant, noſtraque ſint finiti & limitati valoris, iis ex juſtitiâ commutativa, niſi ejuſdem Chriſti meritis fulciantur, nullatenus condignam ſatisfactionem facere poſſumus. Hoc ipſum eſt quod Auguſtinus in Pſalmum quadrageſimum quartum meditatus eſt, explicans verba Davidis jam relata, dum David ſe inopem & egenum recognoſcens, anxius quid Deo pro Incarnationis & paſſionis beneficio retribueret. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Rependam ei ſolam memoriam beneficii, quam apud me invenio. Unde optimè Auguſtinus.

Pſal. 44.

Auguſt. in Pſal. 44.

Pſal. 115. v. 3.

gustinus. *Remansit in gratiarum actione, in relatione defecit.* Defuit reddendum, sed non defuit gratificandum, sic melius solvitur Deo debitum, cùm hoc solum infinitum habeamus, quod ipsi rependere possumus, scilicet calicem salutaris & passionis ejus, *calicem salutaris accipiam, &c.* opera infiniti valoris & pretii: quod si nostra dedetimus sine fulcro illorum, inæqualia sunt, neque vitæ æternæ meritoria, & quamvis sint opera argentea, non sunt moneta ullius valoris, nisi meritis Christi cudantur & signentur. Sic cudit & signavit Christus opera
Ad Heb. 5. nostra, quando pendens in cruce; *Cum lacrymis & clamore valido exauditus est pro suâ reverentiâ*, id est, quando obtulit Patri æterno sua merita, nostris valorem addidit & vitæ æternæ condigna effecit.

10. Utamur igitur devotione sanctissimi Rosarii, in quâ velut in compendio omnes illi opulentissimi thesauri meritorum Christi continentur, & rogemus, ut hoc parvum obsequium è manibus nostris sibi oblatum acceptare dignetur in satisfactionem tot beneficiorum, inter quæ non minimum fuit, quòd nobis per manus sanctissimæ suæ matris dederit hunc libellum amoris sui indicem noviter in cœlis excusum, quem antea nobis dederat scriptum, & compositum per sanctum Evangelistam Matthæum, cujus initium & titulus est, *liber generationis Iesu Christi.*

Liber Generationis Jesu Christi.

CONSIDERATIO II.

Hæc Chronica sancti Matthæi inscribuntur liber generationis Iesu Christi, quia pluris æstimat Deus, quod a nobis recipit, quam magnum, quod ipse nobis elargitur; ut discant Reges & Principes terræ magni facere etiam parva, quæ a subditis recipiunt, & flocci pendere etiam magna, quæ ipsis conferunt.

1. ENucleans hæc verba unum notavi in illis, quod sancti Patres & expositores communiter solent præterire, videlicet, Evangelistam Matthæum potiùs nominare hunc librum generationis, quàm passionis aut mortis Christi Salvatoris nostri, cùm tamen notante Rabano minor ejus pars de generatione, & principalior agat de morte & Passione Domini. *Rabanus in Cant.*
Cùm autem parvam libri particulam teneat generatio, dicit generationis, ac proinde historia sancti Matthæi rectè deberet appellari liber Passionis, & mortis Christi, maximè, cùm ad corda nostra commovenda & excitanda teste mellifluo Bernardo, efficacior sit memoria mortui & crucifixi, quam divi & incarnati Dei consideratio. *D. Bern. serm. ad milites de templo c. 11.*
Inter Sancta ac desiderabilia loca sepulchrum tenet quodammodo principatum, & devotionis plus, nescio quid, sentitur, ubi mortuus requievit, quàm ubi vivus conversatus est. Idemque confirmat Evangelicus Vates. *Et erit sepulchrum ejus gloriosum.* Fatetur quidem sanctus Bernardus se nescire causam ejus, quòd tamen ipsa experientia docet, & majorem causam devotionis, *ubi mortuus requievit, quàm ubi vivus conversatus est.* Hac doctrinâ præsuppositâ videtur hic liber potiùs titulo Passionis ac mortis, quàm generationis Christi inscribendus. Ut huic dubitationi respondeamus, standum est nobis consilio prudentissimo magni Senecæ consulentis, ut beneficium impendens, taceat; recipiens, divulget. *Hac enim beneficii inter duos lex est, alter statim oblivisci debet dati, alter accepti numquam.* Quia dans, qui tacet & oblivisci tur dati, ostendit se parvi facere donatum, quamvis maximum, & recipiens, qui beneficium divulgat, ostendit, quòd id magni æstimet, quantumvis minimum fuerit, quod recepit. Ideoque Spiritus sanctus (ut insinuat titulus hujus considerationis) non appellat per Evangelistam Matthæum hunc librum Passionis seu mortis, sed generationis Jesu Christi; quia per mortem & Passionem se magis liberalem & munificum erga homines exhibuit, & tunc fuit, quando majorem beneficentiam illius sunt experti: per generationem verò accepit ipse Dominus ab hominibus humanitatem & naturam *de nostrâ assumpsit*, ut loquitur divus Thomas, & adeo benignus est Dominus, ut pluris æstimet minimum, quod illi damus, quàm maximum, quod ab illo recipimus. *Seneca de benef. l. 2. cap. 10.* *D. Thomas opusc. 57.*

In eodem sensu explicari possunt duo loca, unus Isaiæ, & alter Ezechielis. Huic præcepit Deus, ut sumeret laterem & de-

Isaiæ 11.

leri-

Digitized by Google

ſcriberet in eò civitatem Jeruſalem munitionibus, propugnaculis, & aggeribus cinctam, veluti urbem hoſtibus expoſitam, & ordinaret circùm eam obſidionem & caſtra Babyloniorum, aggreſſuſque eorum, quibus urbem eſſent oppugnaturi, & qualiter irrito conatu repulſam paſſuri forent; hoc totum ſignificat: *Sume tibi laterem & deſcribes Jeruſalem &c. & ordinabis obſidionem &c.* Ezech. 4. v. 1. Iſaiæ verò mandavit, ut librum ſeu codicillos ſumeret ad ſcribendum, *ſume tibi librum grandem & ſcribe ſtylo hominis.* Iſaiæ 8. v. 1. Scriptura autem libri hæc eſſe debebat. *Accelera, ſpolia detrahe.* Verba prophetica & myſtica, quæ iuxta communem Interpretum expoſitionem in ſenſu litterali de ineffabili Incarnationis myſterio intelliguntur, Mallẽ ego ex ore alterius me doctioris & ſapientioris audire rationem, cur materia horum librorum adeo diverſa fuerit, & cauſam, quare civitas Hieruſalem mandetur delineari in latere incocto; Prophetia verò Incarnationis Filii Dei in libro magno, ſive fuerit membrana, lamina, vel alia ſimilis materia Cur in tam parvo latere maxima & munitiſſima urbs Hieruſalẽ præcipitur deſcribi, & mox mãdatur, ut ſumatur liber magnus, cui inſcribantur hęc pauciſſima verba; *Accelera, detrahe ſpolia*? Ratio fuit; niſi me fallat opinio, quia in delineatione urbis Jeroſolymitanæ figurabantur victoriæ, quas conceſſurus erat Deus incolis ejus; & triumphi, quos de hoſtibus ſuis erant reportaturi: & per ſcripturam Iſaiæ, ſignificabatur Incarnatio Filii Dei, qui quantocyùs erat venturus in mundum, aſſumpturus infirmitates noſtræ fragilis naturæ, & redemptionem humanæ ſalutis quàm celerrimè operaturus. Et voluit Deus beneficia ſua hominibus collata fragili & incocto lateri inſcribi, at verò Incarnationem ſuam, per quam ipſe ab hominibus erat accepturus humanã naturam, & eſſe humanum, voluit exarari in libro, ne ullo unquam tempore vel ætate poſſet memoriâ excidere vel oblivioni tradi: ita videtur Procopius loqui. *Quoniam omnium aures ea ferre non poterant, Propheta librum ipſum ſive codicem ſive membranam, ſive volumen, ut reliqui tranſtulerunt, ſumere præcipit; quem novum & magnum dicit, ut recentis magnique teſtamenti, tamquam priore antiquato, figuram adumbret*: in quo clarè demonſtravit, quàm parvi faceret maximum beneficium, quod ipſe hominibus conferebat, & quàm magni æſtimaret minimum, quod à nobis recipiebat. Hoc ſonat, *Sume tibi laterem.* Et illud: *ſume tibi librum grandem.* *Procopius in gloſſâ ad hunc locum.*

Notate diſtinctum & diverſum modum, quo uſus fuit Deus cum duobus Patriarchis proavis ſuis, Davide & Abrahamo. Davidem ex vili & abjecto Paſtore Bethlehemitico extulit in Principem populi ſui, & unxit in maximum Regem Jeroſolymorum. Imo & addidit. *Si pauca ſunt iſta, adjiciam tibi multò majora.* Si plura deſideres, majoribus te cumulabo beneficiis. Bene eſt. Præcipit idem Dominus Abrahæ, *Tolle filiũ tuum, quem diligis Iſaac.* Obédit ſanctus Senex, & obtemperat dictis Dei mandantis, tollit filium ſuum, quem ut pupillam oculi tenerrimè diligebat, imponit ligna humeris Iſaac, ſuper quæ decollatus debebat igne conſumi, & in holocauſtum immolari, pergit cum illo ad locum ſibi à Deo deſtinatũ, ligat puerum velut agnum manſuetum, ejus oculos velat, gladium arripit, ictum minatur, paternum potiùs cor, quam collum filii vulneraturus, enſemque ad feriendum libranti occlamat Angelus. Siſte Abraham, ſiſte: *Ne extendas manum tuam.* In effectum non conſenſit Deus, ſed ratum habuit voluntatis affectum, dixitque ei. *Quia feciſti rem hanc, & non peperciſti filio tuo unigenito.* Notat Oleaſter, Dominum opus hoc non laudaſſe ſolùm, ſed tanti duxiſſe, ut, quibus idipſum explicaret, verba ei deeſſe viderentur. *Sed & hic Dominus non ſolum opus commendat; ſed tanti facit, ut nomen, quo laudet, aut operi imponat, non inveniat: hanc rem,* id eſt, hoc facinus heroicum, hoc fideliſſimũ amoris obſequium adeo mihi gratum eſt, ut tibi promittam, me pro eo maximis te beneficiis temporalibus, & ſpiritualibus donorũ augmentis, tuamque familiam & generationem munificentiſſimè ditaturum. *Benedicens benedicam.* Benigniſſime Domine, an parùm tibi videtur, te, Davidem ex paſtore egeno exaltare in Regem? & illi præterea dicere: *Et ſi parva ſunt iſta, adjiciam tibi multò majora?* Et Abrahæ (cum tamen Iſaac non fuerit occiſus) aggratularis, & majora promittis beneficia: quæ ipſi dares, ſi reipsâ fuiſſet immolatus? Et quantò magis,

3. 2. Reg. 12. v. 8. Gen. 22. Ibidem v. 12. Ibidem v. 16. Oleaſter hic.

magis, quid magni fecit? nonne totum fuisset parvi momenti propter amorem & servitium tuum respectu eorum, quæ tibi debet? maximè cùm sis auctor vitæ, quam pro arbitrio tuo & dare potes, & auferre: quomodo ergo dicis illum rem inauditam, & mundo invisam, & actum heroicum perpetrasse? Hoc enim totum denotat: *hanc rem.* Revera satis exiguum erat, Abrahamum semel facere pro Deo, quod toties factum est pro Diabolo. *Immolaverunt filios suos, & filias suas, Dæmoniis, & effuderunt sanguinem filiorum suorum* : Et non quidem solâ voluntate, quemadmodū Abraham, sed etiam opere ipso. *Immolaverunt dæmoniis, &c.* Accipite Abulensem utrumque simul complectentem. *Non solum dederat illis bona, sed etiam erat paratus dare alia majora.* Ac si diceret. Licet beneficia, quæ Deus contulerat Davidi, essent maxima, in æstimatione tamen Dei, qui ea dederat, erant minima, ac proinde majora promittit: & obsequia Abrahami præstita Deo, licet respectu eorum, quæ debebat, forent exigui & limitati valoris, ipse tamen Dominus eadem ut maxima reputavit.

Psal. 37. *Gen.* 22.

Abulens. q. 4. *super* 2. *Regum cap.* 12.

Excepit idem Dei famulus, uti constat ex libro Geneseos, tres Angelos hospites, eosque lautè secundùm facultatem domûs suæ tractavit. Ad quod alludens sanctus Paulus Doctor gentium & hospitalitatis virtutem laudibus offerens loquitur in hæc verba: *Hospitalitatem noli oblivisci; per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio recepti* : Loquens de charitate, quâ ambo Abraham & uxor ejus Sara tres Angelos sub specie humanâ, vel Deum ipsorum Angelorum Dominum in illis figuratum exceperunt. Adnotandum hic, quòd, cùm intentum sancti Pauli fuerit Hebræis persuadere virtutem sanctæ charitatis, exemplo horum conjugum, etiam debuisset illis proponere promissum vel præmium, quod Angeli vel Deus in illis statim promisit dandum, scilicet sacro attestante eloquio: *Habebit filium Sara uxor tua*: pollicens eis felicissimam prosapiæ suæ posteritatem in gratiarum actionem pro tam lauto hospitio & beneficio, maximè cùm Paulus probè novisset spem præmii obtinendi calcar & animum addere, vires roburque ad quodvis aggrediendum confirmare, quia ut dicit Philo Alexandrinus *spes alimentum animarum.* Quemadmodum enim corpus nostrum alimentis educatur & nutritur, ita & anima spe præmii fovetur; atque ideo videtur sanctus Paulus debuisse facere mentionem promissi, quod Angeli propter lautam exceptionem Abrahæ polliciti fuerunt. Dicant alii, quod sentiunt, meo quidem judicio sanctus Apostolus unum recensuit, & alterum tacuit; enarravit hospitalitatem Abrahæ, quâ Deum benevolè excepit, & subticuit mercedem, quam in filio habendo promisit; quasi denotans, quàm magni Deus lautitiam hospitii sibi ab Abrahamo impensi, & quàm parvi æstimaverit mercedem & præmium, quod illi, in filio præter naturam dando, gratis promisit.

4. *Genes.* 18.

Hebræ 13 *v.* 2.

Genes. 18. *v.* 10.

Philo Alexād. in lib. quod det, &c.

Curiosiùs adnotavit Theophylactus, quòd idem Apostolus, recensens ea, quæ pro Christi nomine & gloriâ patiebatur, dixerit, patiendo se adimplere defectum Passionis Christi. Hoc videntur insinuare verba illa: *Adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi in corpore meo.* Quæ primâ fronte videntur malè sonantia, & censuris digna, quatenus indicat sanctus Paulus aliquid potuisse copiosæ redemptioni deesse, sed Theophylactus declarans mentem Doctoris gentium, nodum quæstionis solvit, & dicit idem fuisse, ac si Apostolus dixisset, adeo tenerè nos dilexit magnus ille Dominus, tamque amanter nobiscum egit, ut maxima, quæ pro nobis pertulit, tormenta, pro nihilo reputet, sed omnes injuriæ, pœnæ, & dolores, cuncta quæ quæ passus est, propter amorem erga nos, insufficientia sunt, & ideo novissimè in me omnium minimo, & cæterorum servo humillimo patitur. *Quod existimet, nondum eum, passū, quod debuerit*, inquit Theophylactus, non contentus est morte & passione sua, sed immensus illius amor parvum reputat, quod toleravit propter amorem hominum: ideo addit & conjungit passioni suæ, quod ego modò patior, vel ipse in me tamquam complementum & consummationem eorum, quæ in semetipso propter amorem erga homines pertulit. Hoc est: *adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi* Et notate, sanctum Paulum merita sua complementum meritorum Redemptoris appellare, etenim

5.

Colos. 1. *v.* 24. *Theophyl. hic.*

Digitized by Google

etenim forma alicujus ſecundum Philoſophiam eſt, quæ dat eſſe & perfectionem rei, ſeu materiæ, quam informat, & ſine formâ res eſt imperfecta. Aſſerit ergo ſanctus Paulus omnes labores & perſecutiones ſuas eſſe formam & complementum Paſſionum Chriſti, quia ſine illis omnia, quæ Dominus propter amorem hominum paſſus eſt, parvi facit, quaſi ipſis forma & complementum deeſſet. Atque ita videtur, quòd parva, quæ Paulus pertulit, maximi faciat, & minimi magna, quæ ipſemet pro hominibus ſuſtinuit. Fortè myſterium hoc verba illa continent, quæ Chriſtus Ananiæ dixit in converſione ejuſdem Apoſtoli: *Ego enim oſtendam illi, quanta oportet eum pro nomine meo pati*; quibus indicavit onus & penſum, ſub quo ipſi prædicationis evangelicæ provinciam committeret, & nomen Sanctum ſuum in univerſum mundum inveheret, ſcilicet, quòd in defenſione fidei innumeros labores, & in divulgando ſanctiſſimo nomine ſuo, idque hominibus convertendis commendando, ſuperatis immenſis difficultatibus, plurima perpeti deberet. Urgeo illud, *quanta*, quot labores, quot tribulationes, quot perſecutiones, quot carceres & afflictiones. Hoc totum denotat, *quanta*, & multò plura; quæ omnia breviter complexus idem Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, ita loquitur: *In laboribus plurimis, in carceribus, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, &c.* ita ut, conferendo illud Pauli, *adimpleo*, cum hoc Chriſti dicto, *quanta*, eliciamus ex his antecedentibus non minùs certam, quàm veram ſententiam, Deum ſcilicet majoris æſtimare parvum, quod recipit ab hominibus, quàm maxima, quæ illis impendit beneficia. Indoles revera nobilis & generoſi pectoris, quod adeo munificum & beneficum eſt, ut totum, quod alteri impendit, flocci faciat, & omne, quod ab alio ſibi donatur, maximi æſtimet.

Act. 9. v. 16.

2. Cor. 11. v. 23.

6. Ponderat divus Gregorius Papa verba, quibus Chriſtus ſervator noſter ſeipſum eidem Apoſtolo in converſione ſuâ miraculoſâ manifeſtavit, dum interroganti Paulo; *Quis es Domine?* reſpondit idem Dominus, *Ego ſum Jeſus Nazarenus*. Nonne conſultius (inquit Gregorius) te ut creatorem Cæli & terræ, ut filium æterni patris, & ut ſecundam in Trinitate perſonam ipſi æqualem & conſubſtantialem, quàm ut Jeſum Nazarenum illi te manifeſtaſſes? commune eſt, ut homines mundo ſe manifeſtent, per id, quod pluris æſtimant, utque dignioribus honorum & gloriæ titulis ſtudeant aliis innoteſcere. Et quis non videat differentiam inter titulum Creatoris Cæli & terræ, & nomen Jeſu Nazareni? hoc, in judicio humano, nõ divino locum habet. *Non ei à Domino* reſpondetur, ait glorioſus Pontifex, *Ego ſum unigenitus, ego Verbum ante ſæcula, &c.* quaſi diceret: Obliviſcitur Chriſtus Redemptor noſter divinitatis ſuæ, ſubticet titulos majeſtatis, neque ſe creatorem ſeu conſervatorem mundi nominat, neque ullatenus beneficiorũ, quæ inceſſanter hominibus confert, mentionem facit, ſed ſolùm ſe Jeſum in Nazareth incarnatũ & educatum prædicat, quia illa ſunt beneficia, quæ ab hominibus accepit, oſtendens ſibi magis præſentia eſſe (noſtro modo loquendi) obſequia humana, quàm beneficia divina; & quòd pluris faciat pauca, quæ à nobis in terris recepit, quàm plurima dona gloriæ, quæ nobis largiter contulit. Erat Chriſtus non ſolùm ſpiritualis, ſed etiam temporalis Rex juxta verbum Regii vatis, *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo*. Et juxta Angeli dicta ad Virginem. *Dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob, & regni ejus non erit finis*. Atque ut Rex, voluit præbere exemplum Regibus & Principibus Terræ, eoſque docere, qualiter debeant eſſe munificentiſſimi erga ſubditos ſuos, pluris æſtimando pauca, quæ ab ipſis recipiunt, quàm multa beneficia, quæ ex propriis ſuis impartiuntur.

D. Gregor. apud Lor. hic. Act. 22.

Pſal. 2. v. 6.; Luc. 1. v. 32. & 33.

7. Verum tantùm abſunt Principes & Reges ab imitando Chriſti Redemptoris exẽplo, ut potius oppoſitum communiter faciant. Hoc denotat graviſſima illa Dei querimonia, quâ per Prophetã ſuum Micheam illos gemebundus deplorat hiſce verbis. *Princeps poſtulat, & judex in reddendo eſt*: Duplicem ſenſum habent hæc verba juxta interpretationem ſanctorum Hieronymi, Hugonis Cardinalis, Lyrani, Arias-mõtani, & aliorum. Primus eſt: hic Princeps exigit tributa, ſubſidia, contributiones & taxationes, & ipſemet eſt judex in reddendo, quia ipſe onerat & taxat ſubditos ſuos, ut dent, &

Mich. 3. v. 3.

non dicit illis, ut contribuant secundùm facultates suas, sed ut donent omnia, quæ ipse exigit. Secundus sensus est: Princeps petit pro suo arbitrio, & extorquet, quod vult, & judex, id est, Minister, Gubernator, Præses, Consiliarius, & alii similis farinæ homines omnes ei applaudunt & dicunt Amen. Omnes admittunt, quia cùm omnes avidè inhient suis commodis, & dependeat ab illis expeditio, ex quâ sperant lucra, & prosperitatem suam, omnes suffragantur injustæ iniquitati, & judicant dandum totum, quod exigitur, & irrationales suos prętextus, tamquam justissimos exactionum titulos Regi & subditis obtrudunt. Congruæ sunt hæ explicationes & litterali textui consonantes, verùm salvâ tot doctorum virorum reverentiâ, aliam assignabimus, quæ & litteralis videtur, & instituto nostro apprimè est commensurata. ***Princeps postulat, & judex in reddendo est***, id est, malè agitur in Republicâ nostrâ, neque regnum nostrum debitè gubernatur. Quare? ***Princeps postulat, &c.*** quia Rex est Princeps in petendo, & judex in donando, id est, largus in exigendis obsequiis, & parcus in muneribus dandis, exigit ut Princeps, & benefacit ut judex, quia potiùs dat vi, & importunitate adactus, quàm ex liberalitate, & id quod donat, quasi ex manibus ejus extorquetur, ac si potiùs ex jure, quàm ex gratuito voluntatis beneplacito concederet. ***Judex in reddendo est.*** Interrogo, quot sint Secretarii beneficæ mercedis seu beneficiorum in hâc Civitate seu Aulâ? Unus. Quot verò tributorum exactores? Plurimi. Quia alii sunt Receptores vectigalium, alii quæstores tributorum, alii subsidiorum. Alii taxationum exactores, &c. Deus bone! Tot depositarii tributorũ, taxationum, contributionum, &c. & unus solus Secretarius gratiarum seu beneficiorum? Ita profectò: quia pro tam paucis beneficiis, unus sufficit Secretarius, & supereſt, & plurimi Thesaurarii pro tot impositionibus, taxationibus, & contributionibus non sufficiunt, cùm tamen secundùm rectã rationem Reges & Principes deberent esse judices in exigendo, & Principes in donando; Judices difficiles in recipiendo à suis subditis, & Principes munifici in beneficiis distribuendis.

8. Expendit Rupertus Abbas, Deum liberalissimè concessisse homini omnes arbores & fructus paradisi ad vescendum: ***Ex omni ligno paradisi comede***: Et unam solam arborem ei interdixisse: ***De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.*** Quare non vetuit esum plurium, dabat enim ei ex tot comedendi facultatem? Audite responsum auctore suo dignum. ***Magna largitas bonorum, & non grave largitoris mandatum.*** Voluit hoc facto Deus suam declarare beneficam liberalitatem, concedendo Adæ usum omnium arborum Paradisi ad vescendum; & solam unam prohibuit, idque hanc ob causam, quia permittere ei usum & esum, erat donum gratuitum ex propriis, ideoque non habuit terminum aut finem: quia verò prohibere ne tangeret arborem, erat exigere ab homine obedientiam præcepti, quod illi statuebat; ideo hoc fuit limitatum, quasi qui pluris æstimaret parvum, quod ab illo exigebat, & sperabat, quàm maximum, quod illi tam profusâ largitate offerebat & donabat. Verè judex in petendo & Princeps in dando, licet paucissimi Regum & Principum ejus imitentur exemplum; quòd autem contrarium faciant, nascitur ex eo, quòd magni æstiment parvum, quod ex propriis donant, & parvi faciant obsequia etiam maxima sibi præstita. Hoc faciunt Principes terræ, non Rex cæli Christus Redemptor & Salvator noster. *Genes. 2. v. 16. & 17.*

9. Admirabile est encomium, quo Dominus factum Magdalenæ summis laudibus extulit, quando pretiosum unguentum effudit super sacrum Christi caput recumbentis, dicens, quòd ubicumque hoc evangelium annuntiaretur, illius singularis haberetur memoria: & cùm idem Dominus plurima admiranda signa operatus fuerit, quorum neque memoriã neque scripturam reservari voluit, teste sancto Evangelistà Joanne: ***Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in libro hoc***; Nihilominus de hoc eximio pietatis opere, quod illi Magdalena impendit, dixit per sanctũ Matthæum: ***Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in universo mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.*** Si attentiùs pervolveritis historiã evangelicam, comperietis Christum mandasse duorum specialiter fieri memoriam perpetuam in Ecclesiâ suâ, videlicet, mortis *Joan. 20. v. 30.* *Matth. 26. v. 13.*

suæ-

suæ in sacrosancto Missæ sacrificio, & hujus operis Magdalenæ in cathedris & pulpitis per Prædicatores suos. De morte suâ dixit:

1. Cor. 11. v. 24. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quæ verba enucleans Sanctus Paulus subjungit, *quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Commemoratio suî, quam Jesus præcipit fieri in sacrâ communione, est memoria mortis suæ. De opere autem Magdalenæ: *dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.* Ubi statim ratio dubitandi animum pulsat, qualiter possibile fuerit, ut Redemptor noster voluerit unctionem Magdalenæ pari encomio prædicari & celebrari cum morte suâ sacratissimâ. Quæ enim comparatio fieri potest inter effusionem unguenti, quod Magdalena ex pietate effudit super caput recumbentis, & inter profusionem pretiosissimi sanguinis, quem Christus in arâ crucis, in passione & morte suâ copiosissimè pro hominibus profudit. Anne forsan idem est, Mariam effudisse libram nardi pistici super pedes ejus, & Christum, totum sanguinem corporis sui usque ad ultimam guttam largiter profudisse? Nequaquam profectò. Quia longè excellentioris pretii est sanguis Christi, quàm alabastrum unguenti pretiosi Magdalenæ, quantumvis Judas pessimus æstimator hoc trecentis, illum verò triginta denariis æstimaverit; & longè inferior fuit gradus charitatis, quâ ipsa unguentum, & Christus cruorem suum largissimè profudit: attamen idem amor, qui impulit Christum ad profundendum pretiosissimum sanguinem suum tantâ cum prodigalitate, quasi eum nihili faceret, cùm tamen quælibet gutta infiniti valoris esset, idem compulit eum tanti æstimare unguentum Magdalenæ, quod erat limitati, & vilioris pretii, quasi venarum suarum sanguis foret. Hic videtur esse sensus, juxta interpretationem Claudii, verborum, quæ illi Christus dixit: *Sanctè vobis affirmo, & juro, quod ubi mors mea per evangelium toti Orbi celebrata fuerit, simul & hujus mulieris memoria, pietasque celebrabitur.*

Matth. 26. v. 13.

Claudius in cap. 26

10. Ex quibus optimè probatum manet intentum propositæ considerationis nostræ, Deum, scilicet, pluris facere minima, quæ à nobis recipit, quàm maxima, quæ ex propriis donat. Ex quibus consequenter inferemus, quòd, si sanctum Rosarium gloriosæ Virginis, in quo præcipua vitæ ac mortis Salvatoris nostri mysteria gaudiosa, dolorosa, & gloriosa recoluntur, debita devotione, & pari pietate recitaverimus, & cum humilitate cordis eadem obtulerimus, nobis eumdem Salvatorem devinciemus; quia haud dubiè, videns affectum cordis nostri in consideratione tot, tantorumque mysteriorum, quanti æstimavit, ea se fuisse operatum propter nos, tanti æstimabit, videre ea fuisse à nobis sibi oblata.

Generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham.

Consideratio III.

Vnum ex motivis, quæ Deus habuit ad incarnandum & assumendum naturam humanam factus filius hominis, fuit hoc, ut nos ad bene probeq; vivendum titulo honestatis provocaret.

1. S. Hier. in quadam Epist.

Glorioſus Eccleſiæ Doctor S. Hieronymus in quadam epiſtolâ loquitur in hæc diſertiſſima verba: *Nihil aliud video in nobilitate appetendum, niſi quòd nobiles quadam neceſſitate conſtringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent*: id eſt, nobilitatem ſolummodò nobilium animos exſtimulare, ne à ſuis umquam majoribus degenerent, ſed eorum virtutes omni tempore imitentur. Alludit hic S. Doctor ad dictum Homeri de Telemacho filio Ulyſſis loquẽtis: *Inſtillata patris virtus tibi, &c.* Nam ſi conjunctio ſanguinis cum probis animos excitet, hominibusque ad bene honeſteque vivẽdum calcar addat, ne quidquam ſuâ indignum nobilitate committant, potiori ſanè jurè homo ad tantam evectus dignitatẽ, ut non ſolùm ſpirituali, ſed corporali etjam ſeu temporali cognatione Deo ſit junctus, obligatur & adſtringitur ne, quod magno ſibi ducendum: honori eſt, quidpiam umquam tali indignum gratiâ audeat perpetrare. Hic fuit ſcopus, vel unũ ex motivis Incarnationis divinæ: *liber generationis Jeſu Chriſti.* Et quòd dignatus fuerit filius

Digitized by Google

fieri hominum; *filii David, filii Abraham*: Ut nos titulo honestatis constringeret, utque videntes nos ipsos divinæ factos consortes naturæ, arctissimoque necessitudinis vinculo per Incarnationem Deo unitos, novis animi incitamentis agnoscceremus dignitatem nostram, neque umquam in veterem peccatorum vilitatem degeneri conversatione rediremus.

2. Deut. 14. v. 1. *Filii estote Domini Dei vestri, non vos incidetis, neque facietis calvitium super mortuo.* His verbis instruxit & consuluit Sanctus Moyses filiis Israël, qualiter Deo servire & noxia quæque fugere deberent. Mementote in omnibus actibus vestris, cujus patris filii sitis, & cùm sitis tanto dignati honore, ut Deus vos in filios adoptaverit, ideoque vobis tam nobile nomen & privilegium concesserit, nolite vos radere aut propter mortuos decalvare, vel sicut legit Pagninus ex Hebræo, *non lacerabitis vos*, vel ut Oleaster. *Non debetis vos idolorum stigmatibus signare*, id est infligere vobis ipsis vulnera, quemadmodum barbari idololatriæ professores faciunt, ut patet in Rege Joachim, de quo sacra refert Scriptura, quod plurima eaque abominanda crimina perpetraverit. *Reliqua autem verborum Ioachim & abominationes, quas operatus est, & quæ inventa sunt in eo.* Explicat Lyranus hisce verbis *stigmata & figuras, quas fecerat in corpore suo in honorem idolorum.* Moyses ergo monet Hebræos, ut ab his abstineant, utque illis hoc persuadeat, eis in memoriam revocat dignitatem suam, quâ Deus optimus maximus illos tamquam filios suos condecoravit, *Multa sunt, quæ nos à peccatis & immunditiis retrahere debêt*, ait Oleaster, *præcipuum tamen inter omnia est meminisse nos filios Dei tam honorabilis & mundi ab omni sorde Patris.* Quare servus & amicus Dei, quando aliqua cogitatio seu tentatio peccati insurrexerit, tali consideratione se opponere, & meditatione armare debet. *Cum ergo servo Dei peccatum aliquod occurrerit faciendum, occurrat statim, cujus capitis & cujus corporis sit membrum & divinæ sit filius consors naturæ.* Itaque, meditante Oleastro, nullum judicavit Moyses commodius frænum, quo Israelitarum peccata compesceret, quàm oculis eorum objicere cognationem & affinitatem suam cum Deo, qui eis animam divinæ naturæ similimam dederat, adeoque tanto cohonestati decore necessitate quadam adstringebantur, & pari probitate correspondere, & numquam animos intermittere, ne in similes peccatorum abominationes inciderent.

Pagninus & Oleaster hic.

2. Paralip. 36. v. 8. 14.

Hæc verba sacræ Scripturæ congruè alludunt ad illa Geneseos, *Faciamus hominem ad imaginem &c.* quibus Deus voluit, & de facto creavit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Magno ingenii acumine notavit Rupertus Abbas, hanc similitudinem inter Deum & hominem adeo fuisse adæquatam, ut homo per eam divinus, & Deo simillimus evaserit. Audite Tuitiensem Doctorem. *Quasi dixisset, faciamus hominem, qui trina operationis nostræ in semetipso habeat evidentiam.* Hoc Ruperti dictum difficile est, ideoque illud enucleatiùs exponendum existimo. Indicat prædictus Abbas imaginem Dei per creationem homini communicatam consistere in certo quodam modo imitandi divinarum personarum, actiones, quas Theologi vocant, *ad intra*. Verbi gratiâ: Pater æternus (omissis aliis personis) intelligens semetipsum intimè & perfectissimè, & comprehendens immensitatem suæ perfectionis, ex tali cognitione & comprehensione sui operatur *ad intra*, & intellectu suo generat Verbum Divinũ, quod est naturalis & perfectissima imago Dei, in omnibus ipsius expressissima similitudo; ita etiam homo eo modo, quo fieri potest, suas habet operationes, *ad intra*, similes actionibus divinis, & signanter habet operationem internam similem actioni Patris æterni, quia cognoscens semetipsũ ut creaturam manibus Dei plasmatam, potest in se exprimere conceptum & imaginem, in quâ se illi similem contempletur, atque ex tali congnitione resultabit quædam obligatio, hoc est, si homo recordetur Principii sui, & nobilitatis animæ suæ, quæ est participatio quædam divinæ naturæ, impossibile erit, hominem non taliter componere vitã & mores suos, ut imaginem illius per peccatum deformatã non denuo reformet ad pristinam primæ creationis formam, & cognoscens se cum Deo tam nobilem contraxisse cognationẽ, necessitate quadam se constrictum profitebitur, & reformatam per probissimos mores instituet vitam. Quia honestas

3. Genes. 1. v. 26.

Rupertus hic.

Digitized by Google

ſtas ipſa robur & animos ei addit, quibus & virtutem amplectatur, & peccatum deteſtetur. Hoc eſt myſterium, quod Rupertus ſcrutatus eſt & invenit in illis verbis: *Faciamus hominem &c. quæ trina operationis noſtræ in ſemetipſo habeat evidentiã.* Res enim certa & experimento comprobata eſt, honorem eſſe calcar & efficacisſimum mediũ homini ad decurrendum per viam virtutis: hiſce enim alis elatus homo, velociſſime volat.

Ideo referente Auguſtino dicebat Varro: *Licitum eſſe civitatibus, ut viri fortes, etiamſi falſum ſit, ex Diis genitos ſe eſſe credant.* Quia hæc imaginatio, licet falſa & erronea, illos impelleret ad heroica quæque aggrediendum & ad quæque indigna non admittendum. Exemplum hujus habemus in Alexandro Magno, de quo narrat Plutarchus eum, ex imaginatione, quâ ſe filium Deorum exiſtimabat, ſemper heroica & præclara facinora feciſſe *Quoties Alexander Magnus ex Diis genitum ſe putavit, toties in barbaros multò ferociùs & inſolentiùs pugnavit*: perſuadebat ſibi magnus princeps ſe degenerem & imparem fore generoſæ taliũ parentum nobilitati, ſi in aggreſſibus & machinationibus ſuis non oſtenderet pluſquàm humanum animi robur, & ſi hoſtes eum ut divinum non reſpicerent & venerarentur. Tales animi vires procreat honor ſanguinis, ideoque dixit Boëtius: *Si quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolùm, ut impoſita nobilibus neceſſitudo videatur, ne à majorum virtute degenerent.*

4. *Aug. lib. 3 de Civit cap. 4.*

Plutarchus in vitâ Alex.

Boëtius lib. 3. de conſol. Philoſoph proſ. 6.

Non in vanum ſcribens nPrinceps Apoſtolorum ſanctus Petrus primitivæ Eccleſiæ Chriſtianis eos, ponderante ſancto Sixto, hiſce titulis appellavit: *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis*, nominat eos electos Sacerdotes, Reges, gentem ſanctam & populum pluribus laboribus acquiſitum. Quæro, quænam intentio ſacri Apoſtolorum Principis fuerit, in tot tantorumque titulorum accumulatione; maximè dum puſillũ gregem tot nominum illuſtrium honore condecorat: *vos genus electum, &c.* Reſpondet ſanctus Sixtus in hunc modum: *Ego hic, & nobilitatu jua generoſitatem ante oculos poſui, & quod genus electum, Sacerdotale, Regale, Gens ſancta, populus acquiſitionis eſſent, indeſinenter oſtendi. Ego etiam, quòd divina eſſent natura conſortes, edocui, credens eos ad cuſtodiendam juſtitiam prompciores fore, ſi ſtirpis ſuæ ſpeciem agnoviſſent ita mirabilem.* Interrogatis me? reſpondebo vobis. Non caſu & incidenter id fecit Petrus, ſed ſtudio & datâ operâ, ut ipſi conſideratâ ſuâ nobilitate, & titulis obligationum ſuarum ſeipſos tot honoribus præventos agnoſcerent, & neceſſitate quadam honeſtatis ſe ad Deo ſerviendam adſtrictos profiterentur; nullum enim efficacius, aut magis expediens medium judicavit ſanctus Petrus ad perſuadẽdum ipſis exactam obſervantiam legis, quàm ipſis proponere honorem - prærogativam & privilegia, quibus Deus eos munificentiſſimè dotaverat. *Credens eos ad cuſtodiẽdam juſtitiam prompciores fore, ſi ſtirpis ſuæ ſpeciem agnoviſſent ita mirabilem.*

5. *1. Petri 2. v. 9. D. Sixtus Epiſtolâ de Mal. Doct.*

Magnæ ſunt vires honoris & adeo efficaces, ut Valerius Maximus narret de quodam Romano qui videns ſe ad ſummi Sacerdotii Idolorũ dignitatem promotum repentè ex malo in bonum ita mutatus eſt, ut, qui antea impudicitiis fuerat deditiſſimus, poſtea foret caſtiſſimus, & maximè pudic⁹, qui antea perditiſſimis moribus exſtiterat, poſtea modeſtiſſimus eſſet. Et ut ſummatim dicam honor eſt mater virtutum, ut idem Auctor aſſerit, & *uberrimum virtutis alimẽtum.* At quæ major honoris digniras homini conferri potuit, quàm ut Deus fieret homo? & quid eum arctiori obligationis vinculo conſtringere potuit? Angelus tamquã injuriam ſibi factam reputavit Deum angelicam fuiſſe dedignatum naturam, teſte Paulo: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Imò invidiæ œſtro percitus ſemetipſum invidus perdidit. Non quòd homo cunctis animantibus nobilior eſſet, neque quòd Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſet, quia perfectior ſimilitudo erat in Angelo, ſed ideo ſolùm, quia invidit honori & dignitati hominis, ad quã Deus aſſumendo naturam humanam factus hominum filius, eum ſublimaverat. Si igitur Angelus tantum honorem ad damnabilem uſque invidiam appetiit, magni cum facere debet homo, ſi ideo Angelus Deo ſe noluit ſubijcere, quia vidit hominem factum, rationi diſſonum

6. *Valerius Maximus lib. 2 apud Turr. in par. diſſe. 26.*

v. 16. Hebr. 2.

eſt, ut honor ille tam parvi ab homine æſtimetur, ut ſe ſubjiciat Angelo malo, & non Deo, qui eum creavit, & tanto honore condecoravit.

Explicuit Deus per Moyſen Iſraëlitis
7. cauſam, quare, dum in monte illis loqueretur, nullam viderint ſui imaginem, ex qua
Deut. 4. effigiem, ſeu exemplar effingere potuiſſent ad adorandum illud, hanc fuiſſe, ne ſcilicet Iſraelitæ, qui numquam viderant divinum prototypum, ſimulacrum aliquod pro arbitratu ſuo voluiſſent efformare. Et quamvis plures hujus rationes aſſignent ſacri Interpretes, eò quòd Deus purus actus & ſpiritus, qui nullâ aut ſimilitudine exprimi poſſit, tam incomprehenſibilis, qui nullis lineis aut circumferentiis concludi aut delineari queat, ac proinde major omni eo, quod imaginatione apprehendi valeat: nihilominus præcipua prohibitionis cauſa fuit, ut ſacer indicat textus, ne ipſi inde cauſam ſumerent fabricandi idola & adorandi imagines iſtius, quod viderant. Ideo prohibebat illis, ne imagines facerent alicujus terreni, neque eas adorarent, & quando Cælum intuerentur tot planetis, ſole & lunâ variegatum, ſtellulis intertextis, adornatum, ne decipierentur, neve cogitantes, aliquid divinitatis eis ineſſe, cultum adorationis illis attribuerent. Verba autem prohi-
Deut. v. 15. 105. bitionis ſùt hæc. *Non vidiſtis aliquã ſimili-tudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis; ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginẽ maſculi vel fœminæ, ne forte elevatis oculis ad Cælum videas Solem, & Lunam, & omnia aſtra Cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub Cælo ſunt.* Pagninus noſter trãsfert ex Hebræo,
Pagin. hic & Oleaſt. *& erres & incurves te eis.* Et Oleaſter. *Et dejectas, vel projectas te, & incurves te eis*, ne in hanc ſtolidam amentiam incidas, ut eis te incurves aut genua flectas, quaſi diceret, inquit Oleaſter, *Im memor humanæ dignitatis incurves te*, neve adores creaturas, quas tibi inferiores creavit Deus in miniſterium tuum, ita ut Deus eos memores redderet ſuæ divinitatis, ne degeneres à generosâ nobilitate ſuâ aliquod flagitium honore ſuo indignũ committeret. Idque in tempore, quo Deus nondum homo erat factus, neque natura humana ad tantum dignitatis culmen erat exaltata, ſicut poſt Incarnationem, quando Deus homo, & hominum filius factus fuit. *Filii David, filii Abraham.*

Quantò magis & juſtiori titulo poteſt nobis in præſenti, hoc memoriale propo- 8.
ni, quando arctiſſimo Incarnationis vinculo Deo conjungimur, ut refricata memoria tanti honoris & beneficii nobis præſtiti in nobis excitet novos animi ardores, & & deſideria, ne umquam à tali dignitate excidamus ſubjicientes nos vilitati degeneri peccatorũ. Hoc eſt, quod quondã Philoſophus gentilis prædicabat. *Quod ſi Cæſar te adoptaret, ſupercilium tuum nemo ſanè ferret, ſi ergo filium Dei te agnoſcis, non teſſeres?* Arrian. Philoſ. in epiſt. l. 1. cap. 3. Reverà honeſtum eſſe, dimidium eſt facti & virtutis initium. Jam dudum notavi ad hoc propoſitum diſtinctos & differentes terminos, quibus ſacri Evangeliſtæ loquũtur de Joſeph ab Arimathiâ, qui petit a Pilato corpus Jeſu Salvatoris ad illud unguendum & ſepeliendum. Sanctus Marcus vocat eum nobilem & virum illuſtrem. *Venit Joſeph ab Arimathiâ, qui erat nobilis decurio*, id eſt, homo aulicus, & qui munia publica adminiſtrabat. Ita explicat hæc verba venerabilis Beda: *Decurio vocatur, quòd ſit de ordine curiæ, & officia curiæ adminiſtret.* Marc. 15. v. 43. Et ſanctus Lucas dicit, *erat vir bonus & juſtus*, ille nobis Joſephum proponit nobil, & honeſtum, hic verò prædicat eum virum Beda in catenâ D. Thomæ Lucæ 23. v. 51. juſtũ & bonũ, quod proſequens Beda addit: *Magna ergo Joſeph auctoritatis apud ſæculum, ſed majora apud Deum meriti fuiſſe, laudantur.* Unde, cùm unus Evangeliſtarum illũ ponit in prædicamento virorum nobilium & illuſtrium, alter eum canonizat & adſcribit catalogo Sanctorum, ſignificant, quòd illuſtris & generoſa nobilitas Joſephi ei calcar & incitamentum fuerit ad majus virtutis augmentum. Quia, ut docet divus Au- D. Aug. l. 5. de civit. De cap. 12. guſtinus, ab honore tranſitur ad virtutem propter maximam affinitatem, quam inter ſeſe habent. Ad probandam hanc veritatem utitur divus Auguſtinus exemplo Romanorum, qui duo habebant templa, unum honoris, & alterum virtutis, quæ tali formâ & artificio erant fabricata, ut ingrediens per templum honoris, tranſiret ad templum vir-

virtutis; quia postquam aliquis honorem habuerit cordi, nihil ei restat, nisi ut probus & bonus fiat; tum etiam, quia non est rectior via, neque medium magis proportionatum ad assequendam virtutem, quàm honestè vivere & generositate quadam animi perfectionis viam decurrere. Remedium efficacissimum, ut aliquis Christianus sanctitatem assequatur, est, ut meminerit ita se à Deo honoratum, ut arctissimâ sit illi cognatione conjunctus. *Liber generationis Jesu Christi.*

9 Sed proh dolor! quot mala causat in mundo neglectus & oblivio honoris? firmissimè credo, quod si hoc non foret, numquam Ruben primogenitus Jacob commississet crimen, propter quod Pater ei notissimam illam imprecaretur maledictionem. *Ruben primogenitus meus, &c. prior in donis, major in imperio, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui & maculasti stratum ejus.* Voluit dicere juxta explicationem Paraphrasis chaldaicæ. Ruben, erat tibi jure debita primogenitura, Sacerdotium, & Regnum; attamen quia, ut ignominiosus oblitus es honoris, & obcæcatus es passionibus & appetitu tuo inordinato, ad nihilum eris utilis, quemadmodum aqua effusa super terram ad nihilum valet. *Sapienter valde primogenitum arguit,* ait Oleaster, *nam primùm proponit illi bona, & quæ ad dignitatem pertinent, postea eum arguit levitatis suæ.* Ordinatissima reprehensio, ut aggravet culpam Ruben obiicit illi rationes beneficiorum & motiva, quibus à vitiis deterreri, & ad virtutem excitari debebat; fecerat eum Deus filium probissimi patris & tot tantorumque progenitorum nepotem, *primogenitus meus*, & qui inglorius, tot beneficia, peccati reus, negligenter obliviscebatur, majora mala usque ad primogenituræ privationem & orbitatem merebatur. Quantò majoribus suppliciis digni sunt Christiani, qui postpositâ & neglectâ obligatione, quâ Deus os sibi per incarnationem & arctissimam unionem hypostaticam, h[illegible]anam naturam assumendo, obstrinxit, tanti honoris & beneficentiæ, nobilissimæ scilicet illius cognationis Dei & hominum memoriam amittētes, homini Christiano & viro honesto indigna perpetrare non reformidant. Ideo dici potest illud Poëtæ latini: *Animos nil magnæ laudis agentes* Exigua spes salutis remanet talibus, quia impediunt gressum & viam ad virtutem, scilicet, honestatem seu honorem, ut jam diximus.

Genes. 49. v. 3.

Oleaster hic

Virgl. Æneid. 5.

10. Ponderat divus Ambrosius causam, cur Christus Dominus Judam quæstorem suū seu ærarium constituerit & illius curæ promptuarium & omnes expensas Collegii Apostolici commiserit, respondet, Christum eâ de causâ id egisse, ne quasi compulsus necessitate sese excusaret, & ex eâ occasionem captaret magistrium suum vendendi & Judæis tradendi, neve Christum diffidentiæ arguere posset. Petrum magni æstimabat Salvator, Joannem diligebat, Philippum consulebat, ne ergo dicat Judas se injuriis affectum à Christo & cæteris in honore postpositum, ideoque illum vendat, omnes illi vias excusationis præcludit: *Ne videretur aut quasi inhonoratus, aut quasi egenus Dominum prodidisse* Prima ratio quadrat instituto nostro. Voluit Christus eum ducere per apices honoris, & honestatis, ut videret, num eum hôc medio ad meliorum frugem convertere posset. Et idem adnotavit sanctus Leo Papa in modo agendi, quo Christus in nocte Cænæ cum illo se gessit, quia cùm experimento didicisset, omnes preces irritas, & vanas esse minas, cæteraque remedia nihil prodesse, tandem extremum tentavit, conando ipsum honoribus & beneficiis inducere ad obfirmatam animi obstinationem deponendam, deditque ei sacratissimum corporis sui ferculum, consecravitque eum Sacerdotem & (juxta opinionem quorumdam) dedit illi characterem & dignitatem Pontificiam, ut omnibus modis & mediis periculum facere numeum titulo honestatis adduceret posset, ut à tam infami & sacrilego animi decreto desisteret; sed totum fuit oleum & operam perdere, quia, ut ipsemet Salvator dixit, erat filius perditionis. *Et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Det divina bonitas, nequis Christianorum in hanc Judæ obstinationem & excæcationem incidat, sed, omnes qui hôc glorioso gaudent nomine ita honestè vivant, ut honorem & dignitatem existiment non peccare, & incessanter præ oculis ferant hunc librū & memoriale sancti Matthæi, quo reminiscantur

D. Amb.

S. Leo de Passione Domini.

Ioan. 17. v. 12.

tem-

temporalis cognationis, quam Deus cum illis contraxit, ut non ſolùm titulo tanti honoris evitent peccata, ſed etiam correſpondeant operum meritis: hic enim eſt ſcopus ſanctæ Matris Eccleſiæ proponentis nobis hunc librum ad legendum. *Liber generationis Ieſu Chriſti &c.*

Filii David, filii Abraham.

CONSIDERATIO IV.

Bonæ ſunt illæ novitates, quæ fundantur in antiquitate, & elucent maximè veritates novæ legis in conſonantiâ, quam habent cum veteri lege.

1. D. Ephrem Tract. de marg. Matt. 13. v. 45.

FVndatur doctrina hujus Conſiderationis in diſcurſu quodam ſancti Ephrem Syri ſuper parabolam, quam Chriſtus Salvator noſter prædicavit de margaritâ pretiosâ apud Evangeliſtam Matthæum: *Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit & vendidit univerſa, quæ habet, & emit eam.* Comparat Chriſtus regnum cælorum gemmario, qui inventâ unâ gemmâ, venditis omnibus, rebus, eam emere feſtinat: lex vetus, inquit divus Ephrem, eſt concha, cujus partus eſt margarita, quæ in eâ continetur, ſcilicet, lex nova, quæ eſt Evangelium, quod eſt Chriſtus, quem nobis hodierno die exhibet Matthæus hominem factum in complementum repromiſſionum, quas Deus promiſerat antiquis illis Patriarchis Davidi & Abrahamo, tamquam margaritâ prodeuntem ex conchâ, in quâ fuit producta. Et poſtquàm idem ſanctus dilucidè oſtendit hoc eſſe intentum parabolæ, plura dicit, eaque curioſa de generatione margaritæ in concha, & tandem concludit legem veterem, ejuſque oracula fuiſſe conchas, quæ enixa eſt margaritam pretioſam, ſcilicet, Chriſtum in eâ conceptum & contentũ. *Terrena, quidem lex continet, evangelium cæleſtia; ecce concha & margarita* Elicit ſanctus Doctor margaritas ex conchis, conferẽs veteres figuras & umbras figuratæ legis, gratiæ, & demonſtrans qualiter Chriſtus & lex nova ſit enata ex viſceribus antiquæ legis, & quòd veritates novi Teſtamenti reſplendeant in conſonantiâ, quam habent cum veteri, ex quibus demum concludit, illas eſſe bonas novitates, quæ fundantur in antiquitate, quemadmodum in Agno Paſchali repræſentabatur Chriſtus, & in mannâ ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & in illis antiquitatibus continebantur hæ novitates. Idem intentum fuit Evangeliſtæ Matthæi declarantis Hebræis, quibus ordinabat evangelium ſuum, Chriſtum eſſe filium Davidis & Abrahæ, in complementum promiſſi, quod Deus jam à tot ſæculis ſpoponderat

Ioan 3. v. 14.

Adnotavit Divus Chryſoſtomus Chriſtũ Servatorem deſignaſſe ſerpentem æneum, cujus aſpectu vivorum ſerpentum venenato morſu percuſſi ſanabantur, ad oſtendendum Nicodemo Principi Judæorum congruentiam & neceſſitatẽ mortis ſuæ in cruce. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominu, &c.* & inter alias rationes, quas aſſignat ſanctus Doctor, una eſt, quòd Chriſtus hoc exemplo voluerit inſtruere Nicodemum, ne mortem crucis adeò alienam, & novam reputaret. *Vt diſcat, quoniam cognata ſunt vetera novis,* & videret, quàm appoſitè conſonarẽt veritates novæ legis gratiæ cum figuris veteris Teſtamenti. 2. Chryſoſt. in Cateně D. Thomæ. Ioan. 3.

Ex quibus colligo ad propoſitum noſtrum, illas fore bonas novitates, quæ fuerunt fundatæ in antiquitate. Volens David declarare veritatem legis Chriſti & miniſtrorum ejus ſic loquitur: *Etenim cæli diſtillaverunt à facie Dei Sinai.* Fateor quidem hæc verba in ſenſu litterali hiſtorico aliam & diverſam habere explicationem, & Regiũ vatem ad litteram loqui de mannâ, quod Deus pluit populo ſuo in deſerto Sin juxta montem Sinai, & ideò vocari Deum Sinai, quia licet Deus ſit ubique per eſſentiâ, præſentiam, & potentiam, ſpecialiter tamen dicitur eſſe, ubi ſe magis communicat, & majora hominibus beneficia præſtat. Ad verò explicatio Incogniti in ſenſu litterali myſtico, magis intento noſtro deſervit. *Cæli*, inquit, *id eſt, Apoſtoli & ſancti prædicatores, fide mundum irrigaverunt, id eſt, inſpirati ab illo, qui dedit legem in monte Sinai, & per hoc voluit oſtendere conformitatem legis veteris & novæ, quia ab eodem legis latore* 3. Pſal. 67. v. 9. Incogniti ſuper Pſal. 67.

Digitized by Google

tore data. Hoc significant prophetica verba Davidis: *A facie Dei Sinai.*

4. Interrogavit quodam tempore Christus Dominus discipulos suos, qui sentirent, quamve opinionem de se haberent homines Jam miraculis evidentiam fecerat suæ divinitatis, non enim nisi verus Deus tot mirabilia, tamque miranda opera patrare potuisset, neque possibile fuisset cælum applaudere prædicationi ejus tot prodigijs, nisi summa veritas fuisset, quam prædicabat & docebat. Nihilominus respondent discipuli, homines eum in prædicamento puri hominis collocare, aliis dicentibus, eum esse Joannem Baptistam, aliis, eum esse Eliam, aliis Jeremiam aut unum ex Prophetis esse, affirmantibus. Quod pŏderans Tertullianus dicit. *Nullum Deum novum à Christo probatum; illa etiam opinio declaravit, quia Christum Iesum, alii Ioannem, alii Eliam, alii unum ex veteribus Patribus asseverabant.* Quasi diceret Tertullianus; nolo aliud evidentius testimonium divinitatis Christi, quàm errantium hominum diversas opiniones, quia licet ei divinitatem adimerent, adhuc tamen eum, vel Joannem, vel unum ex Prophetis esse fatebantur. Argumentum clarum, & manifestum testimonium, ipsum non esse Deum falsum, cujus vita & doctrina quantumvis nova, adeò erant conformia dictis sanctorum Prophetarum veteris legis, & veritates ita consonantes & similes antiquis, non poterant esse nisi divinæ.

Tertull. l. 4. cõtra Marcion.

5. Allegorizans Angelicus noster Doctor miraculosam illam conversionem aquæ in vinum in nuptiis Canæ Galileæ; *Implete hydrias aquâ*, quærit Sanctus Thomas, quamobrem Christus noluerit vinum de novo creare aut producere. Et respondet: *Ostendit se non condere novam doctrinam*, quasi diceret Angelicus præceptor, non sistendum est in facto, sed in figurato seu denotato per factum. Voluit nos Salvator mysticè instruere, se non venisse in mundum ad introducendum seu invehendum novam doctrinam, quia non reprobat veterem, ideoque fecit miraculum illud non per creationem, sed per conversionem, quia per conversionem manebat eadem res perfectior & melior effecta, per creationem verò fuisset res noviter producta, & Christus venerat in mundum non ad destruendum, sed ad perficiendum veterem legem.

Ioan. 2. S. Thom. hic.

6. Valdè notanda est cautela, quâ utitur Doctor gentium nullatenus volens consentire, quòd doctrina evangelica, quam prædicabat, nova vocaretur. *Paulus segregatus in Evangelium, quod antè promiserat per Prophetas suos.* Nemo putet Evangelium, quod prædico esse doctrinam novam, seu inventum hactenus invisum, jam enim dudum illud promisit Deus per Prophetas suos. Quibus verbis addit sanctus Thomas Doctor Angelicus hæc sequentia, *Commendatur Evangelium ex antiquitate contra Paganos, qui Evangelio detrahebant, quasi post longa tempora subitò ea prædicatio esset exorta.* Ex professo igitur confirmat Doctor gentium veritatem Evangelii ex conformitate cum veteri lege, ut obstruat ora gentilium, qui, teste sancto Luca, carpebant Apostolum, & ejus prædicationes explodebant. *Novorum damoniorum videtur esse annuntiator*, vel, ut legit Vatablus, *Deorum novorum*, sed vulgata nostra optimè dicit *damoniorum*, quia revera novitates sunt hostes & inimicæ divinitatis, sodales diaboli, ejusque sequacium; verùm hoc de novitatibus humanis, non de cœlestibus à Deo ab æterno dispositis intelligendum: quia hę in veteri testamento fuerunt figuratæ, & à multo tempore significatæ, novissimè verò in lege gratiæ misericorditer relevatæ.

Rom. 1. v. 1. & 2. *S. Thom. hic.* *Act. 17. v. 18.*

7. Liceat mihi ex his colligere doctrinam huic sæculo commodissimam, si desideretis scire, quo in statu Regnum vel Respublica vestra versetur, videte an mores præsentes, & moderni correspondeant antiquis, & utrum novitates, quæ sunt in usu, conveniant cum antiquitatibus majorum vestrorum, quas ipsi felicioribus illis sæculis exercebant. Nescio an propter aliquem ex vobis Moyses illa verba protulerit: *Dii novi, recentesque venerunt, quos non cognoverunt Patres eorum.* Maxima & lamentanda calamitas est, quod populus Israel adoret idola vetera, & insuper adinveniat Deos novos, quos Patres eorum non cognoverunt, neque eos ad adorandum seu colendum cognominare sciverunt. *Amplificas eorum scelus* (inquit Agellius) quia præterquam quòd essent ficti & inanes Dei, decerat ipsis

Deut. 32. v. 17.

Digitized by Google

ipsis vetustas, ut saltem titulo antiquitatis, adorationis cultum promererentur *In quibus nec hoc quidem erat, ut saltem vetustate honorabiles haberentur. Sed paucis antè diebus pro Dijs haberi cœptos ac novos Deos coluerant, ideoque aſciticios*, id est, noviter eos quos ex ære fusili conflaverant. Nescio (ut anteà vobis dicebam) an verba illa sint censura populi Israelitici, vel potiùs confusio Christianorum. Existimem ego Moysen in illis Propheticè prædixisse, ferream ætatem nostram, in quâ nos miseri ita vivimus, ut non sufficiat hominibus committere scelera ea, quæ majores ipsorum cognoverunt, sed in tantam audaciam proruperunt, ut etiam ea committere præsumant, quæ majores ipsorum ne quidem nominari audiverunt, quia in felici illo sæculo similia vitia innominata erant neque de illis loqui permittebatur, cùm certissimum foret de tam abominandis criminibus sermonem facere, non posse esse nisi confusionem & gravissimorum malorum occasionem. *Agel. hic.*

8. Ideoque quod de vitiis & peccatis enuntio, etiam de virtutibus & operibus sanctis dico, illa scilicet esse Deo grata & accepta, quæ cum antiquis conveniunt. Davidis hæc est meditatio. *In psalterio decem chordarum psallite illi, cantate ei canticum novum.* Valdè ponderandum est, Regium Psaltem priùs nobis psalterium, & deinde canticum, & tonum novum commendare. Contrarium enim consulendum videbatur, ut priùs tonum novum Deo caneremus: *Cantate ei canticũ novum*, & postmodum in psalterio decẽ chordarum, quod est instrumentum antiquitati notum, cum laudaremus. *In psalterio*; quia, ut fert commune proverbiũ, *Omnia nova placent*, Incognitus per Decachordum seu psalterium decem chordarum intelligit decalogum seu decem legis præcepta. *Per psalterium enim decem chordarum intelligi decalogum legis, scilicet, decẽ præcepta*, & per canticũ novum, devotiones novas; quasi diceret Regius vates, tales debent esse devotiones novæ; taliaq; nova virtutum exercitia, ut melodiam & concentum quemdam consonantem faciant cum decem præceptis legis divinæ. Quia tunc Deus grato animo acceptabit obsequia & laudes nostras, quando, ut cantica nova cum veteri psalterio, convenerint. *Psal. 32.* *Psal. 32. v. 1. & 3.* *Incogn. hic.*

Optimè quadrat instituto nostro historia duorum Musicorum, quam, ut veram, refert Plutarchus. Erat Phrenides quidam dexterimus Aulœdus seu Musicus, sed magnus novitatum amator, qui novis delectabatur cantiunculis, & vetera nauseans explodebat. Prodit quodam festo die cum citharâ novem fidium instrumento plurimis nominatissimo: Venerabatur ille Ephorum etiam maximum citharœdum, cui obtulit & exhibuit novum instrumentum, ut ejus exploraret judicium. Accepit Ephorus citharam, manuque arripiens, duas fides detraxit, & dirupit dicens: *Nois depravare musicam, prisci cantores non noverunt nisi septem chordas, quibus aliquid addere, ac musicam pro simplici reddere operosiorem, erit artis corruptela.* Apage hinc, recede cum tuâ citharâ, adinvenias & fingas, quæ volueris, quia non excolis artem, sed corrumpis. Belle dictum contra omnes novitates virtutum, regiminis, morum, vestium, & doctrinæ, quia vetus instrumentum virtutum in exemplis sanctorum, regiminis Ecclesiastici & sæcularis forma in decretis Pontificum, & legibus Cæsarum continetur. Salvâ venia vestrâ, obiter unum addam verbum. Moris erat apud Locrenses, ut, si quispiam legem novam erat propositurus, accederet, funem collo injectum asportaret hâc lege & conditione, ut, si lex foret indigna, quæ acceptari mereretur, statim func illo suspenderetur: adeò malum & Reipublicæ noxium judicabant ab antiquitatis stylo recedere. O si quis hunc agendi modum in hoc Castellæ Regnum introductum videret, profectò audiret, & cerneret pauciora quorumdam arbitria, & plures suspendio punitos; hæc pauca intelligentibus dicta sufficiant. Instrumentum tandem doctrinæ, in sacris litteris, in libris sanctorum Patrum, & in Summa sancti Thomæ requirendum est; illa sunt instrumenta septem chordarum super quæ possunt Doctores & discursus, & mentis suæ excogitata fundare, quocirca magni refert non recedere ab iniquitate, neque supernam virtutum harmoniam novitatibus interturbare. In memoriam revocemus 9. *Plutarchus in instit. Laced.* *Apoth. antiq. verbo Locrens.*

Corn. Tacitus apud Iust. Lipsium l. 4. polit. cap. 9.

mus id, quod Tacitus disertè ad rem præsentem dixit. *Super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum, & quæ conversuntur in deterius mutari.* Ideo etiam, teste Valerio Maximo, *in minimis rebus, omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda.*

Valerius Maxim. lib. 11. 10.

Existimem ego unam ex præcipuis rationibus, cur devotio sanctissimi Rosarii adeò sit Deo grata & accepta, esse antiquitatem illius; quia inter omnes devotiones est prima, antiquissima, & ideò magis secura, ut alter cecinit. *Pro magno teste vetustas creditur:* Fatebatur divus Augustinus se quatuor motiva convincentia habuisse, ut Pelagianorum & Manichæorum hæresi seu sectæ valediceret, quæ ipse in Ecclesiâ observaverat. *Multa sunt, quæ in Ecclesiæ gremio me justissimè tenent. Tenet consensio populorum atque gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta. Tenet successio Sacerdotum ab ipsa sede Petri usq; ad Anastasium primum. Tenet postremò ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter tot multas hæreses ista sola Ecclesia obtinuit.* Pari modo in devotione & confraternitate Rosarii Deiparæ Virginis videre est communem populorum consensum, quia omnes illâ utuntur, & omnes indiscriminatim in hanc sodalitatem & confraternitatem pro summo honore ducunt cooptari. Reperitur etiam in illâ sanctâ devotione auctoritas miraculis confirmata, quia postquàm sanctissimus Patriarcha noster Dominicus illam cœpit mundo prædicare, illustravit eam Deus, & propemodùm infinitis & manifestis miraculis corroboratur, ut meridianâ luce clarius patet ex libris & Auctoribus ea referentibus. Etiam, *spe nutrita*, bonorum æternorum, quæ impetrantur & obtinentur per intercessionem sanctissimæ Virginis, quæ omnium fidelium, ut cantat Ecclesia, est vera spes & refugium. *Spes nostra salve. Aucta charitate*, non divitiis, non honoribus, aut pecuniario censu, sed amore, & charitate affatim ditata, charitate, inquam, id est, communicatione omnium bonorum operum, quâ confratres & sorores, missarum, jejuniorum, eleemosinarum mutuâ participatione gaudent. Inter quæ principem locum tenent omnia bona opera & merita omnium Religiosorum & Religiosarum Dominicanæ familiæ, qui omnes speciali quodam jure hujus devotionis, & confraternitatis sunt sodales, fautores & prædicatores. *Vetustate firmata*, quia nulla devotio aut sodalitas illâ antiquior in Ecclesia reperitur. *Successio Sacerdotum.* Quia Pontifices successivè illam foverunt, & innumeris gratiis, privilegiis, & indulgentiis cumulatissimè dotarunt, & specialiter à Sixto IV. usque ad Urbanum VIII. qui hodie Ecclesiæ regit habenas. *Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses ista Ecclesia sola obtinuit.* Communis est, neque ulla magis universalis, ad hanc enim Conformitatem omnes admittuntur, Pontifices, Cardinales, Episcopi, Prælati, Religiosi, Moniales, Maritatæ, Viduæ, Virgines, Reges, Imperatores, pauperes, divites, magni & parvi, quemadmodum Seneca de virtute dixit: *Nulli præclusa est virtus, omnes admittit, nec censum, nec sexum eligit.* Attamen quod ego præ cæteris premo est, illud: *vetustate firmata*, quia antiquitas ei addit splendorem & perfectionem, Deoque magis gratam & acceptam reddit. Non quòd sancti Apostoli fuerint primi, qui eam in Ecclesiâ docuerunt, & prædicaverunt, ut quibusdam placuit auctoribus; contrarium enim, & quod communiter dicitur, est certum, scilicet sanctissimum Patriarcham nostrum Dominicum fuisse primum, qui hanc devotionem in orbe Christiano promulgavit: & dato casu, quòd prima opinio proposita foret certa, semper tamen manet hæc doctrina inconcussa, & vera, quia ad hoc sufficit, quòd sanctus Dominicus à sanctissimâ Virgine deputatus, & missus illam renovaverit, eamque injuriâ temporum, & hominum malitiâ protritam & neglectam denuo resuscitaverit, prædicaverit & prædicando omnibus amplectendam tamquam Deo gratissimam commendaverit.

Seneca apud Iust. Lips. l. 2. pol. c. 3.

Ioa Lopez l. 1. de Rosario cap. 2.

II.

Et ne omnia, quæ dicta fuerunt, absque fundamento prolata videantur, audite ad propositum accuratissimam devoti nostri Oleastri animadversionem: Narrat sacra historia sanctum Seth filium Adæ, habuisse filium nomine Enos, dicitque de eo: *Sed ut Seth natus est filius, qui vocavit Enos, iste cœpit invocare nomen Domini.* Quomodo

Genes. 4.

Oleast. hic Gen. 4. v. 26.

Digitized by Google

hæc cohærere possunt, (inquit Oleaster) cùm ex sacro textu oppositum manifestè constet, ubi legitur primos filios Adæ, Cainum scilicet & Abelem Deo sacrificasse, & publico venerationis ritu ipsum adorasse? Respondit Oleaster: *Iterum inceptum est invocari nomen veri Dei, quod obliteratum erat hominibus ad idololatriam declinantibus.* Jure merito dicit Spiritus sanctus Enos fuisse primum, qui Deo sacrificia obtulit, eò quod aliquo tempore cultus Dei fuerat quasi è mundo proscriptus Mortuus fuit Abel primus sacrificans, Cain verò frater ejus, ut se vidit favore & gratiâ Dei privatum, sacrificia Deo deinceps offerre neglexit, & contempsit, filii, sequentes exemplum patris, cultum Dei flocci & nihili fecerunt, atque ita legit Oleaster juxta Chaldæum. *Tunc cœperunt filii Cain, ut non orarent in nomine Domini.* Sanctus Enos renovavit veterem cultum & cœpit noviter invocare nomen Domini. ideoque dicitur primus divini numinis & nominis cultor. Talis fuit sanctissimus Patriarcha noster Dominicus, quem Christianus orbis & sancti Pontifices absque hæsitatione ullâ, ut primum sanctissimi Rosarij Prædicatorem, ejusque devotionis unanimi voce venerantur (ut latissimè probat Maluenda noster rationibus, & Pontificum testimoniis in primâ suâ centuriâ dilucidè confirmat) dato etiam, neque tamen admisso, quòd devotionem Rosarij per Apostolos Christi promulgatam & jam penitus extinctam & protritam denuo renovaverit & resuscitaverit. Et obiter velim, ut notetis quantus hic sit honos, & decus sacræ familiæ Prædicatorum, quamque excellens gloria sancti Patris nostri Dominici, ipsum & filios suos primos fuisse, qui mundo prædicârunt & homines tam piam & approbatam devotionem docuerunt, quamvis enim nullum aliud Ecclesiæ præstitissent obsequium, hoc solum sufficeret, ut ipse Pater Dominicus inter cæteros religionum Patriarchas & Fundatores principem haberet locum, ipsiusque Ordo peculiari quodam titulo inter cæteros primatu gauderet.

Textus Chaldaicus.

12. *Rupertus lib. 4. in Cant.* Observavit Rupertus, quamobrem Deus Davidem fecerit Regem Israel, cùm Regnum ei hæreditario titulo nullatenus deberetur, neque enim progenitores illius tali dignatus est honore, neque Abrahamum, neque Isaac, neque Jacob servos & amicos suos Regiâ excellentiâ cohonestavit, sed soli Davidi ex Abrahamiticâ stirpe prognato sceptrum, & Regium Diadema Israel contulit, eique soli sanctus Evangelista Matthæus Regis nomen adscribit. *Jesse autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex, &c.* & asserit prædictus Doctor, ideò Deum, eum fecisse Regem, quia prævidit obsequium, quod David illi erat præstiturus, quia primus erat compositurus & decantaturus sacra mysteria Redemptionis nostræ, adeoque sibi Deum eo obsequio devinxit, tantumque placuit illi ordinatio Psalmorum Davidis, in quibus agitur de vitâ & more filij Dei, quodque fuerit primus, qui hanc sanctam provinciam aggressus fuerit: quare etiamnum in totâ Ecclesiâ celeberrimus honoratur, ut Deus certò existimaverit se tantum obsequium condigno præmio non remunerare, nisi eum Regem potentiâ, majestate, & gloriâ cæteris prælatum constitueret. *Qui sapè primus vocibus manifestis cantaturus erat mysteria Regni nostri & virtutes sæculi venturi, oportuit eum Regem fieri, Regem David potentem & secundùm nomen suum bellatorem, &c.* quapropter fecit eum bellicosissimum Ducem, deditque ei tam celebres victorias, & contulit tam gloriosos triumphos, præfigurando victorias & trophæa, quæ sanctissimus Patriarcha noster ab hæreticis & Ecclesiæ hostibus erat reportaturus, utpote primus institutor devotionis sanctissimi Rosarii. Omnes igitur amplectimini eam, tamquam antiquiorem, ideoque securiorem, certum est enim, bonas esse novitates, quæ in vetustate fundantur: Et ideo etiam elucent & resplendescunt veritates legis gratiæ, quia consonant & conveniunt cum lege veteri. *Filii David, Filii Abraham.*

Matth. 1.

[·]

Digitized by Google

Filii David, filii Abraham.

Consideratio V.

Eligens Deus ab æterno Davidem, alioſque peccatores, ex quibus in mundo naſceretur oſtendit, quòd non oderit peccatores converſos, ſed quòd pœnitentia in tantùm eos illuſtret & nobilitet, ut verè pœnitentes ſint filio Dei corona; & quòd mediante devotione ſacratiſſimi Roſarii veræ pœnitentiæ donum impetretur.

1. MAgnam nobis præbet fiduciam ſacer Evangeliſta Matthæus collocans in genealogia Redemptoris noſtri Davidem, alioſque, qui aliquamdiu peccatores fuerunt, ut liquidò conſtat de Davide ex plurimis ſacræ paginæ teſtimonijs, idemque
1. Reg. 12. Evangeliſta in primo ſuæ hiſtoriæ capitulo id ipſum ſignificat his verbis: *David autem Rex genuit Salomonem ex eâ, quæ fuit Vriæ.* Vbi advertendum, quòd licèt Salomon ex legitimo, thoro Davidis & Berſabeæ fuerit procreatus, & ſolus fuerit ſpurius ille infans, quem Deus è medio tulit, notante
Theodoretus hic. Theodoreto, propter honorem Davidis, ne perpetuum adulterii ipſius ſupereſſet teſtimonium; nihilominus ſacer Evangeliſta talibus utitur terminis & verbis, ut ex iis facilè colligatur ejus peccatum, denotans illicitam converſationem Davidis cum Berſabeâ, dum adhuc foret vxor Uriæ ſubditi ſui; & conſequenter nobis anſam præbet revocandi in memoriam injuſtum homicidium, quod illi intentavit, quove eum proditoriè è vitâ ſuſtulit. Non obſtante igitur, quod David foret tam notus & famoſus peccator, tamen eſt primus progenitor, quem Spiritus ſanctus catalogo majorum Redemptoris noſtri inſcribit: *filii David*, volens nobis indicare, quòd David licèt propter peccata fuerit reprehenſus & punitus, modò tamen eſſet peccator converſus, Deo gratus, tantoque honore exaltatus, ut ipſemet Deus dignatus fuerit ſe filiũ ejus appellare, *filii David*.

2. Attamen dubium quoddam in ipſo limine animum pulſat, videlicet, quòd ſi Dominus in matrem elegerit Virginem puriſſimam ab omni labe criminis prorſus immunem, & inter cæteras totius mundi Sanctiſſimam, quare in patrem ſecundum carnem elegit hominem peccatorem, qui aliquo tempore peccati reus extitit, & à Sanctitate defecit. Huic dubio occurri poteſt doctrinâ quadam Bachiarii quondam diſcipuli magni Eccleſiæ Doctoris Sancti Auguſtini. Obſervat prædictus Pater, Davidem adoleſcentiorem fuiſſe adulterum, poſteà verò Seniorem puellæ condormiviſſe, exiſtimatque factum iſtud myſterio plenum. *David cùm in adoleſcentiâ ſuâ cum adulterâ deprehenſus ſit, in ſenectute eum virgine invenitur*; Ut hoc modò nos inſtrueret Spiritus ſanctus, & doceret pretium pœnitentiæ, & valorem illius apud Deum, utpote, quæ Davidem adulterum & peccatorem non ſolùm reſtituit priſtinæ Dei gratiæ, à quâ propter crimina & ſcelera exciderat, ſed eum etiam adeo expurgavit, ut ad chorum virginum ſublimaverit. *Vt intelligamus, quod poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* Idcircò neutiquam admirari debemus filium Dei, Davidem ſecundùm carnem eligiſſe in parentem ſuum, vel etiam Evangeliſtam Sanctum eum cæteris progenitoribus ſuis prætuliſſe, quia per pœnitentiam tantæ dignitatis capax effectus eſt, ipſaque eum ad tanti honoris faſtigium evexit, ut pater filii Dei appellari mereretur, paris in hôc dignitatis & tituli cum virgine ſacratiſſimâ Matre Dei & Heroinâ noſtrâ. Magna profectò vis & potentia pœnitentiæ, quæ peccatorem, homicidam, & adulterum in talem, tamque excellentem Sanctum commutavit, ut unà cum virgine putiſſimâ, quæ inter cæteras creaturas eminet ſanctitate, in catalogo progenitorum Chriſti recenſeri mereretur,

Notiſſimum eſt ſimul & celeberrimum 3.
in ſacro Textu id, quod in Ninivitis ſeria admonitio, & prædicatio Jonæ effecit, cognoverunt namque ex prædicatione Jonæ, quàm neceſſaria ſibi foret pœnitentia ad placandum Dei iram, & idcirco talem egerunt, tamque ex intimo cordis affectu de peccatis ſuis doluerunt, ut eorum remiſſionem obtinuerint & veniam promeruerint. Inſtanter tamen interpellabat Propheta

Baſilius & recipi. laſſit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Deum, incitabatque eum, ut fontes plecteret, & nullatenus parceret, non quòd vellet mortem peccatorum, sed ne (ut optimè notat Sanctus Gregorius Nazianzenus) vaticinium suum fidem & auctoritatem perderet. *Gregor. Naziãz. apol 1.* *Non enim flagitiosorum hominum salutẽ ægrè ferebat, sed ergo prophetiæ fidem & auctoritatem zelo quodam movebatur.* Zelus quidem fuit Jonæ, sed imprudens, sed indiscretus, quia non tantæ fuisset auctoritatis ipsius prophetia, si Ninive fuisset punita, quàm quod sit condonata, quia manifestissimè viderunt Ninivitæ virtutem & pretium pœnitentiæ, quam ipsis prædicaverat, & per quam remissionem & indulgentiã sibi promissam plenariè impetrarunt. Ad rem redeamus. Egerũt pœnitentiam suorũ peccatorum & lachrymis suis tantùm apud Deum effecerunt, ut iudicem severum in patrem amantissimum, & minas flagellorum & pœnarum in amoris & pietatis indicia cõmutarint. Neq; hoc est, quòd tãtoperè admiror, quia ut egregie dicit Seneca, *Quem pœnitet peccasse penè est innocens* Et Deus (ut alibi ostendemus) valdè difficilis est ad castigandum, ideoq; minimum sufficit ad impediẽdum ipsum, ne ad puniendũ progrediatur. Quod mihi dignum ponderatione videtur, est, quod Deus Jonæ dixit, postquã Ninivitæ lachrymis crimina sua expiarãt. *Seneca,* *Ionæ 4. v. 11.* *Ego non parcam Ninive Civitati magnæ, in quâ sũt plùs quàm centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexterã & sinistrã suã.* Sanctus Hieronymus dicit illos esse infantes & pueros infontes, quasi diceret, plùs quàm centum millia innocentium & infantium reperiuntur in hâc Civitate & non vis ut illis parcam? Attamen magis mihi arridet explicatio Sancti Basilii Magni, qui existimat innocentes illos non pueros & infantes rationis expertes, sed homines jam adultos & pœnitentes, quia per pœnitentiam ad primum innocentiæ statum fuerunt restituti & recenter natos innocentia superarunt. *D. Hieron. hic.* *D. Basil oratione 2.* *Esto, peccatores damnes quid habes quod recens natos incuses? & peccatores facti pœnitentes reverere, & recens natorum rationem habe.* Ratio me movens ad sequendam hanc Divi Basilij declarationem, hæc est: quòd, quando Deus per Prophetam condẽnavit Ninivitas ad mortem, jam inter ipsos apparebant innocentes, Deus eos videbat, & nihilominùs condemnavit non peccatores, sed etiam ipsos innocentes, ut ipsi tamquam aliquid parentum suorum unà cum ipsis morerentur, & tamen, postquam parentes eorum de suis flagitijs cõtrito corde doluerunt, pœnitentia eorum impetravit veniam & vitam omnibus, ita ut vera pœnitentia nedum virgines, verum etiam peccatores innocentes efficiat.

4.

In hoc sensu explicat sanctus Bernardus verba illa epistolæ Sancti Joannis: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia* *1. Ioan. 3. v. 9.* *est* (inquit mellifluus Doctor) *etiam usi omnis dici* qui non peccet? Nonne ide Apostolus alio in loco cõstanter affirmat? *si dixerimus quod peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est.* Nonnè & Spiritus sanctus clarâ voce pronũtiat? *justus in die ca it justus* ? quomodo ergo fieri potest, ut, *Omnis, qui natus est ex Deo, nõ peccat.* Elegantissimè respondet S. Doctor Evangelistam Joannem nolle quidem dicere, tales non peccare, sed eos, qui per pœnitentiam renascuntur, tales apparere quasi nunquam peccassent: *Hos ego adverti quasi nunquam peccasse, quoniam & si quæ videntur deliquisse in tempore, non apparent in æternitate, &c.* fortasse alicui magna videbitur hæc exaggeratio, sed majorem existimo illam, quam subiungam. *D. Bern. serm. 23. in cant.* *1 Ioan. 1. v. 9.*

5.

Varias explicationes adhibent sacri Interpretes verbis illis, quæ Deus Adamo post peccatũ dixit: *Ecce Adam quasi unus ex nobis*, videtur quasi alter Deus. Theodoretus, quẽ alij Patres sequuntur, putat Deũ verba hæc ironicè protulisse & quasi Adamũ derisisse, cui Dæmon suggesserat, & capiti ejus inspiraverat, quòd, si pomũ vetitum comederet, illico Deus foret. At vero Cardinalis noster Cajetanus hanc reprobat interpretationẽ, quia existimat divinæ bonitati & pietati indignam illam deriforiam ironiam quâ Deus illos, quos diligebat, & quorum ad se redeuntiũ pœnitentiã summis animi votis exoptabat, exploderet. Et Ioannes Ferus reputat Deũ illis verbis promisisse Adamo reditũ per pœnitentiæ viam ad tantũperfectionis gradũ, ut homo divinus & Deo simillimus appareret: *Potest hoc verbũ affirmativè legi ut sit promissio de conservandâ divinâ similitudine, quasi dicat Deus: Iam quidem homo diffimilis factus est nobis, erit tamẽ, cũ sicut unus* *2. Gen. 3. v. 22.* *Theodoret. hic.* *Caie. hic.* *Ioan. Ferus hic.*

ex

Tertull. contra Marcionem l. 2. c. 20.

ex nobis fiet, nempe viâ crucis, mortis, & pœnitentiæ. Hoc videtur Ferus ex Tertulliano sumpsisse, qui idipsũ libro contra Marcionẽ confirmat: *Spes Adamo salva est, dicente Domino: ecce Adam factus tanquam unus ex nobis de futura adjectione hominis in divinitatẽ.* Cùm igitur tantæ sint vires pœnitentiæ, ut non solum pœnitentes faciat virgines, sed innocentes, & nedũ innocentes, sed divinos, Deoq; simillimos, quod tãtopere admirandum, ut Deus dignetur eorum se sanguini coniungere, & honori ducat patrem habere Davidem, at pœnitentem, & magni faciat se filium ejus appellari, & illius regii stemmatis diademate coronari.

6. 2. *Regum* 12. *v.* 30. 1. *Paralip.* 20. *v.* 2.

Quando ipsemet David vicit & debellavit civitatẽ Iaba, narrat scriptura, *Quòd tulit diadema Regis eorũ de capite ejus &c. & impositũ est super caput ejus.* Et in libro Paralipomenon, inquit, *tulit coronã Melchõ de capite ejus, fecitque inde diadema.* id est, abstulit David coronam de capite Regis vel Idoli Melchõ, & ex illâ confecit diadema, quo caput suum coronavit. Movent Cõmentatores quæstionem, quisnã fuerit ille Melchõ, cujus meminit sacer Textus, & missis, variis Auctorum placitis, S. Hieronymus, Lyranus, Carthusianus, Hugo Cardinalis, Theodoretus & alij dicunt, illum fuisse Deum Ammonitarum, quẽ venerationis ergò Deum suum nuncupabant; ita ut diadema Idoli, quod Idololatriæ & abominationibus serviebat, eratque dedicatũ obsequio peccatorũ, posteà fuerit ornamento capiti Davidis, eoq; tẽpora sua cinxerit & adornârit. Dicetis curiosiores, Davidem peccasse contra id, quod Deus in Deuteronomio mandaverat: *Sculptilia eorũ igne combures*, ut Idola confringerent & cõtererent, eaq; quasi spurcitiam detestarentur, & veluti sordes abominationi haberent. Ad quod cum quibusdam Interpretibus respondeo, legem divinam prohibuisse usum Idololorum seu rerum ad ea pertinentium, sub eâdem formâ & figurâ permanentium, poterant tamen ijs uti sub diversa forma, manente tamen eadem materiâ. Idcirco David sub nomine Christi ex familiâ suâ nascituri coronavit se coronâ Idoli liquefacti, præfiguratis filium Dei hominem factum, qui eodem caput suum erat coronaturus, scil. peccatoribus conversis, tamquam Idolis liquefactis, & igne amoris per pœnitentiam consumptis & mutatis.

Deut. 7. v. 25.

7. *Cant. 3. v. 8.*

In Canticis, Spiritus sanctus per Salomonem invitat Ecclesiam suam ad coronam. Ecqui flores erunt hi, ex quibus hæc corona erit texenda? *Veni de Libano, sponsa mea, coronaberis, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.* Sanctus Gregorius & Beda intelligunt per hæc, corda infidelium, quæ per peccata lacus Dæmonum effecta, posteà per conversionem fiunt corona Ecclesiæ, & ex illis veluti ex horto florum prodeunt lilia virginum seu castorum, rosæ martyrum, violæ confessorum, quibus hæc corona intexitur. Attamen Philo Carphatius in ampliori, magisq; extenso sensu locũ hunc explicat, asseritq; peccatores per pœnitentiam ad gremium Ecclesiæ conversos, esse flores, quibus ipsa, ejusq; sponsus coronantur. Hi sunt leones & leopardi, qui ex lacu suorum peccatorum, ad caput Dei & sanctæ suæ sponsæ redimendum & coronandum, trãsferuntur & elcuantur.

S. Gregor. & Beda hic.

Philo Carph.

8. *Isai. 19. v. 18.*

Ex his facilè intelligetis locũ Isaiæ dicentis: *Vivo ego Dominus, quia omnibus hu, veluti ornamento, vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa.* Quibus verbis Evangelicus vates, Ecclesiæ Christi majorẽ gloriam, eiusq; felicissimam prosperitatem prædicit, affirmans, præcipuum ejus ornatum & maximũ decus fore peccatores à statu culpæ ad gratiam per pœnitentiam reductos. Ideoq; ubi vulgata nostra legit: *Circumdabis tibi eos quasi sponsa* transtulit Vatablus: *Tu enim ornabitur Ecclesia, sicut sponsa torquibus ac monilibus ornari solet.* Quẽadmodũ enim sponsa ad ornatum sui cimelia prætiosissima induit, ita Ecclesiæ Dei sponsæ monilia, quibus se adornabit, ut sponso suo placeat, erunt peccatores à peccatis resipiscentes, & per pœnitentiam ad Deum conversi.

Vatab. hic

9. *Luc. 15. Salmerõ. ib. tract. 5*

In eodem sensu explicat doctus Salmeron paradigma illud, quod Christus de Pastore & ove perditâ Phariseis proposuit. Errabunda deviaverat ovis, & Pastor pereuntem quæsivit, donec invẽit, imponensque eam humoris suis ad gregem & ovile reduxit, hoc facto contestans, tanti se unã solam, quanti totum gregem æstimare: quippe, qui cæteras dimittebat in deserto, ut unam errantem recuperaret, & dum unius possessione carebat, omnium jacturam pati non verebatur. In quo, meo quidẽ judicio, voluit Dominus quẽdam divinitatis modũ animabus

bus noſtris communicare, quia in ſolis perſonis divinis tantùm eſt una, quantùm omnes; & in hoc Deus nos ad ſimilitudinem ſuam fecit, quia, quod ille per naturam habet, participant animæ noſtræ per æſtimationem, ita ut, quod Deo dat eſſe ſuum, hoc animabus tribuit amor, quo eos proſequitur, & ſufficit, quod una ſola ſit ovis, una ſola ſit anima, ut Dominus pro illâ ſolâ faciat, quod pro omnibus facit. Conſiderat igitur prædictus Interpres cœleſtem illum Paſtorem ove perditâ onuſtum, eamque ſuper humeros ſuos portantem, & ſubjungit. *Ut humeris geſtamus torques aureos in ornamentum, ita Chriſtus nos ſuper humeros geſtat, ut tantâ prædâ ditatus & ornatus appareat coram Patre.* Similis videtur Chriſtus hominibus, qui feſtivo ac ſolemni aliquo die pretioſioribus monilibus ornati prodeunt, ut pompas, divitias, gloriam ſuam oſtentent; non aliter Salvator noſter, ut coram Patre æterno ſpectabilis ac glorioſus appareat, reducem oviculam ſuper humeros geſtat, ut tamquam pretioſiſſimo monili affatim decoratus, ſe patris aſpectui ſiſtat.

10. Confirmat hanc novam Salmeronis conſiderationem, ratio, quam Victorinus excogitavit circa apparitionem Chriſti Evangeliſtæ Joanni, quam ipſe nobis in Apocalypſi ſuâ refert *Capilli capitis ejus, ſicut lana munda.* Quare albedo capillorum ſponſi non potiùs alterius rei, quàm lanæ candori comparatur? Egregiè ad rem noſtram Victorinus. *Propter oves.* duobus verbis plurima complectitur præfatus Doctor, propter errantium ovium amorem, quas ſuper humeros ſuos geſtans ad ovile reduxit, quia eis caput ſuum coronat, ut certò ſciamus, nihil ipſi eſſe pretioſius aut majoris æſtimationis, quàm oviculam inventam, animam pœnitentem, peccatorem ad meliorem vitæ frugem converſum, veluti alterum Davidem, cujus Chriſtum eſſe filium nobis Evangeliſta declarat. *Filii David*

Apoc. 1. v. 14.

Victorinus hic.

11. His ſuppoſitis non invenio peccatoribus efficacius remedium ad impetrandum à Deo veræ pœnitentiæ donum, quàm ſacratiſſimi Roſarii devotionem, cujus virtute tot, tantique peccatores veniam peccatorum & tandem animæ ſuæ ſalutem obtinuerunt. Juſſu Dei Propheta Oſeas meretricem duxit uxorem, res profectò adeo admiranda, ut prima fronte cuivis, ingenii etiam perſpicaciſſimi, horrorem incutiat. Et advertit divus Hieronymus Prophetam ſine replicâ, ſine ullâ repugnantia illico mandatis Dei morem geſſiſſe, & obtemperaſſe. *Oſeas audiens à Domino, accipe uxorem fornicariam, non frontem rugat, non mœrorem pallore teſtatur, non verecundiam mutato generum rubore demonſtrat, ſed pergit ad lupanar, & ſcortum ducit ad lectum.* Ac ſi diceret: ſi hoc, Domine, tali modo honor & decus tuum exigit, exponatur, & aleæ committatur auctoritas & honor meus, ſubmittat ſe mea, ut tua fiat voluntas. At verò ſi attentius hoc ipſum inſpexeritis, dicit idem ſacer textus, illam opimam & maximam habuiſſe dotem; ſed videamus, quot millia reddituum annuè habeat? Propheta dotem enarrat. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis:* Vel, ut quidam Modernus legit ex Hebræo: Poſſedi, aut emi, id eſt, deſponsi mihi, aut connubio mihi adjunxi, id eſt, habebat ſponſa illa meretrix pro dote quindecim nummos Regales. Bone Deus! hæccine eſt ſufficiens dos mulieris adeò proſtitutæ & perditæ, ut digna conſors & conjux tanti Prophetæ fieri poſſit? Ita ſanè. quia dos quindecim regalium, adnotante Moderno, umbra & figura illius, quod in lege gratiæ erat futurum. *Bone Deus*, inquit, *quoties Chriſtus Dominus in Oſeâ ſignificatus, perditiſſimas animas medio quindecim SS. Roſarii decadibus ſibi arctiſſimo amoris vinculo copulavit!* Exhibuit Deus exemplar mirabilium, quæ per quindecim ſacratiſſimi Roſarii præcipua Redemptionis noſtræ myſteria operaturus erat in animabus, & qualiter etiam perditiſſimæ animæ hâc dote ornatæ per virtutem illius dotis, veræ pœnitentiæ donum impetrarent, qualiterque priſtinis peccatorum vitiis valedicentes, Chriſto tandem, profecto animarum ſponſo, conjungi mererentur. Mactè igitur animo Chriſtiani & Confratres SS. Roſarii Deiparæ Virginis, quia quantumvis gravia fuerint veſtra peccata, quantumvis enormia fuerint veſtra delicta, ad manum habetis præſentiſſimum illorum remedium. Si ſolo hôc devotionis exercitio uſi fueritis, brevi ad majorem hono-

Oſea 3.

S. Hieron. hic.

Salazar de concep. cap. 31.

Carthagena hõ. de Roſario.

Digitized by Google

honoris excellentiam ſuper Davidem extollemini, quia dignius eſt Deo per gratiam, quàm per conſanguinitatem conjungi.

De quâ natus eſt Jeſus.

Consideratio VI.

Inter omnia pietatis exercitia populi Chriſtiani Deo acceptiſſima, & gratiſſima, eſt devotio ſacratiſſimi Roſarii, ejuſque invocatio, inter cæteros Deiparam colendi ritus, principem obtinet locum.

1. Duo continet præſens conſideratio: quantùm ad primum attinet, neſcio, an clarior aut evidentior veritatis ipſius probatio reperiri poſſit, quàm, quòd devotio SS. Roſarii gloriosæ Virginis ſit è cælis donata, & per homines in terris ſpecialiter adinventa. Fundatur hæc doctrina in aliâ quadam divi Cypriani, inſtituto noſtro congruentiſſimâ. Indagabat ſanctus Antiſtes cauſam moventem Chriſtum Servatorem noſtrum ad docendum nos modum orandi, & ea quæ petere deberemus. *Pater noſter, qui es in cælis*, hoc eſt, ut nihil nobis denegetur, & cuncta, quæ petierimus, impetremus. Quia, ut diſertè dixit Divus Petrus Chryſologus, quando ipſemet Judex vel miniſter exequens format modum precandi, moraliter certa eſt impetratio. *Cunctatio ablata eſt impetrandi, quando ipſe ſe legit in precibus, qui rogatur.* Ecquæ igitur cauta fuit, inquit divus Cyprianus, ut Chriſtus præceptor noſter nos doceret orare, niſi ut ſe obligaret ad nos exaudiendum, & cuncta pro voto concedendum? *qui fecit vivere, docuit & orare.* Ille qui dedit eſſe & vivere, docuit & quid orare deberemus. Jam beneficio creationis plura & majora beneficia nobis præſtare adſtringebatur, verùm ignorantia & ſocordia noſtra velocem fluxum divinæ beneficentiæ detinebant. Neſciunt, inquit Dominus, quid & quomodo me orare debeant; volo eos inſtruere & docere formulam precandi, ut ſciant quid petere expediat, ut una me exonerem & ſatisfaciam obligationi, quâ me illis obſtrinxi, quando prima eis beneficia largiſſimè conferre incœpi. Bonus Dominus, qui à beneficio impenſo ad majus præſtandum provocatur. Et toto tempore, quo ſacratiſſima virgo in hâc mortali vixit, ſemper & ubicumque ſeſe occaſio obtulit, egit partes noſtras apud filium ſuum, ad quod munus ſe obligavit, dum, ut alibi dicemus, tituli & officii matris adoptivæ filiorum gratiæ poſſeſſionem accepit, quo beneficio præſtito, ad majora ſe adſtrinxit facienda, & ad docendum nos è cælis ubi reſidet, orationem & devotionem accomodatiſſimam, quâ cum filio ſuo feliciter negotiari, & cuncta pro voto impetrare poſſemus.

D. Cyprianus ſer. 7. ſuper pater noſter.

Chryſologus ſerm. 70.

Continuo Mariale.

2. Decreverat Moyſes vel dux Joſuë periculoſum inferre prælium Amalechitis & anxius dux de dubio rei eventu anceps hærebat; animadvertenſque Moyſes ipſius timorem, ei animos & calcar addidit, timorem depulit, & proſperum certaminis exitum addixit: *Stabo in vertice montis, & habebo virgam Dei in manu meâ.* Ne dubites Joſuë de proſpero pugnæ ſucceſſu, neque tibi potentia aut vires hoſtium timorem incutiant, adſtabo ego in monte, & in ipſo certamine impore elevabo virgam Dei, eamque conſpectui divino exhibebo, & haud dubiè Amalechitas vinces & profligabis. Paraphraſtes Chaldæus transfert: *Virgam, quâ facta ſunt miracula.* Rectè, inquit Abulenſis, vocat virgam hanc miraculoſam & mirabilium operatricem, nam ſacro atteſtante eloquio, plurium fuit miraculorum inſtrumentum; *quia illa virga fuerat organum Dei ad multa miracula.* Sed ſcitu dignum eſt, quæ, qualiſve fuerit myſtica illa cæremonia Moyſis in elevatione virgæ, vel, quam virtutem habuerit actio illa, ut mediante illâ tam aſſeveranter propheta victoriam ab hoſte reportandam promittat. Alii alias aſſignant rationes, ſed quæ mihi magis litteralis apparet, magiſque intento noſtro congruit, hæc eſt, quòd, cum Moyſes benevolam indolem Dei ex frequenti & familiari colloquio probè noviſſet, eidem ſe conformavit & accommodavit, idem fuit, Deo præſentare virgam illam miraculoſam ac dicere: hâc virgâ, Domine, & in nomine tuo tot, tantaque miracula & prodigia patravimus, & per eam hactenus hoſtium noſtrorum victores evaſimus, quâ de cauſâ nunc in tot auguſtiis conſtituti tibi in illâ exhibemus beneficia, quæ de manu miſericordiæ tuæ liberaliter recepimus, ut intuitu illorum populo tuo etiam inpræſentiarum victoriam concedere digneris. Occaſionem huic conſiderationi præbuit gloſſa Interlinealis, quæ, ubi legit vulgata noſtra, *habebo*, &

Exod. 17. v. 9.

Chald.

Abulenſ. hîc.

Gloſſa Interlinealis.

Digitized by Google

virgam Dei, transtulit. *quam dedit Deus, ut verberentur hostes*, & cùm sit certum, quòd Moyses, ut ex sacris litteris constat, omnia, quæ faciebat, erant vel ex mandato, vel consilio Dei, dicendum est nobis, quòd ex divinâ dispositione usus fuerit virgâ, & quod Deus eum docuerit modum & circumstantias, quibus oratio ejus, ut foret efficax, vestiri deberet: Hoc est gestare manu virgam, quæ tot miraculorum fuerat organum & instrumentum: *Virgam quâ facta sunt miracula*. Non aliter sacratissima Virgo Mater Dei & Domina nostra, ne oleum & operam in orationibus nostris perderemus, utque prosperè negotiaremur cum filio suo nos docuit formulam precum, quâ nobis Deum devinciremus.

3. *Abbas Francon. tom. 3. de grat. Genes. 27.*

Ponderans Franconius Abbas locum Geneseos, ubi sacer textus meminit desideriorum & votorum Rebeccæ, quibus promotioni & prærogativæ filii sui Jacob unice studebat, notat adinventiones & stratagemata, quibus eum instruxit, ut benedictionem Patris præriperet. Docuit eum modum, & verba composuit, quibus senem alloqueretur, & solerti manuum suarum industriâ pulmentum coxit gustui paterno sapidum & gratum. *Sicut me velle nosti: verè sapiens mulier* (ait Franconius) *qua novit hædos coquere, & sic condire, ut gratiam cervorum coquent, aut etiam superent.* In hoc facto, ait hic Pater, Rebecca non minùs se sapientem, quàm amantem ostendit præter usitatum agendi modum, & contra commune tritum illud proverbium Senecæ: *Amare & sapere vix Deo conceditur.* Amans affectu, quo filii prosperitatem & excellentiam exoptabat. Sapiens, in mediis, quæ adinvenit & stratagematibus, quæ excogitavit, ut votorum suorum compos fieret. Ita etiam Regina Angelorum, tamquâ amantissima mater peccatorum, egit cum illis instruendo & docendo eos devotionem Sacratissimi Rosarii, quâ mediante, in præsenti vitâ mereantur benedictionem reconciliationis cū Deo per gratiam, & in futurâ æternam beatitudinem; Offuscavit imò & obtenebravit amor Mariæ effectum Rebeccæ, neque prudens astutia Rebeccæ comparabilis est cum sapientiâ gloriosæ Virginis, ita ut potiori jure de hac dicere posset Franconius Abbas: *Verè sapiens mulier, &c.* cupit serenissima cælorum Regina, ut nos Filii una cum illâ salutis nostræ negotia procuremus eisdem modis & mediis, quibus ipsi ea in cælis pertractant.

Seneca.

Glorioſus Doctor gentium in epistolâ ad Hebræos loquens de Christo jam in cælis regnante, ait: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis*, & dilectus Christi discipulus Joannes in suâ Canonicâ idem dicit: *Advocatum habemus apud Patrem*, volens animare Christianos primitivæ Ecclesiæ, commendat eis fiduciam in Christum mediatorem, qui continuò interpellaret patrem pro eis, per quem & plurima beneficia erant impetraturi. Sanctus etiam Angelicus noster Doctor movet dubium & quæstionem, an Christus Salvator noster in cælis loquatur, vel an verbis agat cum Patre æterno? Et respondet, quòd neque interpellat, neque agit cum Patre verba loquendo, sed exhibendo & monstrando sanctissimam suam humanitatem, & quidquid ea pro hominibus pertulit. *Ipsa repræsentatio ex humanâ naturâ, quam in cælum intulit, est quædam interpellatio pro nobis*: Repræsentant Patri sacratissimū corpus insignitum plagis & vulneribus, quæ in eo recepit, & cum quibus glorioſus resurrexit; *Ut Patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat*: ita ut cicatrices & vulnera, quæ Christus Patri æterno ostendit, sint ora & linguæ, quibus incessanter loquitur: Pater æterne, ecce pretium, quo salutem humani generis redimens coemi, hoc tibi exhibeo, ut me tamquam filium tibi consubstantialem revereris, & exaudias, hominibusque salutem impertiaris. Ita interpellat pro nobis Christus in cælis. Et similiter de sanctissimâ matre ejus asserit Arnoldus Carnotensis, quòd ad exemplum filii sui unigeniti eodem interpellationis genere utatur. *Christus nuda latera Patri ostendit latus & vulnera, Maria Christo pectus & ubera.* Ad commovendum viscera misericordiæ paternæ vulnera præsentat, quibus mundum salvavit, ostendit sanctissima Genitrix filio suo ubera, quibus eum lactavit & amantissimo pietatis affectu mediatricis nostræ munus exercet. Et subjungit devotissimus Abbas: *Nec potest ullo modo esse repulsa, ubi concurrunt & orant omni linguâ disertiùs hæc clementiæ monumenta & pietatis insignia.* Et quid ni obtinerent petita, ubi sacrosancta Redemptionis nostræ mysteria intercurrunt?

4. *Hebræos 7. v. 25.* *Joan. 2. v. 1.* *D Thomas 3. p. q 57. a. 6.* *Arnold. Carnotens. de laudib. Virg. apud Salazar de concep. cap. 40.*

5. Colligite nunc, quàm arcto obligationis vinculo Virgini Deiparæ devinciamur, quæ nobis dedit, & per sanctissimum Patriarcham nostrum Dominicum nos docuit devotionem

Digitized by Google

tionem sanctissimi Rosarii, quod (ut in primâ consideratione diximus) est memoriale & compendium quoddam omnium, quæ amantissimus genitus eius pro salute & amore hominum passus est. E cælis descendit beneficium istud, quia rationi congruum erat, ut unde remedium culpæ originalis recepimus, etiam venia & indulgentia peccatorum post baptismum commissorum descenderet. Jam tandem nosse incipio, quamobrem Rosarium Deiparæ Virginis Psalterium appellari consueverit, non solum quia ex centum & quinquaginta salutationibus Angelicis componitur, quemadmodum Psalterium Davidicum ex centum & quinquaginta Psalmis constat, sed etiam propter rationem, ob quam magnum Ecclesiæ lumen Augustinus Prophetiam Davidis Psalterium nuncupari dicebat. Quærit sanctus Doctor, quare Hymni & cantica Regii Vatis potiùs nomine Psalterii, quam citharæ, organi, vel alterius instrumenti musici vocitentur, cùm pluribus aliis nominibus appellari potuerint? Et respondet Magnus Pater hisce verbis: *Ut de superioribus inspiratam Dei gratiam per Spiritum sanctum doceamur, quoniam quidem hoc organum, musicorum sonos de superioribus habere fertur.* Instrumenta quædam pulsantur à parte inferiori, at verò Psalterium pulsatur à parte superiori, & ab alto musicos reddit sonos; ut agitur nobis innotescat, bona omnia desuper esse, Hymni Davidis, qui specialiter continent & complectuntur beneficia, quæ nobis Deus præstat, Psalterium nominantur, ut cognoscamus verum esse illud Apostoli Jacobi dictum: *Omne datum desuper est.* Ergo convenientissimè sancta Ecclesia Catholica & summi Pontifices in suis Brevibus Apostolicis Psalterium nuncupant Rosarium Deiparæ Virginis, in quo omne nostrum bonum consistit, atque etiam, quia è cælis Sancta illa & approbata devotio nobis advenit: quare inter omnia pietatis exercitia & inter cæteras Deiparam colendi formulas, absque dubio gratior & acceptior esse debet.

D. August. in prolog. Psalmorum.

Jacob. 1. v. 17.

6. Idipsum contestantur crebra illa & innumerabilia miracula, quæ Beatissima Virgo per devotionem sui Rosarii in toto Christianorum orbe dignata est operari, quæ passim in auctoribus de iis agentibus reperiuntur. Similiter hoc idem probatur ex eo, quod Alanus de Rupe devotissimus Rosarii cultor, ejusq; maximus promotor affirmat, dum testatur se experientiâ didicisse, Rosarium esse, mnemosynon seu schedulam memorialem ad salutem impetrandam. Interrogabis me, ecquam certitudinem salutis suæ habere possit devotus Rosarii cultor? Respondeo, neminem in hâc mortali vita habere certitudinem suæ salutis, nisi cum, quem Deus speciali revelatione de ea certiorem reddit; Attamen hic devotissimus Pater annuntiat Rosarii cultoribus hæc sequentia verba consolatione plena: *Scias, & scire intelligas, quòd signum probabile est æternæ damnationis attendiari & negligere salutationem Angelicam*, & per consequens ferventi devotionis affectu prosequi hâc Rosarii devotionem, probabile signum est æternæ prædestinationis. Non frustra Dæmon abhorret & execratur præ cæteris formulam precandi & orandi Rosarium, ut testatur Joannes Andreas. *Ex omnibus orandi formis nullam aliquantur Dæmones aut infestasse sapius, aut duriùs execrari, quàm precules in Rosario, vel ipsum Rosarium.* Est namque aliquando catena, quâ illaqueatur & constringitur, & aliquando funda, qua veluti alter Philistæus a Davide percutitur & lædituri, quia dum Rosarium recitamus, quodlibet granum, quod manu dimittimus, est lapis projectus, quo caput contemnus & Dæmonem prosternimus: hoc significat meo Judicio celebris illa victoria, quam tempore sanctissimi Patriarchæ nostri Dominici reportavit ab Albigensibus devotissimus SS. Rosarii cultor Comes Montfortius ubi virgo & mater SS. Rosarii patenter in adjutorium & favorem ejus vita adstitit, & propria manu projecere centum & quinquaginta lapides, quibus partem exercitus fugavit, & partem ad internecionem delevit. sic, sic solet patrocinari & auxiliari virgo sanctissima suis clientibus & devotis.

Joan. Andreas de Rosar.

1. Reg. 17.

Alanus de Rupe l. de Rosar.

7. Et licet utilitates & commoda hujus sanctæ devotionis sint omnibus generalia & communia, magis tamen speciali ter Confratres SS. Rosarii eisdem gaudent & fruuntur, quia recitant, orantque, ut ceteri, & insuper in obsequium, honorem, & cultum Deiparæ, facultates suas, festa ejus celebrando, expendunt; denique Dei genitrix eas, præ cæteris amplioribus favoribus prævenire & dotare tenetur. Qui plus donat, plus amat, & qui plus amat etiam in hac vita majus præmium recipit. Quærit sanctus Augustinus ubi manserint tempore universalis diluvii animalia illa, quæ nec in terrâ tantum, ueque in aquâ tantùm vivere possunt, quove fugerint ad evitandâ inundationem illam generalem? de terrestribus notum est, quia de eis

S. Augustinus lib. 1. de mirabil. Scripturæ c. 4.

Genes. 7. v. 14. sacer Textus testatur: *Duo & duo ingressa sunt ad Noë in Arcam.* Et respondet gloriosus Ecclesiæ Doctor: *Etiam in tecto Arcæ foràrequiè his esse aliquam volebat,* Etiam hæc animalia per Arcam fuerunt salva, quædam enim intrà, quædam enim extra eam diluvium evaserunt: forsitan tali artificio erat arca fabricata, ut etiam in parte exteriori quædam animalia asylum & refugium invenirent. Arca hæc figura fuit sanctissimæ Virginis Rosarii, quæ ab Ecclesiâ in Litaniis *Arca salvans* appellatur. In eâ cuncti indiscriminatim clientes ejus certum habent suæ salutis præsidium, sed Confratres sancti Rosarii salvantur intrà, cæteri vero extra Arcam salutem consequuntur.

Litan. SS. Rosarii.

8. Antiquitus ex devotione, modestiâ, & virtute dignoscebantur Confratres SS. Rosarii. Videte quid dicat Joannes Andreas: *Tanta fuit istius psalterii fama, ut, si qui fuissent eidem devoti, mox ab omnibus haberentur Fratres sacri Psalterii.* Evidens argumentum, quod, cùm quis foret Frater S. Rosarii, erant ipsa devotio, modestia, & compositi vivendi mores; simile illi, quod refert Tertullianus de gentilibus, qui videntes peccatorem in melius commutatum, inferebant pro consequentiâ, jam ille communionem recepit: *Ibat meretrix, ibat amasius, & revertebatur sanctus,* ibant mali, & redibant boni, ibant peccatores, & revertebantur sancti, ibant perditissimi & redibant continentes. Hic, est juxta saniores Interpretes sensus illorum verborum Apologetici: *Qua mulier? quàm lasciva! quàm festiva! qui juvenis: qui lucius? quàm amasius! facti sunt Christiani. Ita nomen emendationi imputatur.* Clarum indicium sacræ synaxis susceptæ, erat vitæ in melius commutatio, & signum evidentissimum ad dignoscendum aliquem esse devotum S. Rosarii cultorem, erat morum probitas & vitæ sanctitas. *Si verò quis peccator, aut blasphemus videbatur, iste, non est de fratribus Psalterii,* quia profectò si foret Rosarii devotus cultor, longè aliam duceret vitam.

Joan. Andreas lib. 2. de confratr. Rosarii c. 55.

Tertull. in apolog. c. 3.

9. Notissimum est omnibus id, quod sacra enarrat historia de Saüle, quod, dum à maligno agitaretur Dæmone, qualiter David psallendo citharâ, spiritum nequam expellebat: *David tollebat citharam, & percutiebat manu suâ & levius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.* In quo hæc diaboli expulsio constiterit, discrepant sacri expositores. Christopolitanus existimat, quòd, quando David pulsabat citharam, recedebat spiritus malignus, non solùm, ideo, ut loquitur Josephus, quia Dæmon naturaliter abhorret, & exeeratur musicam propter discordem concordiam vocũ, ex quibus illa componitur, sed etiam, quia dulcissimè citharâ decantabat gesta Christi & prædicebat in psalmis Sacramenta novæ legis, Incarnationem, Nativitatem, & cætera sacratissimi Rosarii mysteria; & impatiens Dæmon, & indignè ferens, quod audiret mysteria vitæ, & mortis Christi prophetice decantata, disparebat & evanescebat. Simili planè modo non subsistit Dæmon, ubi Rosarium recitatur, neque devotos & clientes ejusdem confraternitatis aggredi præsumit; quia non solùm, quemadmodum ex Davide, audit illa mysteria, ut futura & figurativa, sed ut jam actu existentia & opere completa. Ideoque dicit Joannes Andreas: *Impossibile est ferè, hanc devotionem manere in homine sine mutatione dextera excelsi.* Quantumvis aliquis deficiat in actibus cæterarum virtutum, si hæc sola devotio ei superfuerit, Deus eum revocat & ad se reducit. *S. Rosario divulgato, & à nonnullis recepto, cæperunt veri fideles in alios viros repentè mutari.* Quamprimùm sanctus Pater Dominicus cæpit invehere in mundum hanc devotionem, illico homines in alios transmutati fuerunt. Tandem dicam ego de S. Rosario, quod sanctus Ambrosius de Christo Redemptore nostro affirmavit. Omne quod optare, & desiderare potes, homo Christiane, habes certum & securũ. Eia fratres, & cultores Rosarii Deiparæ Virginis, in hâc sacrâ devotione omnia bona desiderabilia continentur. Si vulnera tua curare desideras, medicus est, si ægrotas, sanitas est, si igne concupiscentiæ æstuas, fons est aquæ frigidæ si peccatorum iniquitate gravaris justitia est, si languens flaccescis, virtus est, si tenebris obvolveris, lux est, si pauper es, thesaurus est, si famelicus es, satietas est, si tristaris, lætitia est, si affligeris, consolatio est, si timore obrueris, fiducia est, si solitudinis tædet societas est, si laboras, requies est, si cælum petis, via tota est, &, ut compendio dicam, totum, quod potes desiderare, in Christi vita & morte, tamquam in thesauro, continetur, & in SS. Rosario, tamquam in depositio, asservatur. Est mensa cælestis omnium ciborum, paradisus deliciarum, hortus fructuum & florum, omnium mercium forum, & perfectus omnium bonorum aggregatione thesaurus.

Psal. apud Panaliel stat. 4. cap. 1. §. 1.

Joan. Andreas de Rosar. c. 10.

S. Ambros. lib. 5 de virg.

1. Regum 16. v. 23.

Christopol. sup.

Sit

10. Sit itaque, Christiani, tota vita nostra, continua oratio, & jugis mysteriorum SS. Rosarii meditatio. Qui enim tenerioris cordis & magis compatientis estis indolis, in illo habetis Deum infantem mediâ nocte recens natum, injuriis & frigori hyemalis temporis expositū, & omni humano solatio destitutum, quò vos ad compassionem commovere possitis. Et vos qui ad amorem propensi estis, habetis hic Deum cruci affixum propter amorem, durioribus clavis perforatum, ut aspectu suo corda vestra amoris sagittâ confodiat, ac tandem, qui firmiori spe roboramini, considerate & recogitate eum in glorià resurrectionis suæ ascendentem ad cælos, & remunerantem etiam minima obsequia sibi præstita, ad nos animandum & excitandum.

11. *Lopez Episcop. Monopolit hom. de SS. Rosario tom. 3.* Aggredientes secundam partem considerationis nostræ notare debemus cum Episcopo nostro Monopolitano, quòd, licèt festum SS. Rosarii Beatissimæ Virginis institutum fuerit in memoriam celeberrimæ illius victoriæ, quam invictus Princeps Joannes Austriacus in prælio navali ad Naupactum à Turcâ communi Christianorum hoste viribus & numero longè inferior, non minùs miraculosè, quam feliciter reportavit, fuit tamen etiam institutum, eò quòd insignis illa victoria obtenta fuerit primâ Dominicâ Octobris, quo die, tempore, & horâ per totum orbem Christianum processio SS. Rosarii fieri solet, ideoque attribuitur Deiparæ Virgini, & tamquam certum & indubitatum tenetur, illam fuisse & devotione & precibus SS. Rosarii obtentam: illâ namque summus Pontifex noster Pius Quintus animaverat milites ad tam periculosam provinciam aggrediendum; nihilominùs dicit præcipuam causam & motivum instituendi hanc solemnitatem fuisse, ut uno die omnes simul virtutes heroicæ Virginis & Matris celebrarentur, omniaque simul Redemptionis nostræ mysteria solemni ritu recolerentur: *Sicut in lege veteri, singulis diebus, in quibus insigni aliquo beneficio fuerat Judaicus populus affectus, festa celebrabantur.* Sic Phase erat memoria & agnitio liberationis ex Ægypto, Pentecoste in gratiarum actionem legis, quam receperant, festum verò tabernaculorum in signum gratitudinis beneficiorum, quæ in deserto misericorditer à Deo obtinuerant? *Sed cunctorum memoriam fecerunt, cùm terram promissionis jam ingressi.* Volentes, hâc solemnitate generali comprehendere & complecti cætera festa, ut, quod in singulis humanâ fragilitate minùs plenè peractū fuerat, in hâc sanctâ observatione solveretur. Non aliter Ecclesia Catholica celebrat hodie solemnitatem omnium festivitatum Deiparæ, & omnium Sacrosanctorum salutis nostræ mysteriorum, quæ pluribus æquivalet festis; quamobrem festum SS. Rosarii appellare possumus, omnium festivitatum Christi & Deiparæ quintam quasi essentiam & compendium. Ratio est manifesta, quia in cæteris festis unum solummodò mysterium, unamve solam virtutem Dei Genitricis recolimus. In Nativitate Domini Deum recens natum adoramus, in Paschate resurgentem veneramur, in Annuntiatione humilitatem Beatissimæ Virginis prædicamus, & in Purificatione ejus obedientiam extollimus; at verò in festo SS. Rosarii neque hoc vel illud mysterium Christi, neque hanc vel illam virtutem sanctæ Genitricis recolimus, sed omnes virtutes matris, omniaque Filii mysteria festivè celebramus.

12. Mellifluus Doctor Sanctus Bernardus agens de elogiis præcursoris Christi vocat eum splendorem omnium Sanctorum, *Splendor Sanctorum*: quid pulchrius, aut visu jucundius, quàm videre crucem, seu aliud quidpiam lapidibus pretiosis consitum, adamante, carbunculo, smaragdo, sapphiro, omnique lapide pretioso ornatum. Fulgor adamantis, flammeum decus carbunculi, scintillatio smaragdi, splendor cæterorum, sed ille decor ex illis prodiens non est hujus vel illius lapidis pretiosi, sed omnis pulchritudo & illustris ille splendor ex omnibus collectim emanat; Ita est, inquit sanctus, magnus Baptista, *Splendor Sanctorum*, quia in illo veluti in summario omnium perfectio & pulchritudo continetur. In illo namque reperitur adamas virginitatis, carbunculus seu pyrôpus martyrii, Smaragdus confessionis fidei & veritatis, &, ut verbo dicam, *Splendor Sanctorum* est veluti quinta essentia Sanctitatis ex omnibus aliis elicita. Non absimilis est devotio & festum SS. Rosarii Dominæ nostræ, est enim splendor omnium festivitatum Christi & virtutum matris Dei, est Summarium & epitome omnium meritorum Genitricis & multo magis Filii. Quæ cum ita sint, jure ipsi inter omnia festa totius anni primatus & excellentia debetur. Singulæ festivitates sunt admodùm solemnes & dignæ, ut maximâ veneratione celebrentur: sed ne dicio, quid dicam, omnes simul

conjunctæ habent aliquid, quod magis Christianorum animos obligat, & devotionem auger. Singularum cultus Deo & Virgini tamquam obsequium gratum perplacet, sed in hac tamquam magis grato cultu specialiter sibi complacent & oblectantur.

13. *Malvenda citur 1. ubi de Rosario & Plin. lib. 21. c. 21.*

Controvertunt quidam Auctores, quamobrem hæc devotio beatæ Virginis SS. Rosarium vocetur? Doctissimus noster Malvenda refert ex Plinio Rosarium idem esse, quod roletum seu multorum roletorum collectionem. *Rosarium dicitur multitudo fructuū uno loco rosas progerminantium.* At vero secundum communē loquendi modū, aut hic Doctor, nominatur hæc devotio Rosarium, id est, fasciculus expluribus rosis compositus. *Quasi fasciculus ex pluribus suaveolentibus rosis aptè concinnatus*, quia celeberrimus hic orandi modus componitur ex centum & quinquaginta salutationibus Angelicis sive *Ave Maria*, & quindecim præcipuis Redemptionis nostræ mysteriis velut fasciculus ex variis & redolentibus rosis concinnè collectus & compositus. *Quod, si hic celebris precandi ritus ex centum quinquaginta salutationibus Angelicis, & quindecim præcipuis Redemptionis nostræ mysteriis, quidam divinus flosculus & diversarum rosarum in unum fasciculum colligatus miro artificio sit coaugmentatus*, singulæ rosæ bellè apparent. & seorsim sumptæ miro quodam modo oculos recreant & visum oblectant; attamen simul compositæ gratam quamdam pulchritudinem habent, qua, majori oculos amœnitate suâ demulcent, & cor hominis suaviori quadam virtute exhilarant & lætificant, ita etiam sacra mysteria fidei nostræ, quæ sancta Mater Ecclesia celebrat, quodlibet per se solum est cælo gratum & acceptum, sed omnia simul solemni ritu celebrata, sunt sacrificium Deo, ejusque sanctissimæ Matri gratius & amabilius, & in illo, ut jam

14. dixi, magis sibi complacent & oblectantur.

Permittite mihi, ut sic loquar, quia non absque fundamento procedo, memini enim, Sanctum Augustinum in suis confessionibus, ubi ingeniose ponderat testimonium & elogia, quibus Deus, dum mundum conderet, res creatas approbabat, & notanter advertisse, quod ut singula creaverat, singula ut bona approbabat, & septies repetisse eadem verba: *Et erat bonum*. Postquam tamen jam omnia creata, & producta existebant, mutavit loquendi stylum, & dixit, quod esset valde bona. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Septies numeravi, te vidisse, quod feceris, & hoc octavum est, quia vidisti omnia, quæ feceris, & ecce non solum bona, sed etiam valde bona.* Quæ causa erit, inquit sanctus Doctor, ob quam Deus, postquam ex ordine cuncta duxisset, creasset, & disposuisset, modum creaturas collaudandi coercuerit, & stylum loquendi in majores laudes mutaverit? *Singula tantum bona erāt simul autem omnia & bona & valde bona.* Quantū capio & intelligo, non adeo res singulæ creatæ seorsum contemplatæ placuerunt, quemadmodum omnes simul collectivè sumptæ, & simul oculis, & visui Dei repræsentatæ, quælibet se solā erat bona, sed omnes collectim visæ erant eminentiori quodam modo bonæ: Jam teneris & capitus conceptum meum. Patri modo ratiocinor ego in solemnitatibus, quas Ecclesia sancta in laudem Beatæ Virginis recolit, quia licèt qualibet eam nobis devinciamus, in hac tamen SS. Rosarii festivitate absque fuco & hyperbole asseverare possumus, quod illi præ cæteris sit gratior & acceptior.

Quando Moyses intercedens pro populo 15.
veniam & remissionem delicti petit a Deo, animadvertit Lyranus, ipsum Moysen mutatum precandi modum assumpsisse, videlicet, *Recordare Abraham, Isaac, & Jacob servorum tuorum*, obtulit memoriam majorum suorum, ut Deus eorum intuitu peccatis indulgeat; Nonnè satius & consultius foret quod Moyses in hac occasione consuetum aliorum servorū Dei morem & consuetudinem observaret, & solummodo alicujus in particulari merita Deo offerret, & præsentaret? Minimè gentium Quia res erat maximi momenti, peccatum & scelus, quod populus admiserat, erat enorme & gravissimum, ac proinde persuasit sibi extremis esse utendum mediis, & totum impendendum, quasi diceret, inquit Lyranus, Domine Deus, jam illi exsolverunt, quod hi promerentur, sufficiat hoc tibi ad populo parcendū, & indulgentiam concedendum Si hic populus mereatur propter scelera sua incendium & exustionem, recordare Abraham servi tui, qui propter amorem & confessionem nominis tui a Chaldæis in Ur & ignem missus fuit. Si flagitiis suis decollationem & gladii percutientis sævitiam promereantur, recordare Isaac amici tui, qui pro amore tui obtulit se Patri suo decollandum & capite plectendum. Et si exilium promeriti fuerint, recordare Jacob dilecti tui

Lyran. Exod. 32. v 13.

qui

Digitized by Google

qui exul fugit in Mesopotamiam, ut Patri suo, & tibi obediret. Itaque Moyses volens Deum sibi arctiori vinculo obstringere, non exhibuit seu præsentavit Deo sola merita unius justi seu servi sui, sed omnium præcipuorum illius temporis, ut certiorem redderet veniam, quam pro populo prece illâ sollicitabat, fuitque oratio illa, una quidem, sed pluribus æquivalens. Non est minoris efficaciæ & virtutis devotio sacri Rosarii, quia licèt singularis videatur, tot tamen & tanta in se complectitur, ut pluribus precandi formulis æquivaleat, sitque quodammodo quinta essentia omnium orationum & precum. Et qui nominat Rosarium divæ Virginis, omnes devotiones Deiparæ complectitur. Quemadmodum, qui profert verba illa, ex quibus sanctus Evangelista Matthæus catalogo generationis Jesu Christi coronidem imponit: *De quâ natus est Jesus*, eisdem, veluti compendio, comprehendit omnes excellentias & elogia, quæ de sanctissimâ Dei matre prædicari possunt, quia esse matrem Dei includit totum, quidquid dignitatis excogitari, & quidquid excellentiæ explicari possibile est, ordinavit & disposuit Regina Angelorum admirabili quodam stylo hanc brevissimam, suavissimam tamen devotionem SS. Rosarii sui, veluti facer Evangelista in hisce suis verbis singulari quodam artificio absque fucatâ verborum varietate & multiplicitate encomia Virginis in unum constrinxit, & paucis, veluti compendio & summario, omnes excellentias, omnesque honoris titulos & prærogativas humanâ mente excogitabiles explicuit, dicens: *De quâ natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

Hoc unum maximè necessarium superest, quòd, cum hæc devotio sit adeò bona & excellens, tot favoribus dotata & infinitis propemodum miraculis confirmata, ut omnes unanimi fervore, & communi manu hanc devotionem amplectamur, neque solummodò devoti cultores SS. Rosarii simus, sed & omnes fratres ejusdem sodalitatis efficiamur, noster Magister Insulanus quondam Beati Alani de Rupe discipulus inter cætera memorabilia, & notatu digna, hæc sequentia dicit verba: *Qui ex toto corde ad serviendum Virgini in hâc fraternitate se obtulerit, eam toties salutaverit, finaliter non peribit, imò secundùm S. Anselmum impossibile est eum perire. Ita enim ipse Anselmus beatam Virginem affatur: Sicut àte avertisti, ô Virgo Maria, necesse est, ut pereat, sic ad te conversus, impossibile est, ut pereat.* Hæc clara sunt, ita ut explicatione non egeant; manifestè enim patet ex his, quàm utile sit tot salutationibus Angelicis Deiparam colere, quot ab isâmet in confraternitate concinno ordine sunt dispositæ. Qui hæc fecerit, in hâc mortali vitâ securam habebit gratiam, & post mortem, vitam, & gloriam æternam. Amen.

Frater Michael ab Insulis l. de confrat. Rosarii.

TRACTA-

TRACTATUS II.

IN FESTO ROSARUM BEATÆ VIRGINIS DOMINÆ NOSTRÆ.

NOTA, *Hoc Feſtum in aliquibus Provinciis Hiſpaniæ celebrari à Confratribus SS. Roſarii in Feſto ſanctiſſimæ Trinitatis.*

Liber generationis Ieſu Chriſti, Filii David, Filii Abraham, &c. *Matth.* 1.

HÆc verba ſunt prima Evangelii, quo utitur ſancta Mater Eccleſia in præſenti ſolemnitate Roſarum Deiparæ, vel Deiparæ Roſarum, ſeu de Roſis. Illis exorditur glorioſus Evangeliſta Matthæus ſuam evangelicam hiſtoriam, & hunc reddunt ſenſum: Hic liber tractat de generatione Jeſu Chriſti, filii David, filii Abraham. Scopus præcipuus ſancti Evangeliſtæ in hac arbore genealogicâ Chriſti ſervatoris noſtri fuit primò Hebræis, & poſtmodùm toti mundo oſtendere & notum facere, ipſum eſſe verum hominem ratione naturæ humanæ, quam ex ſanctiſſimâ Matre ſuâ aſſumpſerat, & lineâ rectâ ex Davidicâ domo & familiâ deſcendentem. Primævus truncus & originale ſtemma Regum, Principum, & Tetrarcharum Judeæ, quod Deus Davidi & Abrahæ ſpecialiter dederat, reſpectu quorum eum ſignanter iſtorum duorum Patriarcharum filium nominat, *Filii David, filii Abraham &c.* Ave Maria.

Liber Generationis Jeſu Chriſti.

CONSIDERATIO I.

Præcipuum, quod Deus à nobis exigit & prætendit, eſt non terrere nos ſuâ poteſtate, ſed attrahere & obligare ſuo amore.

ENucleans hoc exordium Evangelii S. Matthæi, primum, quod advertit, fuit, Spiritum ſanctum diſpoſuiſſe, ut ſacer Evangeliſta componeret librum Dei nati & hominis facti, & tam latè deſcriberet generationem temporalem filii Dei, tamque ſigillatim, & diſtinctè nobis enarraret omnes ejus progenitores, ex quibus ſecundùm carnem originem ducebat, cùm tamen, quando in ultimo capitulo (quod cantat Eccleſia in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, quam hodiernâ die celebrat) erat tractaturus de ineffabili myſterio Trinitatis, & de generatione æternâ, non niſi pauca verba & ſuccincta retulit, quibus Salvator mundi illius mentionem fecit. *Data eſt mihi omnis poteſtas &c. In nomine* *Vide Maldonat. hic.*

Digitized by Google

nomine Patrùs, & Filii, & Spiritûs sancti. Contrarium potiùs videtur faciendum explicando longè, latèque mysteria divina, & largam texendo historiam generationis divinæ & operationum, *ad intra*, videlicet, quomodo pater produxit filium ab æterno per actum sui intellectus, & qualiter Pater & Filius producant Spiritum sanctum per actum suæ voluntatis, quæ sùt operationes æternæ nobis minùs notæ & minùs intelligibiles, & compendiosis, paucisque verbis nobis describeret temporalẽ generationem filii Dei, & passionem, quam nostrùm amore pertulit: cùm hæc omnia sint magis intelligibilia & intellectui nostro magis proportionata; sicque foret consultiùs, hunc librum generationis divinæ & æternæ Christi filii Dei, quàm humanæ & temporalis, per quã ex matre fit filius hominis, inscribi.

2. Ad satisfaciendum & respondendum quæstioni propositæ recurrendum est ad doctrinam Angelici Doctoris nostri, qui movet dubium, an necessarium fuerit ad reparationem generis humani, ut Deus carnem assumeret humanam, & filius Davidis, & Abrahami fieret? Et respondet sanctus Doctor quod, licèt *divinæ potestati omnia subjaceant*, & consequenter non sit dubitandum, quin Deus absque Incarnatione facilioribus modis & mediis potuisset hominem redimere; hòc tamen non obstante, unum ex motivis Incarnationis divinæ esset, securum reddere hominem de amore, quo illum prosequebatur, necessarium fuit, Deum Incarnari ad ostendendum supremam excellentiam amoris sui; & nullum aliud convenientius medium dari poterat ad talem finem consequendum, quam humanam induere naturam. *Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostrã, quàm ut demonstraretur nobis, quantùm diligeret nos Deus* quasi diceret: Si Deus nos redimeret aliâ viâ & medio, ostenderet quidem suam potentiam, sed non manifestaret excellentiam sui amoris, cumque id, quod Deus à nobis exigit, & requirit, non sit nos terrere suâ potestate & majestate, sed amore nos sibi devincire; ideo hòc & non alio medio voluit opus Redemptionis nostræ perfici & consummari. Eâque de causa ad consequendum hunc finem, voluit, & ordinando disposuit, ut copiosa & larga historia texeretur de temporali suâ generatione, & humanâ nativitate, quò, quantùm nos diligeret, testatum relinqueret: *Liber generationis Jesu Christi*: Et paucis lineis totius capituli, quasi compendio, mentio fieret suæ potestatis. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terrâ*: Et quasi per transennam merè per accidens de sua generatione divina & æternâ fermo haberetur In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, occultatur Majestas & panditur humilitas, & absconditur vis potentiæ, & demonstratur amoris eminentia.

Recordor cujusdam libri, quem Deus per Ezechielem Prophetam conscribi præcepit: *Sume tibi lateremvel laterculum*, conformiter ad translationem Symmachi. *Et pones eum coram te, & describes in eo civitatem Hierusalem, & ordinabis adversus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabit contra eam castra, & pones arietes in gyro.* Omnem hanc castrorum aciem, omnem belli apparatum, omnia hæc impedimenta, & bellicam supellectilẽ noluit Deus, quòd Propheta marmori, ferro, vel æri incideret, aut alteri cuivis duriori materiæ insculperet, sed lateri adhuc incocto admodùm fragili inscriberet. Alium librum ejusdem Dei mandato conscripsit Evangelicus Propheta stylo tamen longe dispari. *Sume tibi librum grandem*, dixit Dominus, *& scribe in eo stylo hominis.* Librum compones characteribus majusculis & legibilibus, quos cuncti intelligere valeant, ut contentum in eis numquam obliteretur, sed semper hominum memoriis altiùs impressum conservetur. Magnam reperio differentiam inter hos duos libros, seu materiam eorum. Sciendum nobis restat, quidnam Isaias characteribus tam claris, & intelligibilibus scribere jubeatur, ut nos mysterium in eis contentum commodius percipiamus: Velociter spolia detrahe, festina, prædare. Ad hæc paucula verba conscribenda, num necessarium est, ut Propheta librum, eumque grandem conficiat? Inquiro, nonne Isaias consultius, quemadmodum Ezechiel, in latere describeret? quia tam paucis verbis minimus laterculus sufficiebat. Accipite Glossam ordinariam dubitationi propositæ obviantem. *Rursus partus virginalis describuntur*, ne vobis admirationem causet novitas, quia in hoc libro debet Propheta describere Deum hominẽ factum, & beneficium tam sublime, tamque singulare requirit librum grãdem, ut semper degatur, & æternùm memoriis hominũ inhæreat. At vero magnitudo Hierusalem, ejusque muri turres, propugnacula, omnesq; munitiones, obsidio & circumvallatio hostium, impetus & insultus, quibus eam sunt ag-

2. Ezech 4. v. 1.

Isai 8. v. 1.

Glos ordinaria hic.

greſſi,& ea,quæ ego in favorem,& libertatem, & gloriam incolarum operatus fui, placet, ut ſcribantur in latere incocto, etiam cum periculo fragilitatis ejus; quantumvis enim memoria ſit brevi peritura,utpote,quæ ſunt opera potentiæ meæ, & remanebit in populo meo memoria evacuata,& apta ad conſideranda amoris mei inſignia, quæ manifeſtantur in hoc, quòd humanam naturam aſſumpſerim, filius hominum factus.

4. Apparuit Deus Moyſi in Rubro ardente, ſed incombuſto; accurrit Moyſes, ut portentum adeò rarum videat & viſionem hactenus inviſam intueatur. Loquitur ei Deus,&ait. *Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* In diſcurſu, & ſerie converſationis & colloquii præcipit ei Deus,ut vadat &loquatur Regi Pharaoni,eique ex parte ſuâ inſinuet, & dicat,ut dimittat populum ſuum. Domine, dixit Moyſes: *Si dixerit mihi, quod eſt nomen ejus,qui miſit te, quid dicam ei?* quid illi reſpondebo? *Ego ſum qui ſum qui eſt, miſit me ad vos &c.* Duo diſcooperuit Deus in hôc loco, videlicet, quis ille ſit hominibus, & quis ſibi ſit,& in ſemetipſo, primum inchoavit nominando ſe Deum Abraham, Deum Iſaac,& Deum Jacob: Secundum verò,dicendo: *Ego ſum, qui ſum*: & addidit. *Hæc dices filiis Iſraël, Dominus Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos; hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem.* Hoc mihi nomen æternum, quo ab hominibus ex nunc & in perpetuum agnoſci deſidero & exopto. Movet ſuper hunc locum doctiſſimus noſter Oleaſter non minùs curioſam,quam controverſam quæſtionem,ad quodnam illorum duorum nominum debeant referri hæc verba. An videlicet ad hoc, *Ego ſum, qui ſum* vel an ad illud, *Ego ſum Deus Abraham &c.* & dicit, quòd juxta opinionem Rabbinorum referuntur ad verba immediatè præcedentia: *ego ſum Deus Abraham &c.* quæ expoſitio (inquit Oleaſter) confirmari poteſt loco illo ſancti Matthæi: *De reſurrectione autem mortuorum legiſtis, quod dictum eſt, ego Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob*: loquebatur Deus Saducæis, qui immortalitatem animæ negabant: Quaſi diceret, quòd Redemptor noſter oſtenderit, *Deum non ſolùm apud eos, qui hic vivunt, ſed etiam apud Beatos meum eſſe, dum dicit, Deum eſſe viventium hic, &c. ut ii, qui apud Deum vivunt,* id eſt, tanta faciet... Deus benefacere hominibus tam viventibus, quàm mortuis, ut hoc ſolo titulo benefactoris, tamquam majoris dignitatis & gloriæ, voluerit hominibus innoteſcere: cumque unicum beneficium, cujus mortui erant capaces eſſet reſurrectio & gloria corporum eorum, clarum & manifeſtum fiebat, quod illos reſuſcitaret. Quia eſſe Deum Abraham, Iſaac, & Jacob, erat eſſe benefactorem Jacobi, Iſaaci & Abrahæ; & ulterius animadvertite, Deum nondum interrogatum declaraſſe Moyſi, quis qualitive eſſet hominibus: *Ego ſum Deus Patris tui &c.* ut vero declararet, quis, qualitive foret ſibi ipſi, neceſſarium fuit, ut Moyſes nomen ejus ſciſcitaretur; ex quibus omnibus liquidò conſtare videtur, plurimi æſtimaſſe Deum,& avidius deſideraſſe titulum benefactoris hominum, quam nomen proprium, divinitatem ſignificans: non enim exigit, ut nomine immenſi, infiniti, omnipotentis inſigniatur, ſed ut nomine benigni, & benevoli benefactoris vocetur. *Hoc eſt nomen meum, Deus Abraham, &c.* ſignum evidens, ſe non timorem, ſed amorem ab hominibus requirere, neque ſe, ut potentem & terribilem velle timeri, ſed ut amicum & familiarem amari.

Exod. 3. v. 6.

5. Quando Chriſtus miſit diſcipulos ſuos ad prædicandum evangelium in univerſum terrarum orbem, inter cætera, quæ commendavit, & veluti præcepto eos adſtrinxit, hoc fuit, ne virgam, Judicum inſigne, deferrent. *Nolite peram in viâ &c. neque virgam*: videtur ſanè oppoſitum magis expediens, ſi enim Dominus eos Commiſſarios ſuos, & delegatos inſtituebat, quemadmodum eis plenariam dedit poteſtatem benefaciendi, miracula patrandi, cæcos illuminandi, claudis greſſum dandi, leproſos mundandi,& mortuos reſuſcitandi, etiam conſultum videtur, quòd eis eandem poteſtatem tribuiſſet errores corrigendi, vitia emendandi, & peccatores paſſim occurrentes puniendi, ut ſic paulatim in experientiam convenirent, quæ eis pro futuro judicio ampliſſimè promiſit. *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim Tribus Iſrael*: erant enim futuri aſſeſſores ſupremi Judicis in generali totius orbis Tribunali. Quamobrem igitur nolunt eos per mundum, virgam deferre, aut Judicis manus eſſe? Huic dubitationi reſpondet S. Hilarius pari ſubtilitate & devotione. *Neque virgam, ut ejus poteſtatis ex erroris correctione ſuſceptæ virgam deferre veſſet! nam quæ alia ſunt, nisi erit Chriſti*, quaſi diceret Salvator, miniſtri mei

Matth. 19. v. 28.

S. Hilarius hôc

meam debent imbibere indolem, & induere conditionem, & quia ego non indui humanitatem, neque volui esse filius Mariæ, radicis Jesse, ad ostentandam severitatem & rigorem, sed ad amorem demonstrandum, ita vos non indigetis virgâ, severioris potentiæ symbolo, sed potiùs refugere & detestari debetis omne id, quod speciem rigoris adumbrat, ut in vestra clementiâ & benignitate tandem cognoscat mundus regimen meum, non esse Regis severi, sed patris amantissimi, & quod nolim terrere potestate, sed amoris vinculo cunctos attrahere & illaqueare. Hoc est, quod quondam dixit Philosophus: *Qui vult amari, languidâ regnet manu.* Hæc etiam causa fuit, quare sacer Historiographus Matthæus in præsenti Evangelio vocat Christum Dominum nostrum nomine Salvatoris, eumque hoc titulo, mundo manifestat. Hoc sonat, *Liber generationis Jesu Christi, de quâ natus est Jesus, qui vocatur Christus*: non dicit, librum hunc esse generationis Christi Judicis, dicis, neque de Virgine esse natum Judicem, qui vocatur Christus, cùm tamen ex pluribus sacræ Scripturæ testimoniis, constet ipsum esse constitutum ab æterno Patre Judicem vivorum & mortuorum, secundum illud Apostolicũ dictum: *Quia ipse est constitutus à Deo iudex vivorum & mortuorum.* Hoc ipsum optimè probat responsio Cardinalis Toleti ad quæstionem quamdam, quam ipsemet movet in commentariis super Joannem, quare videlicet Christus non assumpserit nomen Judicis, sed Salvatoris. *Non assumpsit carnem passibilem, nec factus est homo, nisi ut salvaret*, quasi diceret Toletus: Noluit Redemptor meus timeri ab hominibus, sed amari ab illis, ideoque assumpsit nomen Salvatoris, quod est significativum amoris, & paternæ benignitatis, qua studiosè satagit nostrum amorem & affectum sibi rapere & conciliare, & non cognomen Judicis severi, seu Principis potentis, quo nos terrere posset. Hoc est, *liber generationis Jesu Christi &c.*

Seneca Tragic. apud Lipsium lib 2. Polit. c. 12.

Toletus adnot. 75 supr. Joan.

6. Magno ingenii acumine notavit eminentissimus Cardinalis noster Cajetanus differentiam terminorum, seu verborũ, quibus Regina Angelorum in cantico suo loquitur de Christo filio suo, & Redemptore nostro. *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* & paulo inferius loquens eidem, subjungit: fecit potentiam in brachio suo; non dixit, quòd Pater æternus ostenderit potentiam, *in brachio meo*, quemadmodum antea dixit, *in salutari meo.* Non caret mysterio modus loquendi, inquit ingeniosè Cajetanus, verum antequam verba ejus proferamus, recurramus ad alium, seu alia loca Evangelii, ut sic ponderatio eius magis elucescat. Notatu dignũ est, quod, postquam sanctus Evangelista Joannes appellaverat Christum Redemptorem nostrum unigenitum, *sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*, Lucas stylum mutaverit, & vocaverit eum non unigenitum, sed primogenitum, *Peperit filium suum primogenitum*, & Ildefonsus Archiepiscopus Toletanus devotissimus Deiparæ cultor assignans rationem differentiæ, seu commutationis verborum, ait, factum Historiographum ex industria, & no absque mysterio eam posuisse, quia, *Unigenitus est nomen majestatis*, significat enim excellentiam quamdam Christi, quatenus est heres æternitatis paternæ, nõ ita primogenitus, qui significat fratrem natu majorem, dicitque relationem ad alios fratres cum obligatione eis benefaciendi. Hunc igitur appellationis titulum pluris æstimat Salvator noster, quam nomen unigeniti, anteponens cõmodum nostrum excellentiæ suæ, quasi majoris faceret, majorique sibi duceret honori, ut postea videbimus, esse Fratrem hominum, quã Filium Dei. Quid igitur mirum, quod mater & filius adeo similis sint conditionis & indolis? *salutari meo*, dicit beata Virgo, *& in brachio suo: Possessionem suam ait Salvatoris tamquam propriæ; Verbum enim meus, dixit Maria, quoniam totum corpus ejus, mediante quo salvat mundum, meũ est*: Vatablus transtulit. *Exultabit spiritus meus in Deo Salvatore meo, exercuit potentiam brachio suo*, id est, vocavit eum meum, inquantum Salvatorem, vocavit eum & filium Patris, quatenus in eo omnipotentiam & majestatem ostẽtarit. Quasi clarius diceret piissima & amantissima Mater & Domina nostra, non agnosco illum pro filio meo, ut fortem & potentem, sed ut mansuetum, benevolũ & benignum, in quo optimè assimilamur, quemadmodum in cæteris mater & filius, quia si ipse summam omnẽ tiam magnitudinis fuę reputet esse fratrem hominum, ego maximo honori mihi duco, peperisse filium Salvatorem hominum. *Salutari meo* Et totum hoc exprimunt prima verba Evangelii in primo capite S. Matthæi, *liber generationis Jesu Christi*, combinata iis, quæ in ultimo capite ejusdem Evangelii referuntur. *Data est mihi omnis potestas, &c. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.*

Luca 1. v. 47. Cajet. hic.

Joan. 3. v. 16.

S. Ildef. serm. de B. Virg.

Matth 3. v. 1.

Matt 28. v. 18.

Digitized by Google

Amen. Non tractat hic liber de generatione divinâ & æternâ, sed de humanâ & temporali. Est liber Dei Incarnati, liber excellentiæ amoris divini, liber Dei nati, ut mansuetius convivere hominibus & familiarius conversari possit, liber tandem omnium misericordiarum & beneficiorum, quæ Deus Incarnatus hominibus præstitit, liber doctrinæ, miraculorum, mortis & resurrectionis, & ascensionis ejus in Cælos, liber cujus virginu & tot capita de pertinentibus ad humanitatem Jesu Christi pertractant, & solæ quatuor lineæ de concernentibus divinitatem ejus agunt.

7. Ex quibus manifestè liquet maxima convenientia hujus Evangelii cum festo Rosarum sacratæ Virginis. Poterunt legere curiosi, si placuerit, Pierium Valerianum, qui rosa sine spinis sit symbolum clementiæ & mansuetudinis. *Sine spinis considerata gratia signum est, quâ quis in se omnium amorem contrahit, omnũque sibi animos conciliat.* Adeò, ut Reges Babyloniæ, teste Herodoto, animos & corda subditorum sibi devincirent, rosas sceptris suis insculpi mandarent. *Gestant sceptrum affabrè factum, superstat aut malum, aut lilium, aut aliud quidpiam, nam absque insigni gestare sceptrum nefas est*: & quando antiquitus quispiam volebat sibi affectum & animum aliquorum Magnatum seu Principum conciliare, rosas eis offerebat, uti refert doctus noster Maluenda, atque hinc originem habuisse antiquum illud proverbium, *rosas loqui*, quod applicabatur iis, qui comi & urbanâ suâ conversatione, aliorum, quibuscum agunt, grato quodam lepore, aures & animos demulcent. Rosas loquitur sanctus Matthæus per totum suæ Evangelicæ historiæ librum, rosas nobis offert in singulis, quot loquitur, verbis. Ego autem absconditum, arcanumque noto mysterium in eo, quòd sancta Mater Ecclesia à Spiritu sancto divinitus inspirata nobis exhibeat hôc æstivo & verno tempore has mysteriorum Redemptionis nostræ rosas, tempore, inquam, illo, quo omnes campi viridi ornantur amictu, & colore, spei symbolo, quando jam omnia viridaria florescere incipiunt, & quidam flosculi candore suo nivem adæquant, alii rubedine suâ crocum referunt, & alii purpureo suo colore ostrum seu purpuram regiam offuscant. Et, ut verbo dicam, quando omnis terra veluti tympanum seu tabula pulcherrima omnigeno florum genere exornata, & depicta oculos recreat, cæteroſque sensus pulchritudine suâ oblectat, tunc simul festivè celebrat rosas benedictas Deiparæ Virginis. Certè videtur mihi hic verificatum, quod quõdam metaphoricè magnus Tertullianus dixit, *Sic & terram si recenseas temporatim vestiri amantem*; hoc est, videtur terra, in hôc jucundissimo veris tempore, amore capta, sicut & Cælum, propter naturalem proprietatem amantium, qui ad æmulationem mutuâ pulchritudine & ornatu se invicem prævenire contendunt. *Sic & terram, si recenseas, temporatim vestiri amantem.* Idem dico & fundatè quidem ad propositum nostrum, Cælum hodiè amore nostro captum, veluti philtrum amantium, nobis rosas benedictas in nomine sanctissimæ Virginis propinat, & donat in medicinam corporalem, & in antidotum infirmitatum animæ; ad utrumque enim virtus rosarum plurimùm valet. Rapit etiam affectum nostrum memoria beneficiorum, quæ nobis per sacrum Evangelistàm Matthæum ob oculos ponit, quantum nos Deus dilexerit, & singularia insignia, assumendo naturam humanam, homo & filius Davidis & Abrahami nobiscum factus, pro nobis effecit. At quorsum hæc omnia? nisi ut etiam terra Cæli in se provocet amorem, & reciprocà dilectione sanctè vivendo amantem redamet, eique suas rosas deferat, & præsentet, *Ave Maria*, dico, sicque inter Cælum & terram novum amicitiæ fœdus ineatur. Hoc est, quod à nobis singulariter exigit, & prætendit Deus, ut dando & accipiendo rosarum munuscula in signum benevolentiæ & excitamenti amoris, ei correspondeamus; hocque tanto animi ardore hominibus persundere conatus fuit, ut inspiraverit sancto Evangelistæ Matthæo, quatenus hunc librum conscriberet, cujus argumentum foret tempore alis sua generatio, & de æternâ pauca verba faceret, quemadmodum ipsemet Dominus fecerat, volens opera illa esse publica, & cũctis nota, quæ ad corda hominum amore illaqueanda deservirent, ut illis devincti voluntariè & grato animo illi in omnibus obsequerentur, opera verò, quæ potentiam ostentarent, seu divinitatem testarentur, quasi occulta & silentio involuta subticeri voluit.

8. Latissimus hic nobis campus patebat ad ostendendum signa doloris super Regibus & Principibus terræ, eorumque ministris, in quibus sola, eaque plurima potentiæ signa, & ne vestigium quidem amoris experimur, ex quo conse-

Tertul. lib. de pat.

Dier Valer. l. 55. in Veper. tit. gratia.

Herodot. l. 1 cit. à Pineda super Iob c. 19. num. 24.

Maluenda cont 1. an 1215. cap. 12.

consequenter sequitur, eorum regimen esse insipidum & insulsum, eorumque agendi modũ non nisi querimoniis & contradictioni subditorum esse expositum, cum luce meridianâ clarius sit, hominem potius amore erga subditos, quàm potestate & severitate illis dominari. *Malè terrore veneratio acquiritur* (dixit Plinius) *longèque valentior amor ad obtinendum, quod velu, quàm timor.* Et Tragicus Seneca: *Non sic excubiæ, nec circumstantia tela quàm tutatur amor* Et sanctus Hieronymus: *Nemo plùs impetrat à libero arbitrio, quàm qui servire non cogit.* Sed omittamus hanc doctrinam, quia magis ad lædendum & pungendum, quam ad ædificandum valet, & redeamus ad spiritum.

Plinius apud Iustum Lipsium l. 2. Pol cap. 13.

D. Hier. in catenâ D. Thomæ.

Plurimùm & vehementer timeo, ne aliqui nostrùm experturi sint aliquando, & maximo quidem sui dispendio, judicem severum, rigidioris justitiæ vindicem illum Dominum, quẽ in hâc mortali vitâ mansuetum, humilem, & amantissimum Redemptorem flocci fecerunt & contempserunt Excipite S. Gregorium Papam enucleantem verba illa, quæ Christus Dominus per sanctum Lucam protulit, loquens de extremo illo judicii die, quo venturus est judicare vivos & mortuos, prout in corpore suo gesserunt sive bonum sive malum. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magnâ, & majestate.* Carpite illud, *cum potestate, &c.* Ecce ostenditur potentia, & apparet majestas, quod idem sonat, ac si diceret, ait magnus Doctor, *In potestate. & majestate visuri sunt, quem in humilitate pessimum audire noluerunt, & virtutem ejus tantò tunc districtiùs sentient, quantò servicem cordis ad ejus patientiam non inclinârunt* Sentient & experientur filium Dei venientem in throno majestatis suæ judicem severissimum, quem hîc Redemptorem clementissimum neglexerunt. Benignissima ejus misericordia convertetur in implacabilem iram, humillima ejus mansuetudo in crudelissimum furorem: Neve vos fallat, seu decipiat, illum tunc filium hominis appellari, *Filium hominis* quamvis nomen illud hîc in terris sit pignus amoris & clementiæ, tunc erit terribile & signum rigoris & severitatis. Et ratio hujus est, quia illa verba duo quodammodò contraria significant, nempe quantùm Deus ex amore nostrùm fecerit, & quantùm nos contra ejus bonitatem peccando offenderimus. Ita ut totum, quod in hac vitâ fuit misericordia, post mortem convertetur in judicium

D. Greg.

Luca 21. v. 27.

& justitiam. Quod Christus fuerit adeò amans & pius, ut pro me mortem passus fuerit, hoc ipsum justificabit æquitatem & rigorem justitiæ, quâ me condemnabit. Et quod modò me animat, tunc terrebit, quod me hîc solatur, ibi me contristabit; Atque ita præcipua fallacia & impostura, qua homines in hâc vita ludificantur, est, persuadere sibi non ultrà timenda esse Dei tam affabilis & clementis flagella, cùm beneficia ab illo recepta non minùs sint timenda, quando propter eorum ingratitudinem ad majorem servitutis condemnationem Quare vos moneo & adhortor, ut memineritis, vos exactissimam omnium beneficiorum quæ recepistis, reddituros rationem; quæ omnia hoc uno compendio includuntur, Deum fuisse hominem factum, ut hominem faceret Deum. Detur ergo liber, cui tam excelsum & sublime beneficium inscribatur, ad convincendum, & redarguendum hominem ingratitudinis suæ, si forsitan desidiâ & neglectu suo ejus obliviscatur.

Liber Generationis Jesu Christi, Filii David, Filii Abraham.

Consideratio II.

Vocatur Christus Dominus potiùs filius Davidis & Abrahæ, quàm progenitorum suorum, quia descendit in mundum, ut sibi non parceret, dummodò tamen omnium aliorum remedio & saluti consulat.

I. PLurimas assignant rationes sancti Patres & sacri Interpretes quarè Spiritus sanctus per Evangelistam Matthæum statim ponat in ipso limine Evangelii hos duos Patriarchas, Christi progenitores, separatos à serie ordinariâ & extra ordinem historiæ sacræ. Placuit mihi, quam doctus Pater Salmeron excogitavit, id ideò fuisse factum propter raras & heroicas virtutes, quibus hi duo viri singulariter excelluerunt. David siquidem fuit indulgentissimus injuriarum condonator, & Abraham, ut ita loquar, maximus amicorum castigator, ut ex ipso Isaaci, quem tenerrimè diligebat, interno à se sacrificio comprobatur. De David satis superque constat ex facto illius cum Saüle, quem: cum potuisset occidere, contentus fuit ei ostendere

dere orã chlamydis, quam ei in ſpeluncã præciderat, & ex iis, quæ ei cum Semei, Abſalone &c. contigerunt: *Abrahæ quidem ſidem inſignem atque obedientiam attribuit, quia ſecundi hanc rè & non pepercisti filio tuo propter me. Rursus Davidi fidem & manſuetudinem, animique lenitatem, quâ erga inimicos ſuos Saulem, Abſalonem & Semeium excelluit. hinc dicebat ipſe de ſe, memento, Domine, Davidi & omnis manſuetudinis ejus, ut non immeritò his duo excellentes viri promeruerint Patres Chriſti Meſſiæ appellari*, quaſi diceret: Vocatur Redemptor noſter potius horum Patriarcharum, quàm aliorum filius, quia propter eminentiam virtutum eorum, unus non ſibi, & alius omnibus pepercit. Et Chriſtus venerat in mundum, ut ſibi non parceret, ſummodo aliis omnibus medelam ſalutis afferret. Confirmatur hæc Salmeronis ratio explicatione, quam aliqui inhærentes veſtigiis Divi Athanaſii adhibent primis illis verbis evangelii SS. Trinitatis. *Data eſt mihi omnis poteſtas. Euntes ergo*: In quibus voluit, Chriſtum loqui non de poteſtate divinâ vel humanâ ante mortem, ſed de poteſtate, quam per flagella, paſſionem & crucem ſibi acquiſivit, *ac ſi ante reſurrectionem illam non habuerit*, inquit S. Doctor quaſi Chriſtus diceret. Meritis pretioſæ mortis meæ magnam acquiſivi poteſtatem ad hoc ordinatam, ut mediante fide & aquâ baptiſmi poſſeſſionem gloriæ meæ ſecuriorem reddam. *Euntes ergo &c. baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Equidem poteſtas illa duo includit, ſumptus & impenſas Chriſti, quia eam vitâ coemit, & remedium noſtrum, quia illa nos gratiæ ſuæ reſtituit, & viam Cælorum ſecuram, portas eorum aperiendo, reddidit. Benedictus ſis, Domine, & Redemptor animæ meæ, quia vitæ tuæ diſpendio & ſanguinis tui pretio naturam noſtram tam affatim ditaſti, & perfeciſti, ut, quæ antè erat captiva diaboli, jam perfecta gaudeat liberate, ipſis Angelicis Spiritibus ſpectabilis & veneranda. Cujus oppoſitum & contrarium Principes & Magnates hujus ſæculi faciunt, qui impenſis & pretio ſanguinis, & vitæ pauperum ſtatum ſuum augere ſtudent, & ſibi ipſis mederi ſatagunt.

Salmeron tract. 26. de genealogia Chriſti Geneſ. 22.

D. Athanaſ. apud Maldonat. hic.

Matth. 28. v. 19.

Supremus animarum ſponſus loquens Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, comparat eam malo punico ſeu granato. *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua*: Communior declaratio Interpretum hujus loci exiſtimat ſponſum hic loqui de Regibus, Principibus & prælatis, qui ſunt genæ & maxillæ Eccleſiæ, coſque aſſimilavit malo granato, quod inter cæteros arborum fructus, notante noſtro Sotomajor, natura ſolum diademate ſeu coronâ exornavit, cum tamen neque ſapore neque guſtu cæteros arborũ fœtus excedat. *Solum malum punicum ex omnibus fructibus ſeu pomis corona cujuſdam ſpeciem habet*, & ratio eſt, quia ipſum ſolum, dum grana eius adhuc imperfecta ſunt maiora, aperitur & rumpitur: opus ſane generoſi & regii pectoris, & corona dignum, ideoque inter cætera poma principatum tenet, ut egregie fatur Philoſophus gentilis. *Nullum ornamentum Principi ſuo faſtigio dignius, pulchrius & eſt, quàm illa corona ob cives ſervatos.* Tales debẽt eſſe Paſtores Eccleſiæ meæ, & Principes populi mei, penès quos eſt corona & regimen, inquit divinus ſponſus, ut rectè ſuo fungantur munere, indolem & naturam mali punici imitari debent, frangendo & eviſcerando ſe, ubi id neceſſitates & afflictiones ſubditorum exigere conſpexerint. Noverat hoc optimè Rex noſter, qui Pelicanum pro ſymbolo accepit cum hoc charactere ſubſcripto: *Por la ley, y per la grey*. id eſt, pro lege. & pro grege. Id ipſum fecit Dominus ille, qui Regna, coronas, & ſceptra diſtribuit. Singulariter quadrat inſtituto noſtro explicatio ſeu ponderatio D. Auguſt. ſuper illa verba pſalmistæ: *Deus noſter ſalvos faciendi, & Domini Domini exitus mortis*, Loquitur enim, teſte Auguſtino, de Chriſto Salvatore noſtro, quem plurimis titulis celebrat David nuncupando eum Deum noſtrum, Salvatorem, & geminatâ voce, Dominum, *Domini, Domini*, & tandem de eo concludit, quòd habuerit exitum per mortem: ita intelligit Sanctus Doctor illud, *exitus mortis*, & confert finem verſiculi cum titulis principii, maximè cum ſecundo, *Deus noſter Deus ſalvos faciendi*, optimè hæc duo inter ſeſe conveniunt, neque melior à nobis combinatio deſiderari poterat, quàm, quod Chriſtus foret Salvator, & præterea moreretur, & moriendo pro ſalvandis ſuæ obligationi & officio ſatisfaceret. *Quia enim Deus erat ſalvos faciendi, non potuit alios exitus habere, quàm mortis*. ex quibus elicitur doctrina Regibus, & Principibus, & Rectoribus apprimè neceſſaria, ſcilicet, debere combinari, mandare, & morti, eſſe Regem, & ſalvare, regere, & laborare.

Sotomajor ſup. cap. 6. Cant. ad illa verba ſicut cortex.

Seneca ſt. ad Iſmẽtiã apud Lipſium l. 6. pol. c. 7.

Franc. Sa Epiſt. 1. ad Reginum Joannem. Pſalm. 67. v. 21.

D. Auguſt. lib. 7. de civit. Dei cap. 28.

Modò

Digitized by Google

Modò meliùs intelligetis cum Origine verba illa ſancti Matthæi : *Poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ſcriptam*. Inquiramus cauſam, quare Chriſtus mortuus fuerit crucifixus, haud dubiè enim gravissima debuit fuiſſe cauſa, quæ eitot pœnas adſciverit, & tam ignominioſam ei mortem peperit. Nulla eſt alia, inquit ſacer Evangeliſta, niſi quia, *Hic eſt Jeſus Nazarenus Rex Iudæorum* : eſtque hæc declaratio Origenis hunc locum explicantis. *Et cùm nulla inveniatur cauſa mortis ejus, nec enim erat, hæc habetur ſola, Rex fuit Iudæorum*, Voluit Salvator mund. ſuperponi titulum Cruci, quo cauſa mortis ſuæ exprimeretur. & re examinata, inquit doctus Origines non alia reperitur, niſi quòd ſit Salvator hominum, Rex & benefactor eorum : Hæc ſola fuit cauſa, & propter hanc ſolam patibulo ſuſpenſus ignominioſam ſubiit mortem. Siquidem qui munus ſuſceperat ſalvandi homines, ut rectè officium ſuum exequeretur, neceſſariò mori debebat & diſpendio proprio vitam populi ſui redimere. Ita ſane vaticinando prædixerat Iſaias : *Factus eſt principatus ejus ſuper humerum ejus*. Loquitur Iſaias ad litteram de Regno, & Principatu Meſſiæ veniet, inquit, in mundum filius Dei & immenſum ſubibit laborem, quia moleſtum & difficile ei imponent onus, quod ipſe ſine adminiculo alterius ſolus humeris ſuis portabit. Nicetas Scholiaſtes Nazianzeni, declarans hunc locum ad mentem veterum Patrum dicit, idem fuiſſe, ac ſi Iſaias dixiſſet : *Omnes alii Reges non in propriis viribus imperium ſuum & Regnum conſtituũt, habẽt ſed in aliis, puta, in militibus & ſatellitibus, & pugnatoribus* ; *Chriſtus autem ſolus Principatum ſuum ſuper humerum habet*. Id eſt, cætera regna magis dependent, & conſervantur à ſubditis, quàm ab ipſo Rege. Milites enim illa defendunt, Cives & incolæ abſente Rege ea gubernant, Magnates nobilitate ſua ea exornãt mercatores & navigantes ſuis commeatis ea ditant & magnificant ; at vero Regnum Salvatoris ſolis viribus & humeris ipſius Chriſti innititur, & ſuſtentur quia ipſe poteſtate ſua debellat hoſtes, & inimicos Regni, poteſtate ima illud diteſcere facit, potentia ſua famam & ſplendorem ei acquirit, ipſe ſuper humeros ſuos ſuſcipit regimen animarum nostrum, idque ſolus ſine adminiculo conſortis ac miniſtri ipſe, ut loquuntur Sanct. Evangeliſtæ, natus & circumciſus fuit, in Ægyptum fugi, ipſe eſuritus eſurit, jejunavit, flagellatus, ſpinis coronatus, crucis patibulo fuit affixus, ut nobis quietem & pacem pararet.

Hic Iſaiæ locus mea quidem ſententia ad alia duo novæ legis vel alludit vel hæc illum reſpiciunt. Orabat Redemptor mundi, inquit S. Lucas, & ex mortis repræſentatione, *Factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram*. Sanguinis ſui horrorem mitigabat, tantoque impetu ex ejus corpore decurrebat, ut floreſ ipſos, veluti encauſto quodam, depingeret in illo rerum ſtatu, inquit divus Matthæus. Tunc in illa occaſione. *Tunc*, in illo temporis puncto *Tunc* in illo inſtanti, *veniens ad diſcipulos ſuos, & dixit eis : Dormite jam & requieſcite, ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum*. Videtur certè magis rationi conſonũ, quod Dominus tunc diſcipulos ſuos ſuiſſet adhortatus ad vigilandum, & excubias agẽdum, ſibiq; in omnibus anguſtus & tormentis aſiſtendum, quinimò ſi neceſſe foret, magiſtro & paſtori ſuo commoriendum ; præcipere vero eis, ut dormiant, & requieſcant ſingulare quoddam continet myſterium. Doctus & non minùs devotus Salmeron aſſerit, hęc verba Chriſti, quæ imperativè enuntiantur, intelligẽda eſſe, ſecundum quorundam interpretationem, de tempore futuro, juxta ſtylum Hebræorum, ita ut hunc reddant ſenſum. *Dormietis poſt hæc, & requieſcetis, cetera me capto, & pro vobis Patri ſatisfaciente*, quaſi eis diceret Redemptor, Diſcipuli mei, dormite, & requieſcite, ſed myſterium ſomni notate. Dum Miniſtri & Satellites me quærunt ad capiendum, & crucifigendum, idipſum denotat mortem, & paſſionem meam, cauſam quietis, & tranquillitatis veſtræ futuram. Huic conſiderationi favet divus Hilarius hiſce verbis : *Metum demit, ſecuritatem reddit, in requiem adhortatur, quia Dei paſſio eſt hominum redemptio*. Ita ut, quo tẽpore in Chriſto ſanguis deficeret, eodem Diſcipulorum, & noſtri quies accenderetur inciperet, idcirco eis dicit *Dormite, &c.* quia requies, & libertas veſtra in ſanguine & paſſione meâ ſtabilitur.

Quando Judæi, Sathanæ Miniſtri accingebant ſe, ut Salvatorem caperent, notavit præ cæteris dilectus Diſcipulus, Chriſtum, eis dixiſſe, vel, ſicut placet divo Chryſoſtomo mandaſſe, ut diſcipulos immunes abire permitterent. *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire*. Ubi elegantèr Chriſti Vicarius ſanctus Leo hæc enucleans verba, ſubjungit : *Quaſi de Chriſti cõprehenſione*

1. Matth. 27. v. 37.

Iſai. 9. v. 6.

Nicet. comment. ſuper Nazian. orat 37.

4.

Luc. 22. v. 44.

Mat. 26. v. 45.

Salmerõ tom. 10. de paſſ. & morte Domini tract. 10.

De Hilar. in cat. D. Thomæ.

5.

Ioan. 18.

Chryſoſt. apud Toletum hic

prehensione discipulorum pendéret libertas, & verè sic erat, quia à comprehensione & morte Christi remedium, & libertas nostra dependebant; per illam enim nos à tyrannicâ peccati captivitate redemit juxta veridicum illud, de Regno Christi, Isaiæ vaticinium, *Factus est principatus ejus super humerum ejus*, Quod coincidit cum eo, quod Toletus hic advertit, ideo, scilicet, Christum eis mandasse, ne discipulos tangerent, *Ut signaret, per solam suam mortem, salutem hominum effectendam* Et nota in illis verbis, *Sinite hos abire* non egisse Christum partes discipulorum, eò quod nollet eos pati, siquidem jam eis prædixerat, ut quisque suam tolleret crucem, eumque sequeretur, sicut & Sancto Jacobo, & Joanni calicem passionis, & mortis prænunciaverat, at vero hæc eventura erant, postquam ipsi post mortē ejus loco ipsius erant gubernaturi, ut diserte ponderavit quidā Politicus & Curialis, quasi dixisset Christus, inquit hic Auctor, jam sunt subditi patiatur caput, & magister, quando vero absenti in locum regiminis successerint, & quisque suam rexerit Provinciam, ille, qui ipsis, ut ovibus, patiendi occasionem fuisset, ubi pastores fuerint constituti, eosdem periculo & occasioni exponet, manibus & arbitrio Tyrannorum tradet, ut crudelem & insanum suum in eis furorem exequantur. Vult Christus Dominus, ut ministri sui exemplum bene regendi imitentur. Regibus terræ parvo vel nullo labore constat regimen suarum Provinciarum, quantumvis enim Deus eorum humeris totum pondus imponat, à suis excutiunt, & alienis injiciunt, longè diversi à Rege cælorum, qui, ut jam diximus, totum regiminis onus, labores, scilicet, injurias, ærumnas, defatigationes sitim, famem, sudores, mortem, & crucem in se sine ullâ quiete susceptit, ut omnibus quietem, pacem, & securitatem compararet.

Tolet. hic

Quoviedo in Polit. c. 9.

6. *Vos ipsi vidistis*, ait Deus populo suo, *quæ fecerim in Ægyptiis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum.* Optimè nostis, qui vos eduxerim ex Ægypto, & liberaverim ab illa tyrannide. Quærit Rabbi Salomō quarè Deus hic potiùs aquilarum, quàm aliorum avium mentionem faciat? & responsum suum huisce subjicit verbis: *Omnes reliquæ aves pullos suos ponunt inter pedes suos, eò quòd timeant sibi ab avibus, quæ super se volitant; verùm aquila nō timet sibi, nisi ab homine, ne petat eam jaculis. Cùm enim nulla avis ipsâ altiùs volitet, propterea collocat pullos suos in alis suis, cogitans, satiùs esse, quod in me penetret jaculum, quàm in pullos meos.* Allegorizemus hunc locum, antequam ad corticē litteræ accedamus. Videtur Redemptor mundi loqui hominibus, eisque dicere: ego vos portavi quasi super alas aquilæ, ut jacula furoris paterni manibus impiorum emissa, pectus, manus, & pedes meos penetrarent, ut vos non a servitute Ægyptiacâ, sed a peccato liberi & immunes maneretis: Ad litteram, juxta mentem Origenis, Sancti Ambrosii, Lyrani & aliorum intelligi hic debent per aquilas Moyses & Aaron, quorum solicitudo, & amor bonī communis populi, aquilæ comparatur, qui adeò solerter bono, & quieti gentis Hebreæ invigilarunt, ut, postpotito proprio vitæ commodo eam super humeros suos portaverint, & in hoc sensu interpretantur prædicti Patres verba illa Deuteronomii: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, assumpsit eos, atque portavit in humeru suu.* *Deut. 32. v. 11.*

Rabbi Salomon. hic. Agel. hic.

7. Sed heu! & millies heu! quòd jam aquilæ, id est, Reges, Principes, & gubernatores Christiani facti sunt columbæ. *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Conqueritur Deus per Oseam Prophetam de Regibus & Principibus populi sui, & assimilat eos excordi columbæ. Quidnam habet columba proprium & speciale? quærit divus Hieronymus, dicam, quod sentio: *Sola columba ablatos filios non dolet, non requirit, & ideò rectè comparatur Ephraim, quòd vastatum per partes populū non sentiat, sed negligens sit salutis suæ.* Quamvis pulli columbini quotidie auferātur, non dolet mater neque nidum mutat, non locum abhorret, sed potius in eodem denuo ovis incubans novos rursum pullos dilectos producit. Tales sunt Principes populi mei, qui ita excæcati vivunt, ut, quamvis Regnum eorum paulatim bellis devastetur, bonorum jactura & deprædatione expleatur, captivitate & morte celeri gressu ad interitum vergat, nunquam ad mentem redeant, & quo hostes majora subditis mala inferunt, eò minùs quasi impassibiles sentiant, flocci pendant, nihilique subditorum incommoda & afflictiones æstiment, dummodò & ipsi illæsi maneant & incolumes. Verè columbæ similes, de quâ aliam refert Apponius proprietatem super illa verba Canticorum: *Oculi tui columbarum, quæ residunt juxta fluenta plenissima. Allusio est hic ad consuetudinē columbarum, quæ idcircò super fluenta residunt, ut* *Ose. 7. v. 11.* *Apponius in Cant. c. 5. v. 12.*

Digitized by Google

ut exinde videntes accipitris umbram à longè repræsentatam in aquâ effluente, eius fugiant ungues rapacissimos. Idem affirmat Rabanus à S. Thomâ in catenâ relatus, *Columba enim secus fluenta habitat, ut viso accipitre, emergat & evadat.* Ita ut eadem columba, quæ nihil pensi facit ablationem seu subreptionem filiorum suorum, fugiat umbram accipitris in aquâ repræsentatam. Tales erant illius temporis Reges Israel, & faxit Deus, ne & tales sint Principes Christiani, neque dicant intra semetipsos, evadamus nos, patiantur, & pereant filij. transigamus noctes tripudijs & delicijs, & dies convivijs & venationibus &c. & subditi diu noctuque armis onusti, & millenis hostium expositi periculis excipiant & elidant incursus & impetus. Si profecto soli commodo proprio studentes, subditorum & afflictorum necessitati nullatenus prospiciant, non erunt Principes catholici, sed Reges Tyranni similes Herodi juxta dictum Philosophorum Principis: *Tyrannus suum ipsius commodum spectat, & quærit, at Rex subditorum.*

Raban. citat. à S. Thomâ in cat. super c. 3. Matth.

Aristot l 10. apud Iust. Lipsium l. 2. Pol.

8. Plurimùm gauderem, si curiosus quispiam cujusdam mihi dubitationis nodum solveret, redderetque rationem, quamobrem Dominus Deus gladium, sceptrum, & regimen temporale, quod familiæ Davidicæ ad defensionem Ecclesiæ suæ & destructionem inimicorum ejus commiserat, abstulerit ab Hebræis & contulerit illud Romanis; Si enim id fecerit propter peccata, quænam fuerunt magis gravia aut execranda, quàm Romanorum Imperatorum, qui sanguinarij & cruoris sitientes tam multiplicem Christianorum sanguinem effuderunt? quare igitur his defensionem Ecclesiæ suæ confidit, & Judæos tali defraudavit honore? Occurrit huic dubitationi Berengosius Abbas: *Herodes salutis suæ malè consuluit & malè providit, dum pro occisione unius pueri, multos pueros occidit. Constantinus verò salutis suæ multò melius providebat, dum plurimorum saluti salutem unius proferre nolebat.* Meministis, inquit hic Pater, ultimum Regem Judæorum fuisse ex generatione Herodis, & in eâ Regnũ Judaicum finem habuisse, & primum Christianum Imperatorem fuisse Constantinum. Et isti quid speciale habuerunt, aut egerunt? Ille ad conservandum Regiam dignitatem gladio occidit omnes pueros in Bethlem & finibus ejus. *Mittens occidit multos pueros, qui erant in*

Berengosius Abbas l. 3. de invect. Crucis c. 5. ad Princ.

Matth. 2.

Bethlem & finibus ejus Hic verò cùm foret lepra insanabili percussus & medicorum consilio ex infantium sanguine sibi balneũ parare deberet, vitam eorũ saluti propriæ, antepositit, maluitque, ut eos servaret indemnes, propriæ, vitæ detrimentum sustinere. Et hoc fuit, quod Claudianus Honorio consulebat.

Claudiã. in honor apud Iustum Lip. l. 2. Pol. c. 6

Tu civem, patremque gerας, tu consule cunctis.
Non tibi, nec tua te moveant, sed publica damna.

Sed jam videor mihi vos audire dicentes: Pater, tam infortunata sunt modò tempora, tamque infaustus mundi status, ut fævæ crudelitates Herodis revixisse, & clementia, pietasque Constantini perijsse & evanuisse videantur! quia continui infantium, & pupillorum oppressorum clamores aures nostras pulsant, & penetrant, & lachrymas pauperum afflictorum oculis nostris conspicimus, & quotidiè non sine dolore experimur. Rectè judicatis, & peroptimè dicitis, ideoque hæc doctrina specialiter Regibus, & Mundi Rectoribus destinatur. *Ad vos erge, Reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam & non excidatis*, inquit Salomon, ut sic edocti Dei sapientiam incarnatam imitentur, videlicet, Jesum Christum, Regem Regum, & Dominum Dominantium, qui potentiam suam in defensione suorum, & amorem suum in moriendo pro illis, etiam cum dispendio proprio, ostendit & exhibuit: Adeò ut notante doctissimo Abulensi (licèt in illis Thematis nostri verbis, *Iesu Christe*, duo nomina Christi contineantur, videlicet, Jesus & Christus) primum laboris & miseriæ sibi assumpserit; secundum verò Christi, id est, uncti, quod dignitatem sonat & honorem, nobis reliquerit & donaverit, idcircò & nos Christiani à Christo & non Jesuitæ à Jesu appellamur. *Ponuntur hic duo nomina ejusdem personæ, primum est Iesus & est personale, id est, Salvator, quia ipse salvum faciet populum suum à peccatis: Secundum est Christus quod non est nomen personæ, sed dignitatis, quia significat Regem, eò quòd interpretetur unctus &c.* ut in omnibus se non proprio commodo, & quieti, sed bono, & utilitati aliorum studuisse comprobaret: eaq; de causa vocatur filius David, & Abraham, quorum hic non sibi, ille verò omnibus pepercit. *Filie David, Filii Abraham.*

Sap. 6.

Sap. 10. v 10.

Abulens. hic.

Filii David, filii Abraham.

CONSIDERATIO III.

Ideo hi duo Patriarchæ præceteris promeriti ſunt titulum parentum Salvatoris mundi, quia fuerunt magni Politici, & publicolæ & maximi zelatores boni communis, & amatores plebis.

1. ALia mihi ſeſe offert ratio, quare ſpecialiter Dominus noſter vocetur filius horum Patriarcharum (niſi, quia mea eſt, demereatur) Davidis, & Abrahami, quia ambo fuerunt tanti Publicolæ & zelatores boni communis, ut in populi favorē, ſeu plebis ſeſe ipſimet Deo oppoſuerint. De urgentiſſimis Abrahami inſtantiis & precibus, quibus inceſſanter Deū interpellabat, ne infames illas urbes deſtrueret, manifeſtè cōſtat ex Geneſi. *Numquid perdes juſtū cum impio? abſit à te, ut rē hanc facias* De Davide pari modo liquet ex tertio Regū, ubi notiſſima illa verba continentur, quibus Deum, ut placatus furorem & ultionem ſuam à populo averteret, ſupplex deprecabatur, & veniam delictorum plebis, etiā cum diſpendio proprio, poſtulabat. *Ego ſum qui peccavi, ego qui injuſtè egi, iſti, qui ſunt oves, quid fecerunt?* Bonus Princeps, inquit S. Bernardus, qui malis proprijs redimit bonū ſubditorum. *Angelo percutienti feſtinus occurrit, & in ſe potiùs, domumq; Patris ſui divinā transferri flagitat ultionē.* Idē conſtanter plurima alia ſacræ Hiſtoriæ loca, ideoq; in genealogiā Chriſti primum obtinent locum, & in toto mundo, ut ſpeciales Salvatoris parentes, honorari & celebrari promerētur. Beata ætas, & felix ſæculum, in quo terra homines zeloſos, & amatores Reipublicæ & boni communis ſtudioſos proferebat. Multùm extollit mellifluus Doctor amorem Moyſis erga populum Hebræum, quē ſæpius manifeſtavit, ſed ſignāter tempore illo, quo populus idololatra in adorationem vituli prolapſus fuerat, dicens Deo; niſi pepercris peccato populi, ex nunc me à tuo ſervitio excluſum, & gratiā tuā orbatum volo, anteponens remedium & ſalutem populi proprijs cōmodis & favoribus: *Aut dimitte illu hanc noxā, aut dele me de libro vitæ.* Et notat Sānctus, quod, licèt Deus plurimos favores & beneficia promiſerit Moyſi, ſi in puniendo populi delicta ſibi manū daret & aſſiſteret, ille tamen reſponderit tantā animi libertate & audaciā, quaſi Dominus

Gene. c. 18. v. 23. & 25.

2. Reg. 14 17.

S. Bern.

Exod. 32. v. 32.

foret ſervus, & ſervus Dominus: *Nec Moyſis vult ſolus introduci in gaudiū Domini ſui.* Quid ni? genti ſuæ firma charitate cohærens, aut illā ſalvabit ſecū, aut non poteſt *nisi cum illis ſubire periculum* Non tanti emo honores, neq. homo ſum, qui mihi aut ſoli utilitati meæ familiaritatem tuam ambiā, & nomen intimi Familiaris, hāc lege & conditione, ſolum accepto, ut ejus dignitas & æſtimatio omnibus proſit, & eatenus æſtimabo, quod me tuâ gratiā digneris, quatenus ſubditi mei meā in illa partē habuerint; & ſi contrarū feceris, & decreveris gentem hāc affligere, & pro delictis punire, alium quære, qui tibi famuletur. Non poſſet plus dicere, inquit S. Bernardus, mater, ſi illam vellent, in Dominam extollere, & magnam facere, hāc tamen conditione, ne filii ejus ullatenus felicitatis maternæ forent participes: *Loquitur planè partū affectu, quā nulla poſſet delectare felicitas, exterribus, quos parturivit.* Atque ita dicit, niſi populus favorum, & beneficiorum, quæ mihi largiter impendis, ſit particeps, illa tibi ſint, ut libuerit, ea tibi reſerves. Paucioribus id ipſum verbis expreſſit S. Ambroſius. *Vult parere cum parturientibus, nec proprijs ſalute contentus eſt.* Et magnus Eccleſiæ Doctor divus Chryſoſtomus, hunc dilucidans locum, inſignem admiſcet doctrinam. *Potiùs unà cum his, qui ſemel creditū erant perire, quàm ſine illis ſalvum eſſe & ad majorem dignitatē aſſumi, pratulit; cujuſmodi oportet eſſe, eos animarum curæ commiſſæ eſt.* Nō ſum homo (ait Moyſes) qui prætendam gratiam vel honorem cum diſpēdio tot, tantārumq; hominum ſubditorū. Detur hoc familiaribus & amicis Regū, & Principum mundi, de quibus diſertè dixit Philo Alexandrinus, quod malevoli adulatores loquuntur ad nutum & mentem Regis, ne ipſi diſpliceant, & malunt mentiri in detrimentum & præjudicium plebis, quàm candidā proferre veritatem. *An non vides iſtos adulatores, qui tam noctu quàm interdiu promulgent aures ſuis Regibus, nec tantùm applaudunt dictis eorum ſingulis, ſed & prolixis eos ornant laudibus, quos tamē execrantur tacitis, & quātūvis fauſtis, ominando, propalant.* Hoc eſt, quod per Oſeam dixit Deus. *In malitia ſua lætificaverunt, & in mendaciis ſuis Principes.* Vel, ut legit Vatablus, *In malitia ſua exhilaverūt Regem, & in malitia ſua Principes.* Quibus verbis, ut volunt divus Hieronymus, Hugo, Lyranus & alij, conqueritur Deus de Magnatibus, & Aulicis Ieroboam Regis Iſrael, ſed abſit, ut hoc de familiaribus

D. Bern. ſer. 12. in Cant.

D. Ambr. epiſt. ad Gaudēn.

Philo Alexand. libro de migrat. Abraha.

Dei,

Dei,& Magnatibus cæli,terræq; Regis dicatur, quòd,ut suæ privatæ utilitati studeant, contra plebis & communitatis commodum agant.

2. Quàm apprimè necessaria & accommodata est hæc doctrina tempori moderno Utinã hoc tempore Ministros Regis apud Regem partes populi agere videremus,quêadmodumMoyses cum Deo, cujus vestigia sunt secuti sancti illi viri Beseleel,& Oliab,eorumque sodales, quos Deus ad fabricandum tabernaculum elegerat. *Exod. 31. v.1.2.3.* *Ecce vocavi Beseleel*, ait Deus, *& implevi eum sapientiâ spiritu Dei & intelligentiâ, & scientiâ in omni opere ad excogitandũ, quidquid fabrefieri potest.* Et notate obiter, quod ostenderit Deus inanitatem,& vilitatem sapientiæ mundanæ,& quòd totum sine scientiâ Dei, sit insciria, & ignorantia Quemadmodum Doctor gentium testatur: *1. Cor. 3. v. 19.* *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*, omnis enim scientia,& vera sapientia ex Deo est. Erat Beseleel vir industrius,& humanâ scientiâ excultus,voluit tamẽ Deus illi ostẽdere, quòd solo suo auxilio,& assistentiâ poterat esse aptus ad excogitandũ,& fabricandum id, quod ipsemet mente cõceperat & disposuerat. Parùm interest,quod Regius minister polleat scientiâ, discretione,& prudentiâ nisi Deus eũ,illuminaverit ad eâ rectè, probèq, utẽdum. In hoc sensu declarat magnus Augustinus versum illum Psalmistæ: *Psal. 143. v 3. Aug. hic.* *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei?* Et respõdet. Totũ quod est,hoc est,quod innotuisti ei Et S.Eremicola Hieronymus exponens illud Psalmi: *Psal. 17. S. Hierõ. hic.* *Tu illuminas lucernam meã*, idem exprimit: *Non videt enim intellectus anima, nisi à Christo illuminetur*,& quemadmodum cecinit Aulicus noster Lusitanus,

Pouco val corazaon, astutia & siso
Se la dò Ceo naõ vem celeste aviso.

Camoes Cant. 2. id est, parùm valet animositas cordis,astutia, & cerebrum, nisi è cælo venerit cælestis instructio.

Sed redeundo ad propositum nostrum dicit magnus Augustinus illos operarios,seu artifices fuisse homines sanctos. Notandum, quod operum effectores,sancti etiam moribus erãt, & sciendũ est, sanctum Doctorem ad hoc affirmandum, fundamẽtum sumpsisse ex his verbis sequentis Textús: *S. Augus. q 71. super Exod.* *Exod.36. v.3.* *Tradidit eu Moyses omnia donaria filiorum Israel* Universum opus arcæ Tabernaculi totiusq; sanctuarij exstruebatur eleemosynis populi,quilibet enim secundũ facultatem & possibilitatẽ suam accurrebat adMoysen Generalẽ omnium Receptorem, & ipse omnia tradebat Beseleel & Oliab, ut illi forẽt fidi Depositarij, omniaq; exponerent in usus necessarios,fueruntq; tam copiosæ& frequentes eleemosynæ,quas devotio populi offerebat, *Exod. 35. v. 21.* *Obtulerunt mente promptissima & devota* ut,vidẽtes artifices tantam,tamq, munificam liberalitatẽ, veluti donarijs recipiendis lassi& pertæsi venerint ad Moysen,eiq; dixerint: *Exod. 36. v. 5.* *Plus offert populus, quàm necessarium est.* Sancte vir, Rector populi es, præcipe ei, ne ulteyrius donaria offerat,quia populus seipsum,dãdo,exhaurit,& eviscerat,& nos recipiendo lassamur, satis superq; donatũ est, jam pecuniæ & monilia concepto operi fabricando supersunt, nihil deinceps à populo contribuendum.

Consensit Moyses supplicantibus,& per universa castra edicto publico jussit, *Praconis voce cãtari*,& quid nã publicatũ voluit? *Nec vir, nec mulier quidquã efferat ultrà in opere sanctuarii*, nullus deinceps aliquid, ne quidem teruncium, offerat. Notatu,& per transennã interrogatione dignũ est, quomodò populus adeò liberalis & munificus esse potuerit,qui omnino exhaustus miseriis &paupertate attenuatus erat? Attamẽ rationẽ suggessit doctissimus noster Oleaster, *quod dederant ad Idolũ fabricandũ, nunc dãt ad opus Domini*, perinde ac si diceret. Considerarunt Israelitæ apud se,à paucis diebus ex appetitu quodã inordinato tot divitias,magnis cum impẽsis, deo falso, vitulo cõflando, in obsequiũ Dæmonis obtulimus; annc igitur ad colendum verum Deum,ad opus tãtæ pietatis &devotionis,nobis donãda & offerẽda deerunt? Non ita profectò,etiamsi pauperrimi simus, largissimè cõtribuemus. Tandẽ suasu & hortatu sanctorũ virorumBeseleel & Oliab cessavit tributum, & cõtributiones finẽ habuerunt,&operator zelus bonorũ Ministorum tam admirabilẽ produxit effectum.Num igitur aliquis deSanctitate istorum virorum dubitabit? nequaquã certè, ait S. Augustinus *Nam poterant, si vellent, multa auferre, sed modestia prohibuit & religio terruit.* Et quod hæ duæ claves clauserunt, non potuit vilitas & inordinata cupiditas perfringere, & sic agentes partẽ & causam populi obtinuerunt à Principe libertatẽ plebis,&finẽ omnũ exactionum & subditorum, ne quidquã deinceps cõtribueretur,impetrarũt. Nonnè ergo erant sancti? Profectò Sanctissimi: quia nisi adeo probi & sancti fuissent, continuationẽ cõntributionum permisissent,neq; devastationem,& cõsumptionẽ populi curassent, dummò ipsi suis inhian-

3. *Exod.36. v. 6.*

tes lucris inordinatam ſuam cupiditatem explere potuiſſent, quemadmodum hoc tempore plures miniſtri faciunt. Accipite omnia verba S Auguſtini. *Notandum, quod illi, qui ſapientes appellabantur effectores operum, ſanctis etiam moribus tales erant ut, cùm ipſi ſuſciperent omnia, quæ populus offerebat exiſtimans neceſſaria, ex quibus illa omnia complebantur, viderunt plus offerri, quàm erat neceſſe, dixerunt Moyſi; atque ille per præconem ultrà offerre prohibuit. Poterant autem, ſi vellent, multa auferre, ſed modeſtia prohibuit, vel religio deterruit.*

4. Et ſi mihi replicando dixeritis, Miniſtrum Dei & ſanctum fuiſſe Prophetam Eliam, qui tamen, claudente Deo cœlum, & regno Iſrael fame, ſitique pereunte, adeò immiſericors & crudelis fuit, ut nullis omnino miſeriis hominum flecti aut commoveri potuerit, & nihili, floccique æſtimaverit omnes ærumnas & labores eorum; ad hoc cum Theodoreto reſpondeo, quod hic non fuerit melior, neque optimus zeli illius effectus, ſed zelus tam inordinatus potiùs Deo diſplicuit, & rigor adeo inhumanus Deum exacerbavit, ut egregiè notavit hic Pater, ponderans, quare Deus eum rapuerit à torrente Carith, juxta quem indulgens genio, opiparè comedens & bibens, quietus ſedebat, & quarè permiſerit Deus mortem filij illius devoræ viduæ, quæ ipſum tanto charitatis ardore lautiſſimè excipiebat, ut ex dolore ſuo particulari addiſceret compati plebi famelicæ, quæ jam tanto tempore magnas patiebatur miſerias, & anguſtias propter ſterilitatem terræ, ob quam cœlum erat clauſum, quaſi æneum fuiſſet. Ut alibi ſacra Scriptura loquitur, *Cœlum ſuper te eſt æneum, Domine Deus meus.* At ubi audivit mortem dilecti filii devotiſſimæ illius mulieris in has prorupit voces. *Etiamne viduam, apud quam ego utcumque ſuſtentor, afflixiſti, ut interficeres filium eius?* quid ni, ait Theodoretus, vult Deus, te hunc experiri ſenſum doloris, ut populo condolere diſcas, & ærumnarum ejus conſideratione tactus commiſereri incipias. *Affatim fruens alimento Propheta oblitus eſt calamitatis aliorum hominum, quam Deus adverſus eum armavit vidua ejulatus agnovit ipſe quoque cauſam.* Tam ægrè tulit Deus immiſericordem Eliæ agendi modum, quòd ſuus miniſter, & familiaris amicus non egerit partes populi, neque pro eo ipſum exoraverit. Et videns, quòd Elias nullatenus pluviam ſollicitaret, ne Regnum Iſrael penitus interiret, declaravit ei mentem ſuam edixitque ei, ſe velle pluviam ſuper terram immittere: *Oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper terram.* Quæ verba enucleans Theodoretus, exclamat: Benedicta ſit Dei benignitas, & clementia, quæ ulterius afflictionē ſuorū ferre non valens, viſceraq; miſericordiæ ſuæ pandens, Eliam quodammodo rogat, ut nubes lingvâ ſuâ ſolvat, & imbrem pluviæ ſuper torridam & exuſtam terræ litientis faciem demittat, & ſele verum miniſtrum populi amantem, & boni communis Zelatorem oſtēdat. Verba autem Theodoreti notatu dignißima hæc ſunt: *Benignus ac clemens Deus, videns perire humanum genus, & illos quidem miſerans, & feſtinans dare miſericordiam; hunc verò & præter ejus voluntatem non ſinens latam reſcindere ſententiam, ipſe venit ad ſenem, ad ſervum Dominus, ad lætum opifex, & perſuadet, ut nubium ſolvat dolores partos lingvâ, quâ eas ligaverat.* Ideoque forſan, ut quidam dicit, rapuit eum Deus in Paradiſum, quia nimium ſeverus & immitis erat erga ſubditos, quos ei Deus regendos commiſerat. Non eſt æquus ſeu bonus Regis miniſter, qui non eſt amans communitatis, ejuſque partes apud Regem non tuetur; qui non habet animum contradicendi decreto Regis, ut ſubditorum juſtas querelas defendat, qui neſcit reſiſtere injuſtæ voluntati Principis, ut neceſſitati afflictorum & lachrymantium ſubveniat, quemadmodum ſponſa Dei, vera optimi familiaris Regis figura.

Theodor. q. 53 ſuper 3. Regum.

Deut. 28. v. 23.

Ponderat divus Bernardus, quomodo ſponſa ſemel quodam favore ſponſi a ſponſo ſuo donata ſuis cum Sodalibus communicaverit, dicens: *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* dedit ei ſecuram omnium theſaurorum & divitiarum poſſeſſionem; quo læto nuntio ſodales ejus maximè exhilaratæ, tanta lætitiæ ſigna edidêre, ut ſecluſo omnis invidiæ œſtro, illi applaudentes reſponderint, *exultabimus & lætabimur in te*, hoc eſt, proficiat, & proſit tibi familiaritas Regis plurimis annis, & æternùm vivas, & in ejus te gratia conſerves. Res notatu & conſideratione digna. Eſto, ſponſam tali honore affectam, talique beneficio dotatam exultaſſe, quod ſe favoribus undique cumulatam & ornatam videret, at verò ſociæ ejus quamobrem tantoperè felicitati ipſius applaudunt & congratulantur? Jam ipſæ rationem dederit inquit melliflvus Bernardus, *memores noſtrum*

5. D. Bern. ſer. 22. in Cant. Cant. 1. v. 3. v. 3.

imo-

Digitized by Google

v. 3. *tuorum*, quasi dicerent, *Scientes te plenam reverturam ad nos* Sponsa sancta: nullum hodie nobis nuntium lætius dari poterat, quam quem, assecutæ es, favor & honor; posses merito a nobis exigere boni nutu symbola propter beneficium, quod tibi divinus sponsus præstitit, quia tua felicitas, nostra communis est, pro pernitas & gloria, & tuum decus, noster est honor & commodum. certo certius scientes, te reversuram ad nos, non ad aliquid exigendum pro Rege, & sponso tuo, sed potius manibus plenis ad illas in nostram utilitatem evacuandas. O si quis hoc tempore videret Reges, Principes Christianos, & Consiliarios tam gratos populo, tamque beneficos ministros, quemadmodum sponsa erat, cujus bono & familiaritati cum sponso nullus hominum invidebat, sed cuncti potius promotioni & prærogativæ ejus applaudebant quia magna erat Reipublicæ amatrix, & boni communis suarum sodalium zelatrix: & è diverso non videret ministros adeò ingratos & invisos plebi, ut loco, quo eos benignè reciperent & laudarent, malè & sinistrè de eis opinentur, & eorum regimen sanguineis lachrymis deplorent: indicium & argumentum clarum, quod in eis non moretur Spiritus Dei, quia si illum haberent inhabitantem, nequaquam propter suum privatum commodum foverent partes Regis contra plebem, sed potius zelarent bonum communitatis, ejusque libertatem & immunitatem etiam cum favoris & benevolentiæ Regis amittendæ dispendio propugnarent; quia præ cæteris necessarium est, omnique conatu & studio nobis adnitendum, ne excidamus è gratia, neve benevolum cœlestis Regis favorem amittamus. Porrò, quia ministri Regum jam non sunt sancti, atque intimi ipsorum familiares nequidem ad sanctitatem aspirant, non datur scelus, quod non committant, neque flagitium, quod non perpetrent, neque denique ulla quies, & pax, quam non interturbent. Conjiciant hujusmodi, oculos suos in Christum Salvatorem nostrum, ejique exemplum naviter imitari studeant.

9 Consumebatur populus Israel igne de Cœlo descendente propter peccata ejus. Videns Aaron Reipublicam suam miseriis & ærumnis oppressam, positus inter vivos & mortuos obtulit Deo sacrificium & cessavit plaga & ira Dei placata est. *Incurrit ad medium multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos & viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.* Allegorizans S. Isidorus hoc factum, dicit, non esse sistendum in facto, sed ulteriùs pergendum ad figuratum per illud. *Ruinam mortis in mundo accipiens Jesus, occurrit à summo Cœlo, venitque obvius quasi gigas ad currendam viam, flevitque inter vivos & mortuos quia natus est & mortuus est; sic & thuribulum passionis accipiens, & in odorem suavitatis præstendens, suspendit ignis æterni perniciem, & inimicam pertulit mortem.* Ita sanè Christus furorem divinæ ultionis placavit, & in se suscipiens flagella, quæ homines promerebantur, liberavit, redemitque eos à morte æternâ, & opponens se irato Deo populum suum salvavit.

Num. 16. v. 47. *D Isidor. in glossa.*

7. Scribens Sanctus Apostolus Paulus Hebræis, & loquens de eodem Salvatore nostro, dixit: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Primo intuitu difficultatem reperi in verbis Apostolicis, quia certum est, Christum Dominum in cœlis vivere vitâ gloriosâ; qui igitur dicere potuit primo loco Doctor gentium, ipsum in cælis vivere, ut sit intercessor noster? Ut adæquatè huic dubitationi satisfiat, ponderanda sunt alia verba Apostoli Petri his similima, *qui est ad dexteram Patris deglutiens mortem.* Et hic locus suam patitur difficultatem: nonnè in cælis omnes fruuntur vitâ gloriosâ? maximè. Qui ergo dicit Apostolorum Princeps, quòd in cælis deglutiat mortem? Hugo noster Cardinalis verbulum addidit in declaratione hujus loci, quo nobis viam intelligentiæ illius aperit: *Quo deglutitur, absconditur.* Dico igitur, Apostolum Petrum, voluisse significare intercessionem Salvatoris mundi esse adeò efficacem, & potentem apud Patrem æternum, tamque ardentem & intensam ejus charitatem, quâ salutis nostræ causam sollicitè agit, ut, quando peccata (quæ mortem nuncupat) apparent, coram Deo ea abscondat, & errores culparum nostrarum deglutiendo digerat, qui morsus adeò sapidus est appetitui ejus famelico, quo esurit salutem etiam perditissimi peccatoris, ut vitæ immortalis gloriæ & Regno suo cum Patre anteponat, plurisque æstimet, intercedere pro remedio nostro, & promovere humani generis commune bonum. In hoc adimplens munus & officium veri Sacerdotis juxta dictum Propheticum: *Tu es Sacerdos in æternum*, qui, teste S. Apostolo, debet pro populo orare & intercedere.

Hebræ. 7. v. 25. 1. *Pet. 3. v. 22.* *Ps. 109. v. 4.* *Heb. 5. v. 6.*

Ita planè fecerunt ſancti Diſcipuli, quando turbis tamè, fiti & laſſitudine languentibus, & Chriſtum per deſerta ſequentibus, illi ad Chriſtum accęſſerunt, rogantque, ut refert S. Evangeliſta Matthęus, ut eos dimitteret in villas, &c. *Dimitte turbas, ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas.* Non fuit profectò hoc factum miniſtrorum Chriſti, inquit Chryſoſtomus, quia alias perſuaſiſſent, & commendaſſent Chriſto, ne turbam ſe ſequentem ieiunam dimitteret, ſed potius domo & patria ſua, ob amorem ſuum, exulem, peregrinantem & famelicantem pateceret & reficeret. Quando enim ſubditus in ſervitio Regis ſui laſſatur, & conſumitur, æquum eſt, ut ab illo ſuſtentetur & alatur. Sed Apoſtoli adhuc erant rudes & imperfecti, idcirco non rectè officio ſuo functi fuerunt, eorumque conſilium fuit erroneum, volentes, populum laboribus exhauſtum, & ſequendo Chriſtum plane defatigatum alibunde, propria induſtria, alimenta & propriæ neceſſitatis remedium quærere. *Sed neque diſcipuli accedentes dicunt, ciba eos, adhuc enim imperfectiùs erant diſpoſiti:* Docuitque eos Dominus normam perfectorum miniſtrorum, dando eis panes turbæ apponendos: *Dedit diſcipulis panes, ut apponerent.* Perinde ac ſi eis diceret, legitimum eorum munus, & officium eſſe, ſemper procurare bonum commune, & ſtudere remedio neceſſitatum populi, rogando, inſtando apud Regem, cui incumbit propriis impenſis ſuccurrere neceſſitatibus ſubditorum, in quas propter ejus obſequium inciderunt.

8. *Matt.* 14 *v.* 15

D. Chryſ. in Cate S. Thom.

9. Locus huic intento ſpecialiter accommodatus habetur in libro ſecundo Regum, ubi ſacra enarrat hiſtoria, quòd *Ira Iairites erat Sacerdos David.* & conformiter ad lectionem noſtri Pagnini. Erat ipſe Princeps David, hoc eſt, intimus & familiaris Regis, vel Rector totius Aulæ Regiæ, cáq; de causa vocat cũ ſacra Scriptura Sacerdotẽ, cum tamen, uti affirmant Rabbini, ipſe non fuerit Sacerdos, & quod Sacerdos non erat alicujus privatæ perſonæ, ſed totius populi: *Quia hic non erat unius Regis, ſed populi*, ita ut familiares & potentes apud Regẽ debeant eodẽ fungi miniſterio in aula Regis, quo Sacerdotes apud Deum, quorum munus, ut ex S. Paulo retulimus, eſt, rogare, & intercedere pro populo. Reverà ſi familiares & intimi Regum tales forent, quales deberent eſſe, procul dubio ſungerentur eo officio apud Reges, quo Sacerdotes apud Deum, hoc eſt, ſemper, ut mediatores, pro populo intercederent, omnique poſſibili conatu bonum ſubditorum & commune promoverent, & curarent, perſuadendo Regi rationes benè audiendi ſubditis, eoſque a malis imminentibus eximendi & liberandi. Sed jam Jairites mortui perierunt; & Laſthenes denuo revixerunt. Laſthenes proditor, poſtquam Philippo Regi Macedonum conſilio & auxilio contra propriam patriam, & urbem opitulatus fuiſſet, & modum, & medium eam ſubjugandi & occupandi ſuggeſſiſſet, eumque poſtmodum per vicos & plateas proditorem inclamarent, ipſeq; injuriam ſibi illatam apud Regem conquereretur, Reſpondit ei. Nihil cures, floccique pendas dicta Lacedæmoniorum, quia omnes barbari ſunt & rudes, neſciuntque ſucum addere verbis ſuis, ſed panem, vocant panem, lapidem, lapidem, & unamquamque rem non niſi proprio vocabulo indigitare noverunt. *Lacedæmones ſunt ingenio parum dextro, ſed planè ruſticani, qui ligonem nihil aliud noverunt vocare, quàm ligonem.* O Domini meſclamor eſt communis, querimoniæ ſunt publicæ, & lachrymæ generales contra Regios miniſtros, Patriæ hoſtes, & inimicos; porrò illi, vel ignorãt obmurmurationes, vel, ſi noverunt, ſurdorum inſtar tam parvi faciunt, quaſi nihil de ijs diceretur. Et hoc, meâ quidem ſententia, omnium malorũ peſſimũ eſt, & ſtatus in Regno maximè deplorandus, quia ſi ſentirent, ſicut Laſthenes, famã & honorem ſuum laceratum per cunctorũ ora circumferri, & commaculari, minùs foret malum, quia inde adhuc ſperari poſſet remedium tot, tanq; grandium malorum, quia ſæpe confuſio & dolor ſolet parere emendationem, ubi verò deventum fuerit ad inſenſibilitatẽ, actum eſt, omniſque emendationis ſpes præciſa relinquitur.

2. *Reg.* 20 *v.* 26.

Rabbi cit. à Mẽdoza in 1. *Regũ* 2. *ſect.* 2.

Paulus Manut. l. 4. *Apoph.*

10. Et utinam ſoli intimi Regum Familiares ſorent ſine ſenſu, ſed infortunium maximè dolendum eſt, illos Regem ipſum reddere inſenſibilem, quòd ſi ipſe noviſſet, ſi Principes audirent murmurationes, querelas, maledictiones populi, calamitates & plagas, quas eis optant & imprecantur, opprobria & injurias, quibus eos impetunt, non dubito, quin manum cohiberent, & minùs ſubditos opprimerent, neque eis tantoperè criminandi, & obloquendi anſam præberent. His accinit Philo Alexandrinus: *Et quis ſana mentis videns vulgi opera, nimiaq; ſtudia pecuniæ, gloriæ, & voluptatum, non*

Philo Hebræus l. de confuſ. ling.

non vehementer doleat, & ad solum Servatorem Deum non exclamet, ut illa mala sublevet? Sed pessimum est, quod Principes non sentiãt, quia jam sensum doloris & compassionis perdiderunt, & quemadmodum eis desunt oculi, quibus videant mala, quæ subditis inferunt, etiam ad blasphemias & maledictiones contra se sparsas obturdescunt: porrò non ipsis Principibus hoc imputandum, sed jis, qui quotidiè lateri eorum adhærent, illi sunt, qui eis oculos excæcant, ne videant miserias & oppressiones pauperum, eis obstruunt aures, ne gemitus afflictorum ipsas penetrent, neve offendant, seu perturbent querelæ gementium, & miserorum, & tam afflictorum, ut meritò inimici nostri potiori fundamento & ratione nos explodere possent, quam fuerit ea, quã quondam Tertullianus Gentiles dentibus carpebat, & explodebat, dum enim eos videret avide exigentes tributa, & vectigalia, ut titulo tributorum idola sua honorare, & ut Deos, adorare posſent, hoc eos falso cavillo aspersit: *Non licet Deos nosse gratis, venales sunt.* Detestor ergo tales Deos, quales sunt vestri, inquit Tertullianus, nihil vobis relinquunt, omnia sibi per fas & nefas rapiunt, & vos illis similes estis, veniat diabolus ad electionem, quia ad eum ornandum omnia devastatis, & populum tributis & exactionibus exhaustum affligitis; non sic in domo Dei mei, quia ipse mihi totum donat, substantiam, victum, alimenta, cæteraque necessaria, ipse tandem, ut verbo dicam, ipse sibi tributum imponit, ut necessitati meæ medeatur, & subveniat, sicut intimi Regum Familiares imbibentes indolem Regis, quorum cura omnis & industria eò contendit, ut bonum communitatis, Regni commodum, & felicitatem undequaque curent & promoveant

Tertul. l. contra March.

II. Quemadmodum etiam egit beatissima Virgo, & mater Dei. Accipite Doctorem Seraphicum super illa verba Ecclesiastica: *In Plenitudine Sanctorum detentio mea. Detinet filium*, ait divus Bonaventura, *ne peccatores perimat. Ante Mariam non fuit, qui sic detinere Dominum auderet, testante Isaiã, qui dixit, non est qui invocet nomen tuum, qui consurgat & contineat te.* Nullus hactenus quantumvis Sanctissimus ausus fuit retardare, seu detinere impetum furoris divini, quominus Deus peccatores flagellis cæderet, & injuriam sibi factam vindicaret; at verò hæc Domina omnia potest, & omnia pro voto impetrat & consequitur, &, sicut alibi diximus, quemadmodum filius ejus gerit vices Mediatoris apud Patrem, semper pro peccatoribus interpellans, eodem munere fungitur Virgo Deipara semper rogans Filium pro peccatis hominum, & promovens incessanter commodum & remediũ populi sui. Narrat alibi Plutarchus de barbaro illo & inhumano Duce Coriolano, quòd iratus in Vrbem Romanam propter injurias, quibus eum Romani lacessierant, sese adjunxerit Volscis & Romam obsidione cinxerit. Videntes Romani se arctissimè constringi, & ad supremas, absque ullã remedij spe, angustias redactos, pertimescentesque ferocẽ tam efferati, & impij Ducis crudelitatem, legatos ad eum miserunt, atque ad eum placandum, tam Ecclesiasticorum, quàm sæcularium operâ & intercessione usi fuerunt. Tandem extrema tentantes, decreverunt celebriores Matronas, & inter ipsas, Matrem ejus mittere ad obtinendum benignius & blandius responsum. Perrexerunt illæ, & ubi conspectui Ducis appropinquârunt, ille, ut inter eas, Matrem conspexit, loco suo defcendit, ad eamque accessit, quæ intuens Filium, ubera ei, quibus ipsum lactaverat, ostendit, & copiosis perfusa lechrymis, ex intimo cordis sui affectu, veniam delicti Romanorum deprecatur. Videns Dux, quamvis truculentioris indolis triste hoc pietatis spectaculum, adeò corde commotus fuit, ut Matri dixerit: Mater & Domina mea, confidenter postula, quidquid optaveris & volueris, quia in omnibus & per omnia tuæ parebo voluntati. Si desideras obsidionem Urbis solvi? fiat. Si libertatem flagitas? fiat. Et ita Romani ab ingruentibus illis angustijs liberati & incolumes evaserunt. Quoties jam Deus mundum hunc devastasset, & penitùs delevisset, nisi sacratissima Virgo Advocata nostra & Mediatrix nostra intercessisset suisque sacris Uberibus, quibus Filium lactavit, iratum placasset. Sic etiam egerunt sancti Patriarchæ David & Abraham, dignissimi per excellentiam progenitores Jesu Christi, Redemptoris nostri Filij Dei. *Filii David, filii Abraham.*

Ecclc. 24 v. 16. Bonavẽt. in Spcul. B. Virg. cap. 7.

Plutarc. de Rom.

(*·*)

Filii

F lii David, filii Abraham.

CONSIDERATIO IV.

Sacer Evangelista proponit nobis Christum, velut filium & fratrem hominum, non verò tamquam Regem ipsorum. ut addiscant generosi spiritus Principes, & Rectores mundi, qualiter ipsis suus cum subditis agendum sit.

1. NOn dixit Sanctus Matthæus, liber generationis Jesu Christi, Regis familiæ David, & Abrahæ, in confirmationem eorum, quæ Paranymphus cælestis Sanctus Gabriel præ-
Luc. 1. v. 32. & 33 dixerat Sacratissimæ Virgini, *Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit*
Psal. 131. v. 11. *in domo Jacob*, & in complementum repromissionis factæ Davidi, *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, sed dixit, liber generationis Jesu Christi progeniti ex stirpe David, & Abrahæ, filij & fratris hominum, qualem exoptabat devotissima sponsa dicens in Can-
Cant. 8. v. 1. ticis: *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris &c.* Vellem, te, ô pulchritudo Patris æterni! foris videre in terris humanâ carne indutum, & hominibus conjunctum, filium Davidis & Abrahami, quemadmodum jam dudum promisisti;
Cant. 1. v. 11. quia in generatione illâ, *Ad intra*, Rex meus,
D. Greg. Honorius Cassiod. Lyranus Glossa Interlin. Dominus meus es, *Dum esset Rex in accubitu suo*, desiderarem te amplecti & cognoscere fratrem meum. Ad hunc modum declarant hæc verba S. Gregorius, Honorius, Cassiodorus, Lyranus & Glossa interlinealis. In hôc statu repræsentat eum nobis Sanctus Evangelista, & ut talē nobis proponit in primis verbis Chronici sui, *Filii David, filii Abraham*, ut addiscant generosi animi & spiritûs Principes & Magnates, qui mundum gubernant, obligationi suæ satisfacere, & reipsa ostendere se majoris & pluris facere, esse fratres, quàm Dominos subditorum suorum.

2. O quàm scitu necessaria est hæc doctrina Regibus terrenis! habere, scilicet, Deum Dominum, & Regem, qui, cùm posset se mundo manifestare per coronam, quam Pater æternus ei imposuit in generatione æternâ, maluit cognosci per eam, quam Mater ei in generatione humana & temporali contulit, quo comprobaret se non tantùm, ut Dominum tremendum, timeri ab hominibus, quantùm, ut fratrem ab ijs redamari, unicè desiderasse: Hoc mysticè voluit significare sacra Virgo verbis suis, quibus consensum suum in opus Incarnationis Verbi divini expressit, quando divinus ei Legatus è cœlis nuntium detulit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Carpit Beatus Thomas à Villa nova, quare sacra Virgo se ancillam nominet, dum ei dignitas maternitatis Dei annuntiatur, & in Reginam Angelorum extollitur, & asserit hôc dicendi modo Virginem voluisse declarare, quod licèt filius, quem erat conceptura, esset Deus, se tamen eum, ut hominem, & filium ancillæ mundo edituram, utpotè quæ probè noverat, quod pluris erat æstimaturus humilitatem Matris, factus homo, & conservus eorum, quàm majestatem Patris, Dominus & Rex omnium constitutus: & ratio erat manifesta, quia cùm partus sequatur ventrem, ex Matre ancillâ necessariò nasciturus erat filius, servus, & mancipium. Grandi ergo mysterio, altissimoque Dei instinctu conceptura Deum, sui nuncupat ancillatus, ut natum à se filium mundi obsequio manciparet. *Luc. 1. v. 38.*

3. Recordor ad hoc propositum, me legisse locum quemdam Deuteronomij, ubi Deus loquens Regi futuro populi sui hanc ei inter cæteras regulam præscribit: *Non elevetur cor eius in superbiam super fratres suos* id est, super subditos & inferiores, ut egregiè notat Abulensis. *In hoc declarat, quod Rex non debet superbire super alios homines, quia sunt fratres sui, frater autem æqualitatis nomen est* Et paulò inferius. *Nec vocavit alios homines, servos Regis, ne putet utendum eo sicut servo*, quasi diceret: data operâ nuncupavit Deus subditos fratres, & non servos, ut meminerint Reges & Principes muneris sui, ne insolenti fastu imperent subditis, neque eos, ut servos, & mancipia, divexent, sed ut fratres amantissimos diligant, eisque in omnibus benefacere studeant. *Quàm suavis est*, dixit quidam, *inter fratres concordes amor, quem natura alicui conjunxit*: hanc regēdi formam servare deberent Reges & Principes, ut quilibet eorū videretur esse frater, amicus, & benefactor fratrum suorum, & non Dominus, devastator subditorum: seu depopulator Regnorum & Provinciarum. *Deutero. 17. v. 20. Abulens. quæst. 10.* *Mr. apud Tur. in par. diff.*

Huic

Digitized by Google

Huic loco simillimus est alter ex libro
4. Numerorum juxta observationem Doctissimi nostri Oleastri, ubi Moyses ex parte Dei loquens fratri suo Aaroni. Summo Pontifici, penès quem erat regimen Monarchiæ Ecclesiasticæ Hebræorum, præcepit ei ut in ministerio Altaris semper Levitas assumeret, qui ei assisterent in Officijs divinis ut fratres sui ex eâdem Tribu Levi progeniti. *Fratres tuos de Tribu Levi & sceptrum Patrum tuorum sume tecum præstoque sint, & ministrent tibi* Tota difficultas hujus loci consistit in eo, quod Levitæ aliorum parentum erant filii, sicque malè poterant esse aut dici fratres Aaronis Summi Pontificis ac consequenter videntur egrè posse verificari verba illa in sensu, quem exprimunt *Fratres tuos, &c.* Non inficior neque nego, phrasim in sacra Scripturâ esse usitatissimam eos vocari fratres, qui ex eâdem Tribu seu familiâ originem trahunt, quemadmodum etiam ejusdem fidei & Religionis professores, eiusdemque legis cultores fratres nuncupantur. Verùm celeberrimus noster Lusitanus novam in sensu morali, ei expositionem adjecit, atque hoc saluberrimum fuisse Aaroni documentum, ne propter dignitatem Pontificiam adeptam in superbiam elatus se superiorem & Prælatum Levitarum existimaret, sed ut charitas fraterna eum semper comitaretur, eosque omni humanitate, amore & benignitate, tamquam sibi æquales haberet, quia licèt non essent filij ejusdem Patris, ut sacrum attestatur eloquium, erunt tamen ejusdem & communis Protoparentis Adæ filij; fratres eiusdem naturæ & speciei. *Numeri Levitarum meminit*, inquit Oleaster, *ut, si prælatura super Levitas extolleret, fraternitas memorata aquaret.*

Oleaster hic

5. Ingeniosè notavit Cardinalis noster Cajetanus, quòd Christus Dominus in nocte cœnæ loquens discipulis suis, & præsertim ceterorum Principi Petro, ei dixerit: *Simon ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua.* Solerti, astutoque conatu studuit, quæsivitque diabolus vos & fidem vestram perdere: ita clariùs legit illud, *expetivit*, translatio græca, ut vos cribraret tamquam triticum in cribro, allaboravit summâ diligentiâ & curâ fidem vestram lacessere, sed ego speciales pro te fudi preces apud Patrem, ut tua fides constans & firma maneret; tu quoque fac similiter cum fratribus tuis. *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* Notate, inquit solito ingenij sui acumine doctissimus Cajetanus, *quòd non subditos, sed fratres vult haberi reliquos à Petro.* Dum ei regiminis committit habenas, non vult, ut imperet condiscipulis, ut subditis & inferioribus, sed ut fratres suos animet, & consoletur, & confirmet. *Vide quòd officium non dominandi, sed confirmandi pronuntiat ac mandat*, ut eum edoceat & instruat, ne suæ curæ commissos pedibus conculcet, ut subditos, sed ut sibi æquales æstimet, & ut fratres suos sincero amore prosequatur.

Luc. 22. v. 31.

Optima & singularis hujus rei confirma- 6.
tio est locus Geneseos adjunctâ ei expositione Sancti Athanasij, qui dicit, præsidentiam seu eminentiam, quam Deus in ipso creationis exordio, contulit Soli materiali seu corporali fuisse prototypum seu exemplar superioritatis, & excellentiæ, quam daturus erat veris Regibus & Principibus terræ. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præesset diei, luminare minus, ut præesset nocti*, cuius munus & officium, sacro attestante Chronico, erat, luce suâ cœlum illustrare, diem & noctem dividere, & inrequieto cursu, tamquàm regulâ indesinente, dies, menses, & annos distinguere. Dicit ergo Sanctus Doctor; dedit Deus Soli lucem, ut præsideat diei, & Lunæ etiam suam communicavit lucem, ut præsideat nocti, dando uni Planetæ, quod alteri deerat, ut ex ambobus simul integra & perfecta præsidentia coalesceret, eodemque tempore, quo hos Planetas creavit, etiam cæteras stellas & astra, quæ sunt veluti subdita & inferiora Solis & Lunæ; ita ut omnia simul, & singula, Solem, lumen, & stellas, fratres uterinos eodem partu genitos dicere possimus. *Omnia pariter cum omnibus ortum suum, originemq; adepta sunt, non enim ullum ex astris, aut magnu luminaribus ita apparuit, ut hoc prius, illud posterius in rerum naturam emergeret, sed omnia eodem die, eademq; jussu ad essentiam vocata sunt.* Ita, ut potiori jure omnia cæli lumina, fratres & socios, quàm servos & Dominos, quàm subditos & Prælatos nominare possimus, sic enim se mutuò superant in luce, quam habent, & splendore claritatis, quam cæteris communicant, ut quasi Fratres uterini omnimodam æqualitatis uniformitatem inter se conservare videantur.

D. Athan. ser. 3. contra Arrian.

Genes. 1. v. 16.

Discant hîc Reges & omnes in dignitate constituti, quorum curæ Regimen mundi commissum est, humanitatem & benignitatem erga subditos, ut malint eis apparere æquales, quàm majores, Fratres potius amantes, quàm Domini imperantes, quemadmodum Reges, Principes, & Prælati sancti faciunt de quibus appositè S. Gregorius magnus. *Sancti viri cum præsunt, non in se potestatem ordinis, sed*
S. Grego. *æqualitatem conditionis attendunt*, ad imitationem & exemplum Redemptoris nostri, quem amor nostri tantum exinavit, & humiliavit, eque cælis in terram descendere, & formam servi suscipere compulit, ut remedium salutis nostræ in tam intimæ consanguinitatis vinculo fundatum redderet certius, tutiusque confirmatum stabiliret, quò sic, quòd jam Deus caro & sanguis noster esset, fiduciâ firmiorem haberemus. Hoc sonat, *Filij David, filij Abraham*. Et tanti æstimat Deus hâc consanguinitatis necessitudinē, quemadmodū
D. Chrys. hom 80 in Matt 25. v. 40. optimè notat Divus Chrysostomus, ut in ipsâ cælesti gloriâ & Majestate suâ illam sibi summo honori ducere videatur, *Quod uni ex Fratribus meis feciſtis*, aut per os S. Evangelistæ Matthæi, ad quæ verba (meâ quidem sententiâ alluſit Sanctus Magister Gentium Paulus, quando volens maximam nobis fiduciam in Christum jam hominem nobiscum in terris factum persuadere, & commendare, hæc subjicit verba; *Propter quod non confunditur Fratres eos vocare dicens &c.* Deus & Dominus non dedignatur omnes sive Judæos, sive Gentiles, Fratres appellare, *non confunditur*, tanti facit, esse filium fabri, *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ*, quanti æstimat dici filium Regis, *Filij David*. Hoc suppositò (inquit S. Chrysostomus) cessaret omnis admiratio, quòd tantus Dominus in omni tempore & statu se nuncupet Fratrem hominum, qui humilitatem & vilitatem, & abjectionem naturæ nostræ non dedignatur. *Imò verò Fratres, quia humiles, quia abjecti.* Habemus Deum Dominum, & Regem adeò benignum, mansuetum & amantem, ut etiam inter ipsos paternæ gloriæ splendores obliviscatur (nostro loquendi modo) Filiationis æternæ, per quam totius universi Dominus constituitur. Ita quidem hæc
Matt. 28. v. 18. verba Matthæi interpretantur: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terrâ*. Existimantes Christum ibidem locutum fuisse de potestate absolutâ & supremâ, quam à Patre viâ generationis æternæ receperat, neque recordatum fuisse coronæ seu sceptri Davidici, quod ei quatenùs homini competebat, sed solum meminisse cognationis, quam cum hominibus contraxerat, nominando seipsum non Regem, sed hominem, non Dominum, sed æqualem, & Fratrem eorum.

In quò maximè Matri suæ Sanctissimæ assimilatur. Narrat Benjamin Christi discipulus præ cæteris dilectus, in Apocalypsi suâ, primum eorum, quæ in cælo præparata fuerunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, fuisse Thronum: *Sedes posita erat in cælo*. Possunt hæc verba exponi cum alijs ex Psalmistâ desumptis, *Thronus ejus testis in cælo fidelis*, Thronus Christi, id est, sacratissima Mater ejus testis in cælo fidelis. Scitu dignum est, quid Spiritus sanctus illis verbis exprimere voluerit. Sanctus Anselmus explicans alia his similima de Christo redemptore nostro, quem Spiritus Divinus nominat testem fidelem; hæc subnectit. *Qui est testis fidelis, non negans se filium Dei, etiam ingruente morte*, ut testatur Sanctus Evangelista Marcus *Ego sum* Redeundo igitur ad institutum à quo digressi sumus, vult Spiritus sanctus, quòd, licet Superna Virgo sit in cælis Thronus divinæ majestatis, *Sedes posita erat in cælo*, attamen non negat se filiam Adami, & sororem nostram, quemadmodum enim suprema eminentia amoris Christi erga homines fuit non negare se Filium Dei ut sua eos morte & passione redimeret, ita maxima demissio humilitatis Mariæ est, quòd confiteatur se filiam Adami ejusdem naturæ, & massæ nobiscum, etiamsi sit Thronus & Mater Dei in cælis, & ut talis, ab Angelis piâ veneratione & cultu adorata; quia sicut impossibile est, ut Filius requiescens in visceribus Matris & sugens ubera ejus abneget Genitricem suam, ita fieri nequit, ut Deipara Virgo ad cælos assumpta abneget fratres suos eodem parente, eademque matre progenitos. In cujus rei testimonium pluris æstimat, esse sororem hominum, quàm Reginam & Dominam eorum.

8. *Apoc. 4. v. 2.* *D. Anſ. apud St Mond. de dign. Matr. Dei.*

Et si mihi dixeritis (referendo pedem ad punctum) quòd consequenter ad hæc, potuisset sanctus Matthæus nullam fecisse mentionem Christi glorioſi, monebo vos, ut, ad mentem gravissimorum Interpretum. Textum intelligatis

9.

telligatis de poteſtate excellentiæ, Chriſto, quatenus homini & Sacramentorum novæ legis Auctori, collatâ, ad fundandum novam Eccleſiam; opus ſanè genuinum veri Fratris, & terminus maximè ſignificativus legitimæ Fraternitatis, & anſa efficaciſſima, ad amorem noſtrum ſibi devinciendum & demonſtrandum veritatem doctrinæ ſuæ, quam in præſentiarum proſequimur; quia nolunt attendere ſeu indagare magnitudinem ſuæ infinitæ potentiæ, cujus virtute facillimè poterat de tam ingrato mundo, ut qui ei injuriosæ crucis ignominioſam mortem intulerit, vindictam ſumere, ſed excellentiam ſuæ poteſtatis in benefaciendo omnibus, qui eius opem & favorem implorarent, oſtendit. Totum hoc diſertè etiam Gloſſa Interlinealis ſolis duobus verbis affirmat, exponens jam relata ex Sancto Matthæo, *Generationem Jeſu Chriſti Salvatoris & non perditoris.* Sæpiùs igitur repetatur hæc lectio, ne Reges, Principes & Gubernatores Chriſtiani illius obliviſcantur, quia eis quàm maximè ad ſalutem eſt neceſſaria. Sunt illi, Fratres, & non tyranni ſubditorum ſuorum, ſequendo veſtigia ejus, qui eſt, *Rex Regum, & Dominus dominantium*, de quo loquens ſacer Evangeliſta Matthæus non appellat eum Regem Davidicæ & Abrahamiticæ ſtirpis, ſed filium ipſorum, ***Filii David, Filii Abraham.***

Gloſſa in terum. Matt. 1.

Apoc. 19. v. 17.

Filii David, filii Abraham.

CONSIDERATIO V.

Tanti æſtimavit Deus humanitatem, ut videatur pluris feciſſe filiationem temporalem ex Virgine per naturam humanam, quam filiationem æternam ex patre per divinitatem.

1. BInâ vice vocat Chriſtum Sacer Hiſtoricus filium hominis, ***Filii David, Filii Abraham***. Et paulo inferiùs: *De quâ natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus*, præterlias ſexcentas vices, quibus in aliis ejuſdem libri Capitulis eodem ſe vocabulo indigitavit, cum tamen paucis vicibus ſe, ut filium Dei, mundo declaraverit, & unà tantùm, quâ ſe hoc titulo manifeſtavit, ut diximus, in capitulo ultimo, potius ex neceſſitate propalandi formam Baptiſmi id fecerit, quàm ex induſtriâ & æſtimatione offerendi propriam excellentiam generationis & filiationis divinæ, quaſi majoris penſi haberet, eſſe filium Virginis ratione humanæ naturæ, quàm eſſe Filium Dei ratione divinitatis. Non videatur vobis peregrina aut nova hæc loquendi forma, quia & in ſacris Litteris fundamentum habet & ſanctorum Patrum dictis approbatur. *Dabit illi ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum*, aiebat Paranymphus Gabriel ad ſanctiſſimam Virginem. Quæ verba contemplans melliſluus Bernardus hæc ſubnectit: *Quid magnum promittitur ei, qui ſedet ſuper Cherubim, quem Propheta videt ſuper Thronum excelſum & elevatum ſedere in Throno David.* Quia longè inferior eſt ſedes David, Throno, quem vidit Iſaias, *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c.*

Matt. 28.

Luc. 1. v. 32.

D. Bern. hic.

Iſai 6. v. 1. 2.

Peroptimè quidem ſcio, quoſdam Doctores, ut reſpondeant huic Bernardi ingeniosæ quæſtioni, & rationem aſſignent, quarè filius Dei oſtenderit ſe pluris æſtimare ſedem temporalem domus David, quàm Thronum gloriæ & majeſtatis ſuæ, recurrere ad primum librum Hiſtoriæ Regum, ubi ſacer Hiſtoricus differens de primordijs Regni illius, aſſerit, omnes afflictos exules, & ære alieno oppreſſos, & cæteros infortunatos quoſcunque convenuiſſe ad Davidem, tamquam ad aſylum, & eum in Regem ſuum elegerunt. *Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum Princeps, fuerunteque cum eo quaſi quadringenti viri &c.* Imò in libro Machabæorum conſtanter affirmavit Mathathias pietatem & miſericordiam fuiſſe primordium Regni illius, *David in ſua miſericordia conſecutus eſt Regnum.* Itaque, quemadmodum Regnum Davidis originem & fundamentum ſuum habuit ex conſolatione afflictorum & remedio miſerorum, pari etiam modo Regnum Chriſti Redemptoris noſtri conſtituitur, & idcirco videtur neminem ſibi decori duxiſſe, ſuccedere in Regnum temporale Patris ſui Davidis ſecundum carnem, quam poſſidere Regnum æternum Patris cœleſtis, cujus ſecundum divinitatem erat hæres conſtitutus. Optima quidem doctrina, quam nullatenus reprobo, ſed aliud reſpondeo, præter-

1. Reg. 22. v. 2.

1. Machab. 2. v. 57.

menti meæ occurrit, ad propsitæ à S. Bernardo quæstioni satisfaciendum, videlicet, ideò Dei ministrum S. Gabrielem tantùm extulisse Messiam, ejusque Regem, dicendo ipsum futurum successorem Principatus Iudaici, qui hæreditario jure stemmati & familiæ Davidicæ erat conjunctus, ut certo certiùs sciremus, amorem hominum Messiam sibi adeò devinxisse, ut eis æqualem reddiderit. Et dissimulans seu silentio involvens, Deo jubente, Legatus cœlicus Regiam Majestatem, quæ ei ex Patre divino obtingebat ostentavit id, de quo maximè gloriabatur, filiationem nempè ex Davide secundùm carnem, *Dabit illi Deus sedem David Patris ejus*, quasi majoris pensi habuerit, cum hominibus conversari in carne, quàm in majestate gloriæ cœlestis ab ipsis Angelis & Seraphim adorari.

3. Notatu dignæ sunt voces illæ, quibus Regius vates verbum divinum, ut homo fieret, summis votis & desiderijs interpellabat: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ*. Sanctus Gregorius Thaumaturgus in oratione, quam declamavit in festo Annuntiationis beatissimæ Virginis, illa verba in hunc modum declarat. *Verè enim arca est sanctissima Virgo intrin, ecus & extrinsecus deaurata, qua universum sanctificationis Thesaurum suscepit.* Dum ergo David dixit, *Surge, Domine*, &c. perinde fuit, ac si dixisset: *Surge, Domine, ex sinu Patris, ut collapsum primi parentis genus erigas*: Et sanctus Hieronymus transfert, *Prosperè ascende*, & in Commentarijs eidem lectioni suffragatur; *è cœlo veni*. Et Sanctus Hesychius applaudit his verbis: *Surge, unde? è sinu Paterno: non ut à Patre separaris, sed ut dispensationem peragas. Surge, Domine, in requiem talem, quam super terram præscripsisti, & in Bethlehem constituisti*, portò videtur, quòd meliùs & accuratiùs dixisset Regius Propheta, descende, Domine, è sinu Paterno; quia è cœlis in terram venire, & hominem fieri, descensus erat, & non ascensus. Nihilominùs Psalmista hoc vocabulo, *Surge*, mysticè mentem suam clariùs expressit, significans quanto in pretio habiturus foret Dominus noster filiationem ex Virgine, qui ne quidem cogitabat se descendere per humanitatem, quantamque jacturam majestatis suæ patiebatur, sed potiùs se ascendere & exultari repudiabat, tantique faciebat se esse Filium Matris secundùm humanitatem, quasi (ut ita loquamur) filiatio materna gradu superior & sublimior fuisset, filiatione Paterna secundùm divinitatem. Hocce mysterium continet dictum Davidicum, *Surge*, & non, *descende*, non quod reapse quid sublimius foret, esse Filium Virginis, quàm Patris, quia contrarium est fidei Christianæ, sed quia Filius Dei, tanti æstimavit nasci ex illa, & filius eius agnosci, ut occasionem præbuerit cogitandi, id esse, quod præ cæteris pensi habuerit: quia si hoc ipsum altius consideraverimus, reperiemus, quòd sæpius voluerit apparere minùs Deus, quam minus homo.

D Grego. Thaum. & incogn. sup. Psal. 131.

Dum Salvator noster Cruci affixus penderet, narrat Evangelista noster Sanctus Matthæus, quod prætereuntes convitijs & opprobrijs eum lacessebant, & irrisorie ei improperantes, dicebant: *Si Filius Dei es, descende de Cruce*? Advertit Sanctus Ildephonsus, Christum, cùm hoc miraculo potuisset confirmare, se esse verum Dei filium, noluisse descendere ex Cruce, sed potiùs in ea voluisse mori, ut ex tormentis, quæ patiebatur, se verum hominem comprobaret: *Vt ita veram Matrem ostenderet, verum se hominem, patiendo tormenta, monstravit*, inquit sanctus Archiepiscopus, quippe cujus plurimum intererat, ut Filius Matris suæ haberetur, & parùm, minorisque faciebat, se Filium Patris sui reputari; utpotè nolens opera facere, quæ ipsum Patris sui filium testarentur, agebat ea, quæ ipsum hominem, & filium Virginis deprædicarent: *Verum se hominem, patiendo tormenta, monstravit*. 4. *D. Matt. 27. v. 40. S. Ildelp. ser. 8. de Assumpt.*

Nunc tandem intelligo, & capio spiritum, & energiam sancti Bernardi in expositione illorum verborum in Canticis: *Egredimini filiæ Sion, & videte Salomonem in diademate, quo coronavit eum Mater sua*, vbi solito devotionis fervore hæc in verba fatur mellifluus Doctor. *Egredimini virtutes Angelicæ, incolæ civitatis superna: Ecce Rex vester, sed in corona nostra, in diademate, quo eum coronavit Mater sua*, existimat sanctus Ecclesiam militantem invitare Angelicos Spiritus, cœlicolas illos cives supernæ Ierusalem, ut veniant ad videndum verum Salo- 5. *Cant. 3. D. Bern. ser. 3. in Epiphan.*

Salomonem Principem pacis coronatum à Matre suâ, id est, hominem factum in visceribus Sacratissimæ Virginis, coronâ scilicet humanitatis Sanctissimæ, quàm ab eâ in utero recepit. Hanc devotam Bernardi sententiam, sequuntur Philo Carphatius, Cassiodorus, Sanctus Gregorius Magnus, Guilielmus, Honorius, Beda, Alcuinus, Alanus, & alij. Invitat sponsa Angelicos spiritus non ad vitandum Regem divinitate Patris coronatum, sed humanitate Matris redimitum, hancque coronam vocat; quemadmodum enim corona caput gestantis adornat, eique splendorem, & auctoritatem conciliat, ita etiam humana natura in Christo videtur decorem, & fulgorem quemdam Majestatis addidisse, & quod homo factus, sit magis splendidus & spectabilis, quàm anteà solà divinitate exornatus. Audite Cassiodorum: *Mater eum coronasse dicitur, quia Virgo Maria illi de suâ carne carnis materiam præbuit, in die desponsationis eius, hoc est in tempore Incarnationis quando sibi Ecclesiam conjunxit.* Optimè quidem novi humanitatem nullatenus esse comparandam divinitati, sed loquor conformiter ad æstimationem, quâ Salvator semper eam tanti fecit; quia eam à sanctissimâ Matre suâ receperat, ut nunquam opera divinæ potentiæ patraverit, quin priùs vel è vestigio opera humanæ fragilitatis adjecerit.

Philo Carphat. Cassiod. S. Gregor. Guiliel. Honori. Beda. Alcuinus. Alanus.

Si in nativitate Angeli apparuerunt, ut Deo, etiam in præsepi visæ sunt lachrymæ infantis recèns nati. Si in Iordane aperti sunt cœli, & paterna vox audita, quâ Christum Dei filium declarabat, protinùs ut homo, Baptizatus fuit. Si in deserto quando quadraginta diebus & noctibus iejunat ut Deus, statim, ut homo mortalis esurit, & famescit. Si videmus eum, ut Deum in horto solo verbulo ministros Sathanæ eum comprehendere & vincire volentes, prosternentem, illicò videmus eum, ut hominem, tristem, paventem, & trementem. Tandem si crucis patibulo affixus cœlum referat latroni, si petræ scinduntur, monumenta aperiuntur, Sol eclipsim patitur, & tenebræ diem lætam suâ involvunt obscuritate, & in noctem horribilem commutant, confestim ut homo appareat, sitim manifestat, & lachrymas fundit, & si ex eo, ut ait glossa ponderans illud, *Pater in manus tuas, &c.* quod invocaverit Patrem, se filium Dei exhibuit, *Patrem invocans, se filium Dei declarat*, ne videntes eum in tot angustijs constitutum, dubitarent ipsum secundùm divinitatem esse Patri coæqualem & consubstantialem, mox iterum, ut perspicacissimè considerat sanctus Laurentius Iustinianus, sequentibus verbis, *in manus tuas*, voluit testatum relinquere, se esse verum hominem, & quatenus talem, Patre suo inferiorem. *Ut verum se fateretur hominem* (inquit meditabundus ille Sanctus) *& rationalem se habere animam, atque inferiorem esse Patre in assumptâ humanitate dixit: In manus tuas commendo spiritum meum.* Veruntamen dicitis mihi, nihil horum plus vel aliud probare, quàm quod Dominus non minùs voluerit apparere homo, quàm Deus, sed ex ipso infero quod voluerit potius apparere minùs Deus, quàm minùs homo. Maluitque potiùs pati detrimentum divinitatis, quàm humanitatis. Fundamentum meum hoc est, quia licet natura humana sit longè inferior divinâ; nihilominus ut jam diximus, semper fuit Dominus æqualis in unâ aclterâ demonstrandâ. Iam ergo, qui combinat duas res adeò distinctas, & ostendit effectu & re ipsâ quòd æqualiter æstimet ambas, nonnè certum est, quòd pluris æstimet minorem, quàm majorem? Nullatenus dubitandum: quia tanti facit maximam, quanti minimam, æquiparando minimam maximæ, neque digniorem locum tribuit maximæ quàm minimæ. Quibus addere possumus, quòd Salvator passim, & ordinariè, se filium hominis appellans rarissimè, paucisque numero vicibus, se filium Dei nuncupavit, clarissimè eo contestans, quòd majori sibi honori duxerit, se temporali nativitate ortum ex utero Virginis, quàm processione æternâ ex intellectu Patris generatum. Aptissimè quadrat huic proposito celebre illud Poetæ Latini. *Multùm de Patre decôris, plus de Matre ferus.*

Glossa ordinaria in c. 23. Lucæ.

Laurent. Iustin. de Triũph. agnon. c. 20.

In hunc modum observavit sanctus Hieronymus, quod Deus alloquens Prophetam Ezechielem sæpiùs appellârit *filium hominum*,

S. Hiero. in Dan. cap. 8. v. 17. & aliquoties eodem nomine vocârit Danielem *filii hominis*, &c. at verò, Deum cæteros Propheras, servos, & amicos suos tali haud legimus dignatum fuisse titulo, & favore, aggravatque id difficultatem hanc, quod Salvator noster de beatitudinibus prædicavit: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*, & illud Apostoli dictum alludentis ad hunc, & similima loca: *Videte, qualem charitatem dedit Pater, ut filij Dei nominemur, & simus*, ita ut nos omnes titulo filiorum Dei nominet, volens nos tali nomine gaudere, & gloriari, ut secundum illud dignè vivamus. *Creberò ad Ezechielem dicitur fili hominis, ad Danielem rarò, quorum uterque in personâ eius, qui dixerat filium hominis, non habere ubi caput suum reclinet, captivum populum consolabatur*: Hoc nomen filij hominis, inquit D. Hieronymus, hi Prophetæ non in proprietate possederunt, sed mutuò acceperunt, quatenùs sedulò studentes consolationi, & libertati populi, Christum repræsentabant, qui antonomasticè seu per excellentiam erat filius hominis appellandus: ita ut titulum filiorum Dei magnâ, & profusâ liberalitate nobis omnibus concesserit: porro titulum filij hominis, ait Christus, mihi soli reservari volo, tamquam summum magnitudinis meæ decus & ornamentum. *Gloriam meam, alteri non dabo*. Gaudeant omnes Christiani, & filij gratiæ nomine & titulo filiorum Dei, at verò vocabulum filij hominis, volo, ut mihi soli competat, & approprietur.

Ezech. 2. v. 1. Matt. 5. v. 9. 1. Ioan. 3. Isac. 42. v. 8.

8. Confirmat hanc meam considerationem ratio, quam Rupertus Abbas inter cæteras ingeniosè excogitavit, quarè Christus servator noster per Historicum suum voluerit mundo innotescere & declarari potiùs filius Davidis, & Abrahami. *Filij David, filij Abraham*, quàm aliorum Patriarcharum progenitorum suorum; & respondet, quòd id fecerit, ut ex humilitate horum Sanctorum magnam sibi auctoritatem conciliaret, fuerunt namq; in hâc, ut sacræ testantur Paginæ, humilitatis virtute, præclarissimi, & excellentissimi. *Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis*, aiebat Deo, Pater gentium: *quem persequeris Rex? canem & pulicem*, dicebat Pastor Bethlehemiticus Sauli adversario suo *Iam denique dederat eos Deus invisibilis, qui ex eo nasciturus erat homo visibilis mitis, & humilis*, quæ omnia, inquit Doctissimus Abbas, operabatur in spiritu in eis Filius Dei ex eorum carne & sanguine homo nasciturus; & ut sciatis hanc etiam virtutem non defuisse Matri, audite quid Lucas de ea referat: *Ecce ancilla Domini*, &c. quando enim Angelus eam vocat Matrem Dei, illa se humilem ancillam confitetur; magnæ profectò sunt vires humilitatis. Non eo inficias, quin absolutè loquendo etiam in rigore Theologico majoris sit dignitatis esse Filium Dei, quàm filium Virginis at verò, quia primum, significat honorem naturæ, & secundum, denotat merita personæ, videtur mihi Christus voluisse demonstrare pretium, quo humilitatem æstimabat, ut pote qui magis de Matris humilitate, quàm de Patris Majestate gloriabatur; & si non, videte, inquit Rupertus, quid de seipso apud Matthæum dicat: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*, suo nos docens exemplo, supremam honoris dignitatem consistere in profundissimâ humilitatis abyssо, ideoque maximi facit parentelam maternam, & esse Filium Virginis, & ex Davide & Abrahamo progenitum; *filij David, filij Abraham; de quâ natus est Iesus*.

Salmerõ tom. 3. d. geneal. Christi tract. 26. Gen. 18. v. 17. 1. Reg. 24. v. 15. Luc. 1. v. 38. Matth. 11. v. 29.

9. Sed ô quam diversus est mos, & consuetudo mundi, à stylo, qui in domo Dei observatur, quàm contrariæ, & repugnantes sunt leges humanæ, divinis, & quantâ cum difficultate deponunt homines animositatis & superbiæ suæ fastum, etiam dum honoris, & obsequij divini negotium agitur, seu intervenit. Adducam in testem sacram Historiam. Postquam Rex David celeberrimam illam victoriam contra Philisthæum gigantem obtinuit, narrat sacer Textus, quòd gladium, quo caput eius amputaverat, in Templum detulerit, seu tabernaculum Domini: *Arma verò ejus posuit in Tabernaculo suo*, non dicit Spiritus S. eum fundam posuisse, cùm tamen potiori jure eam offerre debuisset, quia funda, & non gladius, fuit præcipuum instrumentum, quo hostem illum prostravit, & devicit, sed dicit Rupertus, posuit gladium tamquam trophæum victoriæ suæ. Sed cur? quia *erat signum stirpis regalis, funda verò indicium Pastoris*, majorem

1. Reg. 17. v. 54. Rupertus hic

tem ostentationem fecit gladij, quàm fundæ, ille quia erat Regij decoris insigne & fortitudinis suæ plusquam humanæ indicium, eoque ipse gloriosiorem suum reddere triumphum existimabat. Observate hunc locum, & venite mecum ad secundum librum Regum.

10. Quando idemmet David adduxit Arcam Testamenti ex domo Obededom, ad suam, edicto publico, ut sacrum testatur eloquium, indixit Festum seu Processionem generalem, ad quam universum accurrit Regnum, & ipse, deposito sceptro, & diademate, omnique Regio exutus ornatu, coram omnibus Hiaeritis saltavit ante Arcam, quod indigne ferens uxor eius Michol, ei improperavit, *Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris*: quid existimatis humilem Regem ei respondisse? *Ante Dominum, qui elegit me vilior fiam plusquàm factus sum.* Fateor quidem, factum meum Regiæ Majestati repugnare, sed non amori magno & gratitudini meæ, quam debeo illi qui & Sceptrum & diadema mihi immerito tantâ benignitate donavit. Vbi sanctus Gregorius, *non potestatem Regni ad memoriam reduxit, non subjectorum oculis saltando vilescere metuit, sed solum obsequium, ad quod ex debito tenebatur, recognovit.* Rex erat David & inter homines mundanos vitam degebat, neque tamen hominum dicteria curabat, sed veluti lyristes & saltator confidenter ante Arcam Domini choreas ducebat, humana, iudicia flocci pendebat, imò & Reginæ improperia negligebat, ne ob beneficia Deo adhærens, debito gratitudinis & devotionis erga Deiparam defice, quam spiritu prævidens venerabatur, & colebat ut diserte fatur Divus Ambrosius: *David Rex, pariter & Propheta, dum multa recenseris ante Arcam Testamenti etiam saltasse dicitur, elatus gaudio, in saltationem prorupit; prævidebat enim in spiritu Mariam de genere suo, Christi Thalamo jocundam*, &c.

2. Reg. 6. v. 20.

D. Greg. l. 1. moral. c. 27.

D. Ambr. ser. 6.

11. Combinate nunc duo hæc loca, & notate diversum in vtroque Davidis procedendi modum. Ibi fundam Pastoritiam, ut cunctis innotesceret, appendere dedignabatur, hic vero saltatoris munus obire non veretur. Et ratio fuit, quia ibi adhuc in tyrocinio virtutum rudis & imperfectus erat, qui nondum pretium & merita humilitatis agnoverat, hic verò jam provectior & in vitate perfectior intellexit, quòd, quò ad serviendum Deo magis se humiliaret, eò honoratior evaderet. In primo loco verecundabatur humilis apparere, in secundo vero non solum humilis esse, sed & videri voluit. Tota hæc digressio præambulum quoddam fuit eorum, quæ sum dicturus. Estne possibile, quòd reperiantur Confratres Sacratissimi Rosarij Deiparæ Virginis, qu eam in publica processione, veste albâ amicti comitari dedignentur, & quod electus in Officialem eiusdem Confraternitatis electionem respuat, eiusque ministerio fungi audeat excusare? verum isti hunc excusationis titulum habent, quod non sint Reges neque Principes, neque eisdem sanguine conjuncti, qui, si tales essent, magis humiles, & minùs præsumentes forent, iuxta exemplum Davidis, qui teste sacro Textu, induebatur quasi veste alba Confraternitatis. *Accinctus ephod lineo.* Vbi notat Hugo Cardinalis, *quodam vestimento ad modum cucculi Monachi facto*, eratque ex lino, non ex byssо, seu pretiosiori alia materiâ confectum, ut majorem præ se ferret humilitatem, *non Pontificalis, sed linea veste, causa humilitatis.* O quantum splendet in indumento holoserico, seu acu picto stragulata, seu vilis & lanea vestis! Hoc vestimenti genere adornatus David mille gesticulationibus dexterrimè ad numeros saltabat antè Arcam Testamenti, verè sacratissimæ Virginis figuram, ut sanctus Ambrosius jam relatus, alijque plures Sancti asserunt; contemplabatur pius Rex, & oculis fidei intuebatur nobile privilegium, & prærogativas eorum, qui se obsequio Genetricis Dei dedicabant, fungentes eodem officio, quo ipsemet Filius Dei toto vitæ suæ decursu in terris se occupavit.

2. Reg. 6. v. 14.

11. Audite, ad rem propositam, magnum Deiparæ cultorem Sanctum Bernardum Senen. ita prædicantem: *Tot enim creatura servimus gloriosæ Virgini, quot serviunt Trinitati.* Videtur Seraphicus Doctor, voluisse huisce

D. Bernardin. t. 1. s. 1. a. 2. c. 6. apud Salaz. de Concept. c. 32.

Digitized by Google

hiſce verbis indicare tantum eſſe honorem, tamque honorificum ſervire Beatæ Virgini de Roſario, quàm ſanctiſſimæ Trinitati. Non poſſet plùs dicere, ſi hodierno die, in quo duo hæc feſta concurrunt, prædicaret. Et ſubjungit ſanctus Doctor: *Ille enim, qui Filius Dei eſt, & Virginis benedictæ voluit paterno principatui, principatum æquiparare maternum, ipſe enim, qui Deus erat, Matri famulabatur in terra, & erat ſubditus illi*, ex hôc antecedente, infert Sanctus, has duas concluſiones: *propterea hæc eſt vera propoſitio. Imperio divino omnia famulantur, etiam Virgo: & rurſum hæc eſt vera propoſitio: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Secunda inſtituto noſtro apprimè deſervit. Omnes ſerviunt Mariæ, omnes venerantur, omnes obediunt, etiam ipſe Deus, ut nullus cujuſcumque conditionis, ſeu ſtatûs ſeſe excuſare poſſit. Addiſcant igitur puri homines, honorificum eſſe ſervire Beatiſſimæ Virgini, eiuſque Confraternitati, videntes Filium, Deum ſimul, & hominem, eius non dedignari famulatum. In hoc enim & aliis geſtis, ut dixi, vobis oſtendit ſe majoris facere eſſe Filium Virginis, & ex Davide, & Abrahamo progenitum, quàm eſſe filium Patris æterni. Hoc myſterium loquuntur illa Sancti Matthæi, *Filii David, filii Abraham.*

D. Hier. hic Caiet. Sotom.

13.

Ad confirmandum veritatem hujus doctrinæ, operæ pretium eſt, ſcire, Confraternitatem Beatiſſimæ Virginis de Roſis inter cæteras primum habere locum, ſicut Roſa Regina eſt inter omnes flores, ut quondam Poeta cecinit: *Si floribus vellet Jupiter imponere Regnum, excellit Roſa flores; eſt veri Roſa cura, & grata ſuperis Roſa.* Si igitur ſancta hæc Confraternitas inter cæteras Regina eſt, non immeritò Confratres eius Principes ſunt, & Reges. Locum habemus in ſacrâ Scripturâ, ex quo ſpiritualiter explicato dicere poſſumus confirmationem hujus veritatis. Pro cuius intelligentiâ ſupponendum eſt, cum Sancto Paulo omnia legis antiquæ, fuiſſe figuras legis gratiæ: *Hæc autem in figurâ contingebant illis.* Hôc ſuppoſito, curioſiùs advertit quidam Modernus, unum ex motivis, Prophetæ Davidis in Pſalmo illo, qui incipit, *Eructavit cor meum verbum bonum*, fuiſſe, laudibus extollere veſtes filij ſui Salomonis. Titulus Pſalmi illius, teſte Sancto Hieronymo inſcribitur, *Pro Liliis*, & juxta doctrinam noſtri Cajetani, Sotomajor, & aliorum, ubi vulgata legit, *pro Liliis*, poteſt legi, *pro Roſis*, id eſt, Pſalmus in quo agit David de Roſis, vel de indumento Regali filij ſui, quod erat inſperſum Roſis. *Salomon habebat veſtes Liliatas*, ait hic Doctor, quemadmodum Chriſtianiſſimus Rex Franciæ ſolet geſtare, ut dicunt, veſtem Liliis intextam; conformiter igitur ad hanc Doctrinam, dicere poſſumus Salomonem, fuiſſe primum, qui fuit uſus veſte Roſarum, vel Roſarij, in ſignum myſticum, quod veſtis Roſacea & Confraternitatis Roſarum eſſet exornatura omnes Confratres, & ſublimatura ad ſtatum Principum, eoſque Regibus æquiparatura, quodque de eis verificandum eſſet illud Poëtæ. *Die, quibus in terris inſcripti nomina Regum naſcantur flores*, &c. Neque hoc vobis peregrinum videatur, quia certum eſt, quod in domo Dei aſcenditur deſcendendo, & quo quis oculis mundi humilior videtur, eò magis coram Deo honoratur; quod Divus Gregorius confirmat exemplo eiuſdem Davidis, qui ſaltando fuit adeò ſublimatus, ut in præmium humilitatis promeruerit per excellentiam dici, & fieri parens, & progenitor Chriſti Redemptoris noſtri. *Filii David.*

Virg. eclog. 4.

Anaſt. apud Carthag. hô. de Roſ.

1. Cor. 10. v. 11. Pine de reb. Sal. Pſal. 44. v. 1.

De quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

CONSIDERATIO VI.

De virtute & efficacia Roſarum benedictarum Deiparæ Virginis Dominæ noſtræ, & de devotione earumdem.

1.

COncurrunt hodie omnia myſteria fidei noſtræ, tam quæ ad divinitatem Salvatoris noſtri, quàm quæ ad humanitatem eius pertinent. Hæc continentur in Evangelio Sancti Matthæi, quod modò in Miſſâ audiſtis, *Liber generationis Ieſu Chriſti*: illa verò in ultimo capitulo eiuſdem Evangeliſtæ,

listæ, quod cantat S. Mater Ecclesia in Festo
Matt. 28. v. 18. Sanctissimæ Trinitatis; *Data est mihi omnis potestas, &c. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, & combinando hæc duo festa, quæ hodierno die celebramus, festum Rosarium, & festum aquæ baptismalis, *Baptizantes eos*, dico illa maximam inter se habere convenientiam; quemadmodum enim post peccatum originale (notate, amabò, hanc doctrinam plenam solatio pro nobis prædicatoribus) nos mundavit, & justificavit aqua baptismalis, ita etiam, post
D. Aug. tract. 11. in Ioannem. peccatum actuale, Rosæ Beatissimæ Virginis nos divinæ gratiæ restituunt. Hoc videtur voluisse insinuare Spiritus Sanctus in viâ illâ & itinere Israelitarum per mare Rubrum ad terram promissionis proficiscentium. Scio quidem Sanctos Patres in illo plura & diversa notare mysteria, ut videre est in SS. Augustino,
D. Basil. lib. de Spiritu S. cap. 14. Basilio, Athanasio, Cypriano, Theodoreto, & aliis: verùm salvâ eorum licentiâ, aliud in illis
Athanas. q. 134. Cyprian. epist. 86. Theod. in exod. Sap. 19. v. 8. exod. 14. verbis deprehendo mysterium, memoriâ recolens id, quod in libro Sapientiæ refertur; *Et in mari Rubro via sine impedimento & campus germinans de profundo nimio per quem omnis natio transivit, qua tegebatur tuâ manu.* Ubi loquitur sacer Textus ad litteram de hâc viâ, quâ populus Dei, divisis ab invicem aquis, sicco pede ambulavit per mare, manente fundo terræ arido ad instar viridarii & campi omnigeno florum & Rosarum genere consiti, &c. Carpo igitur, Israelitas mare pertransire Ægyptiis in aquâ submersis & sepultis, ut Sacer Textus testatur, & postmodum illos veluti flores, & Rosas calcantes læto pede ad terram à Deo promissam ascendere. Certissima res est, illum trânsitum maris fuisse figuram Sacramenti Baptismi, Ægyptios verò in aquis, quasi plumbum submersos, præfiguralle peccatores sceleribus exstinctos & demersos, terram denique promissionis, quam petebant, symbolum fuisse terræ viventium, ad quam omnes unanimi studio anhelamus. Quæ omnia simul significant unicum remedium, & singulare medium, quo peccator quispiam transire queat ex Ægypto hujus mundi ad terram promissionis, scilicet, beatitudinem æternam) esse Sacramentum Baptismi, cujus vivifico aquarum lavacro anima à peccati originalis maculâ mundatur & regeneratur; postque hoc sunt Rosæ & Rosarium sacratissimæ Virginis, & Matris Dei, quod rectè, quemadmodum sacri Doctores pœnitentiam nuncupant, secundum tabulam post naufragium appellare possumus, quâ peccator post naufragium peccati actualis enavigat, & ad salutis portum appellit.

In libro Exodi, describit nobis sacer Historicus, quòd Prophetа Moyses confecerit vas, seu lavatorium, terstum, omnique artificio expolitum in usum eorum, qui sacrificaturi, Templum, vel Tabernaculum ingrederentur, asseritque, illud adornatum fuisse speculis mulierum devotarum, quæ in Templo ministrabant: *Erat de speculis mulierum.* Lippomanus, Oleaster, & Cajetanus dicunt, secundùm rigorem lectionis Hebraicæ nullâ fuisse in eo speculâ, sed fuisse metallum adeò terstum, expolitum, & clarum, ut per hyperbolen, dicat sacer Textus, mulieres, quæ cum aliis Templum ingrediebantur, seipsas potuisse in eo, tamquam in speculo intueri, & contemplari; Hoc ipsum vas postea transtulit Rex Salomon ad novum Templum à se Domino fabricatum. Si curiosi perlegerint Commentaria nostri Cardinalis Cajetani, reperient, quòd ubi vulgata nostra legit, *de speculis mulierum*, ipse legit juxta radicem Hebræi, *& labium ejus ornatum instar floris Rosæ*, ita ut, secundum mentem Cajetani vas illud, seu lavatorium non speculis, sed Rosis erat circumdatum, quò Deus nobis ostenderet, ad intrandum in gloriam suam, per templum præsignatam, duas solas vias dari, unam aquæ, & aliam Rosarium: ambas nobis adaperuit, Filius Dei factus homo, & Filius Davidis, & Abrahami, & hæc ambo sunt effectus temporalis ejus nativitatis; quia Deo Incarnato debemus Baptismum, debemus Rosarium, & simul Rosas, quæ virtute sanguinis ejus & in nomine sanctissimæ Matris ejus hodierno die benedicuntur. Qua de causâ nobis ob oculos ponitur liber iste sancti Matthæi, ut statim in exordio & vestibulo ipsius, causam istorum effectuum, & fontem bonorum omnium agnoscamus, scilicet, Deum hominem factum, & natum ex Virgine, *ut quâ natus est Iesus*, & ex domo & profapia Davidis & Abrahami progenitum: *Filii David filii Abraham.*

2. Alium effectum prædixit Regius vates in Psalmo octuagesimo primo, in quo juxta sententiam Arnobii & sancti Isidori loquitur in sensu litterali de mysterio redemptionis nostræ, quod inchoatum fuit in utero sacratissimæ Virginis. Exorditur ille, *Benedixisti Domine terram tuam*, & concludit, *& terra nostra dabit fructum suum*, id est, statim actu, Domine, be- *Psal. 84. v. 1.*

nedixeris terræ tuæ, noſtra proferet fructum ſuum. Tota difficultas huius verſiculi controvertitur ſuper intellectum, ſeu intelligentiam terræ, quænam illa ſit, quam Propheta Deo ſpecialiter propriam indigitat, *Tuam*? quiſvè ſit fructus ille, quem noſtra dabit? Plurimi Patres cum Incognito, & Tertulliano intelligunt, per terram Dei, Virginem ſanctiſſimam. *Incognitus hic. Tertul. lib. cont. Iudæos. c. 13.* *Maledictio per Chriſti incarnationem in benedictionem eſt mutata, quando humanitas ſingulariter fuit benedicta, & omni gratiâ repleta; unde Maria ait Angelus: benedictus fructus*, &c. ita Incognitus. Tertullianus verò hæc ſuperaddit: *Terra noſtra dedit benedictionem ſuam*, & mox mêtem ſuam declarat, *utique illa terra Virgo nondùm pluviis irrigata, nec imbribus fœcundata, ex quâ homo tunc primùm plaſmatus eſt, ex quâ nunc Chriſtus ſe undùm carnê ex Virgine natus eſt* Idipſum confirmat Rupertus Abbas, & per fructũ, quem mundus, nempè terra noſtra, dabit, licèt ſanctus Ambroſius intelligat flores, Roſas, & Lilia, quæ cum adventu Chriſti enata prodierunt, ſcilicet, Martyres, Confeſſores, & Virgines, convertendo triſtem hyemem in floridam æſtatem. *Hyems erat, venit Chriſtus, fecit æſtatem, ubi ante ſpina, ibi nunc flores.* *Rupert. Abb. de Oper Spirit S. Ambroſ. in Pſal. 118. & lib. de Iſaac. c. 4.*

Poſſunt tamen etiam piè & devotè intelligi Roſæ Deiparæ Virginis Roſarij, vel Confratres eius, atque tantum ſonant hæc verba, quaſi diceret David: In ipſo temporis puncto, quo tu, Domine, benedixiſti terræ, in quâ natus es. *Benedicta tu in mulieribus* ego terram noſtram jam frugiferam prædico, & video Roſas proferentem, & flores germinantem, quemadmodum in primordio creationis, quando tu eam ex nihilo produxiſti; quod Tertullianus hiſce verbis teſtatur: *Ante Roſa ſine ſpinis ſurrexerunt, & Roſa ſine ullâ fraude vernabant.* Naſcebantur Roſæ, quando eas Deus in ſtatu innocentiæ creavit, ſine ſpinis (quamvis aliqui Auctores moderni, debili fundamento innixi, oppoſitum doceant) & per peccatum primi hominis, terra, quæ anteà blandior fuerat, aſperitatem quamdam mortalem, & hominibus ingratam induit: *Spinas & tribulos germinabit tibi* flores & Roſæ, quibus terra depicta, & exornata apparebat, in ſpinas & tribulos commutatæ ſunt. Conſiderans ergò David fœlicem ſtatum, & incundiſſimum tempus gratiæ, ita loquitur: Domine, & Redemptor ánimæ meæ 4. *Tertull. lib. 2. cont. Marcion. D. Ambr. lib. 3. exameron. c. 11. D. Baſil. hom. 15. in Evang. D. Ioan. Damaſc. lib. 2. fidei Orthod. c. 10.*

moxut tu benedictionem terræ tuæ impertiſti, ſtatim ac tu incarnatus, hominum cognatus, & Davidis, & Abrahami Filius effectus fuiſti, benedictio illa maledictionem terræ noſtræ exterminavit, *Maledicta terra in opere tuo*, atque illicò in ipſis primæ nativitatis ſuæ cunabulis, proferens Roſas ſine ſpinis, fructum benedictionis largiter dedit, quia omnes Clientes, & Sanctiſſimæ tuæ Genitricis devoti Cultores, Roſæ erunt, in quibus nullæ peccatorum ſpinæ reperientur. *Præcep. in Gen. 3. benedict. Perer. lib. 1. in Gen. adverſ. 11. Saliam ad annũ 1. mundi die 3. nu. 25. Geneſ. 1. v. 17. & 18.*

Singularis & accommodatiſſimus intento noſtro, eſt locus ille Canticorum cum expoſitione S. Ambroſij, *Venter tuus*, inquit, cœleſtis ſponſus alloquens ſponſam ſuam Reginâ Angelorum, *ſicut acervus tritici vallatus Liliis*, id eſt, Roſis, quia juxtà obſervationem noſtri Commentatoris, *Lilium*, unum, & aliud ſignificat; ita ut videns divinus Sponſus uterum Virginis jam gravidum, & veræ Maternitatis indicem, comparârit eum acervo tritici vallato Roſis, vel, ut legit S. Ambroſius, *Munito inter Lilia*, ſeu Roſas, quaſi diceret: In ventre illo puriſſimo, & Virginali ſacrario, intueor ego & contemplor non ſolùm unum, ſed plures partus, quia video triticum, & video Roſas. Triticum conſpicio, quia granum divinum opere Spiritûs Sancti, in terra illa ſanctâ ſeminatum, dabit fructum benedictionis, quia per temporalem nativitatem ejus Filij, gratiæ ſpiritualiter enaſcentur, *Acervum tritici*, etiam contemplor vallatum Roſis, quia ab ipſo temporis puncto, quò Deus habuit Matrem in terris homo factus, jam mundus non amplius eſt ſilva ſpinis, & tribulis plena, ſed campus germinans flores, & hortus Roſarum, id eſt, gratiæ. Et hæc cõmutatio tibi, ô Sanctiſſima Virgo, debetur, quia venter tuus Virginalis tam formoſos, & uberes protulit fructus. Hactenùs S. Ambroſius, cujus ſunt hæc ſequentia verba: *In quo Virginis utero ſimul acervus tritici, & Lilij floris gratia germinabat, quo nam & granum tritici generabat, & Lilium.* Bellè dictum, ſed meâ ſententiâ, totum hoc, fuit vaticinium eorum, quæ vobis dixi, & Spiritus Sanctus hanc prævidens Roſarum Beatæ Virginis devotionem, per os & calamum Salomonis prædixit ea, quæ in ætate aureâ & fœliciſſimo tempore gratiæ erant futura, hoc eſt, quòd idem foret, eſſe Cultorem Roſarij, ac eſſe Roſam, idem, eſſe Confratrem eiuſdem Roſarij ac nullis peccatorum

torum ſpinas habere.

In eodem ſenſu explicari poteſt alius locus Canticorum: *Emiſſiones tuæ paradiſus*, quem graviores Interpretes de ſanctiſſimâ Virgine Dei Matre exponunt, vel, ut transferunt ex Hebræo Doctores noſtri, Pagninus & Sotomajor. *Plantationes tuæ Paradiſus*, alludendo ad Paradiſũ terreſtrem, quaſi diceret Spiritus Sanctꝰ: Virgo ſacratiſſima! plantabis in terrâ Paradiſum, alterũ, quem Deus in ipſis mundi primordijs creavit, ſimillimum, *Plantaverat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à Principio*: Simillimum dico, quia Roſæ illius, quemadmodum primævo tempore ante lapſum primi hominis, ſine ſpinis prodibunt, uti jam ex Tertulliano notavimus, ſed prætereà etiam incomparabiliter melior, & fertilior erit hic hortus ſacratiſſimis manibus tuis plantatus; quia præterquam, quod ille terrenus eſſet, etiã male fuit cuſtoditus, hic verò ſpiritualis, erit ſecurus, optimè munitus, & omnibus numeris altero perfectior & excellentior. *Et ſit hortus inſtar Paradiſi*, inquit noſter Sotomajor, *& ſit hortus nequaquàm talis qualis fuit ille primorum hominum ſalutis, minimè cuſtoditus, ſed potiùs per recordationem divini mandati, undique muris cinctus*: Et Rupertus Abbas in expoſitione horum verborum fermè idipſum repetit. *Emiſſiones tuæ Paradiſus, id eſt, quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cæleſtium mundus accepit, ut, ubi priùs erant ſpinæ, vepres, carduus, urtica, & pahûrim, ibi ſit Cyprus cũ nardo, &c.* Quibus addi poteſt explicatio, quã Theodoretus, & ſanctus Ambroſius hiſce verbis adhibent, *Emiſſiones tuæ Paradiſus* dicentes, Spiritum Sanctum voluiſſe illis ſignificare dotem, quam habuit Deipara Virgo, ut eam Deus in Matrem eligeret, videlicet, gratiarum dona, & virtutes, quibus anima eius erat quàm munificentiſſimè dotata, & adornata propter quæ tantum placuit Deo, adeoque illi grata fuit, ut eam ſibi deſponſandam devinxerit. *Hæc*, inquit, *omnia miſiſti mihi, & tempore nuptiarum attuliſti.* Obtuliſti mihi munera tanti valoris, pretij, ut videar mihi in illis reſtitutum antiquum primævæ innocentiæ ſtatum Adami, & beatam illam mundi ætatem, quam Deus iuſtitiâ originali dotavit, & in Paradiſo deliciarum collocavit, niſi quod ipſe per incuriam, & negligentiam ſuam, perdiderit dotem illam, ut loquitur Tertullianus: *Poſt condemnatum hominem cum ſæculi dote*: An verò tu, Virgo Sanctiſſima, & innocentiſſima, omni tempore illam illæſam conſervaſti.

6a Cant. 4. v. 13.

Geneſ. 2. v. 8.

Sotom. hic.

Rupert. lib. 4.

Theodor. & S. Ambroſ. in Cant.

Tertull. lib. de Pœnit. c. 2.

Res notiſſima eſt, Deum acceptare animas in ſponſas ſuas, nil aliud eſſe, quàm admittere eas in gratiam ſuam, & quando illæ nullum aliud munus conferendum, ſeu dotem ipſi præſentandam haberent, præter Roſas ex Paradiſo ſine ſpinis peccatorum collectas, hoc eſt, Ave Maria, ſeu Angelicas ſalutationes Roſarij in ſtatu gratiæ recitatas, illæ ſolæ ſufficerent, ut eas animas ſibi deſponſaret, & innumeris beneficijs cumularet. *Hæc omnia miſiſti, & tempore nuptiarum attuliſti.* Favet huic declarationi lectio ſancti Gregorii Nyſſeni, ex Hebræo deprompta. *Emiſſiones ex ore tuo Paradiſus malorum punicorum, hoc eſt, oratio tua, ſequa decore tuo emittitur, quaſi Paradiſus eſt*, vel, ut ineliis dicam, verba ex ore tuo prodeuntia ſunt Roſæ ijs, quas Paradiſus in ſtatu innocentiæ producebat, ſimillimæ.

D. Greg. Nyſſ. hom 9 in Cant. apud Sotomajor.

2.

Dixerunt quondam veteres Roſam è cœlo veniſſe, neque aliam patriam, originem, vel natale ſolum, præter hoc, Roſæ aſſignare potuerunt; alij ipſam ex menſâ Deorum in cælis ũratâ in terram decidiſſe, ſunt commenti; verum, omiſſis fabuloſis illis Roſis, quas fiuxit antiquitas, veriſſimum eſt, Roſas illas, quas hodie manibus contrectamus, & quas Præfecti Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij vobis diſtribuentes è cælis venerunt. Celeberrimæ ſunt in Sacris litteris Roſæ Ierichontinæ, quia præ cæteris ſuaviorem ſpirabant odorem, ut egregiè notat noſter Hugo Cardinalis *quaſi plantatio Roſæ in Iericho pulchrè floruit, & redoluit ſuaviter*, Palacios commentans hunc locum refert ex Saligniano, quod Roſæ illæ nocte Natalis Domini omnes aperiantur, & ſuaviſſimam edant fragantiam, quaſi temporalem nativitatem Creatoris feſtivè celebrarent, & facto illo die tranſacto, denuò claudantur. *De Roſis Iericho Saligniacus, propè fontem Iericho, quem ex ſalſo dulcem reddidit Eliſeum, in ſpineis arboribus pulcherrimos naſci flores, quos Roſas Ierichontinas vocant, hos*

Maluenda de centum 1 anno 1215. c. 7.

Eccleſ. 24. v. 18.

Palacios hic.

id habere gratia, ut nocte Natalis Domini ſeſe aperiant, poſtea ſe concludant. Aliquid ſingulare refert quidam Modernus Auctor de huſce Roſis, quod mihi in eo inventum, novum omninò videbatur, & forſan id ex Traditione veteri Rabbinorum fundatum ſuper illo loco quarti Regum, ubi habitatores urbis Jerichontinæ videntes Prophetam Eliſeum venientem ad Patriam ſuam maxima cum humanitate, & comi benignitate eum receperunt, dixeruntque ei hæc verba: *Ecce habitatio civitatis hujus optima eſt, ſicut tu ipſe, Domine, perſpicis, ſed aqua peſſimæ ſunt & terra ſterilis.* Eſt adeò infæcunda, & ſterilis hæc terra, ut ſolùm unicum florem proferat, neque in illâ propter ſalſedinem aquarum ullum viride, ſeu vernans folium deprehenditur. Audiens hæc vir Dei mandavit ſibi adferri vas novum, & modicum ſalis, benedixitque aquis & ſtatim converſæ ſunt in dulces, & potabiles. Hic igitur prædictus Auctor addit terram illicò miraculosè irrigatam aquis illis protuliſſe paradiſum diverſarum Roſarum & florum, qui omnes erant effectus miraculi ſancti Prophetæ, & inter cæteros tantùm excelluerunt Roſæ tam odore, quàm pulchritudine ſuâ, ut magis videretur in eis miraculum Eliſæi elucere magiſque & ad vivum exprimi, quàm in cæteris floribus; quâ de causâ majoris æſtimationis, & pretii fuerunt, tum etiam, quòd beneficio cœlorum, & non nativâ virtute terræ eſſent enatæ: *Quod non tam naturæ curſu, quàm Dei miraculo nata viderentur*, & ad hunc effectum alludunt verba Sacri Textus relata. *Quaſi plantatio Roſæ in Jericho*

Carthagen. hom. de Roſar. Virg.

Rabbin. 4. Reg. 2. v. 19.

2

Quantò igitur majori ratione, & potiori jure rerum inſtar pretioſiſſimarum æſtimandæ ſunt Roſæ Deiparæ Virginis Roſarii, tam propter benedictionem earum cæleſtem, quàm etiam propter innumera, quæ continuò viva fide eis utentes in animâ, & corpore experiuntur miracula. *Verbum paternum*, ajebat Clemens Alexandrinus, *Solus eſt humanarum ægritudinum Pæonius, & Sanctus ægritudinum animæ incantator*, ubi Chriſtum appellat verum Pæonium, quia cunctas tam animæ, quàm corporis ſanabat infirmitates. Gentianus autem dicit Pæonium idem ſignificare, quod medicus excellens, quia Pæonius derivatur à Pæan, qui eſt Apollo medicinæ inventus, cui Pindarus ſuas dedicavit cantiones ſub nomine Pæan, qui Plutonem lethaliter vulneratum ab Hercule, dum infernum ingrederetur, ut fingit Homerus, curavit Roſâ quâdam, quæ ab ipſius nomine dicta eſt Pæonia. Aptiſſima fabula, & inſigne commentum in ipsâ Sanctiſſimâ Virgine, ejuſque Roſis verificatum, quibus ipſa tot, tantoſque peccatores lethali flagitiorum vulnere laucios, ipſique inferno deputatos liberavit, & ſanavit. Nullat Sacra Hiſtoria nullam fuiſſe herbam, ſeu plantam cujus naturæ, proprietatis, ſeu virtutis, etiam occultiſſimæ, Salomon exactiſſimam non habuerit notitiam, & ſcientiam, *Locutus eſt Salomon de ligno à cedro uſque ad hyſſopum, quæ eſt in pariete*, quod dictum aliquam videtur pati difficultatem, quia in libris ejus nihil horum, quæ Sacer Textus commemorat, reperimus. Euſebius Cæſarienſis affirmat, nullum eſſe dubium, quin Salomon poſteritati reliquerit plurimos libros, in quibus ſecretas qualitates, & proprietates herbarum contra languores omnes, & infirmitates humanas declaraverat, quodque Sanctus Rex Ezechias omnes igne combuſſerit, atque, rationem facti hanc fuiſſe, *Propterea quod morborum medelas inde acciperet populus, & nihil faceret à Deo petere curationes.* Si quis infirmabatur, ſtatim Herbarium conſulebat, Deique oblivi-ſcebatur, & ſuæ ægritudinis medelam non Deo, ſed herbis, ſeu plantarum nativæ virtuti attribuebat.

3. Reg. 4. v. 33.

Euſeb. Cæſar. apud Anaſt. q. 30

Euſeb. Cæſar. apud Anaſt. q. 30.

Clemens Alexand. lib. 1. pædag. 12.

Gentian. in comment.

9.

Neſcio, ô Chriſtiani, & Confratres mei, quibus mediis non quæratis ſanitatem, quibuſve remediis conſervationi vitæ non ſtudeatis. Audio, aliquos veſtrûm per præſtigias & exorciſmos quoſdam ſanitatem, & medelam procurare. Valeant iſta. Accipite conſilium vos amantis, & omnem felicitatem vobis apprecantis, æquique bonique conſulite dictum meum: nolite confidere præſtigiis illis, neque hujuſmodi medelam, ſed Dei tentationem reputate. Affirmat Origines, quòd Deus prævidens ægritudines humanas, duo myropolia earum remedio præparaverit, unum infirmitatibus corporalibus in campis, pratis, & montibus terrenis, alterum verò ægritudinibus animæ in horto, ſeu viridario Sacræ Scripturæ in quâ omnium malorum ſuorum medelam reperirent. *Sicut corpori medicamentum præparavit ex herbis, arte, diſciplinâque compoſitum: ita etiam animæ medicamenta præparavit in hiſ ſermonibus, quos per divinas Scripturas ſeminavit, atque diſpenſavit.* Optimè notatum: ſed melius ſuaſiſſet Origines, ut medelam tam ſpiritualem, quàm corporalē quæreremus, præſertim in libro generā-

19.

Orig. ſuper Pſal. 37.

Digitized by Google

neratiōnis Jesu Christi, & in Rosis sacratissimę Matris ejus, & in radice, & virgâ Jesse, quia in illis habemus pharmacopolium generale, & omnium malorum nostrorum tam corporis, quàm animæ remedium universale.

II. Tandem in Rosis Spiritualibus Deiparæ Virginis, quæ sunt, AVE MARIA, seu salutationes Angelicæ, ex quibus Rosarium componitur, habemus securum salutis nostræ asylum. Haud dubiè, qui Sacras Litteras pervoluistis, recordamini, qualiter Rex Assuerus adversus Dei populum exacerbatus erat, quando Regina Esther videns decreta, & edicta Regia jam firmata, ut uno die, & unâ horâ omnes pariter statim interirent, ipsa pro suis interpellatura, regium accessit Tribunal. Animadvertite cum Clemente Alexandrino, & notate verba, quibus sacer Textus describit formam, & modum, quo hæc Sancta Regina intercessura pro populo suo, ad regale solium Mariti sui, qui mortis sententiam edixerat, exornata accesserit: *ipsa Rosęo colore vultum perfusa, & gratu, ac nitentibus oculis, &c.* Facie Rosaceâ stetit coram Rege, & vix suam exposuerat supplicationem, quando jam Rex, mutato decreto, sententiam mortis, seu pœnam capitis revocavit. Quis hæc miracula fecerit? quærit Clemens Alexandrinus *Esthēris pulchritudo invēnit pretium, quo liberatus fuit populus, qui interficiebatur*, hoc est, erat Esther adeò speciosa, & formosa, ut ipsas quodammodo Rosas pulchritudine suâ adæquaret, & quid mirum, quod pulchritudine Rosarum (quibus, ut antea diximus, antiquitus Principum conciliabantur voluntates, & affectus) placatur ira Assueri, & ex feroci Leone in mansuetissimum Agnum commutetur? ô Christiane Fili gratiæ! si propter peccata tua (quod Deus avertat) ad tantam deveneris miseriam, ut damnationem æternam promeritus sis, adorna faciem animæ tuæ Mariamis Deiparæ Virginis Rosis, illæ potentes sunt, & efficaces ad revocandam sententiam mortis contra te latam, & obtinendam tibi libertatem vitæ, & commutandam Dei severitatem in benignitatem, & clementiam. Et tu, ô divina, & pulcherrima Esther, Virgo Sanctissima, facies Rosea! recordare populi tui, & si propter crimina & scelera sua patitur, roga Filium tuum amantissimum, ut furorem deponat, & mitigatus coram pulchritudine tuâ impetum iræ suæ suspendat. Postula eum Regina Angelorum & advocata peccatorum, præsertim pro devotissimis Rosarii & Rosarum tuarum cultoribus, & magis specialiter pro tuis Confratribus, & inter eos, pro iis, qui tibi majore zelo, & devotione famulantur. Impetra nobis omnibus per tua merita in hâc ærumnosâ vitâ donum perseverantiæ in gratiâ, ut tandem in futurâ gloriam consequamur, *Ad quam*, &c.

Esth. 15. *v.* 8.

Clemens Alexãd. lib. 3.

Pædagog. c. 2.

Digitized by Google

TRACTATUS III.

IN FESTO CONCEPTIONIS SANCTISSIMÆ VIRGINIS,

Liber generationis Iesu Christi, Filii David, Filii Abraham Matthæi I.

UTitur Sancta Mater Ecclesia hoc Evangelio in Festo Conceptionis semper Virginis, & Dei Genitricis, idque forsan, meo judicio, propter verba, quibus Sacer Historicus seriem genealogicam Christi Salvatoris concludit, dicens: *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus*, quasi diceret: Optimè probata manet puritas, Sanctitas, & gratia animæ sponsæ Josephi, quia de illâ natus est Jesus mundi Salvator. Celeberrimus & usu receptissimus est mos festivè recolendi, in Ecclesiis diem fundationis, seu dedicationis earumdem, Talis debet esse omnibus Christianis & Deiparæ clientibus hodierna dies, dum Sancta Ecclesia celebrat solemniter diem, quâ Dominus Deus prima jecit fundamenta Templi vivi, Sacratissimæ Matris suæ, formans corpus, & creans animam, eique gratiam suam infundens Soli Angeli cœlestes in gratiâ confirmati de eximia illius puritate, & ratâ sanctitate dignè loqui possent; quia vero homines terreni de eâ tractare tenemur, ad Virginem spectat, congruam dicendi gratiam nobis impetrare, cautàm enim ipsius agimus. *Ave Maria.*

Liber Generationis Jesu Christi, Filii David, Filii Abraham.

CONSIDERATIO I.

Per hanc generationem, & filiationem Christi non solum debet intelligi temporalis illius progenies ex Davide, & Abrahamo secundùm carnem, sed etiam spiritualis cognatio, quam propter similitudinem virtutum cum illis contraxit.

OCcasionem & fundamentum hujus discursûs formandi suggessit mihi Rupertus Abbas, qui ponderans Evangelistam Sanctum Matthæum specialiter ponere beatum Josephum Sponsum Virginis inter progenitores Christi, eumque in lineâ, sesi serie genealogica inserere, arcanum mysterium in illo adinvenit, maximè cum Joseph secundum carnem non fuerit parens Christi, qui solâ Spiritûs Sancti cooperatione, & gratiâ fuit in visceribus Mariæ conceptus. Hoc suppolito, indagat Doctor ille causam, cur Sacer Chronicus in arbore genealogicâ singularem illius fecerit mentionem? *Quæ ratio, ut generationis linea contingat Iosephum, qui Christum non genuit?* & occurrit huic dubitationi, dicens, Sanctum Evangelistam, dum calamum ad hanc historiam contexendam arripuit, non tam mentis oculos in temporalem, seu carnalem, quàm in spiritualem Christi generationem intendisse, ideoque nedum collimasse ad delineandam generationem Christi secundùm carnem, sed potiùs ad describendam illius prosapiam secundùm gratiam, optimè sciens majoris pretii, & dignitatis esse cognationem, quæ per virtutem & gratiam cum Salvatore contrahitur, quàm illam, quæ solâ carnis & sanguinis conjunctione acquiritur. *Evangelista divinus* 1.

Rupert. hic.

non generationem carnis Christi minùs curavit, sed ad generationem gratia respexit &c. volens, hisce significare, quòd per gratiam, & virtutem arctissimum cum Deo cognationis vinculum contrahatur. Sufficit Josepho probitas, & iustitia, ut in genealogia Christi enumeretur, sufficit ei sanctitas, ut inter proximiores Christi progenitores, & parentes Salvatoris adscribatur; eamdemque ob causam nominat Sanctus Evangelista Matthæus Christum filium Davidis, & Abrahami, *Filii David, filii Abraham*, non solum quia carnaliter ab illis sit prognatus, sed etiam quia similitudine virtutum eis conjungatur. In duabus virtutibus hi Patriarchæ singulariter eminuerunt. David in mansuetudine: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Abraham verò in humilitate excelluit. *Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis*, & si noteris seriem Evangelicæ historiæ, constat Salvatorem nostrum in his præsertim duabus virtutibus eluxisse, quasi eas tamquàm sibi jure hæreditario commendatas habuerit. *Discite à me, inquit, quia mitis sum, & humilis corde.* Qui igitur exactè novit sequi exempla majorum suorum (loquor more Prædicatorum, quia in rigore Theologico Verbum divinum incarnatum est exemplar, quod Sancti antiquæ legis in spiritu, & intentione sunt imitati) & qui ad amussim vitam suam illorum virtutibus accommodavit, rectè vocari potest filius eorum, quia ex similitudine, & assimilatione virtutum perfectior cognatio consurgit.

Psal. 131. *v.* 1.

Genes. 18. *v.* 27.

Matt 11. *v.* 29.

2. Ponderatione digna sunt verba, quibus Sacra Scriptura describit generationem Patriarchæ Jacob. Hæ sunt generationes Jacob, ait Sacer Textus, *Joseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem.* Curiosiùs super hæc advertit Rupertus Abbas, quòd Sacer Historicus promittens delineare generationem Jacob, filiorumque, quos progenuit, solius Joseph mentionem faciat, cæteros verò silentio prætereat. Nonnè Jacob, ait Rupertus, duodecim habuit Filios, Ruben, Simeon, Levi, Judam, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Azer, Nepthalim, Joseph, & Benjamin? Ita profectò: Diminutè ergò, minùsque exactè progreditur sacer Chronicus, dum cæteros omittit, & solum Joseph, quasi unicum Jacob Filium, commemorat. Audite responsionem Ruperti, quam huic quæstioni apponit. *Licèt enim duodecim fuerint Iacob Filii, in uno tamen Ioseph suam generationem, id est, aterna similitudinis transfudit pulchritudinem.* Verùm quidem est, Jacob duodecim habuisse Filios, dicit tamen Spiritus Sanctus in Joseph signanter fuisse conservatam ejus posteritatem, & progeniem, eumque solum fuisse legitimum, & verum Filium Jacob reputatum, eo quòd in solo illo, tamquam capite, & primate familiæ Jacobææ, decor omnis, & virtutum paternarum pulchritudo fuerit conservata, cæteri verò Filii, tamquàm degeneres virtutis paternæ, silentio involvuntur, neque ullatenùs in numero ponuntur. *Solus in omnibus Filius paternorum morum atque virtutum perfectus imitator*, in illo præ cæteris eluxit decor, & gloria prosapiæ, cujus insigne fuit, honor Dei, & observantia legis divinæ.

Genes. 37 *v.* 2.

3. Postquàm Filii Israel transierunt Jordanem, & obsequentes mandato Dei circumcisionem admiserunt, dixit Deus Josuë hæc verba: *Hodiè abstuli opprobrium Ægypti*, vel secundùm quod legit Cardinalis noster Cajetanus ex Hebræo: *Hodiè revolvi opprobrium Ægypti.* Indagant Sacri Interpretes, quodnam hoc fuerit opprobrium, quæve ignominia, à qua Deus hoc die populum suum liberaverit? Videntur enim hæc verba nullatenùs posse intelligi de servitute Ægyptiacâ, à quâ jam dudum ab annis quadraginta populum vindicarat, neque etiam de præliis, seu hostium insultibus, quos generoso pectore eluserunt, quia omnes invicto animi robore cum hostibus manus conseruerunt, & viriliter dimicantes, Dei auxilio, & favore victores semper evaserunt. De quo igitur vituperio & ignominiâ dicit Dominus se eos liberasse? Cajetanus. *Sensus est, hodiè revolvi in laudem, & gloriam, vituperationem servitutis, & ignominiæ, quam passi estis in Ægypto*, quasi diceret Deus: peroptimè meministis opprobriorum, quæ in Ægypto pertulistis, sed hodiè ea revolvi & converti in laudem & gloriam: & majoris claritatis gratiâ subjungit Cajetanus, *Professione jam per circumcisionem universo Israële fidem Abrahæ*, in hâc die, quâ, per Sacramentum circumcisionis susceptæ, fidem Patris vestri Abrahæ profitemini. Itaque quamvis anteà essent prognati Abrahæ, nunc illos specialiter

Iosue 5. *v.* 9. *Cajet. hic.*

Digitized by Google

cialiter Deus, ut veros illius Filios agnoſcit, quando proteſtatione fidei, & mutatione virtutum Abrahamo ſimiles apparent; ut certo certiùs conſtet, illam eſſe veram, & legitimam cognationem, non quæ carne, & ſanguine, ſed ſpiritu, & gratiâ contrahitur.

46. In hòc ſenſu explicandus eſt locus ille Paulinus, quem variæ Interpretum explicationes difficiliorem reddiderunt. Tractat inibi magnus Gentium Doctor de Generatione Iſaac, & Iſraëlis, qui fuerunt fratres non uterini, ſed ex eodem patre progeniti; paucis lineis poſt agit ibidem de aliis duobus fratribus germanis Iacob, & Eſau & fatur in hæc verba: *Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri, cùm enim nondum nati fuiſſent aut aliquid boni aut mali egiſſent, non ex operibus, ſed ex vocante* &c Ecquis fuerit ſcopus Doctoris gentium in deſcriptione nobilium progenitorum populi Iudaici, maxime hoc ſtylo, non eſt facilè indagatu. Omiſſis variis Auctorum placitis, aptiſſimè quadrat præſenti inſtituto Doctorum SS. Auguſtini & Hieronymi ſententia. Volebat Sanctus Paulus, aiunt illi, terminare è mundo non minùs gravem, quàm inſipidum abuſum, qui ſæculo illo (quo noſtrum quoque laborat) circa nobilitatem irrepſerat; Res ita ſe habebat. Iactitabant Iudæi ſuam nobilitatem, & gentiles, ruſticos vocabant, & ignobiles, ac per conſequens ſibi ſolis honorem & reſpectum arrogabant, gentiles verò, ut viles & abiectos ſervos omni prorſus honore indignos reputabant. Non nihil hæc placent, inquit Sanctus Paulus, volens tollere abominandum hunc abuſum, faceſſat veſtra ſuperbia, æquum eſt minùs præſumere, minuſque de nobilitate gloriari, quia vera nobilitas, non in verborum inani gloriatione, neque invanâ principatûs arrogantiâ, ſed, in electione Dei, ejuſque gratiâ conſiſtit. Iactitatis vos filios Abrahæ, ejuſque per Iſaacum progenitos nepotes vos plenis buccis proclamatis, ſed idem proferent gentiles, qui ab eodem Abrahamo per Iſmaelem originem ſuam trahûnt

Ad Rom. 9. v 10. & 11.

D. Hier. epiſt. 150. ad Heluidiam in reſponſ. ad 4. 10.

Aug. lib. 1. ad ſimpl. q 2.

5. Dicetis quidem mihi longè diſparem eſſe rationem inter vos & gentiles, quia Iſmael filius fuit Agar ancillæ, Iſaac verò filius Saræ, liberæ, ac proinde vos eſſe meliores, & ex matre nobiliores gentilibus, imò & Abramum, dum Iſmaelem procreavit, fuiſſe adhuc incircumciſum. Ad hoc reſpõdeo. quod etiã vos immediatiores habetis progenitores Iacob, & Eſau, ejuſdẽ patris, & matris filios, & vos Iudæi eſtis prognati ex Iacob, & plerique gẽtiles Idumæi ex Eſau, quare, æquiori calculo ſeu collatione factâ, judico vos pariter eſſe nobilitatis, tantoque honore dignos gẽtiles ac Iudæos, qui, ex eodẽ patre, eádemque matre, & ex eodem concubitu, & partu ſunt progeniti. Quænam igitur prærogativa ſanguinis, quæve excellentia veſtræ nobilitatis, in quâ inani quodam faſtu ſuperbi re contenditis? ut ſummatim perpenſis omnibus rationibus dicam, tota dignitas, nobilitas, non niſi in electione Dei conſiſtit, *Iacob dilexi*, quod hic electione Dei ſanctus & probus fuerit, ideoque dignus Meſſiæ progenitor electus; neque quidpiam aliud habetis de quo præſumere liceat, & hoc idem eſt, quod poſtmodum diſerte dixit Sanctus Hieronymus: *Sola apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus.* Ad hunc ſenſum explicabat Sapiens Rex Alphonſus mirabilem illam, & mythicam vicinitatem, quam duo illa templa virtutis, ſcilicet, & honoris antiquitùs inter ſe habebant, per templum virtutis patebat aditus ad templũ honoris, ſignificabatur, virtutem eſſe viam rectam ad honorem, neque aliud medium dari magis proportionatum ad aſſequendum honorem, quam probitatem virtutis. *Ideo enim conjuncta exſtitere templa honoris, & virtutis, ad hoc, ut intelligerent mortales, in honoris ædes nonniſi, per virtutis templum, ingreſſum licere homini.* Ita ſanè, ſolus nobilis eſt, qui probus, qui virtutis ſtudioſus, ubi virtus deficit, nulla nobilitas dari poteſt, quamobrem concludit optimè Sanctus Paulus, quòd illos parentes honeſtiores æſtimare debetis, qui fuerint virtutis ſtudioſiores, & tunc vos veros, ac legitimos Abrahæ filios, & nepotes reputare poteritis quando veſtigia ejus, & virtutum exempla imitati fueritis

D. Hier. in quadam epiſt. in Paral. differ. 26.

6. Ex hoc loco facillimè intelligitur illud Matthæi, in quo Sanctus Chriſti Servatoris Præcurſor loquens Phariſæis, dixit illis. *Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt*, volebat Præcurſor divinus eos notare, & arguere præſumptionis, & ſuperbiæ, ciſque ob oculos ponere imbecillis animoſitatis ſuæ fundamentum, & iniquam arrogantiam, quâ inaniter ſe filios Abrahæ jactitabant, qui ſolo nomine Filiorum gaudebant. *Iam ſecuris ad radicem poſita eſt*, verba quidem metaphorica, ſed maximè ſignificativa eorum, quæ Sanctus Præcurſor illis perſuadere volebat, quibus tacitâ quidem, ſed vehemen-

Matthæi 3. v. 10.

Digitized by Google

vehementissimâ reprehensione illos carpebat, vocans eos, arbores excelsas, & frondosas, sed malè radicatas, quia erant filij Abrahæ secundùm carnalem propagationem, non verò secundùm opera, quæ faciebant, atque ita illis declarabat, nequaquam esse fidendum sanguini, neque innitendum nobilitati Majorum, neve cogitandum sibi profuturum, quòd ex tali radice, seu trunco processissent, eò quòd iam arbor sit resecata, & avulsa à radice Vult dicere

D. Iren. lib. 5. c. 17. *D. Hier. comment. super Matth.* iuxta explicationem SS. Irenæi & Hieronymi: *Securus est prædicatio Evangelij iuxta Ieremiam, qui verbum Domini comparat securi cadenti Petram.* Ne gloriemini vos esse filios Abrahæ, amodò dico, enuntio vobis consilium infallibile ex parte, & nomine Legis Evangelicæ, vos neque esse, neque, reputari sicut tales à mundo, sed solummodò veluti præcisos, & avulsos à trunco, ut radice vestrâ, ab Abramo, inquam, cujus vos filios tantoperè jactitatis. Egit hic magnus Baptista cum Hebræis, quemadmodum Ecclesia cum excommunicatis toleratis, qui postea publicè, & nominatim excommunicantur, quia revera iam illi erant separati, & præcisi à communione Ecclesiæ, mādat tamen Deus, in majorem confusionem & ignominiam suam, eos, uti tales, publicâ anathematis sententiâ declarari. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*, convenienter est, & magni refert, ut quisque sibi prospiciat, si cupit esse honestus, & probus, neque sufficit dicere, se à probas Parentibus & Majoribus progenitum, *que quem como elles não vive tanto mais sua deſonra*, dixit non minùs prudenter, quàm disertè aulicus noster Lusitanus, id est, ubi non sequitur mores majorum suorum, magis sibi ignominiam, & dedecus, quàm honorem, & gloriam conciliat.

Ioan. 8. v. 39. *Francisc. Sà eclog. de Best. decima 50.*

7. Hebr. 11. v. 24. Non carent difficultate verba illa Pauli: *Fide Moyses grandis factus negavit, se esse filium filiæ Pharaonis* Si curiosius pervolveritis Sacra Biblia, non reperietis in illis, Sanctum Moysen umquam negasse, se esse filium filiæ Pharaonis, quemadmodum hic Doctor gentium affirmat. *Fide Moyses*, &c. qui fieri potuit, ut Spiritus Sanctus subticuerit rem tanti momenti, qualis erat, Moysen tantâ fuisse præditum animositate, ut etiam flocci fecerit, se esse filium Principis, & dedignatus fuerit, se esse nepotem Regis. Hujus difficultatis nodum solvit nobis Angelicus noster Præceptor in commentario hu-

D. Thom. jus loci *Non quidem verbo, sed facto.* Quando igitur Sanctus Paulus dixit, Moysen negasse, *hic. lect.* se esse filium filiæ Pharaonis, noluit dicere, 3. quòd negaverit matrem verbis, sed operibus. Supponit Sanctus Doctor communem Theologorum doctrinam in materiâ de fide, ubi docetur, quòd duplici modo potest negari Deus vel verbis, vel moribus, & actibus sceleratis, professione Christianâ indignis In eodem sensu, quo idem Apostolus scribens ad Titum affirmat, quosdam Christianos non nisi solo no- *Ad Titum 2. v. 16.* mine gaudere, *Ore quidem confitentur, se nosse Deum, factis autem negant*, non negant verbis, sed factis: dicit ergo Paulus, Moysen se negasse filium filiæ Pharaonis, quia ipse erat Hebræus, illa verò Ægyptia, ipse fidelis, illa Idolorum cultrix, ipse Dei amicus, illa inimica, ipse Sanctus, illa verò peccatrix, & hoc modo negavit, se esse filium illius, *non quidem verbo, sed facto*: & sanè vera cognatio contrahitur per virtutem, & major, meliorque est cognatio Spiritûs, quā carnis, ut eleganter dicit S. Ambrosius: *Non* *D. Ambr. sanguinis rectitudo, sed virtutis cognatio proximos, ac consanguineos facit.* Itaque si parens fue- *sup. Magnus, lacq.* rit bonus, & filius malus, neque parens, talis filij pater, neque filius, talis patris filius æstimandus erit.

Opportunissimè possemus hic sanguineis lacrymis deplorare monstra, quæ hâc ætate quotidiè oculis nostris conspicimus, & dicere, quod Valerius Maximus, licèt gentilis, refert suo sæculo, dici solitum; *Dij boni! quas tenebras Valer.* *æquo fulmine nasci passi estis*; judicans æqualis *Max.* esse monstrositatis nasci ex coruscante fulmine obscuras tenebras, & ex parentibus illustribus, & præclaris enasci filios infames, & discolos, quemadmodùm ex Scipione Africano, viro factis heroicis, & præclaris toti orbi celeberrimo progenitus est filius adeò moribus degener ut non nisi paterni nominis hæres esse videretur, & ex Quinto Fabio Maximo, viro prudentissimo, & probissimo genitus est filius, prout narrant Auctores, illius sæculi libidinosissimus, & omnes impudicos, & in venereis voluptatibus scortatores quosque excedens.

Sed, quorsum procul extranea Gentilium exempla requirimus, dum plurima nobis domestica suppetunt, & novimus ea, quæ inter Christianos aguntur, & præ oculis videmus filios, quorum mores non minùs sunt contrarij operibus parentum, ex quibus procedunt, quàm tenebræ luci. Hâc consideratione motus Philo Alexandrinus asse veneranter dicebat

Digitized by Google

Philo. Alexandrin. lib quòd Deus sit immutabilis.

melioris esse conditionis in hoc singulari bruta animantia, homines ratione prædito, licet reverà in hoc contradicat sententiæ Aristotelis, qui constanter asseruit bonos, vel malos in vitio, vel virtute communiter sibi similes generare: *Ex hominibus homo, ex bestiâ bestia, & ex bonis bonus generatur. Idèque Poëta Mantuanus metaphorâ ex arbore de sumptâ confirmavit.*

Arist. 1. polit. c. 4.

Qui vivet in foliis, venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Mant.

Et dicti rationem subjungit Philo dicens: *ex leonibus, ex tauris boves gigni necesse est, ut bona mentis non talis est propria progenies.* Quodlibet animal quantumvis rationis expers generat sibi simile, & per generationem transfundit in Filios suos omnes suas proprietates, leo ferocitatem, taurus fortitudinem &c. soli misero homini hæc denegata virtus; quia licet natura sit eadem in utrisque, inclinationes tamen & animarum propensiones frequentissimè sunt distinctæ & differentes. Vnde sæpissimè contingit, ut ex patre sancto filius nascatur impius, ex humili superbus, & ex compositis moribus parente, ineptissimus & dissolutissimus generetur filius. Causa hujus in promptu est, inquit Angelicus noster Doctor, quia primus homo non

D. Th. 1. p. q. 10. art. 1.

conservavit statum innocentiæ, & perdidit iustitiam originalem, in qua fuit à Deo creatus, quam si sedulò conservasset, virtus quasi hereditaria per generationem ex parentibus in filios, & ex filijs in nepotes, & ex his in omnem posteritatem unà cum sanctitate fuisset transfusa. Ita ut peccatum primi hominis Adami, nos tali orbaverit felicitate, quod si non intervenisset, ipse fuisset iustus, omnesq; eius posteri, probitatis hæredes. Rectè igitur dixit Philo, melioris, & felicioris, quantùm ad hoc, fuisse conditionis animantia, quam homines, qui, cùm bonorum & divitiarum Parentum sint hæredes, à virtutibus eorum degenerent. Quod malum non modicè est deplorandum.

10.

De filio, quem David ex Abigail, uxore Nabal procreavit, ait Sacer Textus, quod Daniel fuerit appellatus, ut Sacra Pagina clarè testatur. Reputabatur hic infans filius Nabal, utque talis, vilipendio, & contemptui passim ab omnibus habebatur; & voluit Deus (ut referunt,

Lyran. & Abulensis hic.

& approbant ex Historiâ Ecclesiasticâ Lyranus & Abulensis) consulere honori infantis, & efficere, ut ab omnibus pro Davidis filio agnosceretur, ideoque disposuit, ut nomen ejus cõmutaretur, & vocaretur Cheleab, quod iuxta Hebræum idem sonat, quod, *Patri similis*, neque solo nomine, ei similis fuit, sed etiam Physiognomiam vultus ejus immutavit Deus, ut per omnia deinceps Davidis Patris sui expressa imago existeret, & non amplùs stolidi Nabâlis filius haberetur; ita ut, quando Deus voluit eum honorare, & magnum facere, qui anteà vilis, & abiectus despiciebatur, assimilaverit eum Patri suo, & credibile est, id Deum effecisse non solùm quoad exteriorem faciei apparentiam, sed etiam quoad interiorem animæ perfectionem, in qua, ut jam diximus, vera filiatio consistit.

Singularis & egregia est ponderatio Sancti Ambrosij super illud Ioannis, quando Christus Salvator noster in ipso vestibulo passionis & lumine mortis suæ notissimum illum libellum supplicem Patri suo æterno obtulit, dicens: *Clarifica me Pater apud temetipsum eâ claritate, quam habui priùsquàm mundus esset apud te,* quasi diceret Redemptor mundi, clarificavit te, ut clarifices me claritate, quam habui, antequàm mundus esset. Hic locus est unus ex difficilioribus Evangelicæ Historiæ, totiusque difficultatis cardo vertitur super petitione Christi, quâ à Patre postulat claritatem & gloriam his tribus conditionibus ornatam; quarum prima est; ut sit gloria cum Patre, *apud te*, secunda, ut sit gloria, quâ de facto carebat, quia vanum foret, eam tunc postulare, quam habebat; tertia, ut sit gloria, quâ ante Incarnationē fruebatur, *eâ claritate.* Hôc præsuppositio, sciendum est, quadruplicem, juxtà Theologos, in Christo fuisse gloriam. Prima fuit, gloria Verbi, quatenùs Deus erat. Secunda, gloria animæ per visionem beatificam, quia ab instanti Conceptionis suæ fuit perfecte beatus. Tertia, gloria corporis, quam per resurrectionem suam obtinuit. Quarta, & ultima, gloria nominis Iesu, quatenus erat Filius Dei incarnatus. Verùm, si reflexerimus, & singulas enucleatiùs examinaverimus, comperiemus, nullam harum quatuor, Servatorem nostrum à Patre suo postulasse, non claritatem Verbi, quia illam habebat, non animæ quia, ut dictum manet a primo instanti & momento conceptionis suæ fuit comprehentor, & divinam essentiam clarissimè vidit, multo minus tertiam, quia illam in æternitate Patri coæternus existens non habuit, neque tandem quartam postulavit propter eandem rationem, quia illâ, ante Incarnationem, & Assumptionem humanæ naturæ, non fuit gavisus.

11.

D. Ambr. lib. 4. de fide c. 6.

Ioan. 17. v. 5.

Digitized by Google

gavisus. Quænam igitur erit gloria, quam tam ardenti desiderio à Patre æterno efflagitat?

Sanctus Ambrosius solito ingenij sui acumine difficultates elucidat: *Opinionem de te hominibus totius mundi infunde, ut cognoscant te Deum verum, & in hunc de me confirma in illo opinionem, ut credant me tuum Filium, & verũ Deum*, ac si apertiùs diceret Salvator Christus: Pater æterne gloria, quam peto, est, ut, quemadmodum ante Incarnationem meam fui verus filius tuus, & ut talis habitus, & adoratus tam ab Angelis, quàm etiam ab eis, quibus id ante Incarnationem meam dignatus es revelare, eandem velis manifestare, & efficere, ne ego homo factus illum pristinum perdam honorem, & gloriam, sed tótus mundus eamdem de me concipiat opinionem, & cognoscat me, tamquam verum Filium Patris mei, tuiq; expressissimam imaginem, in omnibus tibi simillimum. Peregrina profecto, & magna exaggeratio, imò maxima, quæ in hâc materiâ excogitari, seu dici potest, ipsemet enim Deus nihil sibi majori ducit honori, neque aliud quidpiam maioris momenti, & gloriæ æstimat, quàm haberi Patris sui Filius, & à cunctis, ut talis, reputari. Videant modò filij, quanti ipsorum interfit, non à Maiorum suorum virtute degenerare, & quàm arcto obligationis vinculo adstringantur, ad conandum pro viribus, omnibus parentum veram filiationem per virtutem, & probos mores in se exprimere, ad exemplum Christi Salvatoris, quem Sanctus Evangelista Matthæus vocat filium Davidis, & Abrahami; non solùm propter carnalem propagationem ab eis, sed etiam propter cognationem spiritualem, quam cum eis per similitudinem virtutum contraxit. *Filij David, filij Abraham.*

Filij David, filij Abraham.

Consideratio II.

Hi Patriarchæ, quia virtute obedientiæ excelluerunt, promeriti sunt primum locum in genealogiâ Salvatoris, quorum exemplo, & imitatione quilibet Christianus obligatur obedire Dei præceptis, sine mandatorum, dum ei præcipiuntur, examine.

DE obedientiâ Regis, & Patriarchæ Davidis plurima nobis suppetunt exempla in Sacris Litteris, inter quæ præcipuum est, meo judicio, illud, quod primo libro Regum enarratur. Ibat fugitans David à Saule hoste sibi infensissimo ad Regem Moab, cujus refugium & asylum ambiebat, quem obnixè rogavit ut parentes suos, quos secum in comitatu habébat, in aulâ suâ remanere, & locum concedere dignaretur, quatenùs hôc modo securiores, pericula, quibus propter ipsum in terrâ Iudâ exponebantur, evadere possent. Lubenti animo annuit Rex petitioni, & si fidem dare libuerit Iosepho Hebræorum Historiographo, magnificũ se eis exhibuit, summâ eos colens veneratione, & maximis beneficiis accumulans, denique haud dubiè, Davidi si eã eis remansisset, regiâ munificentiâ præstitisset, neque potuit David securius asylum, aut tutius refugium invenire ad evitandum exulcerati Saulis furorem, qui in caput & vitam eius obfirmato animi decreto juraverat: In illo temporis intervallo Propheta Gad nuntiat ei ex parte Dei, ut, audito Dei mandato, absque morâ denuò in Iudæam reverteatur: *Noli esse manere profecto ere, & vade.* Vix verba perceperat, quando jam David absque ullâ cunctatione, maximâque cum festinatione profectus est in Iudæam. *Et profectus est David, & venit in saltum Areth* quarè, quamve ob causam jubet Deus Davidi, ut confestim, omnibus postpositis, exeat, & aulam, & terras Moabit cas deserat? *Noctur adire, ut persecutionem sustineat, & ut in terrâ suâ*, id est, *Iudâ, laboribus exerceatur*, inquit Hugo Cardinalis, quasi diceret: voluit Deus examinare obedientiam Davidis, eoque medio captare ansam, & occationem ipsum honorandi, & extollendi, ideoq; præcepit ei rem adeò arduam & periculo plenam, qualis erat deserere refugium, & protectionem Regiam, & valedicere securitati & quieti, quâ in aulâ illius Regis tutus delitescere poterat, & denuò redire in Patriam suam ad sustinendum novas persecutiones, quas ei impius Saul, exacerbato animo, sine intermissione intentabat, ut per obedientiam, quâ se adtolerantiam earum offerebat,

1. 1. Reg. c. 22.

Iosephus lib. antiquit. c. 13.

Hugo Card. hic

purgaretur, & perficeretur, & per actum adeo heroicum obedientiæ toti mundo innotescerent neque illi parùm profuit obedientia, quia mediante illâ, uti liquidò constat, conciliavit sibi benevolentiam Dei, promeruitque maxima Dei beneficia, inter quæ principem obtinet locum, eligi in Salvatoris mundi progenitorem,

2. Ponderat Ruperrus Abbas diligentiam, & sedulam curam, quâ Abraham obsecutus est Dei jussis in sacrificio, quod illi Deus de filio suo Isaac offerendo præceperat, & carpit verba illa Sacri Textûs: *Igitur Abraham de nocte consurgens*, ex quibus constat Sanctum Senem, ipsâ in nocte se accinxisse itineri sine eo, quòd auroram, seu crepusculum diei exspectaret, neque anxiùs hæsitavit in obsequendo mandato Dei de filio suo in quo omnem repromissionum suarum spem, & fiduciam collocaverat; ita ut illicò sine morâ, sine contradictione, sine ullâ tergiversatione Sanctus Senex præcepto obedierit. Comparans Rupertus sedulam diligentiam Abrahami in obsequendo, cum promptâ Dei celeritate, & festinatione in illam præmiando, *quia fecisti rem hanc, benedicens* &c. dicit Deum tanti æstimasse promptam Abrahami obedientiam, ut existimaverit, se illam non condigne remuneraturum, nisi proprium filium ex familiâ ipsius nasciturum præmij loco in condignam remunerationem donaret, qui etiam pro salute hominum in sacrificium offerretur. *Quasivit ab homine unigenitum sibi filium immolari, ut suum ipse filium justâ vicissitudine deberet homini.* Trutinate quęsò verba illa, *justâ vicissitudine*, quasi ad condignam obedientiæ Abrahamiticæ remunerationem, seu recompensationem necessarium fuerit, Patrem æternum mittere Verbum divinum in mundum, & judicaverit Deus, actum tam excellentis & heroicæ obedientiæ, non minori mercede, neque alio inferiori præmio æquivalentet posse compensari, quàm donatione proprij filij, qui pro hominibus mortem subiret, ideoque ex illo primò assumeret naturam humanam, fieretq; ejus prognatus. *Filij Abrahæ.*

Genes.22. v.2.

Rupertus lib.1. de Trin. & operibus

3. Vbi adnoto, quàm magni & excellentes sint fructus, qui ex obedientia Dei, & observantiâ mandatorum ejus colliguntur. Quando Deus noster creavit primum hominem, & posuit in paradiso, & in signum, homagii seu subjectionis, ei præceptum imposuit, *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem*, &c. Solùm unam arborem scientiæ boni, & mali ei interdixit Magnus Pater S. Basilius movet quæstionem hâc formâ; quia videtur, Deus Adamum constituens coram arbore vetitâ, exposuisse eum periculo, & occasioni proximæ peccandi? & respondet hisce verbis: *otiosè pradictum lignum à Deo ibi plantatum; serviebat enim pro materia exercenda obedientia*, quamvis Adam perversè agendo, illud in damnum nostrum generale converterit, Volens examinare, & discutere causas, & rationes divini præcepti. Non benè intelligo differentiam inter cœlestem Philosophiam, & terrenam Sapientiam,, quia usitatum axioma Sapientum hujus mundi docet, ex effectibus causas eorum esse indagandas, ut conclusiones per rationem ad sua principia reducantur; hâc enim rerum notitiâ deficiente, nullus perfectè Sapiens reputatur. At verò in præceptis Dei, & decretis divinæ voluntatis longè alius est stylus, & diversum usurpatur axioma, in illis ratio debet exultare, disquisitio curiosa, in examinandâ ratione mandatorum, omnino exterminanda, intellectus in obsequium eorum, quæ præcipiuntur captivandus, & voluntas ad nudam & cæcam obedientiam verborum contorquenda, quia in hôc solo tota consistit fælicitas, & commodum nostrum sine ullo jacturæ periculo, atque hôc modo apud Deum plùs intelligit, & sapit, qui minùs inquirit, & melius audit, & obêdit.

D. Basil. hom. 9. Quòd Deus non est author mali.

4. Extollens Evangelicus Propheta Isaias obedientiam, quâ Filius obedivit Patri suo æterno, in hæc verba prorumpit: *Et voluntas Domini in manu eius dirigetur*, vult dicere, ad amussim exequetur Filius voluntatem Patris maximè in salute humani generis procurandâ; verùm verba illa hùnc videntur reddere sẽsum, voluntas Domini in manu ejus erit directa & ordinata, vel, ut legunt Septuaginta Interpretes, *Vult Dominus in manu ejus*, id est, vult pater in manu Filii, quod tantùm valet ac si diceret tantâ animi promptitudine, & alacritate executus est Filius redemptionem hominũ sibi, à Patre demandatam, ut, quando aliquid ad eam pertinens peragere, videretur voluntatem Patris in manu suâ habere; quia prorsùs idem erat, Patrem aliquid ponere in manu ejus, & jam paratum esse, idemque erat Patrẽ illi mandare obedientiam, & jam præceptum executioni esse mandatum, ita ut nullum

Isai.53. v.10.

Septuaginta Interpretes.

temporis

temporis intervallum, nullaque deliberationis morula inter Patris mandatum, & Filii obedientiam intercederet: *Vult Dominus in manu ejus*, quasi in manu ejus constituta fuisset voluntas Patris, tanta, tamque sedula celeritate obsequebatur decretis ejus tantoque studio applicabat manum operi, ut mandatum unius, esset obedientia alterius. *Vult Dominus in manu ejus.* Confirmant hanc septuaginta Interpretum lectionem alia quædam verba ejusdem Isaiæ: *Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus*, &c. Locutus fuit mihi Dominus, & ego non fui obloquutus, sed responsum meum explicui, dando corpus meum flagellantibus, & faciem meam conspuentibus me, ne obligationi veri Filii, & obedientis deessem, id est, audivi, & mox obedivi.

Isai. 50. v. 5. & 6.

5. De mysticis illis animalibus visis ab Ezechiele Prophetâ, quorum Sacri Interpretes tot significationes excogitarunt, dicit Sacer Textus, quòd tamquam tulcra, thronum Dei sustentabant, cui Dominus in figura hominis insidebat, & tota hæc machina ad nutum, & imperium Domini movebatur, & tâliter incedebant prædicta animalia, quòd, *Non revertebantur cùm incederent*, semper rectâ ibant, & presso, ac properante gressu incedebant, & non nisi ad mandatum Domini subsistebant. Enucleans Divus Hieronymus hunc locum curiosiùs ponderat Sacrum Textum, non dicere hæc animalia habuisse oculos in facie, quemadmodùm cætera animalia, ut, dum proficiscuntur, seu pergunt, videant, quò vadant; sed quòd, ubi oculos habere debebant, ibat thronus Dei: *Et similitudo, super capita eorum, firmamenti*, vel, ut transfert Sanctus Hieronymus: *Totum corpus, & dorsa eorum erant plena luci, in circuitu, ut nullum membrorum aspiceres, quod oculos luminu non haberet, qualemque describunt fabulæ Poëtarum, Argum fuisse centoculum, sive multorum oculorum.* Simillima erant animantia illa, inquit S. Doctor, Argo illi fabuloso, oculis pleno, *quem Iuno in pavonem vertit ob negligentem custodiam.* Sed redeundo ad rem, aptiùs, ut mihi videtur, diceret, thronum fuisse in dorso, & oculos in facie, quàm thronum in facie, & oculos in dorso. Notate, quæso, & capite mysterium visionis, & permittite, Deum agere, novitque ipse singulis locum congruum dare, scitque, Quidnam sit magis expediens. Quòd, si oculi

Ezech. 1. v. 9.

D. Hier. hic. v. 22.

forent in facie, viderent viam, quâ irent, & agnoscerent, quò tenderent: & hoc primum est, quod Deus abominatur in perfecto obediente, oportet namque, ut Deus, ejusque præcepta sint in loco oculorum, ad perfectè in omnibus, & per omnia, oculis clausis, obediendum, sintque oculi retrò dorsum, quia ad summum videbunt ea, quæ retro sunt, & quæ Deus eis revelare dignatus fuerit; at non videbunt id, quod antecedit, neque quò mittantur, neque quarè mittantur, neque ad quid mittantur, solumque studebunt pergere, & promptâ voluntate obedire: hic enim est lapis lydius, quò perfectæ obedientiæ excellentia comprobatur.

6. Aptissimum symbolum perfecti obedientis, sunt Seraphini illi, quos Propheta Isaias vidit juxtà Thronum, super quem Deus sedebat, quorum singuli senas habebant alas; *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum &c. Seraphim stabant, sex ala uni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Ubi vulgata nostra dicit, velabant faciem Dei, legunt nostri Pagninus, Oleaster, Forerius, & Vatablus. *Velabant faciem suam.* Et licet hæ duæ lectiones dissonum videantur reddere sensum, meâ tamen sententiâ, ambæ conveniunt sine ullâ contradictionis notâ; & ita quidem dicere possumus Seraphim illos, unicâ solâ actione duo subiisse munia, scilicet, velasse Deum, & velasse faciem suam, Deum quidem ne videretur ab illis, & seipsos, ne Deum viderent. Itaque alæ extentæ utriusque intuitum, & visionem impediebant, in confirmationem instituti nostri, quòd verus obediens nullatenùs debeat inquirere pedes, aut caput in mandatis Dei, vel etiam argumentando, discutere rationes præceptorum, aut examinando, scrutari scopum, & intentum Dei mandantis, sed occlusis, & cæcis oculis velare faciem, & obedire. Mea quidem est hæc consideratio, sed in doctrinâ melliflui Doctoris solidè fundata Verba illius sunt hæc: *Porrò Seraphim tantùm alas accipiunt, quarum velamine arceant oculum spiritualem.* Et paulò inferiùs: *Nec sanè servatores sunt Majestatis, ut proindè opprimantur à gloriâ, quòd non minùs diligant, quàm intelligant.*

Isai. 6. v. 1. & 2.

Pagninus Oleaster, Forerius, Vatablus

D. Bern. ser. 5. de verbis Isaiæ.

7. Perpendite mecum ad hoc propositum, versum illum Davidicum, quem magnâ considerationè dignum adnotavi: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, id est, lex, & præcepta tua sunt

Digitized by Google

lucerna,& dux gressibus meis: observavi modum loquendi, & tamquàm peregrinum, & invisitatum admiratus fui. Si Regius Vates dixisset, mandata legis divinæ esse lumen oculorum, & facem illuminantem, quâ viderent viam,quam perambulaturi erant, & offendicula, quæ evitare debebant, magis congruè, & significantiùs locutus fuisset; in hoc quippe sensu filius illius Salomon, vel Spiritus Sanctus per illum,dixit: ***mandatum lucerna est, & lex lux.*** Ubi notanter advertit Didimus Pater antiquus, ideò legem divinam vocari lucernam, vel lucem, quia antequàm Sol justitiæ nobis illucesceret,tamquàm Cynosura, in tenebricosâ legis veteris nocte homines ducebat & illuminabat: ***Tamquam ante Solu justitiæ ortum, eos, qui in tenebris ambularent, illuminantem.*** Porrò dicere quòd lux serviat pedibus,& gressibus,***pedibus meis***, videtur hoc nihil aliud fuisse,quàm confiteri,eum esse de numero fatuorum,& insipientium,de quibus dicitur, quòd oculos habeant in calcanéo,seu pedibus, ad differentiam sapientum, & prudentum, quorum oculi in capite describuntur: ***Oculi Sapientis in capite ejus.*** Dicent alii,quod sentiunt, opinor ego, & judico, Regium Prophetam, voluisse significare Deo verbis illis promptitudinem animi, eique exhibere, & offerre voluntatem paratam ad obediendum in omnibus. ***Lucerna pedibus meis verbum tuum,*** quia idem erat illi,habere lucem divinorum mandatorũ, & habere pedes dispositos ad pergendum, & ad serviendum,illis,& obediendum. Non dicit, quòd lux illa deserviet oculis ejus, quia verus obediens non eget oculis, seu luce, neque videre debet,aut cognoscere id, quod Deus præcipit, sed omnia membra corporis ejus debent converti in pedes, quibus properanter decurrat viam mandatorum Dei, & obsequatur in omnibus, quæ jusserit. Occasionem aliquam præbuit huic conceptui Sanctus Ephrem hisce verbis: ***Pedes animæ, sunt intellectuales oculi*** Ne miremini dictum Regii Vatis, quòd verbum Dei,& cognitionem legis divinæ nuncupet lumen pedum,quia pedes animæ sunt oculi intellectûs, quasi diceret: tunc anima rectè dirigitur, quando lux divina transit ab oculis ad pedes,neque in illis hærens,his communicatur,& idem est cognoscere,ac ambulare,id est, nosse voluntatem Dei, & eam exequi.

Proverb. 6. v. 23.

Didymus citatus ab Agellio in hunc locum.

Ecclesiast. 2, v. 14.

8. Novistis cuncti tristem, & lamentabilem eventum Jonæ Prophetæ, quando, Deo eum mittente ad prædicandum pœnitentiam Ninivitis, ipse inobediens conscendit navim Tharsis,&c Res est notissima,eamque suppono,tamquam fundamentum eorum, quæ in illâ ponderare intendo. Loquens Sacer Textus de secundâ vice,quâ Deus iterato cum misit in Niniven, & ipse obedivit, dicit, quod ***Ninive erat civitas magna, itinere trium dierum.*** Et, omissis pro nunc variis opinionibus, inter cæteras placet Historicis, tamquam magis certa, opinio Diodori Siculi asserentis. Niniven habuisse quindecim leucas nostras in circuitu, & quatuor cum media in longitudine, ita ut satis arduum,& molestum foret prædicatori etiam diligentissimo, in unâ die naturali tertiam illius partem,scilicet,quinque leucarum spatium prædicando percurrere. Hoc supposito,ait Sacer Textus: ***Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius.*** Res ita contigit, pervenerunt nova de adventu Prophetæ & fama prædicationis ejus ipsâ die pervolavit totam civitatem. Indagant Sacri Expositores, qualiter hæc verba sint intelligenda. ***Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius*** ? & respondent passim omnes,Prophetam primo die, prædicasse in una parte civitatis, & mox famam per totam fuisse divulgatam, ideoque omnes fuisse commotos,& consternatos. Bona quidem expositio,& litterali sensui conformis, sed magis mihi arridet observatio D Hieronymi, quem Theophylactus & alii sequuntur. Recordabatur Jonas, inquit Sanctus, quam caro pretio illi constiterat præterita inobedientia,& quas incurrerat angustias,volendo curiosiùs perscrutari mandatum Dei,& trutinâ proprii iudicii,decreta divina ponderare, proprioque edoctus malo studuit celeri, & cæca obedientiâ contumacem inobedientiam corrigere; & qui ibi primò vacillarerat,dubitaverat,& inobediens rebellem egerat,hic audivit,tacuit,& obedivit tantâ animi promptitudine,& festinatione,ut iter, quod quilibet alius prædicator, etiam expeditissimus, posset conficere spatio trium dierum,ipse uno die percurrerit, & tempore viginti quatuor horarum, quindecim leucas itineris, prædicando per totam Civitatem, confecerit Notate,obsecro, verba Sancti Hieronymi, quæ attentionem merentur: ***Præcepti memor, & superiorus naufragis non oblitus, viam trium dierum unius diei festinatione complevit.***

Jonæ 3.

v. 4.

D. Hier. hic, & Theophylact.

Si ibi primitùs fuerit figura obmurmurantis, & inobedientis, hic humilis obedientis ſymbolum expreſſit.

9. Serviat pro coronide hujus conſiderationis allegoria illa Divi Ambroſii ponderantis locum illum Joannis, quando Lazarus quatriduanus, & ſepultus, obediens voci Salvatoris, *Lazare veni foras*, ſurrexit, & vivus è ſepulchro exiliit, Obſervat Sanctus Doctor, Evangeliſtam peculiariter declarare circumſtantiam reſuſcitationis Lazari, quòd ligatus manibus, & pedibus exilierit: *Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitus, & facies illius ſudario erat ligata.* Quæ verba in hunc modum commentatur D. Ambroſius: *Audivit defunctus vocem Domini clamantis, & exivit foras de monumento Comprehende ſi potes, quemadmodùm clauſis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradum dirigat, inſeparabili greſſu, ſeparabiliq; progreſſu: virtute enim divina præceptionis operante, natura ſuum non requirebat officium, & tamquàm in exceſſu poſita, non jam ſuo ordini, ſed divino nutui ſerviebat.* Excellentiſſimus profectò locus, & verba propemodùm divina, quæ utinam ego ſpiritu Ambroſiano dignè explicare poſſem; Conſiderate, inquit, ſpectaculum oculis veſtris objectum, & videte hominem ligatum manibus, & pedibus, oculis clauſis neſcientem ubi ſit, aut quò vadat, & impeditum, ne ad unum paſſum gradiatur, celerrimè tamen, & preſſo pede proficiſcentem. At ne miremini, opera ſunt divinæ potentiæ, ſufficit Dei imperium, ut Lazarus defunctus exeat è monumento, & undique ligatus ambulet, & natura officii ſui oblita, pareat præcepto Auctoris, ejuſque voluntati in omnibus obſequatur. Exemplum ſanè vivaciſſimum perfecti obedientis, de quo etiam Divus Bernardus pari modo eloquitur. *Verus obediens non procraſtinat, ſed præparat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſe totum intrà ſe colligit, ut mandatum peragat imperantis*, vult dicere compendio mellifluus Doctor, quòd verus obediens, non eſt naſutus mandati examinator, neque indagat an fas, vel nefas ſit obedire, an æquum, vel iniquum ſit obtemperare, & tandem perfectus obediens non ſyllogizat, neque argumentatur, ſed in ipſo temporis momento aures præbet auditui, lingua conſentit voci, & cætera membra executioni mandatorum ſedulò incumbunt. Verus obediens eſt veluti Lazarus cæcus, & undique ligatus, celeripes ambulat, & obédit. Tales fuerunt Patriarchæ noſtri Abraham, & David, ut jam in principio dixi, ideoque Spiritus Sanctus illos, tamquàm digniſſimos Salvatoris progenitores recenſet, & Sanctus Evangeliſta, utì tales, nominat. *Filii David, Filii Abraham.*

Joan. 11. V. 44.

Amb. de fide reſurrect.

D. Bern. epiſt. 7. ad Adamum.

Filii David, Filii Abraham.

Consideratio III.

Hi duo Patriarchæ ad tantum fœlicitatis faſtigium evecti ſunt, ut parentes ipſius Dei nuncupari promeruerint, quia gloriam propriam, & virtutes ſuas apprimè coram oculis mundanis celare, & occultare noverunt.

1. PHilo Alexandrinus deſcribens, & ponderans vitam Abrahami, attingenſque locum, ubi Sanctus Senex mandavit pueris, & ſervis ſuis, ut ad radicem montis ſubſiſterent: *Expectate hic*, &c. fatur in hæc verba: *Dein operâ longè à tergo relictu etiam duobus famulis, ne ſe coram teſtibus oſtentare videretur*, Nolite exiſtimare, inquit Philo, Abrahamum caſu fortuito ſervos ſuos ad pedem montis reliquiſſe, ſed ſtudiò, & ex profeſſo id egiſſe: principalior enim hujus facti ſcopus, fuit, occultare mentis ſuæ propoſitum, & celare ſacrificium filii ſui Iſaac, ne quis putaret, eum ideò comitatum aſſumpſiſſe, ut operis teſtimonia haberet, & publico præconio voluiſſe divulgare, quod propter Dei amorem peragebat, quia nihil ei magis in votis erat, quàm, ſi poſſibile foret, factum coram oculis mundi perpetuo ſilentio, & taciturnitatem involuere, ſoli Deo placere, ejus oculos teſtes deſiderando, à quo unico præmium ſperabat. Conformiter ad dicta allegorizat idem Philo reſponſum Abrahami ad quæſtionem ſibi ab Angelis propoſitam: *Ubi eſt Sara uxor tua?* ubi enucleatè Philo: *Non ignarus rogat, ſed ut reſponſum elicitat, per quod ille hauſerat cum laude reſponſum*, quaſi diceret, ut ego quidem ſentio, quòd non interrogaverit Deus ignorans, cui omnia ſunt manifeſta, ſed ut reſponſum aliquod bonum expiſcaretur ab Abraham, tanti æſtimavit Deus Sancti Senis dictum, *Ecce, in tabernaculo eſt*, id eſt, Sara ob nimiam verecundiam ſuam, & modeſtiam, ne quidem auſa eſt coram Deo, ſeu Angelis, in domo comparere, ut ideò eam, quæ ſterilis erat fœcun-

Philo Alexandr. lib. de Abraham. Geneſ. 22

Philo lib. qd. de 10. Gen. 18. V. 9.

Digitized by Google

fœcundam fecerit Matrem, & ſenem jam decrepitum, Patrem. Allegorizans eumdem locum, ſubjungit idem Philoſophus, Deum eamdem interrogationem cuilibet noſtrùm proponere: *Vbi habes virtutem?* undè neceſſarium eſt, ut ſi præmio condecorari voluerimus, reſpondeamus cum Abrahamo: *Ecce apud me ipſum virtutem habeo repoſitam, ſeu rem pretioſiſſimam*, & dicamus, virtutem noſtram repoſitam eſſe in animâ noſtrâ abſconditâ ab oculis mundanis, & ſolis divinis manifeſtâ, ſicque reſponſum adeò bonum Deus pari honore, quo Abrahami dictum, remunerabit.

2 Quando David, proſtrato gigante, obtinuit victoriam illam illuſtriſſimam. &, inter omnes tam in humanis, quam divinis litteris non miraculoſas, commendatiſſimam, præcinentes filiæ Jeruſalem in tympanis, canticis, & hymnis, triumphum victoriæ ejus celebrarunt, dicentes: *Percuſſit Saül mille, & David decem millia.* Vbi obiter notandum cum Sancto Ambroſio, filias Jeroſolymitanas, volentes, cæteros ad majora provocare, hæc coram Aulicis, & Patrinis decantaſſe, *Vt, ita mirabiliter auditu, ad majora aſcenderent*; additque Sacer Textus, quòd, partâ victoriâ, caput hoſtis occiſi detulerit in Jeruſalem, arma verò ejus, & gladium, quo ei caput præciderat, repoſuit in tabernaculo ſuo. *Arma verò ejus appendit in tabernaculo ſuo*, videtur quidem David, ſecundùm ſenſum litteralem, ea in domum ſuam aſportaſſe, verum Divus Hieronymus aſſerit, quòd, licèt Sacra Scriptura dicat, eum arma illa appendiſſe in tabernaculo ſuo, id tamen nequaquam ſit de domo Davidis, ſed Dei intelligendum, *Non eſt intelligendum, quòd in ſuo poſuerit tabernaculo, ſed in tabernaculo Domini*, & hoc probat Sanctus Doctor dicens: *De quo tabernaculo poſteà hæc ab Achimelech ſuſcepit?* Quæ res poſtmodùm cõtigit in Nobe, quando Sacerdos Achimelech ei gladium Goliath porrexit, qui in tabernaculo abſervabatur.

1. Reg. 18. v. 7.

D. Amb. hic.

1. Reg. 19. v. 54.

D. Hier. in quæſt. Hebraor.

3. Inquirit doctiſſimus Abulenſis rationem, quarè David gladium, quô Philiſtæum occiderat, detulerit in domum Domini? & accomodatiſſimè ad rem noſtram reſpondet: *Indicans per hoc, quod ipſe non intendebat habuiſſe victoriam hanc à ſe, ſed à Deo, ideò dabat hoc illi in munere.* Volebat David hôc facto propriam gloriam celare, & virtutes ſuas occultare. Erat Sanctus adoleſcens in civitate illâ boni nominis, & famæ, tam propter exemplum probæ vitæ, quàm propter invictum robur brachii ſui poteratque quiſpiam cogitare, eum virtute, & meritis ſuis tam celebrem promeruiſſe victo. iam ut igitur huic vanæ obviaret opinioni obtulit gladium, inſtrumentum victoriæ, Deo, tamquàm Authori illius, quaſi proteſtaretur, dicens: non ego interfeci gigantem, Dei brachium proſtravit illum, non mereor ego applauſum hujus victoriæ, Deo referendæ ſunt gratiæ pro tam glorioſo triumpho, ipſe enim pugnavit, ipſe vicit, ipſe triumphavit.

Abulenſis hic.

Narrat Philo Alexandrinus, quòd, quandò David cum gigante deſcendit in arenam, juxtà torrentem elegit quinque lapides, quos Sacer Textus commemorans, dicit: *Tulit quinque limpidiſſimos lapides de torrente*, aitque, quòd illis inſcripſerit nomina præclarorum Patriarcharum populi Hebraici, videlicèt, primò nomen Abrahæ, ſecundò nomen Iſaac, tertiò nomen Jacob, quartò nomen Moyſis, quintò verò, *nomen ſortis*, per quod ſignificatur Jeſus Nave, ſeu Joſuæ, & magis appoſitè ſanctiſſimum nomen Jeſu, quem Sacra Scriptura fortem appellat, *vocabitur Deus fortis*. Primus ictus, quo impetum fecit, fuit factus lapide hôc ſancto nomine inſignito, quô etiam gigantem proſtravit, & dejecit, & ita infertur ex dictis ejus: *Tu venis ad me cum gladio, haſtâ, & clypeo, ego venio ad te in nomine Domini exercituũ.* Quas cauſas, quæve motiva habuit David ad tot cautelis & præventionibus utendum? eadẽ, quæ habuit ad appendendum gladium in Tabernaculo Domini, ad obſcurandam, videlicèt gloriam nominis ſui, & ad virtutes proprias ab oculis hominum occultandas. In his præclarè geſtis, quibus egregiè excelluerunt Patriarchæ noſtri David, & Abraham, omnibus Chriſtianis doctrinæ exemplar apprimè neceſſarium præbuerunt, maximè iis, qui datâ operâ, majori ſtudio, perfectioni incumbunt, & ſe ſanctis virtutum exercitiis dedunt, quamobrem perſedulò conari debent, ut ſoli Deo innoteſcant, in quem unum, omnem præmii & ſpei ſuæ anchoram figent, quia virtutes & opera ſua publicæ oſtentationi exponentes, eorumdem meritum amittent, & gloriam perdent. Eſt vana gloria, teſte Sancto Abbate Iſaiâ, ſimillima hederæ, quæ amplexu ſuo vitem enecat. *Quemadmodum, hedera vitem amplexa fructus illius deſtruxit, ſic inanis gloria hominu labores evertit.* Floreat anima juſta etjam virtutibus exuberans, ſi ſolius inanis glo-

4. Philo Hebr. lib. de antiquit. biblioth.

Ponnſiel. Anate 4. c. 11.

1. Reg. 17. v. 45.

D. Iſaias Abbas orat. 16.

gloriæ elatus irrepſerit, omnes virtutum fructus marcore quodam inficiet.

5. Maximâ conſideratione dignum eſt artificium, & diſpoſitio naturæ, quâ à ſe producta conſervat; producit aurum, & procreat argentum in fodinis, & viſceribus terræ ſupernis adjuta ſolis influentijs, dum oculis hominum inuiſa, latebris occultata manent, ubi verò eadem videntur, ſeu cognita conſpiciuntur, illicò natura ejſdem metallis ſpoliatur. Eſt hæc obſervatio Sancti Gregorij Nyſſeni conſiderantis, quàm latenter naſcantur grana in ſpinis, ne à volucribus offendantur, vel etjam rapiantur, quodlibet enim granum ſi attentiùs inſpiciatur, duobus vel tribus folliculis ſeu palliolis circumveſtitur, quibus protegitur, & defenditur, & quaſi hæc nondum ſufficerent, ad ſecuritatem ejus providit natura, ut quælibet ſpica acutis quibuſdam ſpiculis muniretur, quæ veluti excubitores, & vigiles haſtis, & lanceis illam cuſtodiant, & tueantur. Tandem conſiderationem proſequitur Divus Gregorius Papa, explicans in eum finem verba illa Oſeæ: *Ficum meam decorticavi*, quem ibidem curioſiores inſpicere poterunt. Eumdem ſtylum, & ordinem, quem natura obſervat in converſatione cujuslibet rei, quàm majoris facit, ſolent paſſim homines obſervare in rebus maximi valoris, & pretij ſcientes in arctâ cuſtodiâ, & diligẽti occultatione earumdem utilitatem, conſervationem, & permanentiam conſiſtere. Quantò pretioſiora ſunt opera virtutum, & obſequia, quæ Deo præſtamus ſuper omnes res creatas, quas mundus dare poteſt, tantò majore curâ, & ſollicitudine opus eſt, ad abſcondendum, & occultandum hunc pretioſiſſimum theſaurum; quemadmodum fecit ille, qui vendidit univerſa, quæ habebat, ut emeret agrum illum, in quo totum abſcondit quod invenit. Et quis noſtrûm ſecùs fecerit, ait magnus Doctor, *deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via* Vbi enim bona opera noſtra publico applauſui expoſuerimus, & ab humanis laudibus non abſconderimus, eis nos privatos, & penitùs ſpoliatos reputare poſſumus.

D. Greg. Nyſſenus orat. 3. de reſ.

D. Greg. l. moral. Joel. 1. v. 7

D. Greg. hom. 12. in Mat. c. 83

6. Poſuit Dominus Deus primum hominem in Paradiſo, ut, ſacro atteſtante eloquio, operaretur, & cuſtodiret illum. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum.* Sancti Patres, & Interpretes Sacri varias adhibẽt hiſce verbis explicationes. Verùm Divus Gregorius in ſenſu myſtico, & Spirituali eadẽm ad intentum noſtrum declarat. *Operatur ille, qui agit bonum virtutis, quod præcipitur. qui eadem opera cuſtodire, & ſervare tenetur.* Duo hîc fuerunt præcepta Adamo, & in illo, omnibus juſtis, quorum ipſe in fæliciſſimo innocentiæ ſtatu vivaciſſimam figuram exprimebat, ut opera ſancta faceret, & illa ſarta cuſtodiret: id ipſum exigit Deus à ſervis ſuis, ut benè operentur, & meliùs cuſtodiant, quia ſumma perfectionis non in ſolis bonis operibus ad obſequium Dei præſtitis, etiam vitæ æternæ condignis, ſed in ſollicitâ & vigilanti cuſtodiâ eorumdem conſiſtit; quarè ſolerti opus eſt vigilantiâ, & & maximi refert, ut quiſque cautè ambulet, humanos fugiat applauſus, inanis gloriæ lenocinia devitet, & prudentiſſimi Catonis conſilium ſequatur: *Numquam rectè feceris, ut feciſſe videaris.* Serviendum eſt Deo, & tacendum, operandum, & abſcondendum, meritum accumulandum, & cuſtodiendum, niſi velimus inanem eſſe omnem laborem noſtrum, oleum, & operam perdere: quia gloria, & laus humana, eſt vermiculi inſtar corrodentis bonitatem operum, & valorem eorumdem conſumens, & meritum deſtruens, & corrumpens.

Genes. 2. v. 15.

D. Greg. lib. 19. moral. cap. 13.

7. Exploratiſſimam hujus veritatis notitiam habebat Sanctus Moyſes, quando deſcendens è monte à colloquio Dei tanto ſplendore, & claritate vultus refulgebat, ut majores populi videntes gloriam, & pulchritudinem vultus ejus. *Timuerint propè accedere.* Et animadvertens Moyſes, quòd ſplendorem vultûs ſui admirarentur, Sacro atteſtante Textu, *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam.* Allegorizans Oleaſter hoc factum Moyſis notat differentiam inter veros, & fictos juſtos, ſeu ſervos Dei, quòd hi, ſi quid boni, aut laude dignum habuerint, illicò geſtiunt præconis voce, & inflatâ buccâ deprædicari, omniaque dona ſeu favores à Deo ſibi collatos in vulgus ſpargunt, ut à cunctis æſtimentur, &, ut Sancti, paſſim honorentur: *Inflata bucca prædicant dona, quæ habent, aut potiùs ſe habere à Deo putant; dolent ſi non viderint prædicari.* Porrò veri, & perfecti famuli Dei, qualis erat Moyſes, tantùm abhorrent publicum virtutum ſuarum præconium, quantùm ipſe ſplendorem faciei ſuæ ſibi ex colloquio Dei communicatum, oculis aliorum manifeſtari detrectabat, qui ne conſpiceretur à

Exod. 34. v. 30

v. 33.

Oleaſter hic.

populo faciem velo obduxit: *Sanctus vero Moyses, cùm alios admirari videat, velamine faciem operit*, non solùm operabatur, sed etiam custodiebat, *ut operaretur, & custodiret.*

Quando Deus creavit cœlum, legimus illud duo habuisse nomina, primùm in ipsâ creatione, *Firmamẽtum*, secundum verò absolutâ creatione, quasi Deo primum nomen non
Gen.1.v.8 sufficeret: *vocavit Deus firmamentum cœlum.* Et quid ita? ex ipsâ vocabuli significatione, causa, & ratio depromitur, quia firmamentum, notante Oleastro, extensionem significat. *Vocavit extensionem, cœlum.* Quia revera quando Dominus illud ex nihilo produxit, materiam illius extendit, fecitque orbes adeò dilatatos, & spatiosos, ut latitudine suâ universum orbem ambirent, & circumcingerent. Cœlum igitur, inquit Deus, tam pulchrum, & formosum, quod ego inhabitabo, non appelletur hoc nomine, quia vanum & suspectum ostentationem inanem significat, extendere, & mundum totum circumdare, non est nomen appositum, neque congruum. Et, *cœlum*, Domine Deus? hoc sanè placet, inquit Stephanus Cantuariensis, quia cœlum à celando, & abscondendo dictum, est nomen proprium humilitatis, quæ gloriam suâ, ne videatur, celat & abscondit, ita cœlum in bonis, quæ continet, licet extensum, & totum universum circumcingere videatur, non tamen manifestat omnia, quæ in se complectitur, unum quidem cœlum nos intuemur, & tamen decem sunt orbium cælestium sphæræ, excepto undecimo, quod Empyreum nuncupatur, estque beatorum firma quies, & stabile domicilium. Plures oculis nostris conspicimus stellas, sed earum magnitudinem ignoramus. Igitur à primo cælo sursum plurima sunt videnda, quæ volente, & favente Deo, ibidem clarissimè intuebimur. Non voceris firmamentum, sed cælum, quia cùm plurima, eaque occultata complecteris bona, simillimũ es humilitati, cuius proprium munus est, dona cœlestia abscondere, & virtutes proprias celare. *Quia mens justi, quæ per bona opera firmamentum est, cælum dicitur, quia est sculpta floribus, & conscientia gloriam celat.*

Oleaster hic. Stephan. Cantuar. apud le Haye.

9. Neque defuit hæc excellentia virtuti Sanctissimi illius Regis Oziæ iuxtà observationem Divi Chrysostomi ponderantis id, quod Sacra Pagina de eodem enarrat: *Et fecit Oziæ, quod rectum est in conspectu Domini.* Vbi eleganter Chrysostomus: *Magnam Oziæ virtutem fuisse, illud divinum testimonium comprobat, quod dictum fuit, & fecit, &c. Non enim solùm fecit, quod rectum erat, sed etiam fecit in conspectu Domini, non apud homines ostentans.* Notate modum, quo Spiritus Sanctus laudat, & egregijs encomijs celebrat virtutem Oziæ, eiusque excellentiam: non enim solùm dicit, quòd bene operatus fuerit, sed quòd etiam coram Deo rectè egerit, quasi diceret, in omnibus bonis operibus soli Deo placere, eiusque oculis se gratum exhibere studuerit, non verò auram popularem affectaverit, aut oculos mundanos sibi conciliare fategerit, quibus plurimi bona opera, quæ faciunt, manifestant, & ostentant.

2.Paralip. 26. v. 4.

Omni ponderatione digna est responsio, quam Iacob dedit fratri suo Esau, quando hic illi ex Mesopotamiâ redeunti occurrit cum quadringentis equitibus, & post amicissimos illos amplexus illi se comitem, & socium itineris offert. Videns Iacob se celeres gressus fratris presso pede non posse assequi, seiptum excusans, hisce verbis eum alloquitur: *Nosti, Domine, quòd parvulos habeam teneros,* Gen.33
& boves, & oves fœtas mecum: quas, si plus in v.13.
ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Tu, amantissime frater, gigantco gressu viam decurris, ego verò parvulos, mulieres, & tardigrados greges mecum habeo, quæ omnia itineri meo remoram injiciunt, neque potens sum, illis impeditus, vestigia tua assequi; igitur *præcedat Dominus meus, & ego sequar paulatim vestigia ejus.* Carpo responsum Iacobi, quo sociorum fratris declinare contendit, & allegat impotentiam suam, eo quod, si gressum accelerat, cunctum gregem suum mortis periculo exponeret. Consultius videretur, si Iacob excusationem prætexeret, eique diceret, te claudum, mutilum, seu uno pede enervatum non posse congredi, eo quod homo unipes fulcris incedens, bipedem, & sanum assequi nequeat: nihilominus videmus, quod Iacob non hanc, sed aliam excusationis causam protulerit, idque ideò meâ sententia (salvo meliori doctiorum judicio) quia si fratri Esau claudicationem suam detexisset, certa fuisset futura interrogatio. Tu claudus? vnde, & à quo tempore? nonne te semper sanum, & & membris integrum cogno-

10.

cognovi? quis igitur te ſubnervavit, quiſve claudicantem fecit? quomodò, & quando tibi tale accidit infortunium? Si negotium eò fuiſſet deductum, conſtringebatur Iacob ei candidam fateri veritatem, & propalare lucram, quâ, nocte elapsâ, cum Angelo certaverat, cum Deo manus conſeruerat, qualiterque ex conflictu illo claudus evaſerat: *Tetigit nervum femoris ejus, & emarcuit*, & occaſione ejus, illi revelare victoriam ſuam contra Deum, quodque ſibi Deus nomen Iacob in Iſrael commutaverat, & tandem omnia beneficia ſibi à Deo munificentiſſimè collata expandere, & declarare. Quocirca ad evitandum hoc maximum inconveniens, claudicantis tibiæ defectum ſubticuit, & cauſam ſubterfugij, tarditatem, & imbecillitatem gregis ſui prætexuit, ut hoc pallio gloriam, & virtutes ſuas obtegeret, & abſconderet. Porrò objicietis mihi, Iacob alibi revelaſſe myſticæ illius ſcalæ viſionem, cujus ſummitas cœlum tangebat: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum* Non inficior, ſed hæc ſomnia fuerunt, licèt prophetica, &, tamquàm ſomnia eadem enarravit, & nequeunt ſomnia anſam præbere vanitatis; quia potuit ſomniare, ſe Deum contueri abſque ullo talis viſionis meritò, ſed obtinere à Deo benedictionem, cum eoque colluctari, magna præſupponit merita; hæc igitur celat Iacob, ne ea deprædetur vana gloria, quemadmodum ſolet facere in illis, qui ſe ab illius prurigine affectu & æſtu ſeduci permittunt.

Geneſ. 32. v. 25.

Gen. 28. v. 12.

11. Componit Sanctus, & mellifluus Doctor Sermonem, cui hoc præfigit argumentum: *Ut Virgo non deſideret civitates videre*, enucleanſque ad propoſitum ſuum verba illa Canticorum, quibus Sponſus alloquens Dilectam ſuam, ejuſque ſummam deprædicans excellentiam, comparat eam horto concluſo: *Hortus conclusus, ſoror mea ſponſa*, fatur in hæc verba: *Concluſus enim hortus, ſancta anima mea eſſe dicitur, dum amore vitæ æternæ à ſtrepitu ſæculari ſe abſtrahit, ut, dum viſus hominum fugit, dum bona, quæ agit, propter laudes hominum abſcondit, dum ſe propter Deum ne ab hominibus videatur, includit, dum humanas laudes contemnit, ne ad interiora rapienda hoſtis antiquus irrumpere poſſit*. Ac ſi diceret Sanctus: nominat ſponſus cæleſtis animam ſanctam, hortum concluſum, quia, ſequeſtratâ omni voluptate, & conſortio mundano, ſe totam Deo conſecrat, ejus ſolummodò ambiens alloquium. Nuncupat viridarium concluſum, dum eam plenam floribus caſtorum cogitatuum, & ſanctis operibus fœcundatam, & meritum oculorum mundanorum fugientem, & opera meritoria ab humanis laudibus abſcondentem conſiderat, fugientem, dico, humanum aſpectum, ne laudetur, neve vetus ille hoſtis eam depopuletur, & devaſtet, quemadmodùm antea malo quodam horto malè cuſtodito, & patente, fuit graſſatus; quia, conſtituente Deo primum hominem in paradiſo terreſtri hortulanum, imò, & cuſtodem, uti jam ſupra diximus, ille adeò incurius, & iners fuit, ut ſerpenti ſecurum aditum, & ingreſſum conceſſerit, (maximè, ſi vera eſt opinio dicentium, animalia omnia fuiſſe extrà paradiſum) ſi namque excubias ad portam conſtituiſſet, & oculos occluſiſſet, indemnis in fœliciſſimo innocentiæ ſtatu perſeveraſſet, quia verò oſcitanter, & nimis negligenter confidens ſecuritati loci, quòd paradiſus eſſet, fuit expulſus loco, & omni gratiâ deſpoliatus: in hâc igitur vigilanti curâ, & diligenti occluſione portæ, teſte Sancto Bernardo, tota conſiſtebat Sponſæ fœlicitas, ut neque dæmon, neque mundus potuerint prævalere adversùs eam, quæ ſolum Deum tamquam objectum ſuarum actionum, & virtutum, habebat. Totum hoc laus, & encomium Sponſi complectitur.

D. Bern. ſer. 60. cap. 4.

Diſcrepant Sacri Interpretes in expoſitione illorum verborum Danielis; *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*. Scio quidem communem Interpretum declarationem eſſe, quòd libri illi ſint opera noſtra; verùm Sanctus Petrus Damianus libros, in ſenſu morali, juſtos interpretatur: *Quorum nunc meritum, per cuſtodiam humilitatis abſconditur, & tamquam volumen codicis, ne legatur, involvitur* Fuerunt juſti, inquit Sanctus Cardinalis, in vitâ ſuâ libri clauſi, quia talenta, merita, & virtutes ſuas occluſerunt, humilitas verò, & neglectus ſui, & feræ, & clauſtra ſunt, quibus hi libri clauſi fuerunt, in illâ verò die aperiet Deus, & explicabit hos libros, & omnes virtutes, theſauroſque in eis abſconditos toti mundo manifeſtè propalabit; Idque erit in extremo illo judicij die, interim libri illi volunt aperiri, & ſunt claudendi, ita ut Sancti nedum ſint horti concluſi, ſed etjam libri clauſi.

12. *Dan. 7. v. 10.*

D. *Petrus Damian. epiſt. 3. c. 8.*

Ad hunc fermè modum explicat Sanctus Augustinus versum illud Davidicum: *Apud te laus meâ in Ecclesiâ magna*, id est, omnes laudes meæ ad tuam gloriam, & honorem diriguntur, idemque sonat, (juxta mentem Interpretum, qui verba illa de Davide exponunt) ac si diceret, non ero contentus laude tuâ speciali, sed serviam tibi, & celebrabo magnificentiam tuam jubilo communi, & solemni gratiarum actione, neque totum illis impendam: *Apud te laus mea in Ecclesia magna.* Nihilominus Divus Augustinus asserit, verba illa, in sensu litterali, hunc reddere sensum: *Non laudem meam quæro, quia tu mihi es laus, qui in sanctis habitas.* O Domine Deus, nolo laudem operum meorum, si quam merentur, nisi à te solo, tibi soli servire, & placere studeo, à te solo laudem & præmium exspecto, non à mundo, cujus laus non est præmium virtutum, sed tinea cuncta bona corrodens; ideoque tutissimum est, illa ab oculis humanis abscondere, & solis divinis eadem offerre, & præsentare. Confirmat hanc Divi Augustini expositionem Agellius allegorizans hæc verba, & affirmans, ea in sensu figurativo, seu Prophetico intelligenda esse de Christo incarnato, &, ut Deo, & homine, Patrem æternum alloquente: *Aut si divinæ naturæ hæc verba tribuere placet, possunt etiam sine æqualitatis divinæ detrimento dicta censeri: nam quod ipse cum Patre fecit, ad Patrem refert, tamquàm ad suæ divinitatis originem, atque principium, à quo non modò, ut hæc posset, sed ut Deus esset, accepit*, ita ut ipse Filius Dei, homo factus, omne bonum suum, quod erat summum, & infinitum Patri æterno attribuat, quasi diceret: Pater æternæ, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio omnium bonorum, qui à te omnium principio, & fonte perenni cuncta recepi. Admirabile encomium! solis paternis oculis omne bonum offerebat Filius, imò & quatenùs Deus Patri æqualis, & consubstantialis, omnia ad Patrem referebat; idcircò non tantoperè admirandum, quod Sancti, qui sunt filij Dei per gratiam, tantumdem fecerint, agnoscentes Deum Auctorem omnis boni sui, gloriamque suam ab oculis humanis abscondentes, & erratus suos toti mundo, & seipsos ostentui propalantes.

13. *D. Augu. in expositione. Ps. 21.*

Singularis est ponderatio Sancti Ambrosij super illa verba Doctoris gentium ad Corinthios, ubi agens de revelationibus habitis ante annos quatuordecim in raptu illo, seu divino mentis excessu, ita loquitur: *Scio hominem raptum usque ad tertium cœlum, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit.* Notate, inquit Divus Ambrosius, Paulinum loquendi modum, loquitur in suâ personâ, quasi in duali loqueretur. *Scio hominem*, in tertia personâ, *raptum*, in primâ personâ *nescio*: *constituit unum in Christo, & se alterum, qui ait, nescio.* Id quod scit, ponit in alio, id verò quod nescit, ponit in suâ personâ, alienum, est bonum, proprium, non est, *quod alienum est, attollit, quod suum est, humiliat.* Additque Sanctus Doctor. *Verecundè igitur se testem maluit significare, quàm virum.* Novo igitur stylo, & modò gloriam suam zelavit, justitiam manifestavit, & humili quadam verecundiâ, & pudore, sed heroico, & sancto maluit dicere, se, ut testem ocularem, noviſse hominem quemdam, quàm dicere, se esse hominem illum adeò sapientem, & tanto favore dotatum. Ex dictis omnibus, ad instructionem, & doctrinam nostram colligendum est, ut addiscamus proprias virtutes, & gloriam occultare, & in omnibus actionibus nostris soli Deo placere, utque ab illo omnium bonorum operum nostrorum laudem sperare studeamus, quemadmodum Divus Gregorius Nazianzenus rectissimè consulebat: *famam, nec nomen, ne nimis quæras velim, probum esse præstat, quàm videri*, &c. Imitemur vestigia horum Patriarcharum Davidis, & Abrahami, qui ut in vestibulo considerationis diximus, ideò ad tantum dignitatis gradum evaserunt, ut ipsiusmet Dei parentes nuncupari promeruerint, quia optime noverunt, gloriam propriam celare, & virtutes suas ab humanis oculis abscondere. Hoc sonat, *filij David, filij Abraham.*

14. *2 Cor 12. v. 2. & 3.*

D. Ambr. hic.

Filij

Digitized by Google

Filii David, Filii Abraham.

Consideratio IV.

Honoravit Deus hos duos servos suos, Davidem quidem, ut pœnitentem: Abrahamum verò, tamquam fidelem; neque hic perdidit propter Idololatriam, neque ille propter adulterium commissum, & homicidium intentatum; quia conjecit Dominus oculos in id, quod in præsenti erant, neque meminit illius, quod antea fuerant.

1. 2. Reg. 15. v. 3. Abulens. hic.

LOquens Sacra Scriptura de Rege Abiâ abnepote Davidis, condemnat pessimum ipsius agendi modum & regimen: *Nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David Patris ejus.* Carpit hunc locũ Abulensis, & examinat, quare Spiritus S. asserat, cor, & animam coram oculis Dei, cùm tamen crimina ejus publica, & scandalis obnoxia, lippis ac tonsoribus nota essent, quæque ipse Sacer Textus tam explicitè recenset, videlicet, adulterium cum Bethsabee, homicidium Uriæ mariti atque inanis gloria, quâ populum jussit numerari & similes imperfectionũ ejus defectus, & insuper dicit Spiritus S. quòd fuerit cor ejus perfectum coram Deo; non caret sanè magnâ difficultate. Accipite Abulẽsem. *Quod sollicitus sit circa cultum Dei, & ut agat, quantùm poterit, ut Deus semper colatur.* Vultis scire, in quo perfectio Davidis anteà peccatoris, & flagitiosi consistat? in diligenti, & solerti curâ, & zelo cultus divini. Sufficiebat hoc solùm ad dicendum cor ejus esse perfectũ coram Deo, etiamsi delicta ejus essent notoria, & ejus peccata cunctis cognita, omnia enim hôc facto oblitteravit, & sub oblivionis monumento sepelivit, ne ulterior eorum haberetur memoria, & æstimaretur à mundo, tamquam justissimus Rex, qui anteà fuerat sceleſtus, & de plurimis criminibus notatus, ita ut modò non reputetur, qui anteà fuerat, sed qualis in præsentiarum erat.

2. Mutavit Deus Patriarchæ Abrahamo nomen quando illi mandavit egressum è terrâ suâ, ubi vocabatur Abram, & deinceps semper eum appellavit nomine à se impositò, Abraham. Quando enim vocavit eum ad sacrificandum filium suum, non unâ, sed geminatâ voce reclamavit: *Abraham Abraham*; Quarè potiùs eum consueto, & priori nomine non vocavit? elegantissimè ad rem præsentem respondet Oleaster. *Res in melius commutata, indigna sunt, quæ prioribus nominibus appellentur, hæc de causa. Abram. in Abraham mutatus est, quò docemur, ut, si quem ex peccatore justum, ex malo bonum, aut in melius commutatum viderimus, nominis prioris odiosi obliviscamur.* Mutavit Deus nomen Abræ, quasi diceret Dominus: dum in Chaldæâ inter Idololatras, juratos Dei hostes, degeret, nuncupabatur Abram, postquàm verò ad obsequendum mihi, patriam deseruit, parentibus, amicis, cæterisque notis valedixit, non hoc, sed nomine Abraham appelletur. Homo enim, qui tantâ animi promptitudine obedivit Deo, & adilli serviendum dereliquit suos ritus, & cæremonias, quibus in patriâ suâ fuit instructus, & vocanti Deo, verbo, & inspirationi ejus tantâ celeritate acquievit, & suiipsius tantam mutationem fecit, neque modò est, qualis anteà, nefas erit, eum nomine priori vocare, & præteritorum criminum scelera ei in memoriam revocare: Nuncupetur novo appellationis titulo, præsentis gratiæ, & virtutis significativo, hoc enim mysterium continet significatio hujus vocabuli, *Abraham*, quod idem sonat, ac *Transitor*, nõ solùm, quia de loco ad locum, regione ad regionem peregrinaturus erat, verùm etiam, quia vitæ statum de malo, in bonum, & meliorem commutavit. Præsupponunt hi Doctores, Abraham in patriâ suâ fuisse Idololatram, & inter illos maximè Genebrardus, innitens fundamento Sacræ Paginæ, quæ in libro Iosue hæc verba commemorat. *Trans fluvium habitaverunt Patres vestri ab initio Thare, Pater Abraham, & Nachor, & servierunt Diis alienis.* Eidem subscribit Philo Alexandrinus, licèt contraria opinio sit probabilis propter auctoritatem eorum, qui eam defendunt. Verum sequens modò Philonem, & Genebrardum, dico cum Doctissimo nostro Oleastro, quod hôcce stylo, & agendi modo cum Patriarchâ Abrahamo dederit nobis Deus instructionem, & doctrinam apprimè necessariam,

Genes. 22 v. 1.

Oleaster super verba illa: vocavit firmamẽtum, cælũ

Genebr. Iosue 24. Philo Hebr. l. de Abrahã.

fariam, & dignam, quæ altè cordi, & animæ noſtræ infixa hæreat, ut, videlicèt, proximos non peſſimo nomine, quò aliquando notabantur, ſed tali vocabulo, quod de præſenti merentur, appellemus, non nomine, quod præteritorum flagitiorum memoriam refricet, ſed quod novitatem virtutum, & melioremvitæ frugem ſignificet: *Nominis priorus odioſi obliviſcamur*, ſepeliatur, & æternæ oblivioni tradatur abominandus Abrahamiticæ Idololatriæ ſtatus, & memoriæ æternæ inſculpatur fides, obedientia, cæteræque virtutes Abrahæ, ne umquam oblitterentur.

3. Iacob Abrahami Abnepos in ipſo vitæ limine conſtitutus, pulſu arteriæ proſtrato, & animâ ſupremis labijs hærente, jam jam vitam cum morte commutaturus: *Confortatus ſedit in lectulo*, & reſumptis viribus cœpit prædicare filijs ſuis, ſingulisque ſuam impertitus eſt benedictionem, & incipiens à Ruben primogenito, hanc ei imprecatur. *Ruben primogenitus meus prior in donis, maior in imperio, effuſus es, ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile Patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* quaſi diceret. Tu principium doloris mei, primogenitus meus eras. tibi Sacerdotium, tibi imperium debebatur, ex te Sacerdotes, & Reges erant naſcituri; ſed tu libidini ſerviens, & effuſus, ut aqua, ad omne malum, tuijpſius lictor & carnifex fuiſti, inceſtum commiſiſti, abutens Balâ ſecundâ vxore meâ, non creſces, neque pedem tuum viridi ramo impones, orbaberis cunctis bonis tibi jure primogenituræ debitis. Hæc fuit benedictio Ruben, vel, ut certius loquar, maledictio eius, quam poſtmodum Sanctus Moyſes in Deuteronomo, benedicens filijs Iacob, ſuſtulit hiſce verbis: *Vivat Ruben, & non moriatur.* maledictionem, quam ei imprecatus fuerat, Moyſes, diſponente Deo, in benedictionem commutavit. Indagant Sacri Interpretes ſuper hunc locum, quamobrem Deus voluerit punitionem, & pœnam Rubeni in favorem, & maledictionem in benedictionem converti. Varias adducunt rationes, ſed Diodori Patris ſanctiqui explicatio intento noſtro maximè congruit. *Debuit Moyſes criminis illum culpâ liberare, qui fratri ſuo Ioſeph ſemper pepercerat.* Æquum, & juſtum fuit, ut Moyſes Rubeno benediceret, qui fratrem tanto amore contra fratricidas defenderat; homo enim, qui tantâ charitate fraternâ exæſtuat, ut etiam proximo in extremis vitæ periculis ſuccurrere non vereatur, dignus eſt, cui præteritum condonetur delictum, neque amplius memoretur ejus iniquitas, & abſolvatur à culpâ, & pœnâ, & maledictio paterna commutetur in benedictionem cœleſtem, ut deinceps perpetuo involvatur ſilentio inceſtus Rubeni, & in æternâ memoriâ ejuſdem benignitas, & fraterna charitas conſervetur.

Gen. 49. v. 3. 14.

Deuter. 33. v. 6.

Diodorus in catena græca.

Examinavit Chriſtus Redemptor noſter S. Petrum Apoſtolorum Principem circa materiam amoris, *Diligis me plus hu?* ipſe, notante ſancto Patre Auguſtino, reſpondit ad, *diligo.* & ſubticuit ad, *plus Tu ſcis, Domine, quia amo te, non autem addit plus hu*, cùm tamen Dominus interrogaret illum, non ſolum, an diligeret, ſed an præ cæteris ferventiori amore, & ſingulariori affectu illũ proſequeretur; quò voluit noſ Chriſti Vicarius edocere; ut humiliter de nobis ipſis ſentiamus, neve umquam audiatur ex ore noſtro, quòd cæteris prævaleamus, ſeu alijs ſimus perfectiores. Premit Divus Chryſoſtomus intentum, ſeu finem, quem Chriſtus in hôc Petri examine habebat quòd, ſcilicet, volebat ei committere oves ſuas regendas, & tradere Eccleſiæ ſuæ gubernaculum, obſervatque, quòd eum de amore, quò de facto Præceptorem amabat, examinaverit: *Diligis me?* neque præteritæ negationis, quaſi illius oblitus, mentionem fecerit: *Tamquàm negationis oblivi ſceretur, Fratrum curam illi commiſit, neque negationu meminit, neque exprobrat, tantùm dicit: Si amas me, fratrum curam ſuſcipias.* Tam benignè, & humaniter egit Magiſter cum diſcipulo, quaſi immemor foret offenſæ, qua, Petrus fide & amoris debito injurius, ipſum trinâ negatione læſerat; & offenderat, & in ſolum voluntatis affectum oculos conjicit, quem præſentem agnoſcebat. Non fuit demeritum in Petro, culpa præterita, ut propter eam Chriſtus illi favorem ſuum denegaret, ſed potiùs emendatio, quam oſtendebat, promeruit, ut Chriſtus illum paſtoratu univerſalis Eccleſiæ, & regimine ovium ſuarũ munificentiſſimè condecoraret.

D. Aug. in catena D. Thom.

D. Chryſ. hom. 87.

Notiſſima eſt, omnibus ſeries miraculoſæ Converſionis Sancti Pauli, ejuſque omnes myſticæ circumſtantiæ, quòd Chriſtus Redemptor noſter illum è cœlis alloqui dignatus fuerit, quodque illum tanta lux circumfulſerit, ut eam ferre non valens, in terram proſtratus ceciderit. Etſi lux gratiæ interior oculos inter-

5. *Actorum cap. 9.*

Digitized by Google

internos animæ illius illustravit, ut voluntatem suam in manus Domini sibi loquentis resignaret, *Domine, quid me vis facere?* lux exterior oculos corporis excæcavit, adeoque extenuavit, ut, quamvis anima tunc in cœlos potuerit concendere, ut quidam Doctores autumarunt, corpus nequerit pedibus consistere, aut proficisci Damascum, sed necesse fuerit eum inter brachia deportari. Eodem tempore apparens Christus Dominus cuidam discipulo, nomine Ananiæ, qui in eâdem civitate Damascena morabatur, dixit ei in somnis, ut eum adiret, & restituto oculorum visu, eum baptizaret. Replicavit Ananias Domino, & sese excusans, ne quæreret eum, dixit. Quomodo, Domine, quæram hominem sitientem sine intermissione sanguinem Christianorum, eosque in captivitatem trahentem? *Domine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Ierusalem. & hanc potestatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum.* Quibus verbis respondit, dicens. *Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, Regibus, & filiis Israel.* Audacter perge, & quære Saulum iam in diversa mutatum, quem ego elegi instrumentum gloriæ meæ, & exaltationis nominis mei, ut illud prædicet, & annuntiet universo orbi. Ponderat Hugo Cardinalis hoc responsum Salvatoris, & combinat dicto Ananiæ, & notat objectionem Ananiæ, & solutionem Domini, quasi illi respondere: *ne timeas eum facere tam, nulla timendum, sed amplectendus est, ut frater, quia mala, quæ Sanctis intulit, paratus est sustinere. vas Sanctis.* Anania, non te interrogo, quis fuerit Saulus, sed dico tibi, qualis nunc est, & futurus erit. Non agamus modo de præteritis delictis, *quæ ta mala fecerit*, sed de virtute, & firmo animi proposito præsenti, *Ecce enim orat*, iam Saulus non est inimicus, sed amicus, iam non lupus rapax, sed ovis mansueta, iam non persecutor, sed frater est Christianorum, talis volo, ut deinceps nominetur, & æstimetur. In via Damasci experientiam illius feci, & ipse mihi prompta animi voluntate respondit: *Domine, quid me vis facere?* Ad omnia se paratum mihi exhibuit. Non contentus Christus, ut quispiam de Saulo perperam loqueretur, aut ei minimum præteritorum mentionem faceret, quia iam vitam præteritam pœnitentia expiaverat, & in meliorem commutaverat.

Act. c. 9. v. 14. & 15.

Hugo Card. hic.

Quæstio est valde controversa inter Doctores sacros circa locum, in quo parvulus Iesulus recens natus, fuerit à magis adoratus. Existimant aliqui non fuisse præsepe Bethlehemiticum, sed domum aliquam particularem, ad quam, Virgo Mater unà cum sponso suo Iosepho recesserat. Hanc opinionem sequitur cum aliis Divus Epiphanius, innitens verbis Sanct. Evangelistæ Matthæi: *Et intrantes domum & invenerunt puerum cum Maria. Non amplius in præsepi, non amplius in spelunca*, Non in stabulo, seu præsepio quemadmodum eum pastores reperierunt, *Intrantes domum*. Sequitur Sanctus Doctor hanc opinionem, hoc motus fundamento, quod adoratio Magorum duobus annis à nativitate Domini contigerit, ideoque verisimilior est ejus sententia; verum contraria opinio est communior inter Doctores, & tamquam probabilior, magis recepta. Ita sentiunt SS. Hieronymus, Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, Cyprianus, Theodoretus, Ancyranus, & alij Plurimi, dicentes, Magos adorasse Dominum tredecim diebus post Nativitatem Infantis, & in ipso præsepi, quemadmodum recolit Sancta Mater Ecclesia. Porro curiosa quædam sese ingerit dubitatio. Quando Sacri Evangelistæ enarrant nativitatem Christi, asserunt, ipsum fuisse natum in præsepio, *Et recumbavit eum in præsepio*, quando vero tractant de adoratione Magorum, domum, seu aulam nuncupant, quidni locum hunc, vel præsepe, vel domum in utroque Textu nominant? audite responsum, quod, licet meum, fundatum tamen est in Doctrina Euthymij hunc locum enucleantis: *Tugurium, ibi, domum appellat, quod Lucas diversorium dixit*, quod Matthæus domum, hoc Lucas recte, præsepe nuncupat. *Dominus enim erat, quòd utcumque inhabitaretur*, quasi diceret, præfatus Doctor, non est mirandum, quòd Sanctus Matthæus domum vocitet præsepe, quia iam talium hospitum, & inhabitantium præsentia honoratur; Sanctus Lucas consideravit locum, antequam in eo Christus nasceretur, & cum virgo mater in præsepio reclinaret. Sanctus vero Matthæus appellavit domum, videns Christum in eo iam hospitem, quasi diceret Sacer Chronicus, spelunca, digna, quæ Deum incarnatum hospitio excipiat, non iam amplius præsepe, sed domus, seu aula regia nuncupetur, vale, & abiectum nomen, vetus, & præ-

9

D. *Epiph. l. 2. cõtra hær. n. 51 Matth. 2. v. 11.*

D. *Hier. epi. 18 & 27.*

D. *Greg. Nyss. or. de nativ. Christi.*

D. *Chrysost. hom. 6 in Matth.*

D. *Cypr. de stella & magis.*

Theodor. orat. de nativi.

Euthy.

& præteritum deleatur, & oblivioni tradatur, & iam deinceps honoratiori titulo condecoretur: *Domus enim erat, quòd utcumque inhabitaretur.*

7. Inter mysticas illas visiones, seu revelationes, quas amantissimus Christi Discipulus habuit, una fuit, quam in mentis excessu vidit: *Et in medio septem candelabrorum aureorum, similem Filio hominis.* Richardus de sancto Victore, per, *similem Filio hominis*, intelligit Angelum, qui repræsentans personam Salvatoris nostri, manifestabat Ioanni arcanum illius revelationis Sacramentum: *Qui eò amplius habuit auctoritatis, quòd apparuit in similitudine Salvatoris.* In hôc quoque sensu explicari debent Interpretes, quando dicunt Christum fuisse, qui apparuit, non quòd in propriâ personâ, sed quòd Angelus in figurâ, quâ apparebat, eum repræsentaverit. Quidam gravis Commentator Apocalypseos movet hic curiosam quæstionem: *Cur, si Christum hic Angelus repræsentabat, non homo, sed similis Filio hominis appellatur?* Et respondet cum Venerabili Bedâ, Primasio, & Hugone Cardinali appositè ad rem præsentem: *Quia Christus resurrexit, immortalis, non jam simpliciter homo, qui naturam dicit passibilem, sed similis Filio hominis dicitur.* Si enim simpliciter hominem jam immortalem, & impassibilem nominasset, injuriam fecisset ejus impassibilitati, quia homo mortalitatem, ærumnarum, & miseriarum congeriem significat; ideò appellat eum similem Filio hominis, venerans gloriam, quâ fruebatur, & non Filium hominis, eò quòd hoc nomen mortalitatem, languores, & ærumnas præteritas designet.

Apocal. 1. v. 13.

Richard. de Sancto Victore hic.

Viegas sessione 3. in hoc cap. Beda, Primasius, Hugo Card. hic

8. Indignissimè tulit Christus Dominus murmurationem Pharisæi contra Mariam Magdalenam, quæ venerat, ut Salvatorem quæreret in domo ejus, quæque prostrata antè pedes suos, mundi & omnium vanitatum oblita, solis lacrymis intendebat: *Lacrymis cœpit rigare pedes ejus.* Ideoque confestim mundi Salvator honori ejus consuluit, & ne quidem cogitationem solam contra ejus virtutem pati voluit, quin patri ejus patrocinaretur contra calumniatorem Pharisæum intrà se obmurmurantem, *Hic si esset Propheta*: Omnibus iis, quæ in defensionem, & æstimationem Magdalenæ cedebant, solertissima, & promptissima festinatione occurrit, & manifestissimè ostendit Pharisæo, se ejus penetrare cogitationes, & sibi gratiora esse obsequia Mulieris, quæ ab illo, ut peccatrix, condemnabatur, *Quia peccatrix est*, quàm omnia servitia, quæ Pharisæus, Christum laute excipiendo, præstiterat, quodque ipse plura urbanitatis signa prætermiserat, osculum scilicèt pacis, lotionem pedum, & unctionem capitis, quæ omnia, ipsa supplens vices, & defectus ejus, copiosissimè simul, & amantissimo effectu exhibuerat: *Aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos.* Itaque Salvator noster omnimodam Magdalenæ defensionem contra obgannientem Pharisæum in se suscepit. Ad hunc modum explicat noster Hugo Cardinalis verba illa: *Vides hanc mulierem?* Simon antè cognoscis hanc mulierem? quasi diceret: considera eam juxta statum præsentem, non præteritum, si fuit peccatrix, *quæ erat in civitate peccatrix*, jam non est, ut tibi falso persuades, *quia peccatrix est.* Attende diligenter ad ea, quæ modò agit, neque præteritorum recordare. *Non de corporali visione quærit, sed tale est, ac si dicat, debes videre, id est, considerare opera mulieris.* Considera oculos illos antèà tam vagos, & incompositos, & ad omnem vanitatem propensos, jam non nisi in lacrymas effusos. Intuere capillos illos, antea ad decorem & pulchritudinem faciei exornandam, miro ordine concinnatos, jam solutos, & faciem deturpantes, quæ antèà tanto nitore, & decore exornabatur. Perpende os illud, antèà sepulchrum lasciviæ, & impudici sermonis scaturiginem, jam hisce pedibus meis infrænatum & occlusum. Observa omnia unguenta illa pretiosa, cæteraque libidinis, & vanitatum ejus instrumenta, jam in humile, & castum obsequium meum commutata. Neque sis, amabò, de numero eorum, apud quos personæ perdunt propter præterita delicta, neque merentur propter præsentem justitiam. Hoc sonat, *vides hanc mulierem?*

Luc. 7. v. 38.

Hugo Car. hic.

9. Depingens Ecclesiasticus modicam fælicitatem, & maxima infortunia Regni Israelitici, quæ pertulit in Regibus suis, dicit illos fuisse tales, quod soli tres probitate fuerint conspicui, cæteri verò improbi & scelerati. *Præter David, Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.* O infortunatissimum Hebræorum Regnum, cum tot improbis capitibus, & Regibus! Verba hæc juxta litteralem sonum suam patiuntur difficultatem, quia tamquàm indubitatum, & certum supponunt, manifestè falsum esse, quòd nempè soli David, Ezechias, & Iosias

Ecclesia. 49. v. 5.

& Ioſias non commiſerint peccatum, cùm nihilominùs peccata Davidis ſint notoria, & toti mundo publica; Eodemque modo conſtat Ezechiam deliquiſſe, eumque, quemadmodùm Hugo Cardinalis rectè hìc obſervavit, nimiùm inſolenter propter victoriam ab Aſſyrijs reportatam ſuperbijſſe. Quod peccatum ei peperit graviſſimam infirmitatem, ſeu Dei punitionem, quâ tactus, teſte Iſaiâ, ad portas mortis fuit deductus. Ergo verba hæc in alio ſenſu ſunt explicanda, cum manifeſtam involvant contradictionem. Lyranus cum ſuis ſequacibus aſſerit, illa de peccato Idololatriæ eſſe interpretanda, quò omnes Reges Iſrael ſeſe commaculantes, exceptus his tribus, quorum ſpecialiter meminit Sacra Scriptura, commiſerunt peccata, id eſt, Idololatriæ aliquo modo vult dicere, omnes aliquatenùs vel adorando, vel ſacrificando, vel diſſimulando, vel Idola non deſtruendo, ne alij ſacrificarent, in peccatum Idololatriæ fuiſſe prolapſos. Confirmari poteſt hæc Lyrani expoſitio, dicto Hugonis Cardinalis ſuper hunc locum, quòd, licèt Reges illi Iſrael aliàs fuerint boni, & probi, & ſacra Pagina eorum approbet regimen, ſemper tamen arguit, & reprehendit illos, quòd Idola, ſeu eorum altaria non deſtruxerint, & demoliti fuerint. Ioam Regem libro quarto Regum graviter carpit, *verumtamen excelſa non abſtulit*, Azariam quoque ibidem, *verumtamen excelſa non eſt demolitus*, & ſic de cæteris: ita licèt aliqui ipſorum Idola non adoraverint, conſenſerunt tamen, & alijs occaſionem colendi non ſuſtulerunt, hocque ſufficiens eſt, ut verè de eis affirmetur, quòd omnes peccatum Idololatriæ incurrerint.

Hugo Card. hic.

Iſai. 8.

Lyran. hic.

4. Reg. 12 v. 3.

4 Reg. 15. v. 4.

9. Non reprobo quidem hanc interpretationem, ſed magis mihi arridet expoſitio Rabani inſtituto noſtro aptiſſima: *Præter David, & Ezechiam, & Ioſiam, tres dicuntur non peccaſſe ſimpliciter, ſed aliorum comparatione, quia, quod peccaverunt, condignâ pœnitentiâ deleverunt, & devotione, ac pietatis officio, Domino placuerunt.* Licèt ergo peccaverint, etiam pœnitentiam egerunt, & ſi fuerint delinquentes, etiam fuerunt veri pœnitentes. lapſi ſunt, ut fragiles, & reſurrexerunt, ut fortes, & copioſo lachrymarum imbre irrigati peccata expiârunt: *lachrimis meis ſtratum meũ rigabo*, aiebat David. De Ezechiâ verò teſtatur Evangelicus Vates: *flevit Ezechias fletu magno*, &, moribus vitæ in diverſa mutatis promeruerunt, ut Spiritus Sanctus illos è numero, & catalogo peccantium eximeret. Cæteri verò, quia eorum veſtigia non ſunt ſecuti, neque condignam peccatis pœnitentiam egerunt, inter peccatores computantur. Tales igitur, qui ad ſaniorem mentè redire ſatagerunt, non peccatores, ſed juſti, & ſancti appellentur, juxta præſentem canonizentur juſtitiam, & non propter antiqua, & præterita delicta, tamquàm Idololatræ, condemnentur.

Raban. hic.

Pſ. 6. v. 7

10. Hic eſt ſtylus, & praxis in Domo Dei uſitata, & hactenùs obſervata, valde diſſona illi, quæ in mundo paſſim exercetur, quâ de causâ patientiſſimus Iob, quaſi attonitus Deo loquens, ingeminabat. *Numquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris, & opprimas me? Numquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu videbis?* Ac ſi diceret: Si ego, Domine, rem cum hominibus haberem, vel ipſi mecum, non tantoperè admirarer, quia illi ſola mala notant, ad bona reſpicis, & videris mala diſſimulare, ita me affligas & obruas, mihi ſuſpicionem ingeſit, & niſi me fides corroboraret, exiſtimarem, oculos divinos me more humano intueri, neque propter aliquem imperfectionis defectum antea commiſſum tam acerbè in præſentiarum caſtigare, ſed certus ſum, mi Domine, quòd nullatenùs in hoc hominibus aſſimileris; & ſi enim cum illis perdat aliquis opinionem propter delicta antea perpetrata, tecum meretur per præſentia virtutum acta. Ita explicat Polycronius hæc verba: *Nec enim ipſe improbitatem hominum imitaris, ut eorum, qui peccârunt, meminerus, & eorum, qui peccarunt, ſeveram patiendi expoſcas; paria enim exigunt homines. Tu verò, Deus, qua tua eſt benignitas, de gratia, multis pauca requiras.* Et quia Sanctus David, licèt peccaverit, lachrymatus eſt, & propter veram pœnitentiam ei condonavit Deus, & ſtatui quaſi innocentiæ eum reſtituit, ideò Sanctus Evangeliſta eum Patrem filij Dei nominavit, *Filij David, filij Abraham.*

Iob. 10. v. 3. & 4.

Polycronius in catena.

(*·*)

Filii David, Filii Abraham.

CONSIDERATIO V.

Quia hi Patriarchæ obtulerunt Deo sacrificia ex propriis, singulari favore fuerunt ab ipso condecorati; & secùs factum fuisset, si ex alienis sacrificassent, quia sacrificia ex propriis Deo placent, ex alienis displicent.

1. 2. Reg. 24

EXploratum est factum illud miraculosum, quod tempore Davidis contigit, quando ipse iram Dei placavit, & Angelo gladium furoris, & occisionis reponere præcepit per sacrificium, quod obtulit Deo, super quod descendit ignis de cœlo, ut sacra enarrat historia. Desolabatur civitas, grassante lue, & peste, & in loco quodam, qui tunc erat area, seu horreum hominis prædivitis nomine, Areuna, apparuit Angelus armatâ manu, & districto ense, qui ex mandato Dei cuncta devastabat, & occidendo depopulabatur, adfuit confestim illic David, & ad quantociùs in eodem loco sacrificium Deo immolandum, statuit prædictam aream, seu horreum pretio coëmere. Areuna, ut dictum remanet, Dominus loci illius, obtulit illum regi gratis: *Accipiat, & offerat Dominus meus Rex, sicut placuit ei.* Insuper obtulit ei boves, currus, ligna, cæteraque ad sacrificium necessaria. *Habes boves in holocaustum, & plaustrum, & juga boum in usum lignorum.* Extranea profectò devotio, rara animi promptitudo, & inaudita liberalitas hominis, quam meritò observat, & sigillatim enumerat Spiritus Sanctus: quia non meminit oblivi muneris, quod hic homo Davidi præsentavit, sed etiam magnificam animi alacritatem, & munificam largitatem recenset, qua gratis cuncta tribuere gestiebat. *Omnia libens præbeo.* Verum optimus Rex noluit votis acquiescere offerentis, neque oblata acceptavit. *Nequaquam ut vis, sed emam pretio à te,* non ad votum tuum, sed justum tibi pretium rependam, neque offeram Deo aliquid mihi gratis donatum, nisi illud ære meo mihi comparaverim. Ecquid agis Rex sancte? quid ita differs sacrificium? quarè non acceptas obsequium tibi ab Arcunâ exhibitum? poteris aliquando obsequium illud beneficio aliquo compensare, si contendis sacrificio Deum placare, consultius erit accelerare sacrificium, & quantò magis festinaveris, tantò plures beneficio, & vitâ donabis, sit cujuscumque fuerit area hæc, boves, & ligna ad quoscumque pertineant, tu accelera, immola Deo sacrificium, maximâ enim opus est festinatione, & quodlibet verbum, quod eloqueris, est plurimorum vita, & salus, quam subditi tui perdunt, & amittunt. Ignoscite David inquit Abulensis, novit, & quid agat, & novit indolem divinæ bonitatis: *quia non placent Domino sacrificia gratuita, id est, quæ sine pretio habentur, quia si sic sacrificaret David, esset, ac si nihil Sacrificasset, eò quòd non offerebat de suis.* Non fuisset tam gratum ejus sacrificium oculis divinis, si obtulisset ipsi gratis donata, quam illa, quæ ære proprio, & justo pretio coëmerat. Idipsum indicat clarissimis verbis noster Oleaster: *Sanctus David noluit Deum suum mutuatis, aut gratuitò quæsitis holocaustomatibus placare, sed propriis,* & idcircò descendit ignis de cœlo, qui in instanti totum absumpsit sacrificium, ut in relato Paralipomenon libro latè describitur. *Abulens. hic.* *Oleaster in Levit. c. 15.*

2. 1. Parali. 21.

Super sacrificium Abelis descendit ignis cælestis, qui testatum faceret, quanti Deus æstimabat innocentiam, & sanctitatem immolantis. Ita explicat Oleaster noster verba illa sacri eloquii. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus,* sequuntur verba Oleastri. *Crediderim quòd in absumptione ignis de cælo missi: solebat enim Dominus hoc signo ostendere sibi placere sacrificium,* & ad hoc comprobandum plurimis utitur exemplis ex sacro Textu desumptis. Super sacrificium Eliæ descendit ignis de cælo, in testimonium, quòd Deus, quem adorabat, erat verus Deus, sic enim fuerat conventum inter ipsum, & Sacerdotes Baal, ut singuli Deo suo sacrificium immolarent; &, qui ignem è cælis emitteret super oblationem, ille verus haberetur Deus. Hoc pactum iniit Propheta Elias cum sacrilegis illis sacerdotibus, solâ æmulatione, & zelo divini honoris permotus, neque fas erat, ut Deus in causâ tantæ necessitatis amicum desereret, & sponsioni, seu fidei datæ non assisteret. Veniat ignis super sacrificium Abelis, qui odore suo contestetur innocentiam sacrificantis, & super sacrificium Eliæ, qui manifestet zelum offerētis. *Gen. 4. v. 4. Oleaster hic.* 3. Reg. 18.

Sed

Digitized by Google

Sed super sacrificium Davidis uno, eodemque tempore, quo perit, & affligitur populus in pœnam peccati sui, etiam descendet ignis de cœlo? qui hoc possibile? Maximè profecto. Quia non minus placet Deo devota illa æmulatio inter Davidem, & Areunam, quâ quisque contendit, ut sacrificium fiat ex suis bonis, quàm æmulus Eliæ, & innocentia Abelis. Neque David procrastinatâ suâ dilatione dabat locum Angelo, ut gladium magis cruentaret, sed hôc facto sibi Deum conciliabat, ut Angelo præciperet, ne ulteriùs sæviret in populum, & cuncta pro voto impetravit. *Præcepitque Dominus Angelo, & convertit gladium suum in vaginam*, & usq; adeò placuit Deo Sacrificium illius, qui sibi materiam offerendam, & maximis impensis, & pretio carissimo comparavit, ut propter pretium, idipsum sexcentis siclis Spiritus Sanctus appretiaverit: *Siclos autem justissimi ponderis sexcentos.*

2. Paral. 21. v. 27.

3. Ponderans Angelicus Doctor Sanctus Thomas sacrificium, quod Deus præcepit Abrahæ de Filio suo Isaac immolando: *Tolle Filium tuum*, carpit ly, *tuum. Illud* inquit Sanctus Doctor, *quod naturali jure erat suum, & sibi subjectum potiùs debuit ab ipso offerri, quàm res extraneas, & quàm res suo Domino non subjectas*: Congruentissimè præcepit Deus sancto Seni, ut sibi Sacrificium de propriis, non de alienis offerret, ut Filium suum, non alterius, ut sua, non mutuo accepta immolaret. Hoc exemplo demonstrans gratissimam Deo esse oblationem, quam ex operibus propriis ipsi exhibemus; hæc à nobis exigit, & præ cæteris plurimi æstimat.

4. Levitici c. 2. v. 11. Mandabat Deus in Levitico, ne oblationes faciendas melle miscerent: *Omnis oblatio, quæ offertur Domino*, &c. *Nec quidquam mellis adolebitur in Sacrificio.* Quærunt Sacri Interpretes, quamobrem Deus hanc condiderit legem? D. Tho. 2. 2. q. 102 a. 3. Angelicus noster Doctor Sanctus Thomas assignat hanc rationem: *ut doceret vitandam prorsùs omnem carnalem dulcedinem, & voluptatem ab his, qui Deo Sacrificium offerre constituunt*, quia Deus oblationes tales, etiam ad umbras usque & figuras earum, abominabatur. Oleaster autem asserit, hâc lege Deum voluisse ostendere, quantùm illi placeret odor boni nominis, & displiceret fœtor malæ famæ, quemadmodum mel effusum, & injectum in ignem pessimum emittit fœtorem: *Quia combustum, nullum emittit odorem, sed fœtorem.* Alias rationes indicant Lorinus, & Abulensis, ad quos, curiosos lectores remitto. Expositio verò, quam refert Theodoret[9], apprimè intento nostro deservit. Edocuit nos Deus, *Ex propriis laboribus persolvenda esse sacrificia*: Quòd si Deum nobis devincire voluerimus, non ex alienis, sed propriis offeramus, quia hæc tantùm displicent Deo, ut etiam umbras eorũ abominetur; ideoque mandabat Deus, ne offerrent ipsi mel, quia hoc erat Sacrificium ex labore, & sudore alieno oblatum, *At fructus apis à labore non procedit*, quia apes sollicitæ seipsas eviscerant, ut favum conficiant, & non est rationi consonum, ut alius offerat, quod illis tanto labore constitit. Qui voluerit Deo sacrificare, ex propriis, & bonis suis debet materiam subministrare.

Oleaster hic. Lorinus, & Abulensis hic. Theodoretus q. 1. in Levit.

5. Hoc ipsum confirmatur ex illo, quod Sacra Historia in Deuteronomio refert, & Cardinali nostro Cajetano visum fuit omni ponderatione dignum, duas videlicet Tribus, Zabulon, & Issachar immolasse Deo Sacrificium justitiæ. *Ibi immolabunt victimas justitiæ.* Hæc sequentia Cajetanus: *Ne intelligeres, ex malè partu eos sacrificia oblaturos, quia rara sunt divitiæ sine iniquitate.* Necessaria fuit, inquit Cajetanus, hæc advertentia, ut, quia communiter in mundo divitiæ malè acquiruntur, ton terrarum Orbi innotesceret Tribus illas ex propriis, & non alienis Deo sacrificia oblaturos, & eidem servituras ex facultatibus suis, & non ex malè partis, quia simile sacrificium solùm æstimat, & plurimi facit Deus.

Deut. 33. Cajet. hic

6. Condemnat glorioſus Ecclesiæ Doctor S. Ambrosius modum agendi protoparentis Adami, postquàm peccavit, & se nudum conspexit. *Conjuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata*, ait Sacer Textus. Verba verò Sancti Ambrosii sunt hæc: *Postquàm peccaverat, de folio ficus fecit sibi succinctorium, qui de fructibus ejus magis gustare debuit: justus fructum elegit, folia peccator.* Non elegit Adam congruum remedium ad cooperiendam nuditatem suam, & recuperandum honorem, per peccatum, amissum, neque aptam vestem, seu notam cohortalem assumpsit ad comparendum coram Deo, quia non foliis alienis, sed fructibus propriis, id est, bonis operibus se vestire debebat, juxta Doctrinam Ecclesiæ, & Gentium Doctoris: *Fructus*, inquit, *Spiritus est charitas, gaudium, Pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo*, &c. Ad recuperandam gratiam per peccatum, perditam; hôc modo lucidior, & gratior coram oculis divinis

Gen. 3. v. 7. D. Ambr. lib. de Paradiso c. 13. Ad Gal. 5. v. 22.

Digitized by Google

apparuisset : Ideò enim tam grata fuit oculis sponsi anima illa justa & sancta.

7. Et hoc erat, quòd maximè in illâ laudabat, quemadmodum observavit mellifluus Doctor Bernardus super illa verba Canticorum. *Collum tuum sicut monilia*, id est, collum pretiosum. *Solet ornari collum monilibus, non ipsis comparari, sed hoc illa faciunt quibus, quia de proprio non inest decor, alinndè necesse est, unde se speciosas mentiantur.* Fateor, mihi novam fuisse visam hanc comparationem, ait Bernardus, sed interpretanda est mens, & intentio Sponsi. Cæteræ Filiæ Ierusalem assimilentur collo, ornato omni lapide pretioso, quia, ut formosæ appareant, alieno indigent auxilio, &, ut gratæ placeant, extraneas & mutuo acceptas debent quærere perfectiones ; Sed quæ ex proprijs, & intraneis habet perfectiones, comparetur ipsi monili, quia secum domi habet omnem ornatûs, suppellectilem, & pulchritudinem sufficientem, quâ Sponso complaceat, absque eo, quòd foris alienos virtutes emendicet. *Collum tuum sicut monilia.*

Cant. 1. v. 9. D. Bern. ser. 41. in Cant.

8. Quod appositè confirmari potest ex veteri illa figura Veritatis, quam gentiles nudam, & formosam depingebant, cujus causam assignans Lactantius Firmianus dicit: *Nuda est veritas, quia satis ornata per se est, ideoque ornamentis extrinsecùs fucata corrumpitur.* Omne alienum & ementitum videtur furtivum, & ideircò Veritas illud non admittit: hâc etiam de causâ prohibebat Deus in lege veteri, omnem plantationem arborum, & arbustorum juxta altare Domini: *Non plantabis lucum & omnem arborem juxta altare Domini, Dei tui,* quia, ut notat Cyrillus Alexandrinus, solebant Gentiles juxta altaria Idolorum suorum arbustare, & lucos plantare, quasi diceret Deus, quòd falsitas Gentilis adornet Templa sua arboribus, & omnigenis floribus ad provocandum animos hominum ad Idololatriam, non est novum neque mirum, quia mendacium, & falsitas diabolica, ad modum meretricis quæ se fucis exornat alieno indiget ornatu. Porrò veritas similibus non eget ornamentis, neque altare veri Dei hisce extrinsecis fucis est adornandum: sine illis enim per se est venerandum, & de solo & nudo, veræ religionis fidem confirmat, neque alieno indiget adjumento, ad devinciendum sibi animos credentium, & obligandum illos ut sibi debitum venerationis cultum persolvant. *Gentiles sicubi densas arbores, locumque totum abundè opacum deprehenderant, ubi aras ad dæmonum sacrificia extruebant. Scilicet opus erat dæmoniorum arte, tamquam aberrationem quamdam animi, ac seculares oblectationes adjunctas esse; nam falsitas ipsa per se infirma est. Additu autem extrinsecus fucu ornatur, ut turpes mulierculæ solent. Illud porrò divinum altare cum pulcherrima veritatis specie fulgeret, quanam extrinseca adjumenta, aut vana ornamenta requireret?* In quo maximè assimilatur Deo, quia ex proprijs & non alienis seu mutuatis ipsi, placere, & servire contendit.

Lactant. Firm. l. 3. de fal. sup.

Deut. 16. v. 21.

D. Cyrill. Alexand. l. 1. de adorat.

9. Narrat dilectissimus Iesu amor, & deliciæ, Evangelista Ioannes in suis revelationibus, quod audiverit canticum, & musicam cœlestem, eamque suavissimam affirmat. *Et vocem, quam audivi, sicut Citharœdorum Citharizantium in citharis suis.* Ponderavit, & quidem optimè, Richardus de Sancto Victore, Sacrum Evangelistam non solùm dicere, quòd centum quadraginta quatuor millia pulsabant citharas, sed quòd etiam erant citharæ suæ, & non alienæ, *In citharis suis, id est, non alienis: quia, videlicet, unusquisque suis operibus salutem adipiscitur*, juxta illud ad Galatas sexto, *Opus suum unusquisque probet, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.* Ludebant cælestes illi aulædi propriis instrumentis, & non mutuatis, quilibet ipsorum proprijs operibus, & non alienis gloriam, quam possidet, consecutus est; & hoc est ineffabile Doctoris gentium consilium, cunctis Christianis commendatum.

Apoca. 14. v. 2. Rich. de S. Victore apud Viegas hic. Galat. 6. v. 4.

10. Primò Levitici Capitulo inserta est quædam lex, in quâ præcipiebat Deus, ne ullatenùs in sacrificijs offerrent veliculam gutturis, vel plumas volucrum, quas immolabant. *Vesiculam gutturis, & plumas projicit Sacerdos in locum, in quo cineres effundi solent.* Certè videtur hæc lex contraria doctrinæ, quam prosequimur, æquum siquidem apparet, ut ante omnia offeramus Domino veliculam gutturis avium, est enim granarium, seu pentile horreum ipsarum, & plumas, quia volatu earum, multo labore omnia congesta sibi compararunt. Quidni igitur Deus vult, ut ipsi hæc immolemus? nodum dubitationis solvit Dionysius Carthusianus, qui referens, & se-

Levit. 1. v. 16.

Dionys. Carthus. hic.

Digitized by Google

& sequens mentem Rabbi Salomonis dicit, Deum hæc ita disposuisse, *ad designãdum, quòd divitum dona, præsertim de rapina, displiceant, propter grana rapta in segetibus alienis, quæ in vesicula congregantur*, ut hâcce lege communstraret, quantùm sibi oblationes ex rapinis, & alienis displicerent. Verum quidem est, habet avis vesiculam plenam, sed granis alienis, neq; admittit illa Deus ad altare suum, ne videatur consentire furtis, & permittere, ut quis quem furetur, & pedes offerat Deo, seu pauperibus det in eleemosynam. Et propter eandem rationem notavit Lyranus, Deum noluisse sibi sacrificij plumas avium (cùm tamen in sacrificijs pauperum etiam pilos animalium acceptaret) *quibus in aliena prædia involarunt*, & eisdem grana rapuerunt, quibus vesiculam suam replerent, nisi enim eis plumæ essent, non volarent, non furarentur, neque rapinâ, & furto alerentur. Abominatur Deus in Domo suâ sacrificia alieno labore parta, opera solummodò singulorum, & virtutes personales valorem habent apud Deum: quia, ut prudentissimè dixit Philosophus: *Non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit.* Hæc Seneca.

Rabb. Salom. citat. ab illo.

Lyra. hic.

Seneca l. 1. de clementia c. 10.

11. Celeberrimus locus, & qui maximè nobis commendat, & extollit amorem Christi Servatoris erga homines, est ille Divi Lucæ, ubi Christus, postquàm consecraverat sanctissimum Corpus suum, idque sub speciebus panis nobis in cibum dedisset; cumque pergeret ad consecrandum pretiosissimum Sanguinem suum sub speciebus vini, refert Sanctus Lucas, hoc ipsum hisce effecisse verbis: *Hic est Calix novum Testamentum in meo Sanguine.* Quibus in verbis juxtàponderationem Theophylacti relati ab Angelico Doctore nostro in catenâ aureâ contrapositum Christus sacrificium suî, quod immolabat Patri æterno, sacrificijs legis antiquæ: *Significans novum Testamentum in suo Sanguine exordium sumere. Nam in veteri Testamento sanguine animalium asperit, cùm data fuit lex, nunc verò sanguine Verbi Dei significat novum Testamentũ.* Tantùm extulit, ut dixi, Salvator noster, hôc opere amorem suum erga homines, ut videatur ultimum, & extremum, *Non plùs ultrà*, amoris divini, quasi diceret: in sacrificijs illis divini, in pactis, & fœderibus, quæ celebrabant, obstringebant sanguinem proprium, & immolabant alienum, secùs tamen feci ego vobiscum, quia non solùm obligo, sed reapse dono vobis proprium meum Sanguinem. *In Sanguine meo*: Et ideò est testamentum novum ad differentiam veteris, in quo victimæ, & sanguis animalium offerebantur. Ad hoc videtur alluisse Doctor gentium, dicens: *Non per sanguinem hircorum, aut vitulorum: sed per proprium sanguinem intravit in sancta, & ideo novi Testamenti mediator est.* Quæ omnia sic ordinata sunt, ut tu, Christiane, audites à Salvatore tuo, illi servire, & sacrificare non ex alienis, sed propijs, quemadmodum Patriarchæ nostri exemplo suo nos præiverunt.

Luca 22. v. 20. Theophyl. in catena D. Tho.

Hebræor. 9. v. 12.

12. At videntur mihi etiam hâc ætate reperiri quidam sacrificuli similes immolatoribus antiquæ legis, cum hac solâ differentiâ, quod in veteri lege libabant victimas suas Deo cælorum, scilicet, carnes, & sanguinem brutorum animantium, hi verò moderni sacrificant Dijs terræ, scilicet, Regibus, qui gerunt in terris vices Dei, bona aliena, & sanguinem pauperum, ut hôc modo sibi Regum devinciant animos, hôcque modo suis inhient lucris, & commodis, & statum suum iniquitate alienâ promoveant. Sicque verificetur in illis celebre illud dictum Lusitani nostri. *Anda mal porque tem mejos para viver dos ũ.aus fracos & dos fuores ai beos*, id est, ideò malum, quia habent media ad vivendum ab egenis, & sudoribus alienis, non considerantes, quòd, licèt Rex terræ talia arbitria æstimet sibi commoda, & utilia, ac proindè tamquam grata obsequia sibi præstita, Rex tamen Regum, & Deus cœlorum implacabiliter offendatur, quia ingratum est, & displicet ei, quod Principes terræ excessus suos sub prætextu aliquo impendijs pauperum sustentent. Dum Redemptor noster cogeretur Cæsari persolvere censum, seu tributum, à quo jure erat exemptus, observavit Sanctus Hieronymus, ipsum demandasse Petro, ut ad piscandum pergeret: *Vade ad Mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore invenies staterem illum, sumens da eis pro me, & pro te.* Posset quispiam interrogare, quarè, cùm pecuniæ essent in collegio ad manum, quarum Judas erat dispensator, ut constat ex capite duodecimo sancti Ioannis, noluerit Christus ex illis persolvi tributum Cæsari? Respondit sanctus Doctor,

Francis. Sanp. 1. ad regem. Ioannem 2. q. 72.

Matt. 17. v. 26.

D. Hiero. apud D. Th. 1. 2. q. 118. art. 7 in corp.

Digitized by Google

Id ideò noluisse, quia pecuniæ illæ erant res pauperum, nèque ex illis obolum subtrahi voluit ad dandum Cæsari, judicans manifestam fore injustitiam, pauperum, & egenorum reculam, seu ærarium diminuere ad augendum censum, & bona prophani Regis. Excipite verba Divi Hieronymi à Divo Thomâ relata: *Nec obstat, quòd Hieronymus dicit super Matth. si quis objicere voluerit, quoniâ Iudas pecuniam in loculo portabat: Respondemus quòd res pauperum in usus suos convertere nefas putavit, scilicet, solvendo tributum.* Haud dubiè est maxima impietas, velle substantiam, & remedium pauperum Regis servitio applicare, & impendere.

11. Eccl. 34. v. 24. Conformiter ad hæc declarari possunt verba illa Salomonis. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu Patris sui.* In quibus Spiritus Sanctus miro, & divino quodam loquendi modo condemnat iniquitatis eleemosynam factam de bonis pauperum: sensus autem illorum, secundùm interpretationem S. Gregorii Papæ, hic est: quemadmodum, si cuipiam ara erigeretur ad sacrificandum ei in illâ tamquam Deo, prima victima oblata foret filius ejus amantissimus, ægerrimè ferret, tam injuriosum sibi honorem, & tot impensis acquisitum; ita Deus offenditur, eleemosynis, & sacrificiis sibi oblatis ex bonis, & substantiâ pauperum, & egenorum, quos veluti filios suos diligit, & amore prosequitur. Ibi exhibetur Deo impietas usitata & exercita cum suis filiis, & non pietas sacrificii, quare non solùm ipsi displicent ut ingrata, sed potiùs etiam ad implacabilem iracundiam provocant, & ideo concludit. *Dona iniquorum non probat Altissimus, neque respicit ad oblationem iniquorum.* Veniant nunc, & considerent impietatem, quam committunt Arbitri illi, & Consiliarii hujus temporis, & ætatis, qui inhiant bonis, & facultatibus pauperum, ut eas Regi sacrificent, & immolent, & meminerint, quòd Deus eorum aliquando exactam requiret rationem, quia licèt in præsenti vitâ promeritas non luant pœnas, in futurâ tamen illas non evadent, qui enim tantâ utitur impietate & immisericordiâ, Dei clementiam non meretur. *In alis tuis inventus est sanguis pauperum.* Hisce verbis arguebat Dominus quosdam Ministros populi impietatis suæ, minitans eis severissima supplicia malitiæ tum execrandæ debita, utpote velle æstimari, & promoveri, & volare alis sanguine pauperum tinctis. Ita explicat hunc locum Hugo Cardinalis combinans hisce verbis, illa Ecclesiastici. *Panis egentium, vita pauperum; & qui defraudat illum, homo sanguinis est*, qui vel consiliis, vel arbitriis suis defraudat pauperem, eumque spoliat bonis suis, eique subtrahit necessaria alimenta, remedium necessitatis suæ, homicida est, & volat alis inunctis sanguine pauperum, eos occidens. *Pecunia, omnia, & sanguis est mortalibus*, dixit quondam Comicus, & sic sanè comperietis, si rectè adverteritis, eodem tempore, quo isti saginantur & ditescunt, pauperes conqueri, & suam lamentari indigentiam, & substantiæ diminutionem, & quò illi magis in altum evehuntur, plebem deorsum vergere ad interitum. Si tales volunt Regi servire, & obsequi, ex propriis, & non alienis arbitria, & consilia suggerant, quemadmodum hi Sancti Patriarchæ David & Abraham, qui ideò talem promeriti sunt honorem, ut ipsemet Filius Dei dignatus fuerit eorum filius appellari, *Filii David, Filii Abraham.*

Ecclesiast. 34.

Comicus apud Iust. Lips. 4. polit. c. 11.

D. Greg. Papa epist. 110.

Ierem. 25 v. 34.

Filii David, Filii Abraham.

CONSIDERATIO VI.

In qua differitur de Conceptione purissimâ Virginis & Matris Dei, & ex testimoniis Sacræ Scripturæ, & doctrinâ Sanctorum Patrum, ejus singularis puritas, & rarâ Sanctitas comprobatur.

POnderat D. Basilius seriem creationis divinæ, & modum, quò Deus tertio die ex nihilo produxit arbores, plantas, herbas & flores. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram, & factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen, juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque semen secundum speciem suam.* Observavit itidem, quòd Sacer Historicus meminerit singulariter creationis Paradisi deliciarum, qui futurus erat habitaculum, hominis & amœnum viridarium: *Plantavit*

D. Basil. homil. de Paradiso ad princ. Genes. 1. v. 11.

vitas

Digitized by Google

Genes. 2. v. 8. *verat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis.* Inquirit S. Doctor, cur Deus non creaverit Paradisum, ejusque arbores, & plantas eodem die, (hoc enim indicat eum melioribus arboribus, & pretiosioribus plantis fuisse consitum] quò cæteras sylvas, arbusta, & reliqua, quibus terra abundat in refugium, & latebras brutorum animantium? Quodve mysterium continet, Paradisum adeò amœnum, & jucundum singulari die, & opere ad mansionem, & voluptatem Adami efformari? Et respondet, hanc esse causam, quia, cùm homo esset singulare opus Dei, non erat conveniens, ut eadem foret habitatio hominis, & brutorum animantium, sed sicut differentem habebat naturam, etiam diversimodam haberet mansionem, & & domum recreationis. *Nam, quemadmodum hominem à cæteris animantibus discretè, ac singulari dignatus est formatione; itidem & homini apparavit, suaque condidit manu peramœnam, ac deliciis omnifariàm diffluentem mansionem.* Non aliter Philosophari debemus de animato illo Paradiso, Mariâ, ejusque efformatione, & dicere idem, quod fecit Deus Auctor naturæ in creatione Adami, fecit & Deus Auctor gratiæ in efformatione Mariæ. Verum quidem est, quòd attentâ identitate naturæ in Beatâ Virgine, videatur naturalis ratio, id postulare, ut ejus generatio foret pariformis cum generatione cæterorum posterorum Adami; at verò, si retulerimus ad omnipotentiam dexteræ, & efficaciam gratiæ divinæ, necessariò fateri debemus, quòd quemadmodum verbum divinum incarnatum, in Adamo præfiguratum, diversimodè fuit conceptum, & in utero purissimo Virginis, (aliter, quàm cæteri hominum in utero Matris suæ) efformatum, ideò datâ operâ Pater illi singulare habitaculum apparaverit, eique particularem Paradisum in ipsâ efformatione omnigenâ virtutum, & donorum supernaturalium varietate excultum, & adornatum extruxerit, scilicet, uterum purissimum Deiparæ Virginis, in quo per spatium novem mensium erat commoraturus.

2. Psal. 88. v. 30. Valdè notanda est, explicatio plurium Doctorum super illa verba Psalmi Davidici: *Et thronum ejus sicut dies cœli*, eadem declarantium de Sanctissima Virgine, quæ hodie fuit concepta, & electa in Thronum Dei. Optimè novi, illa in sensu litterali Historico loqui de perpetuitate, seu permanente duratione Regni Davidici, sed nunc alteram sequendo expositionem, non caret mysterio, quòd Propheta dicat, Sanctissimam Virginem, quam Sacra Scriptura, & Sancti Patres cum Davide, Thronum Dei appellarunt, esse adinstar diei cœli. Subindicat Regius Vates, inquit S. Augustinus, etiam dari dies terræ, seu mundi: Ita sanè est. Sed quæ differentia, inter dies cœli & terræ? *Quia dies cœli semper sunt præsentes,* dies verò mundi, seu terræ prætereunt. Hugo autem Cardinalis ita fatur: *Dies cœli semper sunt longi, & clari*, mundus verò, *semper habet tædiosos, & semper breves.* Ac si diceret: diebus mundi succedunt noctes, & tempori matutino, vesper, & luci mundanæ succedunt tenebræ. In hoc sensu loquebatur tristis ille Vates Jeremias. *Diem hominis non desideravi, tu scis.* Nosti, Domine, me tales dies numquàm postulasse, quia nulla ex illis caret sua nocte, & licèt prosperitates mundanæ felici ortu, & origine nascantur, semper tamen vergunt ad tenebras & finiuntin nocte tribulationum. Ideo tam altè sæpiùs ingemiscebat Sanctus Augustinus, & piis votis suspirabat ad cœlum, ubi nulla est nox contristans, sed dies clara, & serena, quæ exhilarat. *O Dies præclara, nescientem vesperum, non habens occasum, in qua audiam: Intra in gaudium Domini tui.* Voluit igitur Propheta his verbis dicere: *Thronus ejus, sicut dies cœli*, quòd totum in Virgine Sanctissimâ semper erat futurum, *lux*, matutinum, semper dies, neque animam ejus ullæ umquam tenebræ erant obscuraturæ, ut sic digna foret, quæ Thronus Dei fieret. *Thronus ejus, sicut dies cœli.*

D. Aug. apud Lorin. hic.

Ierem. 17 v. 10.

D Aug. in soliloq. cap. 13.

3. Requievit Deus die septimo, non verò in cæteris. Indagant Sacri Doctores rationem, cur hæc dies potiùs fuerit dedicata quieti divinæ, quàm cæteræ præcedentes. Diversas allégant, quæ in præsenti locum non habent. Placuit mihi Sancti Petri Damiani meditatio, ad confirmandam doctrinam, quam prosequimur, enucleat sanctus stylum, & methodum, quâ Sacer Chronicus enarrat seriem, quâ Deus dies creationis distinxit. Loquitur de primo, & dicit: *Factum est vesperè, & manè dies unus:* Idemq; repetit de secundo: Factum est vesperè, & manè dies secundus; & sic de singulis consequenter usque ad septimum, de quo verba faciens, mutato stylo, ita effatur. *Complevitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patraverat.* Non

D. Petr. Damian.

Genes. 1. v. 5.

meminit,

meminit, neque mussitat de manè, & vesperè. *Non enim ad instar aliorum dierum de creatione Sabbathi priùs aliquid dixerat, dum nec manè ejus, nec vesperum dicit.* quod ulteriùs moralizans S. Cardinalis subjungit, *quodammodo nec initium, nec finem habere monstravit:* Quasi diceret Dominus: dies, quæ in suâ luce est tota mer dies clara, & serena, quæ non declinat, neque habet manè, & vesperè; dies, quæ non patitur vicissitudines, sed semper eâdem gaudet claritate, & eumdem conservat splendorem, in illâ requiescit, & feriatur Majestas mea, est enim dies cœli, & non terræ, seu mundi, symbolum, & figura propria Sacratissimæ Virginis, quæ est Thronus supernus, in quo Regia Majestas, & magnitudo Dei nostri erat quietura, in illâ ergo nulla debebat esse vicissitudo manè, & vesperè lucis, id est, gratiæ divinæ, quin potiùs semel accepta, semper erat permansura absque ullâ diminutione, sicut dies cœli. *Thronus ejus, sicut dies cœli.*

4. Duo observavi loca in eodem libro Geneseos, in quibus aliquod vestigium hujus veritatis elucet. Primùm notavit noster doctissimus Oleaster, considerans differentiam pœnæ, & correptionis, quâ Deus Adamum, & Cainum mulctavit. Caino dixit: *Maledictus tu super terram,* Adamo verò non maledixit, sed terræ: *Maledicta terra in opere tuo.* Quod motivum habuit Deus ad mutandum stylum in duabus illis maledictionibus Adami, & Cain? Scio quidem, Rabanum existimare, ideò Cainum fuisse gravius punitum, quia videns, quàm severè luisset parens inobedientiam suam, alieno periculo, & pœnâ non fuerat factus cautior. *Notandum, quòd in peccato Adæ, terra maledicta, Cain verò maledictus, quia sciens maledictionem primæ prævaricationis, fratricidium addidit.* Imò etiam scio, Divum Augustinum sentire, hoc significasse, quòd Adam esset pœnitentiam acturus, & salvandus, Cain verò, tamquam impœnitens, condemnandus: *Quia Adam, confitendo peccatum, veniæ redditus est: Cain, quia negavit, æternâ pœnâ damnatus est.* Verùm ad rem nostram optimè respondet Oleaster: *Noverat omnipotens Deus, quod aliquando esset naturam humanam assumpturus, ideò noluit eum maledicere.* Noluit Deus eodem modo maledicere Adamum, quò maledixit Cainum, ne maledictio naturam, quam assumpturus erat, perstringeret, oportebat enim illam esse benedictam, & à peccatis omnibus immunem.

Genes. 3. v. 17. Gen. 4. v. 11. Rabanus hic. D. Aug. ser. 204. de tempore.

5. Secundi loci simillima ponderatio est magni Patris Augustini perscrutantis causam, quarè Deus pari modo non maledixerit aquis, quemadmodum maledixit terræ? Et varias adhibet rationes differentiæ, quarum una hæc est. *Aquis à maledicto Ada Deus pepercit, quia per aquam diluere maledictionem illam parverat, quod in diluvio est factum, & nunc per Baptismum indulgetur.* Usurus erat Deus aquis, tamquam instrumento vindictæ, & furoris sui, easque postmodùm conversurus erat in causam instrumentalem redemptionis humanæ, & in portam cœlorum, & primum Sacramentum legis gratiæ, quæ igitur purificaturæ erant peccata, & exterminaturæ maledictionem delictorum, non erat condecens, ut maledictionem incurrerent. Ex quibus subsequentia inferuntur. Promiserat Deus in die, quâ peccaverat Adam, quòd Virgo Maria, & Domina nostra contritura erat caput serpentis, inimici mortalis generis humani, & omnium malorum causæ, & originis. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem. Ipse conteret caput tuum,* Ita legunt Biblia Romana, & cætera latina, cum SS. Augustino, Chrysostomo, Ambrosio, Gregorio, Beda, Alcuino, Bernardo, Eucherio, Ruperto, & aliis; quamvis S. Leo, & cum illo Lippomanus juxta Hebræum legendum putent: *Ipsum, scilicet, semen, conteret caput tuum.* Et Septuaginta Interpretes, & Chaldæus. *Ipse conteret caput tuum,* relativè ad Christum Redemptorem nostrum, ideoque non fuit locutus de præsenti, sed futuro, sicuti observavit S. Cyprianus Martyr. *Non dicit pone, ut ad Evam pertinere videretur.* Insuper futura erat, gladius, quò Deus erat interfecturus tartareum draconem. Æquum igitur erat & condecens, ut illa, quæ illatura esset bellum peccatis, & cooperatura redemptioni generis humani, submiuistrando Deo naturam, quâ perfecturus erat opus redemptionis, ab omnibus foret exempta peccatis. Qui enim noxas, & crimina absolvit, ut innoxius sit, oportet. Verba sunt D. Augustini: *Quia verò à corruptione liberandus erat homo, idcircò pretium redemptionis incorruptum esse debebat: propterea Maria electa est, omnibus gratiis fœcundata, & omni virtute, & sanctitate in utero repleta, ut de mundissimâ Matre, mundissimus filius nasceretur.*

Gen. 3. vide à Lapide. D. Aug. D. Chrysost. Beda. Alcuin⁹. D. Bern. D. Eucherius. Rupert⁹. D. Leo serm. 2. de nativ. Lippomã. Septuaginta. Chalda⁹. D. Cypr. apud Salazar. De concept. c. 19. D. Aug. serm 20. ad Fratres in Eremo 3.

De eâdem Sacratissimâ Virgine exponit Guliel-

Guilielmus Parisiensis verba illa Ecclesiastici: *quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio Rosæ in Iericho.* Quamobrem Sanctissima Virgo se comparat, palmæ & Rosæ? quæve similitudo, ait hic Doctor, inter Virginem beatam, & has duas plantas? Excipite excellentissimum ejus responsum. *Palma solet deferri in signum victoriæ, aut lætitiæ; Rosa autem pulchra & munda, quamvis procedat ex spinosâ arbore.* Pari modo, inquit Parisiensis, Beatissima Virgo: *Habuit victoriam contra serpentem antiquum, ne morderet ipsam, & inde lætata est, processit ex Judæâ spinosis per culpam, sine culpâ.* Illa sola potuit canere victoriam, & triumphum contra hostem humanæ naturæ, quia non perdidit, neque ullam jacturam fecit primæ gratiæ, ipsaque sola fuit Rosa, quæ procedens ex parentibus peccatoribus, delicta eorum non est imitata. Atque ita sicuti Rosarium spinis plenum germinat Rosam illarum expertem, ita Genealogia illius plena spinis protulit illam ipsis, uti cantat de eâ Sancta Mater Ecclesia: *Sicut Spina Rosam, genuit Judea Mariam* Quocirca meritò palmæ & Rosæ assimilatur: *Quasi palma*, &c.

Manifestum Symbolum nobilitatis, & excellentiæ, est celeberrimum illud ænigma Prædicatorum, toties repetitum, quoties explicatum à Sacris Interpretibus, de muliere illâ Apocalypseos mirabiliter calceatâ. *Et Luna sub pedibus ejus.* In qua repræsentata fuit Beatissima Virgo, juxta S. Bernardum, & alios. Et in hoc Hieroglyphico excepit eam, & distinxit Spiritus Sanctus à nobis omnibus, qui sumus servi, & captivi peccati, juxta dictum Christi Salvatoris. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Pro cujus intelligentiâ sciendum est, illo tempore homines serviles solitos fuisse calceari ex pellibus animantium, quod vestimenti genus primùs dedit Deus Protoparentibus post peccatum. Fecit quoque *Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos*, nobiles verò, ut testatur Alexander ab Alexandro, *lunulas gestasse in pedibus pro calceamento*, Diversa igitur erat forma calceorum Nobilium, qui ad modum mediæ lunulæ calceos habebant, vel saltem in calceis lunulas in testimonium nobilitatis depictas gestabant, uti refert Plutarchus in suis Problematibus: vel ideò, ut ipse dicit, quia justi, sunt veri nobiles, & post hanc vitam calcabunt lunam sub pedibus suis, *quòd, post mortem, Lunam rursùs sub pedibus habeant.* Vel ideò ut notavit Laërtius, quia Romani plurimùm gloriabantur se ab Arcadiis originem ducere, qui se Filios Lunæ inaniter jactitabant, eisdemque gentilitiis, seu insigniis Israëlitæ utebantur, Evangelico attestante Propheta: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, id est calceamenta, quæ erant lunulis picturata; vel fenestrata.* Quæ verba secundùm Hugonem Cardinalem in sensu litterali intelligi debent de captivitate Babylonicâ, quibus minabatur Deus populo suo flagella, & punitiones pro peccatis commissis: vel, ut alii volunt, intendebat Deus iis ostendere, quòd Nobiles & Illustres nullatenùs debeant esse tardigradi in viâ virtutum, sed celeres, & veloces, imitantes cursum lunæ, quæ inter cæteros Planetas raptissimè suum perficit cursum: Vel tandem, ut asserit Alexander jam relatus, quia Senatores lunulis illis usi fuerant; ac proinde gestare lunulas in calceamentis signum erat probatæ nobilitatis, & indicabat quòd, qui illis ornabantur ex illustri essent Senatorum prosapiâ prognati. *Quippè in calceu Senatorum lunam adscripsisse,* Centum *numerum designavit, quò tunc Senatores continebantur, amplissimum nobilitatis testimonium.* Hoc figurabat media luna, quæ significabat numerum centesimum, quatenùs concavus lunæ orbis nostræ latinæ litteræ, (figuram exprimit, & totidem erant Senatores, ad quod alluxit Poëta dicens:

Sic te, clare puer, genitum si curia sensit,
Primaque patritia clausit vestigia luna.

Ita ut hoc calceamentorum genus non nisi Nobilibus, & antiquo stemmate claris competeret.

Dicit igitur Evangelistarum aquila, se vidisse. Virginem Sacratissimam hôc calceamentorum ornamento fulgentem: *Et luna sub pedibus ejus*, quod solis ingenuæ indolis proprium erat, ad declarandum illam non fuisse similem, aut parem nobis, servam peccati, quia nullum commisit, sed tamquam Dominam, indultò singulari fuisse gratiâ plenam, in eâque confirmatam. Tegant igitur peccatores, servi peccati, quantumcumque voluerint fœdam nuditatem pedum suorum, pellibus brutorum animantium, sicut nos omnes modò facimus: & nobiles, & ingenui calceent se mediis lunulis, & præ cæteris purissima Virgo. *Et luna sub pedibus ejus.* Observavit vivâ ingenii sui dexteritate magnus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus, quod

problematum. Laertius. Isai. 3. v. 18. Hugo Card. hic Statius Sylvar. lib. 5. ad Crispin. v. 28. & 29. 8. D. Aug. citatus

Pennafiel 5. ætate. mundi. c.4.

quod legimus in libris Geneseos, & Judicum quasdam apparitiones Angelorum factas mulieribus, verbi gratiâ, uxori Sampsonis, Saræ uxori Abrahæ, verùm nusquam legimus Angelos aliquam ex illis salutasse: At quando Gabriel paranymphus à Deo missus fuit ad Virginem Dominam nostram, ad minùs trinâ eam vice salutavit, ita autumant quidam Doctores cum Cassiano super illa verba: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Rationem verò differentiæ assignat D. Augustinus, dicens, omnes mulieres fuisse in Evâ quodammodò excommunicatas, & quia hæc erat excommunicatio participantium, conformiter ad praxim juris, nefas erat illas salutare: At verò Mariæ, quam Angelus exemptam à sententiâ excommunicationis invenit, neque illi ullatenùs adstrictam, ne loquatur absque prævia salutatione, quam mulieribus antiquæ legis denegavit, sed flexo poplite totus prostratus, dicat illi. *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Beneficium singulare illi soli concessum. ex quâ humanitas Christi erat effor manda; ideò enim creans illam non distulit, illi plenitudinem gratiæ infundere. Quæ omnia simul complectuntur Origenes, S. Ambrosius, & Beda, hisce verbis, *Soli Mariæ hæc salutatio servabatur. Benè enim sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est.*

Luc.1. Cassian. bic.

Origenes. D. Amb. Beda apud Maldonatum hic.

9. *Psal. 77. v.59.*

Variant expositores circa interpretationem illius versiculi Davidici: *Ædificavit sicut unicornis sacrificium suum in terra.* Communior explicatio est, quòd per sacrificium Dei debeat intelligi Templum Domini in Ierusalem, Alii interpretantur de novâ Ecclesiâ. Alii de corde humano, Dei cultui & servitio, dedicato. Alii tandem cum Sancto Bonaventurâ in laudem Deiparæ Virginis versum hunc detorquent. Ecquid, obsecro, habet unicornis, quòd David Deum illi comparat? Incognitus, Hugo, Lyranus, & Richelius solvunt difficultatem dicendo: *Secundùm naturales unicornu, est talis natura, quòd nullum animal permittat ad cubile suum accedere,* Et ita amat solitudinem, teste Incognito, ut nullius alterius consortium admittat, additque Beda, quòd ideo etiam, *A cavea, in qua habitat, omne venenatum animal procul abigit.* quòd dicat igitur Regius Psaltes, Deum fabricaturum tabernaculum suum in terris, ad instar unicornis, vaticinium fuit puritatis, & sanctitatis Deiparæ, & rationi consentaneum maximè erat, & condecens, ut, quam Deus in templum suum, & tabernaculum eligebat, plena foret gratiâ, & taliter confirmata in illâ, ut nullô tempore amitteret, ne unquam aliquod animal immundum, vel venenatum, scilicet, peccatum, vel umbra illius auderet ad eam accedere, sed statim dum eam ædificabat, pro semper erat sanctificanda. *Sacrificium suum,*

Bonavēt. apud Salazar de concept. cap.26. Incognitus hic. Hugo. Lyran. Richel. citat. à Lorino hic. Beda in Psal. 77.

10. *Plinius lib. 11. hist. natur. c.16.*

Apibus sollicitis, & mella fabricantibus, teste Plinio, indidit naturalis vis dexteritatem quamdam, & subtilitatem ingenii ad seligendum inter mille, optimum totius campi florem, ex quô conficiant favum Principis seu magistræ, quam Regem appellant, ideoque puriorem illum, ex subtiliori materiâ, & magis odoriferis floribus componunt *Electo flore, ex omni copia factus.* Res omni admiratione digna! quòd ex exquisitissimis viridarii floribus, & selectioribus totius campi conficiant favum, & extruant Thronum Regi suo. Si igitur hæc est naturalis idoles, & ingenium mellificantium apum, quid mirum si quòd Deus ipse totius naturæ Auctor, qui talem parvulis animaleulis naturalem indidit instinctum, eligat selectissimum florem ex toto illo viridario lineæ & prosapiæ Christi Servatoris: *Liber generationis: Iesu Christi,* ut fabricet ex illo favum, & ceram candidissimam, & purissimam, in quâ Magister, Rex, Dominus, & Salvator totius mundi, tamquam in Throno suo, sit commoraturus. *De qua natus est IESVS.* Elegit absque omni dubio florem pulcherrimum, & fortnosiorem quàm mundus unquam habuit, aut habebit. *Electo flore, ex omni copia factus.* Formosæ fuerunt inter gentiles Europa, Medusa, Jole, Diana, Argia, Pantasilea, Policena, Helena, Dido, Lavina, Casandra, Cervia, Proserpina, Cleopatra & Lucretia: Et inter Hebræos Sara. Rachel, Dina, Thamar, Noemi, Esther, Judith. Abigail, Bersabæa. Abisac, & Sulanna: sed omnes comparatæ cum Virgine Sanctissimâ, nullam habuerunt gratiam, qui singulæ suos habuerunt defectus, & in Virgine nostrâ ne quidem umbra alicujus imperfectionis fuit reperta, semper fuit pura, semper fuit sancta, semper flos suavissimus electus ex omnibus. *Electo flore, ex omni copia factus.*

11. *Cant. 4. v.12.*

Vnum ex præcipuis encomiis, quô Sponsam suam extollit Sponsus in Canticis est, quòd illam

illam viridarium, seu hortum conclusum appellet. *Hortus conclusus*, &c. Bellè quadrat instituto nostro explicatio quorumdam Interpretum, asserentium Sponsum alloqui Virginem Sanctissimam, eamque assimilare horto concluso. Hujus opinionis est Justus Orgelitanus, & Sanctus Rupertus Abbas, & alii,
17. & super illo, mille proferunt subtilitates, quas is- missas facimus, meâ tamen sententiâ, allusit divinus Sponsus ad primum hortum, scilicet Paradisum terrestrem, ubi posuit Deus primum hominem, constituens eum hortulanum suum (ut jam alibi diximus) & custo-
15. dem horti, *Ut operaretur, & custodiret illum*: At ipse provinciam sibi dem mdatam a Deo tam incuriosè administravit, ut irrepserit serpens, & ipsum, & nos omnes in illo, profligaverit, & perdiderit. Si Adam portam Paradisi sollicitè observasset, & introitum occlusisset, numquam Dæmon in tantam audaciam prorupisset, ipseque Adam se, & posteros in statu innocentiæ, & in gratiâ à Deo acceptâ conservasset, oblitus est sui muneris, & socors, totus remansit prostratus, & tantâ irruit in eum ferocitate serpens, ut in ipso, & in cunctis posteris ejus talem, tamque exitialem excitaverit ruinam, qualem nos omnes miseri experimur. Quod igitur dicat Spiritus Sanctus Matri puritatis, illam esse hortum conclusum, idem sonat, ac si diceret: quòd licèt incuria Adami, & negligentia custodiæ fuerit causa peccati, & amissionis gratiæ; in paradiso tamen animæ ejus nullus extitit defectus, quia ab illo instanti, quo fuit gratiâ plena, Dei ordinante dispositione, semper fuit clausa: *Hortus conclusus*, semper illam conservavit, & nunquam ingressum (quemadmodum in nobis, singulis horis) ad illam habuit Serpens humanæ salutis hostis.
D. Ioan. Damasc. orat. 2. de dormit. Virg. 12. Hæc omnia videtur voluisse dicere Sanctus Joannes Damascenus. *Ad hanc, paradisum*, nempe (loquitur de Beatâ Virgine) *Serpens aditum non habuit.*

11. Delineans Regius Vates statum Innocentiæ Adami, ejusque gratiæ primam fælicitatem asserit eum fuisse ad summum honoris fastigium sublimatum. Et pergens ulteriùs, ait ejusdem fuisse rationis incidisse in peccatum, ac similem fieri brutis animantibus rationis, &
Psal. 48. v. 21. judicii expertibus: In hoc sensu intellexit Jansenius verba illa: *Homo cum in honore esset; non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Homo quidem post peccatum remansit Deo similis secundùm naturam, quia (ut dicunt Concilia, & Doctores Ecclesiæ) nullius doni naturalis per peccatum jacturam passus est. Quodnam igitur motivum habuit Regius Propheta ad dicendum, quòd idem fuerit, hominem incidere in peccatum, ac illicò similem fieri brutis omni rationis discursu carentibus? Causa fuit, inquit Jansenius, remanente enim homine sine gratiâ, quæ perficiebat naturam, majores vires retinet cognatio, quam habet cum corpore ad deprimendum illum, quàm similitudo, quam habet ex parte animæ ad ipsum sublevandum; quia etiam usque ad ipsam animam redditur materialis propter conformitatem, quâ sequitur inclinationes & propensiones corporis. *Irrationabilem animæ partem sibi Dominam statuens, circa exilia, ac terrena versatur*, &c. Et si res eo passu currunt, idem foret, Virginem non perseverare in primâ innocentiâ, & illam aliquô tempore subesse peccato (perditâ gratiâ, quâ Deus eam dotavit) ac remanere in statu opprobrii cum maximâ ignominiâ, tantâ, quantâ natura creata afficiposset: ac proinde cœlum huic inconvenienti quàm celerrimè obvians, tantâ eam gratiarum abundantiâ cumulavit, ne toto vitæ curriculo ejus labefactaretur honos, aut ejus diminueretur magnitudinis excellentia. *Jansen. hic.*

Renuente Patriarchâ Jacob tradere Filium 13.
Benjamin fratribus suis ad comitandum eos in Ægyptum, juxta præscriptum Josephi Gubernatoris Ægypti, rogavit eum Ruben summis precibus, ut petitioni condescendere dignaretur, obtulitque semetipsum obtidem, vitamque duorum Filiorum suorum, quos tenerrimè, ut propriam personam diligebat, ei oppignoravit. *Duos Filios meos interfice, nisi reduxero illum tibi*: Sed numquam induci potuit Jacob, ut sub hac promissione, & pignore filium suum Benjamin traderet. Cum tamen idipsum Filio suo Judæ postulanti, & filium suum oppignoranti, seque peccati reatui subjicienti, si deficeret, consenserit Jacob, & Filium suum Benjamin comitem dederit: *Nisi reduxero & tradidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* Judicarunt Interpretes hunc locum omni ponderatione dignum, ideoque summo labore insudarunt in perscrutando motivo, quare Jacob promissis Judæ, *Gen. 42. v. 37.*

ejusque pignori fidem dederit, pacto verò, & verbis Ruben nullatenùs voluerit aures, aut locum præbere? Omissis aliis rationibus, intento nostro quadrat interpretatio Strabonis gravissimi simul, & antiquissimi Doctoris. Hocce, scilicet fuisse, motivum impellens Iacob ad consentiendum potiùs Iudæ, quàm Rubeno, quia peiori malo sese exposuit Iudas assumendo nomen peccatoris cum talis infamiæ notâ, quàm fuerit, periculum, cui se Ruben subjecit, incertæ aleæ exponendo vitam propriam, & filiorum suorum. *Strabo glossa ordin.* *Plus est ergò, reum esse peccati, quàm corporaliter occidi.* Argumentando ex hôc principio videtur efficaciter concludi posse pertinuisse ad amorem Christi defendere, & tueri Matrem suam ab omni labe, reatu, & peccato; nisi enim illam ab iis liberaret, non zelaret honorem ejus, neque debito pietatis erga eam satisfaceret, non convenienter æstimationem ejus defendendo. Equidem ratio æquitatis exigebat, ut favoribus & & spiritualium donorum beneficiis emineret Mater, ex quâ immediatè assumpturus erat humanam naturam, præferendo eam cæteris posteris Adæ in munificentiâ gratiarum, quia privilegium Matris in auctoritatem filii redundabat.

14 Quæstio est ea de curiosa, & controversa inter expositores Sacræ Scripturæ, in quâ indagant, quarè dæmon capitalis humanæ salutis adversarius ad struendam technam illam, quâ seduxit, & decepit primos nostros parentes, non assumpserit formam columbæ, sed serpentis? *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; *Gen. 3. v. 1.* Sive fuerit solùm apparens, & repræsentativè serpens, ut annotarunt sanctus Cyrillus, & Lugubinus, quemadmodùm Angeli quandoque assumunt corpora phantastica, & aërea non quidem vera, sed humanis simillima: Sive fuerit verus, & realis serpens, ut communis fert opinio Sanctorum, seu Interpretum Sacræ paginæ. *D. Cyrillus & Lugubinus apud Corn. à Lapide hic.* Inter varias, quas suggerunt rationes, quibus dubium eludere conatur, excellentissima omnium est, quam refert ex Hugone Victorino Auctor sacrarum Allegoriarum ad propositum nostrum accommodatissima, *Venit ad hominem in serpente callidus hostis, qui fortassis si id ipsi permissum fuisset, in forma columbæ venire maluisset, sed hoc vas sibi spiritus Sanctus reservavit, quia profectò dignum non erat, ut spiritus malignus, illam formam homini odiosam faceret, in quâ possimodùm idem Spiritus Sanctus apparere debuisset.* *Hugo Victorin. citat. ab Auctore &c.* Sagacissimus hostis voluisset quidem speciem columbæ induere, ad decipiendum protoparentem, sed Deus id non consensit, quia, cùm avis illa sit symbolum simplicitatis, *& simplices sicut columbæ*, *Matth. 10. v 16.* reservavit eam sibi Spiritus Sanctus, &c. Et fundatur hæc doctrina Hugonis in magno Doctore Ecclesiæ Sancto Augustino, cujus hæc sunt verba: *Non est putandum, quòd diabolus serpentem, per quem tentaret, elegerit, sed cum tentando decipere cuperet, non est permissus hoc attentare, nisi per serpentem.* *D. Aug. citatus ab Auctore arbor vitæ conc.* Pariformiter Philosophari debemus de Sanctissimâ Virgine, quam divinus sponsus columbam appellavit: *Una est columba mea.* *Cant. 6. v. 8.* Nam cum Verbum divinum, secunda persona Sanctissimæ Trinitatis assumptura erat, & induitura humanam naturam, & inclusura se hujus sacratissimæ columbæ viscetibus æquum erat, & rationi maximè consonum ut eâ dæmon author culpæ nullatenùs potiretur, quemadmodùm aliis animabus, quæ passim in peccatorum laqueos incidunt, quia futura erat Templum Dei vivum, & totius Sanctissimæ Trinitatis Sacrarium, ut tantò plùs diligeretur ab hominibus quantò plùs à peccatis libera, & immunis foret.

15 Observavit magnâ perspicacitate, & solito ingenii sui acumine Sanctus Bernardus, Evangelistam nullam facere mentionem Lazari in domo Marthæ sororis ejus, quando in illâ Salvator mundi lauto fuit hospitio exceptus: cùm tamen ratio æquitatis id videretur exigere, ut domus Lazari, & non Marthæ vocaretur, quia per virum, & non per mulierem debet domus innotescere. *Intravit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam*, *Luc. 10. v. 38.* ait Sanctus Lucas. *Sed forte curiosius quisquam requiret, cur in præsenti Evangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio sit?* Et dicit Sanctus Abbas, id non casu fortuito Evangelistam, per os, & calamum ejus fecisse. *Virginalem etenim domum intelligi volens Spiritus siluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum utique comitatur; Absit enim, ut proprii quidquam impedimenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* *D. Bern. de Assump. B. Virgin. serm. 3.* Nolite attendere ad factum, sed ad denotatum per illud, & altiùs considerationem erigite, & scitote, quòd in introitu

Digitized by Google

introitu illo Christi in domum Marthæ præfiguratus fuerit ingressus ejus in uterum purissimum Virginis, Matris ejus & Dominæ nostræ. Hôc supposito, subticuit sponte Evangelista Sanctus pœnitentiam, quæ ut notum relinquimus, est comes peccati, neque mentionem fecit Lazari, qui, quia mortuus fuit, & resuscitatus, figuram peccatoris conversi, & emendati designabat; nam cùm in domo sanctissimâ animæ, & viscerum Virginis nulla fuerit inclinatio, aut propensio ad aliquod, etiam leve peccatum, conveniens erat, ne ullatenùs fieret, mentio Lazari tamquam pertinentis ad domum illam, quia peccatum, & pœnitentia nullum habuerunt negotium cum illâ, quæ fuit Templum Dei vivum, in quô DEUS dignatus est commorari, & quiescere.

Ad cujus rei Confirmationem non leviter conducit Consideratio Doctissimi Pennafiel super illa verba Sancti Sacerdotis, & Prophetæ Simeonis, quæ dixit Deiparæ Virgini: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Carpit, & premit hic Doctor, quòd sanctus Senex nominet animam Beatæ Virginis, animam Christi, asseritque non absque fundamento, seu mysterio sanctum Senem ita fuisse locutum. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*, quod solùm de Beatâ Virgine dici, affirmarique potest. Ratio est, quia licèt ceteræ animæ sint Christi, certum tamen est aliquo tempore illas non esse Christi propter defectus, seu peccata, quæ passim plùs vel minùs committunt juxta illud Apostoli: *In multis offendimus omnes.* Verumtamen anima Mariæ, antonomasticè, & per excellentiam dicitur sua. *Et tuam ipsius animam*, quia à puncto temporis, quô ejus possessiónem occupavit, semper fuit sua.

Adferam pro coronide, & complemento puritatis Sanctissimæ Virginis ponderationem Sancti Paschasii Patris antiqui, & gravis, qui advertit, Sanctum Evangelistam Matthæum usum fuisse hoc verbo, *Genuit*, & non, *Generavit*, non enim dicit: *Abraham generavit Isaac. Notandum, quòd Matthæus, genuit, & non generavit, dixit, fortasse ut Deum, recognoscerent in fine ostensum, de quo pater dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc itaque quasi proprium illi verbum, ut familiarissimum ponitur.* Non sine mysterio, ut ego quidem sentio, arbitratur Sanctus Paschasius, Sanctum Evangelistam Matthæum loqui de generatione temporali Filii Dei, eôdem verbo, & eisdem terminis, quibus Pater æternus locutus fuit per Psalmistam de generatione æternâ, quæ est processio Verbi per actum notionalem intellectus, ut cognoscatur; quàm similis sit puritas Deiparæ, munditiæ Patris, nisi quòd, quam habet Pater per naturam, virgo habeat per gratiæ beneficium. mediante quâ dignè illam disposuit, & exornavit, adeoque Sanctam, & puram effecit ut ex illâ nasci dignaretur factus homo: *De qua natus est Iesus.* Et hoc est mysterium, quarè Sancta Mater Ecclesia utatur hoc Evangelio, in quô commemoratur generatio temporalis Filii Dei, in Festo Conceptionis suæ Sacratissimæ Matris, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

17.

D. Paschas. in cap. 1. Matth.

Matth. 12

Psal. 2.

Psal. 2.

TRACTATVS IV.

DE NATIVITATE B. VIRGINIS,

Liber generationis Iesu Christi, Filii David, Filii Abraham, Matthæi 1.

PRimus titulus, quô cœlum hanc Dominam recenter natam honorat, est prosapia tot Regum, Patriarcharum, & Ducum, ex quibus originem trahit, quorum præclara gesta, sanguinis nobilitas, & excellentia regiminis non parùm ejus exaltánt virtutem, & magnificant sanctitatem. Hæc mihi inter cæteras videtur principalior ratio, quarè in hòc lætissimo Nativitatis illius die cantet Ecclesia librum generationis Christi per sanctum Matthæum concinnatum, ut nos excitet ad devotionem Beatæ Virginis, & ad virtutum illius imitationem. Licèt enim virtus se solâ tam gratam habeat pulchritudinem, tamque pulchram formam, ut cunctis sit honori, & decori, in nobili tamen vel Principe, vel Rege illustrior appareat, magisque laudabilis, & appetenda videtur. Ideoque facer Evangelista in hòc suo catalogo meminit illustrium Progenitorum Redemptoris nostri, *Filii David*, *Filii Abraham*, quia, cùm specialiter Evangelium suum conscriberet Hebræis, qui, ut alibi diximus, erant cupidissimi honoris, solebantque plenis buccis stemmata sua deprædicare, existimavit hôc medio, se illis meliùs Incarnationem Messiæ, cujus adventum tantoperè desiderabant, persuasurum, sed contrarium evènit, quia cum essent ambitiosissimi, per honoris, & stemmatum decora adduci noluerunt. Faxit Deus, ut & idipsum nobis minimè contingat, sed recognoscamus beneficium hodie nobis à cœlo donatum, quia hôc die incipit salus apparere, & intrare per domos nostras cum nativitate illius Virginis, de quâ nasciturus est Christus Salvator hominum, & totius mundi universale remedium. Hoc est, *de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus*, ut cognoscamus, quæ, qualisve sit puellula illa, quæ hodie nascitur, ut sit Mater ipsius Dei, &, ut ego hoc ipsum edicere possim, indigeo gratiâ, *Ave Maria.*

Liber generationis Jesu Christi, Filii David, Filii Abraham.

CONSIDERATIO I.

Generosa pectora tantò plùs se debent humiliare, quantò magis illa Deus donis suis exaltat, juxtà exemplum Davidis, & Abrahami, quos Deus honoravit, quia in maxima honoris sublimitate, profundissimam humilitatem ostenderunt.

SPica, quò plenior, eò magis inclinat, & arbores, quò fructibus graviores, eò magis ramos dimittunt; ita justi, quantò plùs honorantur à DEO, tantò se magis humiliant in omnibus. Eminet humilitas inter omnes DEI favores, ut clarè videri potest in his duobus Patriarchis, qui tantò fuerunt humi- 1.

Digitized by Google

humiliores toto vitæ suæ decursu, quantò magis fuerunt Dei beneficiis exaltati. Doctrina est Sancti Gregorii in duobus discursibus quos de illis composuit, Ponderat Sanctus Doctor, quòd omnes favores cælestes, quibus Deus Davidem dotavit, non potuerint impedire, quò minùs semper humilis foret. Erat adeò robustus, ut leones furiis invectos, sibi occurrentes, mirâ fortitudine dilaceraret, adeò fortis, ut fundâ pastoritiâ, uno lapide, cunctis timendum Goliath prosterneret, adeò bellicosus, & strenuus in arte militari, ut cunctas hostium acies penetraret, urbes occuparet, mœnia expugnaret, omniaque tantâ industriâ superaret, ut ejus gesta fidem humanam excederent. Imò in Musicâ tam excellens, ut Amphionem, Orpheos, & Ariones, quos gentilitas finxit eminentissimos citharædos, antecederet; sicut videre est in Saule, quem sæpiùs, psallens citharâ, dulcedine illius refocillabat, & à malo spiritu divexatum alleviabat. Et super omnia adeò dilectus Deo, ut, despectis prioribus fratribus, eligeretur, & reprobato Rege, ad regni Gubernacula ungeretur. Tanta profecto erant hæc virtutum munera, inquit divus Gregorius, ut quemque hominem in superbiam subveherent, & supra se extollerent. *Sed neque potestas regni ad memoriam reducitur, neque se honore prælatum cæteris, ante ejus Arcam saltans, qui honorem dederat, recognoscit.* Dum enim Aream Dei solemniter in Jerusalem revocat, quasi oblitus prælatum se omnibus, admixtus populis ante Arcam per saltum rotatur. *Et David saltabat totis viribus ante Dominum*, quis tunc dixisset Davidi, vide Rex, quid feceris, agnosce te Regem, saltus coram populo, regiam dedecet Majestatem, quìnimò, ne quidem una rotatio per publicas plateas, quantò, minùs tot saltuum gesticulationes Regi conveniunt, *totis viribus*, ô, inquit D. Gregorius, floccipendet David vulgarium, & muùdanorum dicta, *ille, quem Dominus cunctis singulariter prætulit, se sub Domino, & exaquando minimus, & abjecta exhibendo, contemnit.*

2. Observavit Sanctus mores aulicorum supremi Regis, qui quò plùs meritis valent apud Deum, eò plùs se humiliant, teste eodem Davide: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam.* Verum quidem est: persona pastoris commutatur in Regem, pastoritia vestis in purpuram, pedum in sceptrum, & oves in subditos, sed non immutatur cum dignitate animus, exteriùs quidem Rex, interiùs tamen semper pastor. *Tantis igitur Propheta donis ornatus, dese ait, non est exaltatum cor meum*, inquit Agellius. Hoc ipsum dixerat in Psalmo: *Ego sum vermis, & non homo.* Paraphrastes Chaldæus relatus à Titelmanno in suis annotationibus legit ex Hebræo & Chaldaico: *Ego vermis, & debilis, & nequaquam fortis.* Ecce humilitatem Davidis, adeò fortis erat robore, sicut jam antè dixi, ut ora leonum frangeret, ursorum brachia discerperet, gigantes sterneret, & uno impetu extinctis ducentis Allophylis, à Rege proposita numerosa præputia, reportaret, tandem, adeò bellicosus in toto regno Israël habitus, ut duplicatis choris mulieres Israelticæ animositatem, & præclara illius gesta decantantes, fortissimum Israël acclamarent. *Percussit Saul mille, & David decem millia.* Hisce non obstantibus Rex adeò potens, & fortis, tantâ humilitate se dejecit, ut se vermem abjectissimum prædicaret. *Ego sum vermis, & debilis, nequaquàm fortis.* Neque dubium est, quin solidissimæ sit humilitatis indicium, illam in sublimi dignitate conservare, & modestiam in gloriâ temperare, sepositis superbiæ tentamentis, quibus animi, ex humilioribus ad dignitatum fastigia exaltati, sæpiùs quatiuntur, & inanescunt.

Agellius hic.

Psal. 21. v. 6.

Paraphrast. Chald. apud Titelman.

1. Reg. 18. v. 17.

3. Item dicit D. Greg. de Patriarchâ Abrahamo, advertens, quòd in Sacris Litteris nusquam legitur, Abrahamum seipsum nominasse pulverem, aut cinerem, nisi postquàm facie ad faciem fuit locutus cum Deo, & illum hospitio excepit, & in mensâ servivit, & quando illum tot favoribus, & gratiis dotavit, ut cum patrem credentium, tot Regum victorem efficeret: *Loquar ad Dominum, cùm sim pulvis, & cinis, nusquàm legitur, quòd Abraham, cinerem, & pulverem se esse professus est, nisi cum Deo meruit habere collocutionem*, & Glossa ordinaria pauçioribus verbis: *Sublimitatem promissionis, temperat subjectione humilitatis.* Iteratis vicibus Deus Abrahamum divinâ collocutione honoraverat, sed nusquàm tam familiariter cum eò egerat, quàm in propriâ domo, quando ei secreta tam in suî favorê quâ in Sodomorũ pœnâ revelavit. Et si honos est major, quid mirũ, si grata cognitio beneficii quæ in agnitio-

D. Greg. lib. 3. moral. c. 18.

Gen 18. v. 17.

Gloss. hic.

Digitized by Google

agnitione propriæ vilitatis consistit, sit excellentior? Tuncigitur semetipsum humiliavit, & pulvere humilitatis exinanivit, dicens: *Loquar ad Dominum cùm sim pulvis, & cinis.*

4. *Philo Hebræus lib. de vita Moysi* Considerans Philo Hebræus mirabilia, & portenta, quæ Moyses fuit operatus tam in solvendâ servitute Ægyptiacâ, quàm in deserto, dicit, Deum ipsi contulisse universalem jurisdictionem super quatuor elementa, ex quorum qualitatibus totum componitur corpus humanum, eumque constituisse, quasi Deum Pharaonis. *Fecit eum sua potentiæ participem, totum mundum ei subdens tamquàm hereditarium.* His ita positis, si curiosiùs adverteritis, comperietis, illum in omnibus operibus, & prodigiis semper virgâ, tamquàm instrumento, usum fuisse. Et ut Sanctus Basilius Magnus etiam pl[illegible]que annotavit, [illegible] virgâ, q[illegible]n, & opilionem egerat. *Neque, cùm ab ovibus oculos Moyses amovisset, artem pastoritiam desiit, sed comprehensa virga elementa imperabat,* contestans se non tantùm abesse à fastu, & superbiæ tumore propter familiaritatem cùm Deo, & beneficia ab eo recepta, sed potiùs in ipsâ sublimitate honoris se propriæ utilitatis, & abjectionis memoriam retinere. In quò ostendit naturam amicorum & servorum Dei, qui scientes, quantùm placeat Deo humilitas, nihil ita curæ habent, qu[illegible]m humilitatem, etiam dum spiritus eorum donis cælestibus capiosissimè cumulatus inani superbiâ tentatur, & commovetur.

D. Basil. orat. 2.

5. *Psal. 67. v. 10.* Ad rem elegantissimè explicat divus Augustinus versum illum Davidicum: *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfeciſti eam*, per pluviam voluntariam, dona Dei cœlestia intelliguntur, quæ ad modum pluviæ, non ex meritis sed merâ Dei liberalitate è cælis descendunt. Hoc est, *pluviam voluntariam*, Et quid justi faciunt, dum se tot cælorum influentiis opulentos, tot opimis Dei muneribus dotatos conspiciunt? quid agit terra illa, tali imbre cælesti irrigata? quid? respondet Sanctus Augustinus cum Regio Propheta: *infirmata est.* Inclinat se, sibi diffidens, soliqué Deo omnia attribuens. Hoc sonat in præsenti, *infirmata est. Hoc cognoscentes*, ait Sanctus Doctor, *non confidentes in nobis erimus, & hoc est infirmari.*

D. Aug. lib. 4. de Trinit.

6. Pluries attentè consideravi picturas, & sculptilia, quæ sapientissimus Salomon in parietibus templi efformari curavit; *Omnes parietes Templi per circuitum sculpsit Salomon variis celaturis Cherubim & palmis*, ubi Vulgata nostra habet, *celaturis Cherubim, & palmis*, transfert Pagninus noster ex Hebræo *celaturis fundarum* interius templum figuris fundarum erat ornatum. In quò magnum comperio mysterium, & omissis pro nunc variis considerationibus; ad institutum nostrum apprimè conducit, quòd hôc cælato opere Salomon ad fundam alluserit, quâ parens ejus David Goliam prostraverat. Sed illicò dubitandi ratio mentem pulsat, cur Salomon ad exornandum Templum, mundi miraculum, cujus pretium inæstimabile, structuræ artificium omnia fabrefacta, & humanæ mentis ingenium excedit, tam viles fundarum figuras insculpi, & cælare voluerit? hoc mihi occurrit dicendum, voluisse, scilicet, prudentissimum Regem nos docere, quòd ex ipsis Dei beneficiis, quibus nos exaltât, elicere debeamus cognitionem propriam, quæ nos humiliet, & fastum tumoris depellat. Ideò inter Cherubinos, qui scientiam significant, & inter palmas, victoriæ symbola, voluit fundam pastoritiam collocari, quia justos, & Deo famulantes, favores ipsius Dei, humiliant, & quò plùs illos extollit, eò magis seipsos deprimunt, ita ut, quò ad majus honoris fastigium evehuntur, per profundiorem humilitatem magis sese dimittant.

7. *Cant. 2. v. 2.* Comparat Spiritus Sanctus animam illam justam, Sponsam suam lilio inter spinas consito. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Notanda est ratio assimilationis inter lilium, & animam sanctam. Plures rationes convenientiæ assignant Sancti Patres, sacriqué Interpretes, sed dictum Plinii servit instituto nostro; *Nulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium longitudo collo est, & non sufficienti capitis oneri*, quantò magis ea crescit, tantò magis caput inclinat. Ita sunt animæ sanctæ, Dei Sponsæ, quantò magis illas favoribus onerat, & honorat, tantò illæ se magis humiliant, & subjiciunt. *Sicut lilium inter spinas.* In eodem sensu potest cum divo Hieronymo declarari illa comparatio Ecclesiastici: *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano.* In quibus verbis apprimè assimilantur cedris, quæ, teste Sancto Hieronymo, *quantùm in auras consurgunt vertice, tantùm radicem in ima dimittunt.*

Plinius in histor. natural. lib. 22. lib. 5.

D. Hieron. hic. Ecclesiast 24. v. 17.

Pluri-

Digitized by Google

8. Plurimas ob cauſas poterat Chriſti Vicarius ſe peccatorem profiteri, & nihilominùs ponderat divus Ambroſius, illum ſe numquam peccatorem nominaſſe, niſi in miraculosâ illâ piſcatione, quando obtemperans juſſis Chriſti, cùm per totam noctem laborans, ne piſciculum quidem cepiſſet, laxavit retia, & tam vniverſam multitudinem piſcium cepit, ut quaſi catervatim viderentur ſeſe injicere retibus, & ita replerunt naviculam, ut pondere ſuo penè eam mergerent in profundum, & tunc ſolùm dixit: *Exi à me, quia homo peccator ſum.* Nonnè congruentior fuiſſet hæc Petri confeſſio, quando in monte Thabor ignorantiæ arguebatur, *neſciens quid diceret*? vel quando Dominus eum Sathanam, & ſcandalum vocat: *Scandalum es mihi*, ſed ſe peccatorem prædicare, quando favor ſuſceptus ipſum certiorem facit gratiæ Dei, quâ ipſum ſpeciali decorat honore? Permittite ei dicere, *quia peccator ſum*, inquit S. Ambroſius, nã ipſemet Dei favor declaravit ipſi rationes non inanescendi neque ſe ſupra ſe extollendi. *Nihil utilius ſibi eſſe proſpexit, quàm ne ſecundantis operis extolleretur eventu.* Atque ita non petit Salvatoris abſentiam, ſed ne cauſâ humilitatis ſuæ, ex oculis ejus evaneſcat. *Et ideo*: *exi*, (inquit) *à me Domine, Non rogat, ut deſeratur, ſed ne inflatur.* Et reverâ juſtiſſima fuit ejus poſtulatio, quia, quem Deus verè favore ſuo proſequitur, in ipſo dono illuſtrat ejus mentem: ut cauſas ſuæ debitæ humiliationis agnoſcat, ideo Dei munus reipſa Petrum illuſtrat, & vilitatis ſuæ commoneſacit. Anteà quidem ſe peccatorem adverterat, utpote qui honore jam præventus, ſe Chriſti præſentia indignum confitetur. Verum Deo famulantium, exemplum, quorum ea eſt conditio, ut quantumvis dignitate, & virtute excellant, ſe tamen per humilitatem ſemper minimos reputent.

Luca 5. v. 8.

Matt. 17.

Matt. 16. v. 23.

D. Ambroſ. lib. 3. de Virginit.

9. Propterea Deus in Apocalypſi cuidam Epiſcopo Philadelphiæ, cui ſacrarum litterarum ſcientiam, & myſteria, ex ſpeciali favore revelabat, dicebat, ſe illam daturum propter minimam ejus virtutem, *dedi coram te oſtium apertum, quod nemo claudat.* Quare Domine? *quia modicam habes virtutem, & quia ſervaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum*, quid, Domine, tantum beneficium dabis modicæ virtuti? Annè exigua eſt virtus ſervare præcepta tua, & non negare nomen Sanctum tuum? Imò in hoc tota conſiſtit perfectio Chriſtiana, credere & operari. Gloſſa modum dubii diſſolvit; *modicam ſecundùm tuam opinionem, ſed ſecundùm ſe magnam.* Ex humilitate Epiſcopus virtutem ſuam minimam exiſtimabat, quantoque magis augebatur donis, minùs de ſe præſumebat, & reputabat, *quia modicam habes virtutem.*

Apoc. 3. v. 8.

Gloſſa ord.

10. Neque hæc humilitatis virtus defuit Sanctiſſimæ Virgini, majori enim honore ſublimata, profundiori humilitate excelluit, & quando plus in gloriâ aſcendit, tunc magis ſe Davidis, & Abrahami filiam exhibens per humilitatem deſcendit. Equidem dum cœleſtis paranymphus jam tot laudibus extollens gratiâ plenam deprædicat, *Ave gratiâ plena*, & ſuper cæteras mulieres eminentem nuntiat, *Benedicta tu in mulieribus*, & Matrem ipſius Dei indigitat, *Ecce concipies, & paries filium, illa ſe ſervulam reputat, & nominat, Ecce ancilla Domini.* Adnotavit Gilbertus Abbas, quòd Sponſus depingens perfectiones Sponſæ ſuæ, ſcilicet, Sacratiſſimæ Virginis, ſub metaphorâ capillorum, genarum, oculorum, colli &c. quòd omnia illa, quæ aliis ſolent eſſe irritamenta ſuperbiæ, illi fuerint incitamenta humilitatis, & in hunc finem, admirationem Angelorum interpretatur dicentium: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertã, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii?* Per pulverem pigmentarium intelligit hic Doctor cordis humilitatem. *Habes in pulvere pigmentario cordis humilitatem.* Verè hic locum habet admiratio, & meritò obſtupeſcunt Angelici Spiritus, videntes Sponſam ſanctam tot virtutibus adornatam, totque meritis cumulatam, ſe ad humilitatis abyſſum dejicere, & magnitudinis ſuæ excellentias omnigenâ, humilitatis ſpecie temperare. *Et univerſi pulveris pigmentarii.* In ſignum, quod ipſa ſit vera Davidis, & Abrahami filia, atque eorum humilitatis legitima hæres.

Franc. de Sa canc. annuntiat.

Luca, v. 13.

Gilbertus ſerm. 15. ſuper cant.

Cant. 3. v. 6.

11. Explicans S. Rupertus illa verba Canticorum: *Ego flos campi, & Lilium convallium*, ubi Sponſus ſe flori campeſtri, & lilio convallium aſſimilat. Qui hoc, Domine, & Deus animæ meæ, inquit Rupertus, nonnè tu es *mons ille magnus*, teſte Daniele, *mons ille Sanctus*, quem mirificè extollit David? quomodò ergo te lilium convallium appellas? audite bellam Ruperti reſponſionem. *Ego flos campi, & lilium convallium, id eſt, generis humani, & humor parentum humilium, Patrum ſpiritu pauperum, Abraham, Iſaac, Iacob, &c. qui etſi meritis meis,*

Cant. 2. v. 1.

Rupertus hic.

Daniel. 2. v. 35.

Pſal. 86. v. 1.

tes, mente convalles fuerunt etsi divites cessu, pauperes spiritu extiterant, Ac si diceret: Sum ego pulchritudo, & decor naturæ humanæ, & honor parentum humilium, quos neque prosperitas extollere neque merita ex humilitatis abysso extrahere potuerunt. Et qui in virtutibus novit esse humilis, meretur in illis crescere. *Filii David, Filij Abraham.*

Filij David, Filij Abraham.

CONSIDERATIO II.

Causa, ob quam Sanctus Matthæus priùs dixerat, Christum esse filium Davidis, & Abrahami, & postea ipsum esse natum ex Virgine, hæc fuit, ut demonstraret celerem promptitudinem Dei in solvendo promissa ipsis facto, dando celeriter Incarnationem Filij sui illis promissam, ad cujus imitationem debent Reges, & Principes esse exactissimi in solvendis promissis, quæ subditis faciunt.

1. D. Fulgēt. epist. 7. ad Venant.

QVemadmodum vera lux numquàm obscuratur, ita numquàm summa veritas decipit, aut fallit, ait S. Fulgent *Sicut vera lux nullatenùs obscuratur, ita nūquā æterna veritas mentitur.* Et quamvis non foret de fide, Deum esse primam veritatem indeficientem, in quam nulla cadit falsitas, sufficerēt plurima exempla, & testimonia, quæ passim in sacris Litteris reperiuntur ad id dilucidè comprobandum, ex quibus manifestè constat, Deum numquam retractasse id, quod semel faciendum decrevit. In hòc sensu intelligo verba illa Psalmi. *Semel locutus est Deus* quibus verbis Regius Psaltes significat Deum unâ vice, unamque rem solùm fuisse locutum. Cui obstare videtur Sancti Pauli dictum, *multifariè multisque modis olim Deus loquens*, &c. ubi varijs vicibus, & modis Deus per Prophetas suos locutus perhibetur. Sed huic respōdetur, Doctorem gentium noluisse asserere, quòd Deus variaverit in dictis, aut quòd pluribus linguis fuerit locutus, sed quòd semper idem per os prophetarum suorum edixerit. Et hoc voluit David, dicens: *Semel locutus est Deus, non duo*, numquàm mutavit decretum, semper constās in verbis, idem dixit, neque retractavit. *Semel locutus est Deus, non duo.*

Psal. 61 v. 11.

Hebræ. 1. v. 1.

In hòc fortasse fundabatur sacer Historicus Moyses affirmans, quòd populus Hebræorum videbat vocem Dei. Consideratio est hæc Philonis Alexandrini super verba Exodi. *Vnivers populus videbat vocem apertissimè*, ita enim legit hic Philosophus iuxtà interpretationem Septuaginta, quasi cùm Deus loqueretur Moysi, viderent vocem, & non loquentem, & ponderat Philo, quòd oculi videant voces, quæ tamen sunt objecta auditùs: & quærit quomodo naturaliter, imò miraculosè potuerit populus videre vocem? respondet: *humana enim vox auditu, divina visu percipitur. Quare? quia quæcumque Deus dixit, non verba sunt, sed opera, quorum judicium non tàm penès aures, quàm penès oculos est*: quasi diceret, non esse mirum, quòd in verbis Dei, quæ opera sunt, idem sit promittere, & facere, & pertineant ad jurisdictionem auditùs.

Exod. 20. v. 18. Philo Hebræ. lib. decalo

3. Curiosiùs advertit insignis noster Oleaster sacrum Textum longè latèque describere seriem posterorum, & filios Ismaelis. *Hæ sunt generationes Ismael, Filij Abraha*; & in illis hoc enucleat mysterium, videlicet, Deum voluisse hoc modo dare firmitatem verbis suis: *Mirum valdè est, quanti fecit Deus suas promissiones & illarum veritatem.* Promiserat Deus Ismaeli, se, illum Patrem gentium, fœturum, & duodecim Ducum progenitorem, non meretabatur Ismael à Deo sibi promissum solvi, sed quia Deus nequit verbo suo deesse, non obstante maledictione Ismaelis, ad amussim, promissionem adimplevit. Audite Oleastrum: *Nam quia pollicitus fuerat, se, illum in gentem magnam facturum, duodecimq; Duces generaturum, se exhibuisse hæc ostendit.* Dixit Deus, ergò factum reputate, Promisit Deus, ergò promissum completum manibus tenete. Et hæc est, meo judicio, ratio, cur in eodem Evangelio, & capitulo, quò facer Evangelista Matthæus commemorat, promissiones Davidi, & Abrahæ factas, *Filij David Filij Abraham*, meminit iam nati Salvatoris *De quâ natus est Iesus*, in hoc demonstrans, quòd promissioni Redemptionis, iam ipsa actualis nativitas Dei respondeat, ut sic veritas verbi, & promissionis divinæ eluceat.

Gen. 25. v. 12.

4. Notatu dignissimus est modus loquendi, quò sæpius sacra Scriptura uti solet. *Factum est verbum Domini in manu Aggai Prophetæ* Interrogo, quò casu, id ipsum fieri potest? Si est verbum prodiens ex ore, quid sibi vult ipsa tam in manu Prophetæ? Nonnè certè magis formatur,

Aggai 1. v. 1.

Digitized by Google

maliter, & propriè diceret, fuisse pronunciatum ore Prophetico verbum Dei, inspiratum animæ, & cordi vaticinantis? Vt respondeamus huic difficultati, ad Philonis doctrinam iam anteà insinuatam, recurrere debemus: *humana vox auditu, divina vi, ut ita dicam, percipitur.* Non erat conveniens hic loquendi modus, qui verbis humanis competit, hæc enim emoriuntur, & in ore evanescunt, neque ultra linguam progrediuntur, sed verba Dei, *verbum Domini*, in manibus eorum, quibus promissio dicitur, fiunt in manu Aggæi. Et sic ratiocinando cum Philone in præsenti videtur mihi iuxta mentem Lyrani tantùm significare verbum Domini factum in manu Aggæi ac si clarius diceret, Prophetam iam manu inclusum habuisse complementum promissionum suarum. Quia dicta Dei sunt opera, quæ iam manibus apprehenduntur, & super quæ iam oculi suam exercent jurisdictionem. *In hoc exprimitur* (ait Lyran.) *Certitudo doni Prophetiæ Aggæi, data ad similitudinem doni corporalis, quod ponitur in manu recipientis.*

Lyranus, hic.

5. 2. *Reg.* 7. *v.* 6. *Text. Hebr.*

Ponderate ad propositum verba illa, quibus Dominus Deus promisit Davidi futuram successionem familiæ suæ, & conservationem Regni in posteris suis. *Et fidelis erit domus tua & Regnum tuum usque in æternum, ante faciē tuā.* vel ut legit Hebræus: *In facie tua*, Dubiū hic sese offert, quomodò David potuerit videre durationem perpetuam regni sui, & felicem posterorum suorum prosperitatem, cùm pluribus annis anteà esset morituus, ægrè poterat videre gubernantes regnum, qui ipsi post mortem erant successuri in locum, & multò minùs Christum qui tot annis post obitum fuit constitutus Rex super domum David, Variè respondent ad hæc inveri Interpretes, sed quod mihi in præsenti placet, est, quòd voluerit Deus certiorem reddere Davidem stabilitatis, & durationis Regni sui, & ideo dixit illi, ut tam certam, ratamque haberet, quasi eam actualiter suis oculis videret, hoc est *ante faciem tuam*, vel *in facie tua* quia sufficiebat sola promissio ad certitudinem futuri eventus, adeo enim verax & fidelis est Deus in verbis, & promissis suis, ut in illam nulla possit cadere deficientia, aut fallibilitas.

6. *Matth.* 26 *v.* 5

Quando Christus triste illud nuntium intimavit discipulis suis, *unus vestrùm me traditurus est*, cæperunt singuli interrogare, *Numquid ego sum Rabbi?* Dubitatio ad præsens occurrit, si quilibet in corde conscius erat, an reus, innocuus esset, & si quisque culpæ, vel innocentiæ conscientiam sibi testem habebat, ut quid igitur interrogant Christum: *Numquid ego sum Domine?* prudentissimè factum, inquit Sanctus Basilius: *Majorem Domini verbo, quàm conscientiæ suæ, auctoritatem tribuebant*, & clarius Sanctus Hieronymus: *Pii credunt Magistro, quàm sibi, pertimescentes suam, tristes interrogant de peccato, cujus conscientiam non habebant*, fidebant illi, Domino suo omnia videnti, & scienti, ac proinde sibi diffidentes, ne erent, interrogant: *numquid ego sum Domine?* Ex quâ Sanctorum doctrinâ ad confirmationem in præsenti instituto dictorum, colligo discipulos, tantam habuisse fidem veritatis verborum Magistri sui, ut iudicaverint facilius, quemque potuisse in suo judicio decipi, quàm veracitatem in minimo Christi verbo defuisse, quali dicerent: Magister noster dixit, unum è nobis ipsum traditurum, ergo ita erit, quia ipse non solet mentiri, ipsius dicta, sunt facta, & opera ipsius, verba Ex quò infertur, idem esse in Deo promittere, & promissum exequi.

D. Basil. D. Hieron. hic.

Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illâ die, justus Judex. Continent hæc Apostoli verba primâ fronte considerata manifestam contradictionem, quia asserit Sanctus Paulus, iam se habere capitis coronam impositam, quâ justus Judex illi daturus, peto, ô divinissime Paule! in futuris Judicem illa redditurum, quomodo dicis te illam habere? & si illam capiti impositam affirmas, quomodo tibi reddendam speras? Huic quæstioni respondet Divus Anselmus explicans alium ejusdem Apostoli locum ad Romanos, ubi de electis & prædestinatis ad gloriam sic fatur: *Quos prædestinavit, hos glorificavit.* Quis peregrinus iste loquendi modus? inquit divus Anselmus, nonne scis, ut eximius Theologorum Magister, glorificationem animæ, & corporis in æternæ beatitudinis patria futuram? quare ergo de ea tamquam de præterita loqueris, dicisque, quos vocavit, & elegit, jam glorificavit? appositè respondet Sanctus. *Verba præteriti temporis posita sunt de rebus etiam futuris tamquàm iam factis, quia Deus, quæ facturus ex æternitate disposuit.* Glorificatio quidem futura est, sed non absque singulari mysterio illâ, ut præteritam, enumerat Paulus, quia Deus eam mente decrevit exequendam, quam illis misericorditer promisit. Numeretur igitur tamquàm factum, quod Deus, dixit

2. *Timot.* 4. *v.* 8.

Rom. 8. *v.* 29

D. Anselm. hic.

se facturum, quia adeò certum est, quòd stabit promissis quasi jam reâpse compleviſſet. Fretus igitur Doctor gentium hâc certitudine, quòd Deus erat promissis suis fidelissimè satisfacturus, audet dicere, se jam coronâ justitiæ redimitum, quam Deus illi erat daturus, Propter eamdem causam S. Evangelista Matthæus priùs nominavit parentes Servatoris nostri Davidem, & Abrahamum. *Filii David, Filii Abraham*, & posteà beatissimam Virginem, *de qua natus est Jesus*, quia illis facta fuit Incarnationis
9. Dominicæ repromissio.

Discant hic Reges & Principes veritatem exercere cum suis subditis, & exactâ fidelitate servare ea, quæ obfirmato juramento Regnis, & urbibus suis promiserunt, ad exemplum veri Regis, qui est Deus: *Rex magnus super omnes Deos.* Observavit noster Oleaster modum
Psal. 94. v. 3. loquendi sacræ Scripturæ, in describendâ liberatione Israëlitici populi ex durâ servitute Ægyptiacâ. *Et eadem die eduxit Dominus filios*
Exod. 12. v. 17. *Israël de terra Ægypti per turmas suas.* Quænã fuit ista dies, quærit iste Doctor, in quâ tantum
Oleaster in cap. 8 Genes. beneficium præstitit isti populo? Et respondet in eodem capitulo paulò antè, Spiritum sanctũ declarasse diem, videlicet, in illa die, quâ quadringenti, & triginta anni captivitatis fuerunt completi. *Habitatio autem filiorum Israel, quæ manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum, triginta annorum, quibus expletis egressus est omnis exercitus de terra Ægypti*, dicit nunc Oleaster: *Dominus pollicitationes Abrahæ factas complens ipsamet die, qua finitis sunt captivitatis, & peregrinationis anni quadringenti, eos liberavit.* Notetur accuratissima Dei fidelitas in verbis, & promissis Abrahæ factis, de liberando populo, solvendis, & complendis; ipsomet die completæ captivitatis statuto, promissiones adimplevit. Aliud exemplum reperio in Sacrâ Historiâ, quod magis ea, quæ dicimus, elucidat.

9. Optimè recordamini eorum, quæ Regi Baltassari in convivio, quod fecerat Optimatibus suis contigerunt, præceperat ipse iam temulentus, ut adferrentur vasa aurea, quæ Nabuchodonosor Pater ejus adsportaverat de templo Jerosolymitano, ut biberent in eis Rex, & Optimates ejus, uxoresque ejus, & concubinæ. Bibebant omnes, & sacra vasa prophanabant.
Daniel. 5. v. 5. *Et in eâdem horâ apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis.* & ecce facies Regis commutatur, cogitationes ejus conturbant eum, & compages renum ejus solvuntur, & genua ejus ad se invicem colliduntur, ita, ut quodammodò præ angustiâ agonizaret. Convocat omnes Chaldæos, & aruspices, jubet, ut interpretationem scripturæ ei manifestam faciant, sed nullus eorum potuit Scripturam legere, & multò minùs interpretationem Regi indicare. Quousque tandem Daniel coram Rege accitus, illi Scripturæ significationem indicavit; priùs tamen omnia dona, & oblata munera respuens dicebat: *munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da.* Declaravit igitur illi servus Dei obfirmatum Dei decretum, quò excidium; & divisionem Regni ejus disposuerat. Enarratâ jã interpretatione per Danielem, (quam pro nunc prætereo) subjungit sacer Textus: *Tunc jubente Rege, indutus est Daniël purpura, & circũdata est torques aurea collo ejus, & pradicatum est de eo, quòd haberet potestatẽ tertius in Regno suo.* Mira profectò res, & omni ponderatione digna, inquit D. Hieronymus, quòd talis Rex tãtò honore, & favore prosequatur hominẽ illũ, qui ei eventus adeo ingratos & injucundos, ut erant imminentes plagæ, & Monarchiæ suæ excidiũ, prænunciaverat. Alii alias indicant causas, sed mihi præ cæteris placet, ait Sanctus Doctor, quòd id fecerit, ut staret promissis, & ne mendax in verbis suis argueretur. *Propterea dona dedisse arbitror, quæ antè promiserat, & semper Regum fides tanti habita est.* Promiserat omnia hæc Baltassar Danieli in præmium interpretationis Scripturæ, quam viderat, & legerat. *Si ergò vales Scripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo Princeps eris* Existimabat Baltassar, regiam dedecere majestatem, si exactè non solveret promissum. Adeò cognata est veritas Regibus, ut etiam Rex Gentilis, & Tyrannus fidelissimè satisfecerit promisso suo, & remuneraverit obsequia Danieli, ut promiserat. Exemplum absque dubio Regibus, maximè Christianis, imitandum. *Dan. 5. v. 16.*

10. In libro Numerorum refertur, quòd Moyses dixerit Eleazaro, & Josue: *Si transierint filii Gad & filii Ruben vobiscum Jordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra subjecta, date eis terram Galaad* Et si legeritis factum Textum in eodem Capitulo, reperietis, quòd de facto dederit terram illam: *Dedit Galaad*, &c. Quod exponens noster Oleaster sic fatur: *Dux verò Moyses non solùm præclara gesta, sed gerendo præcipis munerari, & ut verius hic loquar,* *Num. 32. v. 29.* *Oleast.*

Digitized by Google

loquar, remuneratur, uti ſtatim ſequitur, quod eam illis dedit; quod Principes advertant, ut non ſolùm benè geſta, ſed etiam bona promiſſa remunerent, Premite hæc ultima verba: *Sed etiam bona promiſſa remunerent.* Doctrina Regibus, & Principibus apprimè neceſſaria, ut non deſint obligationi ſuæ. Et quænam eſt iſta? remunerent obſequia ſibi præſtita. Et quæ alia? ut, quæ promiſerunt ſubditis, accuratiſſimè exequantur, ita ut Principes non tantùm debeant ſe obligare ad ſervos benèmeritos remunerandum, quantùm be. è ad beneficia ſubditis promiſſa fideliter adimplenda; hôc enim modo Regi Regum maximè aſſimilabuntur. Plurima, fatebatur Pythagoras, homines è cœlis ſibi donata recepiſſe (& loquitur ſignanter de Principibus) ſed duo tamquàm magis præcipua prædicabat, ſcilicet, unum alteri poſſe benefacere, quod eſt proprium Deo, & exercere veritatem in negotijs paſſim occurrentibus, tantique hæc æſtimabat, ut quolibet iſtorum donorum vita hominis mortalis comparari poſſit cum vitâ Deorũ. *Duo hæc dicebat Pythagoras divinitùs data eſſe hominibus, longè pulchriora, veritatem amplecti, & beneficijs operam dare, utrumque verò cum Deorum operibus comparari poſſe.* Ad hæc conſequenter rogatus ſemel, in quô maximè homo aſſimilaretur Deo. Reſpõdit: *cum veritatem exercuerit,* quia tanti hoc æſtimabat, (neque abſque gravi fundamento (quaſi totum hominis bonum in hôc ſolo conſiſteret. Verùm loquebatur hic Philoſophus de veritate ad aliquem finem honeſtum ordinatâ. Quia ſi Rex promitteret, vel juramento confirmaret aliquid contra juſtitiam, non obligaretur, & foret grave delictum, exequi promiſſum.

Ælianus de variis inſtit. lib. 12.

11. Iniuſtum & ſacrilegum fuit juramentum Herodis-Regis, quô impudentiſſimæ ſaltatrici Herodiadis filiæ, propter unum incompoſitũ tripudiũ, ſe quidquid peteret, daturũ promiſit: *Pete à me, quod vis, & dabo tibi, licèt dimidium Regni mei,* ô quàm ſtulta promiſſio! quàm vana verba! quam ſolidum juramentum, ſi juramentum dici poſſit tam abominabile factum, inquit D Ambroſius. *Turpe eſt, quòd regnum ſaltatione promittitur, crudele, quòd mors Prophetæ pro juris jurandi religione donatur quantò tolerabilius tale fuiſſet perjurium Sacramento, ſi tamẽ perjurium poſſit dici quod ebrius inter vina juraverat, quod vir natus inter ſaltantium ch. ros promiſerat.* Nil aliud exſpectari poterat à Rege Paſſionibus præpedito, & effræni libidinis æſtu excæcato, qui velut amens, neſciebat, quid promitteret, neque curabat injuriæ notam, quam poſteris ſuis inurebat, dum laſcivientis amoris igne victus, tantâ facilitate dimidiũ Regni, vel, juxtà S. Matthæum quidquid vellet, ſaltatrici ſe daturũ ſpopondit. Si turpe fuit jurare, crudelius fuit ſoluere; & in ſimili occaſione mutare decretum, & fidem non ſervare pium, & honeſtum eſt, inquit D. Iſidorus, quia nullus ad promiſſum, tenetur, cujus ſolutionem ſequitur damnum. *in malu promiſſis reſcinde ſi tem. Impia eſt enim promiſſio, qua ſcelere adimplatur: illud non eſt obſervandum Sacramentum, quô malum incautè promittitur* Rogabat quidam Regem Lacedæmoniorum Ageſilaum, ut fidem promiſſo faceret, animadvertit Rex injuſtam eſſe petitionem, inſtat ille, & Regem verbis, & promiſſis ſibi factis urget, & conſtringit, quibus auditis Agſielaus reſpondit. *Rectè quidem, ſi juſtum eſt, quod vetus promiſi: ſin minùs, dixi. non promiſi.* Significare volens, etiam regiam fidem, ſi manifeſtam contineat injuſtitiam, non eſſe opere complendam, aut executioni mandandam. Maneat igitur hæc rata, & firma ſententia, turpe, & malum non eſſe promittendum, aut juramẽto ſtabiliendum, aut ſacramento confirmatum, ullatenùs adimplendum, quia hic eſt error, peior priore: Et promiſſa Deo, & in proximorum utilitatem facta. & Reges, & cæteri omnes habeant rata, & ſancta, quia in hôc ſenſu diximus, eſſe irrefragabilia Dei promiſſa hominibus data, qualia Deus Davidi, & Abrahamo ſpopondit, & accuratiſſimè explevit. *Filij David, filij Abraham.*

Matth. 14.

D. Iſidor. citat in decret. 22. q. 4 cap. in malu.

Marci 6. v. 22. & 23. D. Ambr lib. 3. de offic. c. 12.

De qua natus eſt Ieſus.

CONSIDERATIO III.

Ex induſtriâ poſuit Evangeliſta nomen iſtorum duorum Progenitorum, juxtà nomen Salvatoris, ut conſultò, & ſtudio dignitatem Chriſti defenderet, magisque fidem eius Iudæis perſuaderet eum avidè præſtolantibus.

QVæſtionem movent quidam Authores occaſione horum verborum S. Matthæi, cur ſacer Evangeliſta hic aſſerat, Chriſtum natum

se facturum, quia adeò certum est, quòd stabit promissis quasi jam reâpse compleviſſet. Fretus igitur Doctor gentium hâc certitudine, quòd Deus erat promissis suis fidelissimè satisfactus, audet dicere, se jam coronâ justitiæ redimitum, quam Deus illi erat daturus, Propter eamdem causam S. Evangelista Matthæus priùs nominavit parentes Servatoris nostri Davidem, & Abrahamum. *Filii David, Filii Abraham*, & postèà beatissimam Virginem, *de qua natus est Iesus*, quia illis facta fuit Incarnationis
2. Dominicæ repromissio.

Discant hic Reges & Principes veritatem exercere cum suis subditis, & exactâ fidelitate servare ea, quæ obfirmato juramento Regnis, & urbibus suis promiserunt, ad exemplum veri Regis, qui est Deus: *Rex magnus super omnes Deos.* Observavit noster Oleaster modum
Psal. 94. v. 3. loquendi sacræ Scripturæ, in describendâ liberatione Israëlitici populi ex durâ servitute Ægyptiacâ. *Et eadem die eduxit Dominus filios*
Exod. 12. v. 17. *Israël de terra Ægypti per turmas suas.* Quænâ fuit ista dies, quærit iste Doctor, in quâ tantum
Oleaster in cap. 2. Genes. beneficium præstitit isti populo? Et respondet in eodem capitulo paulò antè, Spiritum sanctũ declarasse diem, videlicet, in illâ die, quâ quadringenti, & triginta anni captivitatis fuerunt completi. *Habitatio autem filiorum Israel, quam manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum, triginta annorum, quibus expletis egressus est omnis exercitus de terra Ægypti*, dicit nunc Oleaster: *Dominus pollicitationes Abrahæ factas complens ipsamet die, qua finiti sunt captivitatis, & peregrinationis anni quadringenti, eos liberavit.* Notetur accuratissima Dei fidelitas in verbis, & promissis Abrahæ factis, de liberando populo, solvendis, & complendis; ipsomet die completæ captivitatis statuto, promissiones adimplevit. Aliud exemplum reperio in Sacrâ Historiâ, quod magis ea, quæ dicimus, elucidat.

9. Optimè recordamini eorum, quæ Regi Baltassari in convivio, quod fecerat Optimatibus suis contigerunt, præceperat ipse iam temulentus, ut adferrentur vasa aurea, quæ Nabuchodonosor Pater ejus adsportaverat de templo Jerosolymitano, ut biberent in eis Rex, & Optimates ejus, uxoresque ejus, & concubinæ. Bibebant omnes, & sacra vasa prophanabant.
Daniel. 5. v. 5. *Et in eâdem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis.* & ecce facies Regis commutatur, cogitationes ejus conturbant eum, & compages renum ejus solvuntur, & genua ejus ad se invicem colliduntur, ita, ut quodammodò præ angustiâ agonizaret. Convocat omnes Chaldæos, & aruspices, jubet, ut interpretationem scripturæ ei manifestam faciant, sed nullus eorum potuit Scripturam legere, & multò minùs interpretationem Regi indicare. Quousque tandem Daniel coram Rege accitus, illi Scripturæ significationem indicavit; priùs tamen omnia dona, & oblata munera respuens dicebat: *munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da.* Declaravit igitur illi servus Dei obfirmatum Dei decretum, quò excidium; & divisionem Regni ejus disposuerat. Enarratâ jã interpretatione per Danielem, (quam pro nunc prætereo) subjungit sacer Textus: *Tunc jubente Rege, indutus est Daniël purpura, & circũdata est torques aurea collo ejus, & prædicatum est de eo, quòd haberet potestatẽ tertius in Regno suo.* Mira profectò res, & omni ponderatione digna, inquit D. Hieronymus, quòd talis Rex tãtò honore, & favore prosequatur hominẽ illũ, qui ei eventus adeo ingratos & injucundos, ut erant imminentes plagæ, & Monarchiæ suæ excidiũ, prænunciaverat. Alii alias indicant causas, sed mihi præ cæteris placet, ait Sanctus Doctor, quòd id fecerit, ut staret promissis, & ne mendax in verbis suis argueretur. *Propterea dona dedisse arbitror, quæ antè promiserat, & semper Regum fides tanti habita est.* Promiserat omnia hæc Baltassar Danieli in præmium interpretationis Scripturæ, quam viderat, & legerat. *Si ergò vales Scripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo Princeps eris.* Existimabat Baltassar, regiam dedecere majestatem, si exactè non solveret promissum. Adeò cognata est veritas Regibus, ut etiam Rex Gentilis, & Tyrannus fidelissimè satisfecerit promisso suo, & remuneraverit obsequia Danieli, ut promiserat. Exemplum absque dubio Regibus, maximè Christianis, imitandum. *Dan. 5. v. 16.*

10. In libro Numerorum refertur, quòd Moyses dixerit Eleazaro, & Josue: *Si transierint filii Gad & filii Ruben vobiscum Jordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra subjecta, date eis terram Galaad.* Et si legeritis factum Textum in eodem Capitulo, reperietis, quòd de facto dederit terram illam: *Dedit Galaad*, &c. Quod exponens noster Oleaster sic fatur: *Dux verò Moyses non solùm præclara gesta, sed gerenda præcipit muneravi, & ut veriùs hic. Num. 32. v. 29. Oleast.*

Digitized by Google

loquar, remunerator, uti ſtatim ſequitur, quod eam illic dedit; quod Principes advertant, ut non ſolùm benè geſta, ſed etiam bona promiſſa remunerent, Premite hæc ultima verba: *Sed etiam bona promiſſa remunerent.* Doctrina Regibus, & Principibus apprimè neceſſaria, ut non deſint obligationi ſuæ. Et quænam eſt iſta? remunerent obſequia ſibi præſtita. Et quæ alia? ut, quæ promiſerunt ſubditis, accuratiſſimè exequantur, ita ut Principes non tantùm debeant ſe obligare ad ſervos benèmeritos remunerandum, quantùm be. è ad beneficia ſubditis promiſſa fideliter adimplenda; hóc enim modo Regi Regum maximè aſſimilabuntur. Plurima, fatebatur Pythagoras, homines è cœlis ſibi donata recepiſſe (& loquitur ſignanter de Principibus) ſed duo tamquàm magis præcipua prædicabat, ſcilicet, unum alteri poſſe benefacere, quod eſt proprium Deo, & exercere veritatem in negotijs paſſim occurrentibus, tantique hæc æſtimabat, ut quolibet iſtorum donorum vita hominis mortalis comparari poſſit cum vitâ Deorũ. *Duo hæc dicebat Pythagoras divinitùs data eſſe hominibus, longè pulchriora, veritatem amplecti, & beneficijs operam dare, utrumque verò cum Deorum operibus comparari poſſe.* Ad hæc conſequenter rogatus ſemel, in quô maximè homo aſſimilaretur Deo. Reſpõdit: *cum veritatem exercuerit,* quia tanti hoc æſtimabat, (neque abſque gravi fundamento (quaſi totum hominis bonum in hôc ſolo conſiſteret. Verùm loquebatur hic Philoſophus de veritate ad aliquem finem honeſtum ordinatâ. Quia ſi Rex promitteret, vel juramento confirmaret aliquid contra juſtitiam, non obligaretur, & foret grave delictum, exequi promiſſum.

Ælianus de variâ inſtit. lib. 12.

11. Iniuſtum & ſacrilegum fuit juramentum Herodis-Regis, quô impudentiſſimæ ſaltatrici Herodiadis filiæ, propter unum incompoſitũ tripudiũ, ſe quidquid peteret, daturũ promiſit: *Pete à me, quod vis, & dabo tibi, licèt dimidium Regni mei,* ô quàm ſtulta promiſſio! quàm vana verba! quam ſtolidum juramentum, ſi juramentum dici poſſit tam abominabile factum, inquit D. Ambroſius. *Turpe eſt, quòd regnum ſaltatione promittitur, crudele, quòd mors Prophetæ pro juris jurandi religione donatur quantò tolerabilius tale fuiſſet perjurium Sacramento, ſi tamẽ perjurium poſſit dici quod ebrius inter vina juraverat, quod e viratus inter ſaltantium choros promiſerat.* Nil aliud exſpectari poterat à Rege Paſſionibus præpedito, & effræni libidinis æſtu excæcato, qui velut amens, neſciebat, quid promitteret, neque curabat injuriæ notam, quam poſteris ſuis inurebat, dum laſcivientis amoris igne victus, tantâ facilitate dimidiũ Regni, vel, juxtà S. Matthæum quidquid vellet, ſaltatrici ſe daturũ ſpopondit. Si turpe fuit jurare, crudelius fuit ſoluere; & in ſimili occaſione mutare decretum, & fidem non ſervare pium, & honeſtum eſt, inquit D. Iſidorus, quia nullus ad promiſſum, tenetur, cujus ſolutionem ſequitur damnum. *in malo promiſſis rejicinde ſi tem. Impia eſt enim promiſſio, quæ ſcelere adimpletur: illud non eſt obſervandum Sacramentum, quô malum incautè promittitur* Rogabat quidam Regem Lacedæmoniorum Ageſilaum, ut fidem promiſſo faceret, animadvertit Rex injuſtam eſſe petitionem, inſtat ille, & Regem verbis, & promiſſis ſibi factis urget, & conſtringeit, quibus auditis Agſielaus reſpondit. *Rectè quidem, ſi juſtum eſt, quod petis, promiſi: ſin minùs, dixi, non promiſi.* Significare volens, etiam regiam fidem, ſi manifeſtam contineat injuſtitiam, non eſſe opere complendam, aut executioni mandandam. Maneat igitur hæc rata, & firma ſententia, turpe, & malum non eſſe promittendum, aut juramẽto ſtabiliendum, aut ſacramento confirmatum, ullatenùs adimplendum, quia hic eſt error, peior priore: Et promiſſa Deo, & in proximorum utilitatem facta. & Reges, & cæteri omnes habeant rata, & ſancta, quia in hôc ſenſu diximus, eſſe irrefragabilia Dei promiſſa hominibus data, qualia Deus Davidi, & Abrahamo ſpopondit, & accuratiſſimè explevit. *Filij David, filij Abraham.*

Matth. 14.

D. Iſidor. citat in decret. 22. q. 4 cap. in malo.

Marci 46. v. 22. & 23. D. Ambr lib. 3. de offic. c. 12.

De qua natus eſt Ieſus.

CONSIDERATIO III.

Ex induſtriâ poſuit Evangeliſta nomen iſtorum duorum Progenitorum, juxtà nomen Salvatoris, ut conſultò, & ſtudio dignitatem Chriſti defenderet, magisque fidem eius Iudæis perſuaderet eum avidèprætolantibus.

QVæſtionem movent quidam Authores occaſione horum verborum S. Matthæi, cur facer Evangeliſta hic afferat, Chriſtum natum

tum esse de Virgine Maria, *de quâ natus est Jesus*, an voluerit honorare Dominam nostram ex maternitate talis filii? Vel, an Filium ex tali Matre? Commune responsum est, quod dicat S. Matthæus Salvatorem mundi natum ex illâ ad majorem laudem, & exaltationem Virginis, judicans, omnia, quæ de ea dici possunt, in Maternitate filii Dei, veluti compendio, contineri. *De quâ natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

D Petrus Damian. serm. de nativit. citat à Salazar. de concept. c. 80

Ita sentit D Petrus Damianus: *Beata Virgo Maria licèt generosâ sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit amplioris excellentia genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus.* Verùtamen videtur Evangelista etiam voluisse ex hôc extollere excellentiam sanctitatis Filii, & demonstrare, quòd, etiamsi esset sanctus per naturam rationè divinitatis, etiam talis esset, in quantum homo, ratione humanitatis, utpote, per sanctitatem à Sanctorum Progenitorum consanguinitate derivatam, & a Matre hæreditario jure acceptam: non quod per generationem carnalem gratia derivetur, sicut culpa propagatur, sed quia specialis erat gloria Christi Servatoris nostri, nasci ex Matre plenâ gratiâ & sanctitate. Fundatur hæc consideratio in exordio catalogi Evangelici, qui sic orditur: *Liber generationis Jesu Christi. Filii David. Filii Abraham*, ubi ratio dubitandi occurrit, cur S. Chronicus conjunxerit nomina istorum Proavorum nomini Salvatoris benigni, & mansueti, hoc enim significat, *Jesu Christi*: an forte hôc facto voluit addere Domino nostro potestatem Salvatoris, vel ejus mansuetudinem, & benignitatem explicare? At certum est, hunc non fuisse finem intentum ab Evangelistâ, sed potius voluisse illum notum reddere hominibus, & ejus laudes divulgare; quia cùm cœpisset eum nominare Salvatorem benignum, & mansuetum, voluit, has duas prærogativas progenitorum benignitate, & mansuetudine palàm facere, easque venustare, & comprobare Judæis ipsum præstolantibus. Et fuit, ac si diceret: procedit Salvator iste ex duobus his progenitoribus, & Patriarchis David, & Abrahamo, qui eidem virtutibus præ cæteris excelluerunt, ut plurimis sacræ Scripturæ testimoniis comprobatum constat.

2. *Cant. 1. v. 14.* *D. Greg. & Bern.*

Inter similitudines, quibus Sponsa Sponsum suum comparavit, una fuit quâ eum uvis vinearum Engaddi assimilavit: *Botrus Cypri, dilectus meus in vineis Engaddi.* In hoc sensu explicant hæc verba SS. Gregorius, & Bernardus relati à nostro Canticorum Interprete Soto major; *uterque de botro uvarum exponit, & per vocem Cypri intelligunt insulam Cypri, quæ uvarum optimarum, seu vini optimi ferax est.* Et conformiter ad doctrinam horum Sanctorum loquebatur Sponsa de Verbo Dei incarnato, & hominibus consanguinitate, junctо, & his eum comparabat, *Botrus Cypri.* &c Sit unum simile, explicatio alterius. Vis offerre alicui Magnati, uvas maturas, & præcoquas carpis ex vite folia maximè virentia, immittisque canistello, & super ea racemos compones, hoccine agis, ut sic uvas augeas, vel, ut eas sapidiores facias? minime gentium, sed, ut eas, tali ornatu compositas, gratiores offerre possis; ita etiam neque benignitas Abrahæ auxit potestatem Christi ad redimendum populum suum, neque mansuetudo Davidis aliquid addidit clementiæ, & misericordiæ Salvatoris, quò misericordior, seu benignior fieret, sed excellentissimæ virtutes istorum sanctorum Davidis, & Abrahæ, sunt quasi uvæ recentes, & folia virentia, quæ nostro loquendi modo adornant fructum, & specialem conferunt decorem Christo, ex ipsis secundum carnem nascituro.

citati à Sotomajor.

3. *Psal. 115. v. 16.* *Lyran. hic.* *Alcuinus apud magist. sent. in Psal. 115.* *D. Basil. in scholiis in Ps. 115.*

Super hoc plurimùm gloriabundus canebat David in Psalmo: *O Domine, quia ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Notandum, quòd Regio vati non sufficiat, se servum Dei nuncupare, sed filium alterius ancillæ ejus, volens hôc modo indicare, quòd viâ generationis, & sanguinis sibi competeret esse servum Dei. Et solam matrem commemorat, (ut advertit Lyra,) quia illa fuit sanctitate conspicua, *ut denote: merita Matris, quasi magis pia effet, quam Pater.* Quasi diceret: Domine Deus, in Matre habeo exemplum tibi serviendi, illa enim ex toto & sincero corde tibi obsecuta est, & quia partus sequitur ventrem, ex quô prodit; in eo, quòd tuus sim obsequentissimus servus, paris conditionis me æstimo cum matre meâ *Ancilla*, inquit Alcuinus Caroli magni Præceptor, *non sibi, sed Domino parit filios*: & ideò etiam mater mea me peperit, ut serviam tibi, tamquàm fidelis servus, quemadmodum & ipsa semper tibi fuit devotissima. Et sanctus Basilius expendens hæc eadem verba Davidis, dicit illum voluisse comprobare servitutem suâ ab antiquitate, & extollere obedientiam suam, ut ostenderet eam non esse recenter natam, seu modernam, sed à Majoribus acceptam, & stemmati suo quasi coævam, seu generationi suæ hære-

hæreditariam, *maximi ornamenti loco posuit* inquit magnus ille Doctor.

4. *D. Aug. tract. 50. in Ioan.* Quando turbæ ingredienti Christo Jerosolymam in signum lætitiæ cordis sui, & victoriæ, qua Dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo Crucis, de diabolo mortis principe triumphaturus erat, ut notavit D Augustinus, acceperunt ramos palmarum, processerunt obviam ei mulieres, & pueri, laudes ejus quasi ad æmulationem accinentes, quemadmodùm in simili occasione cecinit Poëta.

Virg. Æneid. lib. 2.

circùm pueri, innuptæq; puellæ.
Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent,
Accingunt omnes operi.

Refert sacer Textus; quòd unanimi voce clamabant, *benedictus, qui venit in nomine Domini*, hoc est, teste Euthymio, *Hymnus, & laus sit filio David.* Quia, inquit, *Osanna*, sonat idem, quod *laus*, quasi dicerent: dentur laudes, & cãtentur hymni filio David. Quod ponderans D. Cyrillus Alexandrinus, & alloquens Beatissimam Virginem Dominam nostram hæc in verba prorumpit. *Salve Mater, & Virgo, per quam is benedictus in Evangelio nominatur, qui venit in nomine Domini.* Quasi diceret, ex te unà cum naturâ humanâ etiam splendorem suæ virtutis, & venustatem suæ sanctitatis accepit, & viâ generationis illi sanctitas est debita.

Matth. 21 v. 9.
Euthym. hic.
D Cyrill. Alexand. hom. in Nestor.

5. Notatu dignus est Paragraphus quidam Epistolæ S. Pauli, quam charissimo suo discipulo Timotheo scripsit. exaggerat Doctor gentium in illâ ardentissimum desiderium quò flagrabat plurimas ob causas, eum videre, & præsertim, quòd ex ejus conversatione, & dogmatum fidei institutione maximum sibi gaudium, & fructum speraret, quia in eo expertus fuerat opportunissimam dispositionem, & aptissimam indolem ad sanctitatem capessendam. Verba Apostoli sunt sequentia: *Recordationem accipiens ejus fidei quæ in te non est ficta, quæ & habitavit primùm in avia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem, quòd & in te.* Non videatur tibi dilectissime hoc mihi absque gravi fundamento esse persuasum, & ratum, memor enim sum fidei tuæ, quæ hæreditariè progeniei tuæ, tamquam jus primogenituræ tibi ex matre obvenit, sic interpretatur Paulina verba S. Primasius: *quæ ad te dono Dei, quasi hæreditario jure, defendit.* Habuisti aviam sanctam, & matrem prudentem ex quibus cum lacte virtutem suxisti, & fidem, quæ habitavit in eis hæreditasti, ita ut inde fides tua illustrior, virtutes tuæ excellentiores reddantur. Idemque dixit D Chrysost. *Id etiam Paulus posuit in Timotheo pro maximo ornamento*, quia, dum virtus per stirpem hæreditatur certè participatam duplicat gratiam.

2. Tim. 1. v. 5.
Primas. hic.
D. Chrysost. hic.

6. Excellentissimus est discursus Abbatis Ruperti, quòd probat nativitatem Christi Domini nostri magis fuisse sanctã ac perfectam, quàm creationem, & ortum protoparentis Adami, propter differentiam terræ, & materiæ, ex quâ Deus unum, & alterum efformavit, quia primum Adamum fecit Deus ex terrâ neque specialiter suâ neque ex benedictâ, secundum verò formavit ex terrâ Virgine, suâ & benedictâ juxta Prophetam dicentem. *Benedixisti Domine, terram tuam. Non ergò melior artifex Spiritus Sanctus quàm Pater, sed melior terra, melior, & divinæ rationi vicinior materia à Spiritu Sancto assumpta est*, ne quis existimet, generationem Christi nobiliorem in utero Virginis, quia fuit a Spiritu Sancto, quàm creationem Adami, quæ fuit à Patre, sed quia Christus fuit efformatus ex terrâ nobiliore, sanctiore, & viciniore Deo per gratiam, quæ omnia defuerunt Adamo, quia terra, ex quâ fuit creatus nihil bonitatis habebat sibi communicatum. Itaque concludit prædictus Pater, Nativitatem Christi temporalem incomparabiliter fuisse illustriorem, creatione Adami, eò quòd ex meliore terrâ fuit productus, duplicata enim gloria est, progenitum esse à parentibus Sanctis, atque ita sanctitas Christi per sanctitatem benedictæ suæ Matris plurimùm sublimata emicuit. Fortunata tempora, in quibus sanctitas ex Parentibus in filios, & nepotes, quasi hæreditaria, propagabatur.

Rupert. lib. 1. c. 11. de operis 8. spiritus sanc.
Psal. 84.

7. Considerans Tertullianus patientiam, quâ Salvator mundi osculum pacis à proditore Judâ suscepit: *Et osculatus est eum*, magnum deprehendit mysterium in eo, quod Christus proditorie fuerit ficto pacis osculo traditus, *Debuit etiam osculo tradi Propheticus Christus, ut ejus, scilicet, filius, qui labiis à populo diligebatur.* Notate illud, *debuit*, quasi in nobis foret aliqua necessitas amplectendi virtutes illas, quibus Progenitores, & Majores nostri floruerũt; atq; quẽadmodum Pater æternus fuit dilectus, & honoratus solis labiis, & non corde Judæorum, teste Propheta: *Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ longè est à me*, ita etiã filius, ut in omnibus

Tertull. contra Marcion. lib. 4. num. 61.
Isai. 29. v. 13. Mat. 15. v. 7.

Digitized by Google

assimiletur Patri, debebat proditorio osculo discipuli tradi in manus inimicorum suorum, & sicut Pater dissimulanter pertulit eorum fictum, & fraudulentum agendi modum, ita etiam Filius per omnia similis Patri proditorias illius insidias toleraret, quò contestaretur, se esse naturâ suâ patientem, ipsamque tolerantiam, se ex Patre hæreditario jure accepisse. Quæ res in honorem personæ Christi redundabat, eò quòd, esse patientem, ipsi jure condecentiæ competeret.

8. Sacer Evangelista Lucas enarraturus Nativitatem sancti Præcursoris, dixit, illum habuisse Patrem Zachariam Sacerdotem, Matrem verò sanctam Elisabetham, & addidit: *Erant amborjusti, incedentes in mandatis Domini sine querelâ.* Quorsum Evangelista commemorat, Parentes eius fuisse iustos, ac sanctos? *Tales enim Maiores debuit habere pranuntius Christi,* respondet S. Ambrosius, *ut non repentè concepta, sed à Majoribus accepta, & ipsi infusam jure naturæ, prædicare fidem Domini videretur adventûs.* Voluit S. Lucas ex sanctitate Parentũ Præcursoris laudare virtutes, eumque sanctum ex stirpe, & stemmate Majorum suorum, qui etiam sanctitate fuerant conspicui, & quod probitas vitæ esset congenita Proavis eius, ex quibus eam simul cum sanguine hæreditasset, ac proindè quantò antiquioris stemmatis erat virtus Progenitorum, tantò sanctitas eius celebrior reddebatur.

Luc. 8. v. 6.

Ambros. lib. 1. in Lucam.

9. Concludamus considerationem hanc cum vaticinio Isaiæ loquentis litteraliter juxtà explicationem Glossæ ordinariæ, de temporali Nativitate Filij Dei in sacratissimo B. Virginis utero. *Egredietur Virga, de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, id est, Christus, qui dicitur flos Ego sum flos campi,* ait Glossa: Virga, cujus meminit Propheta Evangelicus, est sanctissima Virgo, & flos, est Christus Iesus Filius Dei, & Dominus noster, & radix, vel truncus istius virgæ, sunt Progenitores Virginis, & Proavi Salvatoris nostri. Sed mox dubium occurrit, qui fieri possit, ut flos enascatur ex radice, cùm flos egrediatur ex virgâ? Et sic secundùm proprietatem sermonis videtur Propheta hoc modo debuisse loqui. *Et flos de Virgâ ascendet*, & non, *flos de radice eius ascendet.* Varias assignant rationes hujus Propheticæ prædictionis sacri Interpretes, sed quæ sese mihi offert in præsenti hæc est, voluisse Prophetam hâc metaphorâ extollere virtutem, & sanctitatem Salvatoris mundi, prout filij sacratissimæ Virginis. Similitudine rem explicabo. Quando truncus, vel radix alicujus plantæ est corrupta, & vitio aliquo infecta, neque virgæ ex illâ pullulantes ita frondescunt, neque flores ex eâ prodeuntes tam suavem, & gratum odorem emittunt, at verò si radix sit sana, integra absque omni vitio, ac omni suâ naturali virtute, & vigore dotata, virga ex eâ pullulascens magis laetivit, & frondescit, & flos ex eâ germinans gratiorem exhâlat odorem. Dicit igitur Propheta: *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Divinus ille flos nasciturus est ex virgâ, atque ideircò dico, quòd de radice ascendet, quia non solâ virtute virgæ eam producentis excrescet, sed etiam virtute radicis, ex quâ procedit. Itaque ex radice communicabitur virtus virgæ, & per virgam flori, & verè dici poterit, fragantiam floris ex trunco, seu radice originem traxisse. Quæ omnia paucis complectens mellifluus Bernardus, ita loquitur. *Dixisse poterat, & flos de Virgâ, sed maluit de radice, ut indè Virgam, indè florem originem deduxisse demonstraret.* Quasi diceret, ex Progenitoribus debebatur Christo sanctitas, quia non solâ virga, id est, Mater, sed etiam radix, id est, omnes eius Progenitores fuerunt sancti. Et hoc designat, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

Isai. 11. v. 1.

D Bern. lib. 5 de consect. c. 10.

De quâ natus est Iesus.

CONSIDERATIO IV.

Ex utero purissimo Virginis Dominus nostræ habuit filius Dei mansuetudinem agninam, quia antequàm incarnaretur in eâ ostendebat ferociam leoninam.

1. MAgnus ille Apostolus Paulus in Epistolâ ad Galatas protulit quædam verba, quæ sacrorum Patrum, & Interpretum plurimum torserunt ingenia: *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere.* Vt quid, vel quare? *Vt eos, qui sub lege erant, redimeret.* Occasione horum verborum movent Scholastici quæstionem, cur Deus voluerit nasci ex muliere, cùm, prætermissis conceptione & Nativitate cunctis infantiæ pœnis, potuerit apparere, veluti alter Adam,

Galat. 4. v. 4.

dam, homo perfectus, & in virili ætate creatus. Et respondent cum S. Augustino, quia cùm per originalis culpæ reatum, non solùm homo, sed etiam mulier contumeliam, & injuriam essent passi, nedum conveniens, sed etiam rectæ rationi consonum fuit, ut remedium foret tale, quo ambo honorarentur, & condecorarentur. Ad hoc igitur, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*, fiat Verbum divinum, homo, inquit Pater æternus, ut honoret homines, & nascatur ex muliere, & unà cohonestet mulieres, quia aliàs possent spem omnem amittere, & diffidere, videntes, se nihili fieri, cùm neque Deus fieret mulier, neque etiam ex muliere nasci dignaretur. Et ideò, *misit Deus filium suum factum ex muliere*, cùm enim veniret ad salvandum omnes, voluit etiam cunctis non solùm subvenire, sed etiam omnes honorare. Bellè dictum. Sed his addo ad intentum nostrum, debuisse Christum fieri, & nasci ex muliere hominem, ad majorem utilitatem, & commodum nostrum: fundamentum hujus capio ex dictis Ruperti Abbatis: *Poterat quidem de terrâ quam sibi assumpserat, plasmare novum hominem, & esset quidem caro, & sanguis, sed non nostra caro, non noster sanguis, homo quidem, sed non proximus hominis, homo planè, sed non filius hominis*, id est, non filius benignitatis, neque mansuetudinis, & affabilitatis humanæ, quia hoc totum significat, teste S. Ambrosio, & sonat, *Homo*: ergò optimè dicitur, ad majus commodum, & utilitatem nostram debuisse Christum fieri filium Mariæ, *factum ex muliere*.

Rupertus lib. 3. in Joannem.

D. Amb. lib. 3. Offic. cap. 3.

Loquens propheta, Habacuc de ineffabili mysterio Incarnationis Dominicæ in sacratissimo utero Virginis, describens modum nascendi ex illa, dixit: *Veniet Sanctus de monte Pharan*. Tot, tamque variæ sunt sacrorum Interpretum explicationes tam litterales, quàm allegoricæ, ut hæc prophetica verba obscurare videantur. Refert eas, & explicat Agellius, & inter illas adducit versionem septuaginta Interpretum, (quam se in sancto Cyrillo reperisse fatetur) qui ubi Vulgata nostra legit, *de monte Pharan*, transtulerunt, *de monte umbroso*. Super quâ translatione expositores, plures excogitârunt mentis conceptus, sed præ cæteris approbat allegoriam eorum, qui per hunc montem, Deiparam Virginem intellexerunt. *Nonnulli montem umbrosum, Beatam Mariam semper Virginem accipiunt, qui mihi si allegoricè licuit exponere, optimè intellexisse videntur*: Et dicti sui rationem apponens, dicit, familiare esse in sacro Textu, (quod doctissimè probat, ut curiosus lector in eodem videre potest) per montes accipi progenitores; Insuper addit, Prophetam propriissimè Virginem, montem umbrosum, seu umbrarum appellasse, *quia carnis umbraculo lucem illam veram contexit, factus homo. lumen illud inaccessum ad nostram aciem temperavit*, & quatenus Virgo umbraculo humanitatis, illum nobis affabilem, & amabilem communicavit.

2. *Habac. 3. v. 3.*

Agell. in Cant. Habac. Septuag.

D. Cyrilli citatus ab Agell.

Notate verbulum, *inaccessum*, alludit ad id, quod sacra Scriptura refert, neminem fuisse ausum appropinquare ad montem, quando in illo apparebat Deus, eò quòd omnes timentes mortem, Dei in monte subsistentis majestatem injurieri reformidabant, at verò ab illo temporis momento, quò in mundo apparuit, in illâ sacrâ officinâ uteri virginalis factus homo, *factum ex muliere*, jam se totum desiderabilem, benignum, & affabilem exhibet; hoc enim totum significat: *De qua natus est Jesus*. §.

Vix ullum reperietis Prophetam, per quem Deus non conqueratur super peccatis, quibus hostes ipsius benignitatem innatam, lacessebant, & patientiam lædebant: & singulariter idipsum apud Oseam exaggerat. *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis*, id est, peccatis suis me offendit, & clementissimam benignitatem meam irritavit, *ad iracundiam me provocavit* &c. S. Hieronymus litteraliter exponens hæc verba Prophetica dicit, idem ea sonare, ac si Dominus diceret: *sceleribus me amarum fecit, qui dulcis eram*: me dulcissimum indole, & liberalissimum in donis, tanquam felleum vindicem in pœnis amaricarunt. Idem voluit significatum per Jeremiã, *Replevit me amaritudinibus*. Quibus verbis cõqueritur Deus, quòd homines ipsi amara dederunt comedenda, quibus eum contra naturalem animi sui propensionem amarescere fecerunt. loquitur enim (inquit Hieron. de amaritudine peccati, quâ Dei nativam misericordiam, ad vindictam provocaverunt; quia ut benè dixit Publius Minus, *Crudelem medicum, intemperans ager facit*, ex dictis constat, Deum ante Incarnationem fuisse torvum, asperum, justum, & exactum vindicem. Hâc Doctrinâ suppositâ, audite Rupertum super illa verba Canticorum; *Hortus conclusus*, quibus Sponsus comparat Sponsam viridario, seu horto florido, eaque spiritualiter & mysticè, de Beatâ

Oseæ 12. v. ult.

D. Hier. hic.

Threnor. 2. v. 15.

D. Hier. hic.

Publi. apud Jubenè dixit Publius Minus, Crudelem medicum, intemperans ager facit, ex dictis constat, Deum ante Incarnationem fuisse torvum, asperum, justum, & exactum vindicem. Hâc Doctrinâ suppositâ, audite Rupertum super illa verba Canticorum; Hortus conclusus, quibus Sponsus comparat Sponsam viridario, seu horto florido, eaque spiritualiter & mysticè, de Beatâ

Rupert. ibi.

Continuo Mariale.

Digitized by Google

Virgine interpretans, dicit, illam esse paradisum deliciarum, de quô ibi sermonem facit Sponsus, ut alibi diximus, alludens ad paradisum terrestrem, in quô Deus primum hominem collocaverat. *Plantaverat Dominus Deus paradisum.* & ut meliùs intelligi possit hæc mystica comparatio, advertendum est, ait præfatus Rupertus, in principio conditi orbis, solas fuisse aquas maris quæ, quia salsæ erant, tamquàm inutiles, vix ulli serviebant, neque enim terra illis rigari, neque animantia illas bibere poterant. Quid igitur Deus? Disponit per infinitam suam sapientiã, ut eædem aquæ marinæ in quatuor fluvios diffluentes tranicant per paradisum: *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui indè dividitur in quatuor capita?* quæ ipse appellat mammas, & ubera terræ. *per terram paradisi tamquàm per mammam aqua paradisi dulciores factæ sunt.* Carpite illa verba, *terra mammam*, quemadmodùm enim sanguis suâpte naturâ salsus, pertransiens per ubera mulieris dulcescit, ita aquæ marinæ naturâ suâ salsę mammam terræ, id est, paradisum perfluentes dulcoratæ sunt. Non aliter, ait Rupertus. Deus ante Incarnationem severus, & peccatis nostris exasperatus erat. Quid igitur remedii, ut tanta amaritudo, & austeritas dulcetur? ut truculenta ferocitas Domini, cujus benignitate egent peccatores, mitescat? quid consilij? transeat per viscera Mariæ, quam Ecclesia vitæ dulcedinem nominat, *vita, dulcedo*, & in ejus utero carnem assumat humanam, &, qui anteà severus justitiæ vindex, peccatis hominum amaricatus fuit, sicut aquæ marinæ, dulcescet, rigorem exuet, & qui, antè ultionum Dominus, nunc amabilissimus Salvator fiet. *De quâ natus est Iesus.*

Genes. 2. v. 10.

4. *Ecclesiast 36. v. 24.*

Species mulieris exhilarat faciem viri, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium, tristem lætificat, & ferocẽ mansuefacit. Cardinalis Hailgrinus applicat hæc verba Virgini Sacratissimæ Dominæ nostræ, cujus pulchritudine, & specie adeo fuit Deus captus, ut omni rigore, & austeritate exutâ omnigenam clementiam & benignitatem induerit. Adeò potens fuit, ut virtute suâ devicerit Deum, ut omnipotens sit humiliatus, & vita mortem subierit. *Species siquidem mulieris virum potentem humiliat, severum, & austerum emollit. Hujus mulieris speciem sic concupivit Dominus, & ipsa ejus desiderium in tantum perduxit; hoc est, ad tantum excessum perduxit, ut ad nostram infirmitatem humiliatus sit omnipotẽs, & qui est vita viventium, emollitus sit ad mortem.*

Hailgrinus apud Delrium in cant. cap. 4.

Plurimas easque diversas adhibent explicationes Sacri Doctores verbis illis Proverbiorũ. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis*, quæ omnes ad duas principaliores reduci possunt. Angelicus noster Doctor S. Thomas, asserit, illa esse Verbi æterni, secundæ Personæ Sanctissimæ Trinitatis, quibus nos invitat ad manducandum, & bibendum panem, & vinum, suum corpus, sanguinem suum in ineffabili Eucharistiæ Sacramento, at Modernus quidam Commentator innitens dictis, & Doctrinæ SS. Augustini, Petri Damiani, & Epiphanij, existimat illa esse Deiparæ Virg. nos omnes ad hanc Sacratissimam mensam invitantes: *Venite, comedite, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Omissis aliis considerationibus, expendo cum hôc Doctore ultima illa verba: *Bibite vinum, quod miscui vobis.* Sed quæ permistio, quam B. Virgo huic mero immiscuit? Excipite excellentissimum responsum. *Eò, scilicèt, quòd murum divinitatis, humanitatis aqua sese inconfusè admiscuit, per quam mixtionem non in unam naturam transivit, sed duplicem, divinam, & humanam arctissimo vinculo copulavit* Fuit uterus Virginis pretiosissimum vas, in quo duæ naturæ conferte ita in unũ cojerunt, ut distinctæ unirentur, & unitæ distinguerẽtur, ad modum, quô vinum fortius aquâ diluitur, & temperatur, ut gratiùs bibi possit Et addit prædict⁹ Author, olim Deũ ante Incarnationem quasi vinum merum, post eam verò simile fuisse lymphato; vinum purum turbat caput, & sæpiùs potãtem dejicit, sed lymphatum non solùm est innocuum, sed potiùs prodest sanitati. Erat Deus olim austerus, & rigidus justitiæ exactor, & ubi in utero Sacratissimæ Virginis humanam assumpsit naturam, aquâ humanitatis totus suavis, benignus, & misericors effectus est. Iuxta illud Poetæ.

5. *Proverbi 9 v. 5.*

D. Tho. in Opusc. de Sacram. Salazar hic.

D. Aug. D. P. Damian. S. Epiph. citati ab ipso.

Tibullus.

Mixtaque secura est sobria lympha mero.

Ad confirmandam hanc interpretationem adducit dictus Auctor explicationem S. Ildefonsi super illa verba Canticorũ: *Umbilicus tuus Crater tornatilis non indigẽs poculis.* Vbi sanctus prosequitur eumdem conceptum, & refert ex Tertulliano, moris fuisse apud antiquos, quòd quando pacem inter discordes componerent, unus alteri propinaret scyphum vini lymphati, ut duorum liquorum differentium unione vini, & aquæ, concordiam animorum hactenùs inter se discordium significarẽt. *quia illa per-*

S. Ildef. Cant. 7. v. 2. citat. à Salazar

Digitized by Google

permixtio dissimilium liquoris, differentium quoque animorum nexum adumbrat.

Notaveram antè verba quædam concionis Sancti Ildefonsi de præsenti solemnitate Nativitatis Deiparæ, quæ postmodùm reperi in aliis Concionatoribus, qui omnes illa explicant juxtà sonum, & sensum litteralem, neque altius aliquod mysterium in iis adnotant: At mihi magna ponderatione digna videntur: *Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cœli, præbe lambenti mamillam, ut ille præbeat percutienti maxillam*, ut dum viderint ipsum adeò patientem, dicant ipsum unà cum lacte suxisse tolerantiam. Alludunt hæc verba, secundum meum judicium, ad alios duos Textus, ex Threnis, quorum primus est: *Facies Domini divisit eos*, ubi Propheta indicat corrugatam Domini faciem divisisse, & puniviſſe malos, & pœnam peccatis dignam inflixisse. Secūdus est: *Dabit percutienti se maxillam*, id est, eadem facies Domini aliquando seipsam spontaneè offeret colaphizandam. Hæc mutatio undè oritura? Hanc rerum vicissitudinem quis causaturus? uterus Sacratissimæ Virginis, ex permistione meri divinitatis cum aquâ humanitatis, tam rarus, & admirabilis prodiit effectus. Hoc totum vult significare S. Ildefonsus istis verbis, *præbe lambenti mamillam, ut ille præbeat percutienti maxillam*. Eadem cogitatio videtur Sancti Epiphanij Deiparam alloquentis: *Ave ovis immaculata, quæ peperit Agnum Christum*, ac si diceret, quia tu es humilis, & ovis mansueta, ideò filius tuus natus est humilis, & agnus mansuetus.

Thren. 4. v. 16. *Thren. 3. v. 30.* *D. Epiph. ſerm. de laud. Virg.*

7. Depingit Isaias Prophetà civitatem Ierusalem, & Regnum Iudaicum infœlicissimum, & quasi miseriarum pelago absorptum, vexationibus innumeris lacessitum, & defatigatum, Tyrannide Assur Regis Assyriorum protritum, & conculcatum, quò Deus ad castigandum populi perfidiam, tamquàm instrumento justitiæ vindicativæ utebatur: *Va Assur, virga furoris mei*, &c. Sed, quia Deus ad emendationem, & non ad desolationem solet punire, quasi pœnitens crudelitatis exercitæ, redarguit ipsum tyrannidis, quà triste illud Regnum ita oppressérat, ut cuncta pretiosa deprædatus insolenter de malè gestis gloriaretur. Atque ita dicebat, fecit quod & quantum voluit sine obstaculo, aut contradictione illius, qui ipsum malefacti redargueret. Et cùm omnes, & singuli conspicerent se coràm oculis, bonis suis exui, & spoliari, nullus fuit, qui hiscere auderet. *Invenit manus mea fortitudinem populorum*, &c. *Abstulit, nidum, & ova & non erat, qui ganniret*, vel, ut Oleaster ex Hebræo legit, *& non erat, qui garriret*. Vtitur metaphorâ aviculæ, cui nidum, & ova surripiunt, quæ querulosa, & inquieto volatu plorans prædoni obgannit. Non fuit (ait Assur) in toto Regno qui tantùm obgannire præsumeret. *Ob duritiam servitutis*, dicit Oleaster, adeò erant tyrannide oppressi, & subjugati, ut ne quidem mussitare, seu ingemiscere auderent. Rebus adeò desperatis, & afflictis providit Deus remedium tot malorum, ut Propheta paulò infrà testatur: *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet*. Virga illa, teste Sancto Hieronymo, & Ruperto egressura de radice Iesse, est Virgo Sacrosanctà, & flos, qui de virgâ ascendet, est Christus mundi Redemptor, Verbum incarnatum, Deus homo factus in remedium, & totius orbis salutem. Et ita Evangelicus Vates paucis his verbis complectitur duplicem nativitatem Matris, & filij: primam, in *egredietur*, & secundam, in *ascendet*, illam nobis exhibet hodierno die Ecclesia Sancta, hanc verò Evangelium exprimit: *De quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus*; Pensiculatè ponderat hic Rupertus Abbas, Prophetam Evangelicum, has duas virgas conjungere, & jūctim de illis loqui. *Va Assur, Virga furoris*, & statim subdit: *Egredietur virga*. Optima appositio, scilicèt, unam Virgam juxtà aliā poni, virgam Iesse, juxtà virgam Assur, virgam misericordiæ, & clementiæ, juxtà virgam furoris, & vindictæ, quasi dicens, quòd sola illa virga divina, Maria possit retundere flagra virgæ furoris, & nos defendere contrà gladium divinæ indignationis; *Suprà ostendebatur ille spiritualis Assur, virga furoris Domini, & in manu ejus baculus indignationis ejus. Ecce, virga autem gratiæ, virga requiei Domini, Maria, & in illâ flos, in quo habitet, super quē requiescat amoris plenitudo divinitatis.*

Oleaſter in c. 10. Isaiæ v. 14. *D. Hier. & Rupert. hic.* *Isaiæ 10. v. 5.* *Ruper. hic.*

Notus est miseriarum status, sub quo mundus degebat eo tempore, quo opus Incarnationis Filij Dei 10t annis Abrahæ, & Davidi promissæ divulgabatur. Miserias illas idem Propheta longè latèque describit: *Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ, regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili.* Hæc omnia, permittente Deo, in pœnam peccatorum, hostes quasi furibundi & rabidè sævientes

8.

Isai. 1. v. 7.

Digitized by Google

operati sunt. Et, ut paucis dicam, totum regnum omni humano remedio destitutum interiisset, nisi Deus illi per infinitam suam bonitatem, & clementiam succurrisset. Ideoque addet Propheta: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus* : Nisi Deus taliter ramos præcidisset, ut radicem in terrâ reliquisset propter peccata nostra, quæ peccatis Sodomorum, & Gomorræorum minora non erant, periissemus. Quærunt Sacri Doctores, quodnam semen illud fuerit, quod Deus misericorditer populo suo reliquit? Noster Hugo Cardinalis dixit, semen illud fuisse, *Semen, unde Christus nasceretur*, hoc est, nisi Deus dedisset populo suo unum Davidem, & Abramum, & nisi pro patre suâ habuissent repromissiones sibi factas de Incarnatione Dei ex semine suo, multò peiùs fuissent. *Destructi irreparabiliter*. inquit Lyra, omnes absque remedio condemnarentur Sed, cùm Deus sibi desponsaturus sit naturam humanam, assumendo carnem in visceribus Beatissimæ Virginis, *factum ex muliere*, totus miteſcet, quia ipsa unà cum humanitate illi benignitatem communicabit, ut curiosè notavit S. Bernardus super illa Paulina verba: *Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei*, dicens, *priusquàm appareret humanitas latebat benignitas*.

Isai. 1. v. 9. Hugo hic. Lyra hic. Bern. ser. 1. Epiph. Ad Titum c. 3. v. 4.

Conformiter ad hęc exponit, & applicat Deiparæ Virgini D. Bonaventura verba illa Ecclesiastici: *Thronus meus in columnâ nubis*. Verba sunt Filij Dei incarnati: *Beata Maria*, ait Sanctus, *benè dicitur columna nubis*, quia sicut nubes nos protegunt, & tuentur contra Solis ardores, *Sic Maria ab irâ Filij Dei, qui est Sol justitiæ*, & in eodem sèsurprædictus Sanctus in Litanijs, quas in laudem Deiparæ composuit, vocat eam, *Dei umbraculum*, quod latinè sonat totum illud, quod inumbrat, & radios, seu ardores solis temperat, & impedit. Optimè meminisſis dictorum Moysis volentis populum monere, eumque ad meliorem frugem convertere, objiciendo illi terribilem Dei inclementiam, *Deus noster ignis consumens est* Et verè sic erat, quia in lege veteri Deus passim è cælis tonitrua, fulmina, & fulgura emittebat. Quodnam tunc peccatoribus asylum, seu remedium contra ardores, & flammas ignis cuncta cõsumentis? quodnam? Fuit, homo factus in utero Sacratissimo Virginis, & sic nobis dedit umbraculũ, & scutum, quò protegamur, & defendamur à igne indignationis illius.

Eccles. 24. v. 7. Bon. ser. 2. assump. Deuter. 4. v. 24.

Iam capio, & attingo Spiritum verborum Sapientissimi Idiotæ, maximi Deiparæ cultoris, qui amatorijs verbis eam alloquens, respirationem peccatorũ nuncupat: *Tu spiraculum hominis, quia per te respirat peccator in spe veniæ*. Doctrinâ Philosophicâ meliùs horum verborum emphasis explicatur. Dicunt naturalistæ cor hominis tanto æsturare calore, ut absque dubio comsumeretur, nisi natura pulmones ei addidisset, quorum irrequietâ agitatione, quasi flabello continuo, refrigeraretur: Hoc ergò munus obit Beata Virgo, ait Idiota: *Tu spiraculũ hominis*. Quid peccatoribus, ô Sanctissima Virgo! incidentibus in manus Dei, ignis consumẽtis contingeret, si tua patrocinia illis deficerent? *Denique Deus noster ignis consumens est. Quidni veretur peccator accedere*, ait Bernardus, *& ne, quemadmodum fluit cera à facie ignis, sic pereat & ipse à facie Dei. Iam itaque, ne ipsa mulier benedicta in mulieribus videatur odiosa, inveniatur equidem locus ejus in hâc reconciliatione. Opus est enim mediatore ad mediatorẽ illum, nec alter nobis utilior, quàm Maria*. Si ignis divinæ indignationis nos indefensos impeteret, quis nostrùm salvus evaderet? nisi profectò adeò potẽs intercessio istius mulieris benedictæ defenderet, consumpti essemus, funditùs perijssemus, & omnino de nobis actum foret. Et notate, Deum vocari ignem à tempore, quò infames illas urbes propter nefanda peccata, quorum meminit Isaias, igne consumpsit. Nescio, an aliquis hic reperiri possit, qui vivens inter Christianos, in suburbijs Sodomæ commoretur, si (quod Deus avertat) aliquis fuerit, nullum ei aliud remedium superesse sentio, quò ab incendio liberetur, nisi salutarem Deiparæ protectionem; ipsa enim est, *umbraculum Dei*, teste B. Bonaventurâ, ipsa est, *Spiraculum hominis*, ut loquitur Idiotæ, ipsa denique est, *Paradisus cælestis*, ut concinit Rupertus, quæ amarulentum Deum, dulcem reddidit, & iudicem severum, in Salvatorem clementissimũ commutavit. *De quâ natus est Jesus*.

D. Bern. ser. 7. sup. Apoc. signum magnum. 12.

Et tandem, ut loquitur D. Ambrosius quando B. Maria coronavit Filium suum benedictum coronâ humanitatis in sacrario ventris sui, etiam ipsum coronavit coronâ æternæ pietatis: *Beatus Maria uterus, qui tantum Dominum coronavit, quando formavit, coronavit eum, quando generavit, coronam capiti ejus æternæ pietatis imposuit*, quasi vellet indicare Sanctus Doctor, quòd Christus, dum solùm esset Filius Dei

ante

ante Incarnationem, habuerit tantùm coronam justitiæ: Et verè ita se res habet, quia si notaveritis Sacrum Textum, comperietis, Deum statuisse, & promulgasse rigidissimas leges, ut statuta Levitici satis superque testantur: *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit, sic fiet ei, fracturam pro fracturâ, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet; qualem infixit maculam, talem sustinere cogetur.* Hæc omnia, inquit S. Ambrosius, fiebant in veteri lege antequàm Deus naturam induisset humanam, at verò, postquàm eum mater coronavit coronâ humanitatis Davidicæ, & Abrahamiticæ, statim quasi originaliter transfusa est in eum istorum Patriarcharum clementia, & pietas, hæreditario quodammodo jure ipsi debita & conveniens: *Coronam capitis ejus æterna pietatis imposuit.* Vndè resultavit, ut, qui anteà tam severus vindex erat, ut oculum pro oculo erui præciperet, *oculum pro oculo, dentem pro dente*, nunc redimitus coronâ pietatis, & benignitatis humanæ, totum se suavem, & amabilem exhibeat, quod & contestatum voluit nomine appellativo Salvatoris: *De quâ natus, est Jesus, qui vocatur Christus.*

Levit. 2. v. 19 & 20.

De quâ natus est Jesus, qui vocatur Christus.

CONSIDERATIO V.

Convenientissimè vocatur Jesus Christus, Filius Virginis, id est, Salvator, quia in domo Dei cuilibet imponitur nomen conforme officio, quô fungitur.

1. *D. Th. sup. illa verba: liber generat.*

DOctrina est Angelici Doctoris Sancti Thomæ hunc locum interpretantis: *Describitur primò à nomine, cùm dicitur Jesus. Secundò ab officio, cùm dicitur Christus*, ex quâ colligo aliam cuilibet Christiano apprimè necessariam, ut scilicet, jugi memoriâ recolens obligationes hominis Christiani, dignè tam sancto nomini correspondere valeat. Munus Christiani est, ducem, ac præceptorem habere Christum in omnibus operibus suis, eumque in omnibus agendis imitari, ut obligationi tam glorioso nominis æquè satisfaciat. Ab omni enim ratione alienum est, ut tam excellens nomen operibus vacuum, & orbatum reperiatur. Alloquens Propheta Ezechiël primum Angelorum antesignanum, luciferum appellat eum Cherubim: *Tu Cherub extentus, & protegens.* Vbi notat notat Angelicus noster Præceptor, quòd, licèt primus Angelus fuerit supremus inter, Seraphim eum tamen Propheta non nomine Seraphim sed Cherubim appellârit. *Tu Cherub.* & ratio hæc fuit, quia, cùm per peccatum non perstiterit in amore, sed in solâ scientiâ universali, quâ excellebat ideò retinuit nomem Cherubim significans scientiam, & perdidit nomen Seraphim significans ardorem, quia perdidit amorem Dei, quô Seraphim intensi continuò ardêt, ideoque dat ei unum nomen, & tollit alterum. quia in domo Dei cuilibet nomen apponitur conforme moribus seu functionibus, in quibus sese quisque exercet. *Ad primum ergò dicendum, quòd Cherubim interpretatur, plenitudo scientiæ: Seraphim interpretatur, ardentes, sive incendentes, & sit patet, quòd Cherubim denominatur à scientiâ, qua potest esse cum mortali peccato: Seraphim verò denominatur ab ardore charitatis, qui cum mortali peccato esse non potest, & ideò primus Angelus peccans non est denominandus Seraphim, sed Cherubim.*

Ezech. 28. v. 14.

D. Th. 1. p. q. 63. a 6. ad 2.

2.

In antiquâ lege, qui erant ex populo Dei appellabantur Iudæi, & in novâ, vocantur Christiani, & illorum nomen hôc tempore tantò est contemptibilius quantò horum est honorabilius. Ita interpretantur SS. Bernardus, & Hieronymus verba illa Isaiæ: *Dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus*, quasi vaticinans diceret: qui voluerit execratorie jurare, deprecabitur, ut veniant angustiæ super se, si tale quid fecerim, veniant super me calamitates, miseræ & mors Iudæorum, vel, quemadmodum legerunt Septuaginta: *Relinquet nomen vestrum in saturitate*, id est, adeò exosum, & abominabile erit nomen Iudæorum in mundo, ut cuncti gêtem illam fastidio quodam sit nauseaturi, & fæcem popelli illius detestaturi. Et subjungit Isaias, *& servos suos vocabit nomine alio*, id est, teste SS. Bernardo, & Hieronymo alio nomine discernentur, non accepto vocabulo ab hominibus, quemadmodùm Israëlitæ à Iacob, & Iudæi à Iudâ, sed à Filio Dei incarnato, seu vocabuntur Christiani, desumpto vocabulo, à Christo, cujus legem, & amorem profitebuntur. Vbi hoc adnotandum, quòd voluerit Deus commutationem morum vitæ correspondere permutationi nominis, quia non rectè consonant nomen novum, & vita vetus. Faxit Deus, ut

Isai. 65. v. 15. Di. Hier. hic, & Bern. ser. 105.

Septuag. Interp.

ut non inveniantur inter Christianos, qui, gaudentes nomine, & titulo Christianorum, vitam ducant Judaicam.

3. Expendens Sanctus Vincentius Ferrerius querulosa illa verba Dei lamentantis, & plangentis Episcopum illum, de quò magnus Evangelista ait, quòd nomen habens bonum perversè operabatur, *nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* Notat Evangelicus prædicator, referens glossam, nomen illi fuisse Melicus: *Dicit glossa, quòd vocabatur Melicus, id est, dulcis, & ipse amarus erat propter malam vitam*, graviter offendebatur Deus, in eò, qui mellis dulcedinem in nomine, & fellis amaritudinẽ in moribus ostẽdebat; amarè potiùs vocitari debebat, ut sic nomẽ actis, & morum factis meliùs quadraret.

Apocal. 3. v. 1. S. Vincen. Ferrer. serm. S. Luca.

4. Apparuit Angelus Josepho Virg. sponso, eique intimavit, ut matrem, filiumque ejus acciperet, & in Ægyptum fugeret propter imminẽtia vitæ pericula, in regione Judææ, *Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*, additque Sanctus Evangelista Matthæus hic adimpletum fuisse Oseæ vaticinium, quò dixerat Deus, se filium suum ex Ægypto evocaturum; *Ut impleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam: ex Ægypto vocavi filium meum.* Ingeniosissimè carpit hæc Prophetica verba, *ex Ægypto vocavi filium.* Vocavit pater æternus filium ex Ægypto, non dicit, ut fugiat in Ægyptum, ac proindè idem fuit, ac si dixisset, vocavi filium meum ex Ægypto, ut vadat in Ægyptum. Reperit difficultatem Rupertus in modo loquendi, & meritò quidem; quia ægrè poterat verificari dictum Prophetæ, quòd Deus vocârit filium suum ex Ægypto, quando eidem mandabat, ut ex regione Jerosolymorum fugeret in Ægyptum. Audite resolutionem Doctoris Ruperti instituto nostro appositissimam: *ipsam Judæam propter persecutiones Ægyptias, sive ipsam Jerusalem appellari voluit Propheta Ægyptum: nimirùm, & hic in Herode, & illic in Pharaone, ut uterque erat Diabolus.* Notate mysterium, ex Ægypto vocavit Deus filium suum, & eduxit, quando illi præcepit deferere Israelem, quia Civitas Jerusalem, & Regnum Judææ erat quasi altera Ægyptus: quia si olim fuit in Ægypto unus Pharao persequens innocentes, nunc unus Herodes in Israel, ipsam innocentiam occidere molitur. Ergò quia tunc in Jerusalem crudeles illam tyrannidem, & impias persecutiones, utì olim in Ægypto exercebant, jure merito vocetur Ægyptus, ut sic nomen suis conveniat rebus. Quando civitas erat sancta legum Dei accuratissima observatrix, vocetur Jerusalem, *dicta pacem visio*, at verò, quando nunc in peccatis, & impietate assimilatur Ægypto; appelletur Ægyptus. *Ex Ægypto vocavi filium meum.*

Matt. 2. v. 13. Oseæ 11. v. 1. Rupert. hic.

5. Narrat Sacer Textus, quòd cum Daniël captivus abductus fuisset in Babylonem, quòd Rex ei nomen mutaverit, ita, ut, qui antea nomine Hebraico, Daniel dicebatur, postmodùm jussu Regis, nomine Dei sui Baltassar appellaretur. Contigit successu temporis, ut servus Dei accerseretur ad interpretandum ænigma, & scripturam, quam viderat Baltassar in superficie parietis aulæ regiæ. Regina sciens Nabuchodonosor patrem suum, ei nomen Baltassar, nomen, scilicèt, Idoli sui, imposuisse, rogavit, ne deinceps Baltassar, sed Daniel denuò vocaretur. Quod trutinans, seu ponderans Theodoretus ita proloquitur: *Neque dicit vocetur Baltassar, cùm enim experientia docti cognovissent Prophetæ virtutem, anteponunt. Chaldæa Hebream appellationem, quarè in reliquum, ipsum Danielem nominant.* Non absque magno mysterio Danielem Chaldaico nomine spoliarunt, & denuo ipsum priori nomine Danielis cognominárunt Deo, & cœlo sic disponente, ne justus veritatis futurus interpres, nomine Idoli, mendaciorum, & falsitatis architecti insigniretur. Iniquitas certè maxima, & injuria intolerabilis fuit, hominẽ adeò sanctæ, & tantæ exspectationis virum, tam indigno, & scelesto nomine cõmaculare. Quod illò Rex Babyloniæ indigitetur, nihil mirandũ, quia Idololatra, & veritatis divinæ infensissimus hostis erat; sed quòd Daniël Sãctus, hac appellatione vocetur, nullo modo consentiendum, nullatenus dissimulandum: quia in domo Dei, nomina proportionantur operibus, & actionibus personarum, ideoque non miror, Deum vocasse Jerusalem, Ægyptum, cui moribus similis & peccatis æqualis erat.

6. In hôc sensu explicat Tertullianus vaticiniũ Isaiæ de Optimatibus, & Primoribus Urbis Jerosolymitanæ, *Principes Sodomorum, & populus Gomorrha*, nõ quia ipsi Sodomis, seu Gomorrhâ oriundi fuerint, neque ibidem rexerint, sed quia ducebant vitam ita incompositam, erantq; moribus ita inordinatis, quasi in mediis Sodomę, & Gomorrhæ lasciviis, & nefandis criminibus viverent. Habebant fidẽ Israelitarum, & credebant quemadmodùm illi, sed vivebant, & agebãt operibus, utì Idololatræ. *Vitiat translatione nomi-*

Isaiæ 1. v. 10. Tertull. lib. 3. contra Marcion.

nominum, ex comparatione criminum, inquit Tertullianus. Simillimus est hic locus alteri ejusdem Prophetæ. *Audite hac domus Iacob, qui vocamini nomine Israël* Videtur, inquit D. Cyrillus, quòd Propheta non formaliter fuerit locutus, & quòd magis appositè dixisset; *Audite Israëlita, & non vos qui vocamini nomine Israël*: Sed respondet Sanctus, Propheram mysticè cõmutasse verba, quia magna erat differentia, inter esse, & vocari Israëlitas? Verum quidem est, illi horum habebant nomen, sed non vitam, aut mores, appellationem, sed non virtutes habebant; sed potius ab his degenerantes, moribus erãt dissimillimi. *Nomẽ nudũ habebãt, sed mente dissidebant, aliis moribus, alia mente prædi ti*: Ita disertissimè S. Cyrillus. Imò, & hoc est malum, quia ita etiã, nunc quidam Christiani solùm habent odorẽ Christianũ, & reâpse sunt Gentiles.

Isai. 48. v. 1.

7. Tempore captivitatis Babylonicæ, sacro attestante eloquio, quidam Hebræi conjungebantur mulieribus gentilibus, & filii ex illis procreati mixtum, & corruptum loquebantur idioma, quia neque Azoticam, neque Hebraicam linguam promptè, & perfectè exprimebant. *Ex media parte loquebantur Azoticè, & nescicbant loqui Iudaicè* ita aliqui modò loquũtur in rebus fidei, quasi Christiani, & moribus repræsentant Gentiles, neque aliquid Christi, præter nomen, participant. Quod tamen rectæ rationi dissonũ est, quia sicut illi, qui gentilitio nomine gaudẽt, & stemmata, & avitæ nobilitatis insignia ostentant, omni studio conantur heroicis factis nobilitatem suã illustrare, & ignominiosis factis timent eã dedecorare: Ita Christianus, qui hôc gloriatur nomine, & ducem habet Christum, à quò nomen accepit, omni conatu adlaborare debet, utrẽ per heroica opera conformet nomini, & ne degeneret ab honore, & decore quô fuit insignitus: & cùm nomẽ Christi sit Rex unctus, hoc enim significat, *Iesus Christus, qui vocatur Christus*, debet Christianus vlrili animo, imò, & regiâ, magnanimitate, terrena despicere, & cœlestia concupiscere, vel nõ vocari nomine Christianus, quia nõ patitur Deus illum, qui nomine gaudet Christi, & operibus Mahumetem exhibet, vel moribus Maurum agit.

2. Esdra. 13. v. 24.

In Apocalypsi 8. Joannis promisit Deus, se daturum Christianis victoribus in æternâ beatitudine nomen novum: *Vincenti dabo manna absconditum, & nomen novum* Non omniũ Interpretum una, & concors est sententia circà hoc; *nomen novum*, Rupertus enim cũ Hugone

8. *Apoc. 2. v. 17.*

Rupert.

Cardinale existimat, hoc nomen esse Filiorum Dei. *Quia beati tunc demùm Filii Dei vocabuntur, & erunt*, id est, in cælesti patriâ. Quæro igitur, nonnè justi in hôc mundo viatores, etiam sunt Filii Dei juxtà illud Joannis: *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri!* Quarè ergo etiam non vocabuntur Filii Dei? vel, cur hoc nomen in aliam vitam reservatur? Scitis causam? quia in hâc mortali, sæpe nos fallere potest opinio nostra, & possumus æstimare justos, qui verè non sunt, & sic vocaremus justos eisque nomẽ affingeremus, quod reipsâ non merentur, at verò in gloriâ cœlesti apparebunt, & verè erunt justi: ibi nulla fraus vel deceptio habet locum, sed quisque pro meritis æstimatur, neque erroneum potest esse judicium de ullius probitate: vocentur igitur, ibidẽ nomine filiorum Dei, ut nomen respondeat opèribus virtutum, hic verò nequaquam hôc titulo nuncupentur, quia facilè contingere potest, ut homines reputent filium Dei, qui reipsâ est filius diaboli.

Hugo titulo Virgas hîc.

Ioannis 1. v. 12.

9. Cachinnis, risúque explodebat Aristoteles quosdam pictores, qui ut picturas suas exprimerent, & leonem ab equo discernerent, epigraphe, seu subscriptione tamquàm rei depictæ declaratione indigebant. Et nos dolere possumus, talia esse opera Christiani, ut necessaria sit subscriptio ad dignoscendũ illum ex operibus. Possemus rectè dicere talibus quod Philosophus Diogenes cuidam inerti, & timido clavã Herculis circumferenti objiciebat. *Desine virtutis ornamenta pudefacere* noli facere injuriam arm.s Herculeæ fortitudinis, quia tu & robore cares, & animo langues. Si Christianus cupit, hoc glorioſum promereri nomen, suæ correspondeat obligationi, vel aliud accipiat, suis incõpositis vitæ moribus conforme. Quia in domo Dei non toleratur bonum nomen, nisi etiam bonis operibus virtutum comprobetur. Ita elegantissimè dixit Philo Alexan. *Solus hic est patricius, qui potest patrem ciére Deum*, alludit Philo ad legem Romanorum, quâ statuebatur, quòd licèt plures forent nobiles, & illustres, solos tamen nobiles, & illustres Romæ natos, appellarẽt Patricios. Dicit ergo Philo, soli justi merentur titulo Patriciorum, & primatûm honore gaudere, qui amant, & serviũt Deo, in quô solo vera nobilitas & honestas consistit, qui verò secus fecerint, quantumvis plures alias habeant dotes, quia tamen carent virtute, maximè requisitâ, eô privandi sunt nomine, & exuendi honore. *Solus hic est Patricius qui*

Aristot. in Topi.

Diogenes

Philo Hebraus lib. de verb. respũ. Noë.

Digitized by Google

quipotest patrem cière Deum. Pari modo, imò potiori jure philosophari debemus de glorioso, & nobilissimo nomine Christi.

Curiosiùs observavit D. Anselmus quòd Apostolus Paulus licèt in cæteris epistolis ad alias nationes, urbes, & personas exaratis semper seipsum nominet Apostolum, Jesu Christi, in eâ tamen, quam scripsit ad Romanos, non se hoc titulo Apostoli Jesu Christi nuncupaverit, sed solummodò dixerit. *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi.* Videtur idem fuisse, ac si Romanis habitatoribus dixisset; ego sum passim ab omnibus vocatus, Apostolus Jesu Christi, sed loquens vobis, non audeo mihi tale nomen adscribere. Hoc sonat: *Paulus vocatus.* Quodnam motivum Pauli, ut civibus Romanis scribens, stylum mutet cùm aliis scribens Corinthiis Galatis, & Philippensibus semper hóc nomine glorietur? Accipite Anselmi responsum, *quia nondum Romanis prædicaverat*: maximâ laude dignum est hocce factum Apostoli, qui datâ operâ noluit se titulò seu nomine appellare, quod nondum promeritus fuerat, nondum Romæ prædicaverat, neque ad illud tempus Romanos in fide, & doctrinâ Evangelicâ instruxerat, neque in illâ Provinciâ ministeriũ Apostolicum exercuerat, pudebat Paulum nomen sibi adeò decorum assumere, quod nondum docendo Romanos promeruerat, sciens apud Deum nomina solis virtutum meritis correspondere. *Quia nondum Romanis prædicaverat*, persuadebat sibi Paulus honorem illum antè merita possidere, non esse possessionem, sed juris usurpationem, noveratque optimè sapiens tunc nomen honorare personam, quando est significativum veritatis, & quando veritas obtenta nomini appellativo consonat.

Rom. 1, v. 1.

Et 1. Corinth. 1. v. 1.

11. Nunc facilè intelligetis rationem, cur posuerint super caput Jesu Crucifixi, titulum Regis, & pretiosissimum nomen Jesu *Hic est* Jesus, *Rex Iudæorum* & non super sepulchrum, in quò eum deposuerunt (quemadmodum apud nos moris est sarcophagis insculpere defunctorum nomina, insignia, quadruplæ nobilitatis arma, dignitates, & officia, ibidem sub lapide Asio sepultorum) ita ut convenientiùs fuisse videatur, si nomen super monumentò in quò fuit sepultus, quàm in Cruce, cui fuit affixus, positum fuisset. Nihilominùs neque permisit id Deus, sed in solâ cruce in quâ nostrûm causâ, & amore fuit suspensus. Et ratio in promptu est, quia in Cruce passus laboravit, & in sepulchro (ut colligitur ex Doctrinâ Divi Hieronymi) requievit. *Quid est sepulchrum? locus quietis, ubi juxtà mundi rationem defunctorum corpora collocantur.* Et nomen sanctissimum Jesu, duo complectebatur, videlicèt, honorem, & gloriam suam, & obligationem ad nos proprio sanguine, & vitâ redimendum, & salvandum. Voluit ergo Salvator mundo universo innotescere, quàm exactè muneri suo satisfaciebat; ideoque disposuit, ne titulus sepulturæ, in quâ requiescebat, insculperetur, sed Cruci, in quâ patiebatur, affigeretur; & ut, dum legerent in titulo nomen Salvatoris, viderent illicò inferiùs in vitâ, quam dedit, & in sanguine, quem effudit, opere completum illius significatum. Tam exactè voluit Redemptor, in se observari modum, & stylum in domo Dei usitatum, ubi solet quisque appellari nomine muneri, & officio conforme

Matth. 27. v. 37.

D. Hier. in Epist. ad Gerontium.

12. Rem notatu dignam refert Lorinus propositio nostro accommodissimam, quam & ipse indubitatam & verissimam existimat, videlicèt: *Honoris causâ ferè nullam Polonam fœminam nomine Mariæ appellari.* Considerabant illæ munditiam, & sanctitatem Sacratissimæ Virginis, & advertentes se impares, & longè illâ inferiores, persuadebant sibi impossibile obligationi tanti nominis satisfacere, & proindè, se tanto honore, & omnis appellationoe indignas reputabant: non vocentur Mariano nomine, ajebant pientissimi, & ferventissimi illius Regni Christiani, illæ, quæ virtutes, & dotes tantæ Virginis non habent. Sed ô mi Deus! quot ex nobis sunt indigni nomine Christiani, & merentur propter opera parum Christiana, quæ faciunt, tali privari titulo, & honore! Erat D. Hieronymus litterarum humaniorum amantissimus, & ut se in latinitate perficeret, attentissimè Ciceronis opera pervolvebat. Et notandum est, quòd omne studium sancti Doctoris ad Dei servitium, & communem Ecclesiæ utilitatem erat ordinatum, ideò enim excultæ latinitati operam navabat, ut fideliter, & ad amussim, ut fecit, sacras Litteras transferret. Hòc non obstante, constat ex eius vitâ Christum propter hoc illum graviter reprehendisse, ejusque latinitatis exactissimam, quasi in judicio exegisse rationem, & veluti non Christianum, sed Ciceronianum, seu Ciceronis discipulum redarguisse. *Mihi dictum est à Deo, non esse Christianum sed Ciceronianum.* Accepit sanctus insignem

Lorinus in Psal. 99 v. 3.

Digitized by Google

si ignē correctionem, fassus fuit humiliter culpam suam, & promisit emendationem. Premo hîc Dei correctionem, quâ Hieronymum Ciceronis volumina, ad terendum tempus, lectitantem redarguit, maximè cum hoc sit exercitium hisce temporibus honestum, & junioribus satis commendatum. Et quia, se non totum Deo, & lectioni sacrorum librorum dedicabat, privat illum nomine Christiani, & ut Ciceronis discipulum baptizat. Quot hodie Christianos posset ipsemet Dominus exturbare è possessione hujus sacri nominis Christiani, non quòd legant libros Ciceronis, quemadmodùm Hieronymus, sed quòd agant vitam magis barbaram, magisque gentilem, quàm ipsemet Cicero.

13. *Disperdam de loco hôc reliquias Baal, & nomina adituorum cum Sacerdotibus.* Verba sunt Sophoniæ, quibus Deus comminatur populo suo, & dicit, se homines populi sui destructurum, & nomina eorum penitùs deleturum. Quærit ad propositum D. Hieronymus, quid mali fecerint nomina, ut Deus tantùm illis indignetur? nomina erant illustria, & præclara, ut quid igitur Deus illa tantoperè abominatur? moribus potiùs sceleratis Sacerdotum debebat Deus indignari, non ipsorum nominibus. Appositè respondet S. Hieronymus, *Signanter non ait opera Sacerdotum, cum Sacerdotibus, sed nomina, qui tantummodò falsa nomina præferunt dignitatum, & malis operibus, sua nomina destruunt.* Præclara quidem nomina, & tituli excellentes, mores turpes, & opera infamia, ut igitur unum consonet alteri, æquum est illos exuere honestate titulorum, ne nomine, sint boni, qui moribus, & vita sunt mali, & prophani. Hos igitur, qui illis assimilantur, ex parte Dei admonitos velim, ut studeant rem, & opera conformare nomini, & Christianæ professioni, quia incolæ sunt, & domestici Dei; nisi in inferno acrioribus pœnis torqueri, & durioribus supplicis, quàm Mauri, & gentiles, cruciari velint. *Beatus impii*, ajebat Salvianus, *pium nomen*, hoc nomen pium, Christianus, fui, maximum erit in inferno tormentum, quia dissonum, & difforme est improbitati vitæ, & morum. Huc nos adduxerunt verba Angelici Doctoris Sancti Thomæ Aquinatis. *Describitur primò à nomine, cùm dicitur* JESUS *secundò ab officio, cùm dicitur* Christus, & illa Evangelistæ Matthæi, JESUS, *qui vocatur Christus,*

Sophon. 1. v. 4.

D. Hier. hic.

D. Salvian. lib. de gubern. Dei.

De quâ natus est Jesus.

CONSIDERATIO VI.

De latissimâ Nativitate supremæ superneq; Virginis, & de spirituali gaudio animarum nostrarum, quô cuncti fideles, Ecclesiæ filii, illam propter ingentia nobis ex eâ beneficia resultantia celebrare debemus.

MAgnus Pater Augustinus, in quôdam Sermone hodiernæ Festivitatis, Dominæ nostræ universum ciet, & invitat mundum, ad lætandum. *Cum summa exultatione gaudeat terra nostra, tanta Virginis illustrata natali.* Non sufficit Augustino, quòd homines jucundentur, & communi jubilo celebrent diem, quâ nascitur in terris Mater Dei, sed summum gaudium, & singularem exigit lætitiam, *cum summa exultatione*, & assignans rationem addit, *tanta Virginis illustrata natali.* Quia superabundant causæ humanæ exultationis, quia inter homines hodie nascitur puellula Virgo, quæ fœlicissimo ortu suo, illos cumulatissimè honorat, & illustrat. Sancte gloriose? vide quid dicas, quidve nobis persuadeas, & inculces! nonne optimè novisti, extranea & quodammodò aliena esse ab hôc mundo, in quô degimus, gaudia, & exultationes, tristes verò ærumnas & tædia esse connaturalia, & congenita mundo? Ut quid igitur hodie tantum gaudium, tamque festivam solemnitatem nobis commendas & melius suasisses, ut cum lacrymis hanc sanctam puellulam, hodie in mundo nascentem reciperemus, quia nascitur ad ærumnas, & labores: & ut lætitiæ signa, jubilum, & gaudia, in diem mortis ejus reservaremus, quia mors est finis dolorum, & terminus miseriarum, pœnarumque: quibus incessanter in hâc erumnosâ vitâ veluti tributarii affligimur. Optimè potes meminisse, hanc vitam esse exilium, & vallem lacrymarum, ut cuncti fatemur, in illâ oratione, *Salve Regina*, quâ eamdem Virginem deprecamur, ut misericordes oculos suos, ad nos filios Evæ in hâc lacrymarum valle convertat. *Ad te clamamus exules filii* &c. Et quomodò non vides, quàm importuna sit læta musica in lugubri exilio? & adhuc tanto studio nobis lætitiam, & gaudium prædi-

1. *D. Aug. Serm. hujus Festi.*

cas? *cum summâ exultatione*, maximè cùm gaudia sint extranea mundo, soli cœlesti patriæ propria, & reservata. Videor mihi audire gloriosum Augustinum respondentem, regulariter loquendo rem ita se habere, neque id quemquam inficiari posse, sed fœliciſſimum Deiparæ ortum exlegem & à regulâ communi exemptam esse, utpotè beneficium adeò excellens tantique momenti, mundo concessum, dum cum nativitate tantæ Virginis, hominibus nascitur principium salutis, & remedium universale per illam confertur mundo; atque ita alacriori devotione, & ferventiori Spiritu nobis lætandum prædicat Sanctus Doctor: *cùm summa exultatione*. Non celebrentur dies natales eorum, qui in obscuris peccatorum tenebris nascuntur, sed dies natalis tantæ Virginis festivo recolatur gaudio, quæ plena luce gratiæ hodie procedit in mundum. Ita meditatur noster Pater S. Vincentius Ferrerius. *Lux dicitur, Benedicta Generatio Virginis Mariæ, quæ sine tenebris culpæ facta fuit, & conjunctio Ioachim, & Annæ luminosa fuit.* Et videtur S. Augustinus velle, ut non minori solemnitate celebremus natale Virginis, quàm Salvatoris, quia si in hôc Angelus pastoribus annuntiat: *Gaudium magnum*, de illo (dicit Sanctus) etiam celebrandum esse *cùm summa exultatione*.

D. Vincen. ſer. de nativ. Virg.

2. *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Rabbi Salomon advertit, in hôc loco Regium vatem, vocasse Filium Dei hominem factum, unctum oleo lætitiæ, quærit, & quænam sit hæc nova species unctionis? & statim in hunc modum respondet; *quia totus mundus exultaturus esset, quando esset Rex Messias unctus, seu missus esset in mundum.* Loquens Propheta David de temporali nativitate Filii Dei in terris, & nominando ipsum, unctum oleo lætitiæ, pronuntiavit, quid per nativitatem ejus mundus erat obtenturus, & denominavit eum ex effectu, quem erat operaturus in mundo, & appositè usus fuit metaphorâ olei, seu unguenti, quia ad curanda vulnera doloris, & tristitiæ, quæ peccatum mundo inflixerat, non poterat salubrius unguentum dari, quàm oleum lætitiæ: hoc est: *unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Non aliter philosophandum est, in die nativitatis Mariæ, genitricis Filii: uncta fuit oleo lætitiæ, in utilitatem mundi, quia si filius prodit in mundum ad operandum redemptionem, illa nascitur, ut cooperetur, & sit coadjutrix Redemptionis, non quidem commoriendo Redemptori, sed subministrando illi humanitatem, instrumentum divinitatis, quô ipse operaretur redemptionem, & ita copiosæ nobis supersunt gaudii occasiones, in hoc glorioso Virginis ortu; Ecclesia sancta idem attestatur dicens: *Nativitas tua, Dei genitrix, Virgo gaudium annuntiavit universo mundo* &c.

Pſal. 44. v. 9. Rabbi Salom. apud Sotomajor in Cant.

Narrat sacer Textus Lamech filio suo imposuisse nomen Noë, quod sonat idem, quod consolatio. Non conveniunt Interpretes in dandâ ratione, quare, Lamech hôc mystico nomine filium suum appellaverit. Dicunt aliqui, ipsum respexisse ad commodum, & utilitatem, quam ipse per industriam agriculturæ, erat mundo allaturus quia, usque tunc terra erat incultior, & industriâ non usitata, ita ut prius majori labore, & minori fructu agri colerentur. Fundantur verò in his verbis: *Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus.* Non mihi displicet hæc explicatio, quia rectè prophetabat Lamech in nomine filii sui, quietem & consolationem, quam nomine suo pollicebatur. Alii verò opinantur mysterium nominis fuisse, quôd Noë nedum posteros suos, verùm etiam ipsummet Deum, nasciturum, erat consolaturus, in quantùm Deus, inter homines, quorum delicta iam iam erat puniturus, in solo Noë justo foret mitigandus & consolandus: *Te vidi justum coram me*, & propriissimè vocat eum pater, consolationem Dei, quia justus verè est solatium Dei, super quem oculi divini, lassi visu iniquitatum terræ, requiescunt. Et cor Dei lacessitum peccatis hominum, & pœnis eorum, quos flagellat, commotum, dulci otio in justi animâ feriatur. Neque hæc mihi displicet declaratio; verùm tamen Lyrani aptissima est institutio nostro. *Eo quòd reparaturus erat sæculum, quod erat ad consolationem eorum, qui timebant ipsum totaliter destructo per diluvium*, prævidebat tamen in spiritu suo generale diluvium, quô Deus homines propter fœdissima, & enormia delicta erat absorpturus, providebat propter filium suum Noë salvas octo animas, & incolumes evasuras, in quibus mundus, transacto diluvio, erat conservandus, & quia homines mundum totaliter delendum verebantur, maximum fuit illis solatium ingredi Arcam à Noëmo fabricatam, & per illam, ab inundantibus

Geneſ. 5. v. 26.

Geneſ. 7. v. 1.

Lyran. hic.

tibus aquis diluvii, sanos & immunes liberari, & ideò vocavit eum consolationem seu gaudium, vel filium solatii, & lætitiæ. Quantò magis debetur hic titulus Sacratæ Virgini, hodie nascenti, quia non solùm erit reparatrix hominum, quemadmodùm Noemus liberans octo animas, ab aquis diluvii, sed benefactrix generalis, & cooperatrix redemptionis, dando Filio Dei humanitatem, quâ ipse nos redimet, & ab inundante peccatorum diluvio liberabit. *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

4. Insufficientia, sunt absque dubio, etiam maxima lætitiæ signa, in die quâ in terris nata apparet filia, & Domina, quæ est vera consolàno. Examinant quidam Doctores, cur Patriarcha Jacob non ita festivè celebrarit nativitatem filiæ suæ Dinæ, qui tamen in filiorum ortu magnam animi voluptatem, & oblectamentum ostendit. Responsionem litteralem dicunt fuisse, quia nomen, & progenies parentum, per solam filiorum procreationem propagabatur; at verò ratio moralis, & mystica, meo judicio, fuit, quia mente suâ prævidit infortunatum illius stuprum, quò à Principe Sichimitano erat violanda; ut sacra refert pagina: *Quam cùm vidisset Sichem*; & non erat decens, neque convéniens nasci cum celebritate, eam, quæ stuprò erat violanda, neque festivè erat celebranda nativitas ejus, quæ depravatæ, & corruptæ futura erat castitatis; At verò in Nativitatè Filiæ, seu puellulæ, quæ oritur confirmata in gratiâ, sine tenebris peccati, immò impeccabilis, hæres cœlorum, electa in Dei Matrem, manens Virgo illæsa ante, in, & post partum, semper inviolata, replicentur gaudia, duplicentur lætitiæ solemnia, *Cum summâ exultatione gaudeat terra nostra*, in signum interioris lætitiæ animarum nostrarum. Etiamsi gaudium, & hilaritas sit exotica, & peregrina in mundo; tristitia verò, mœror, & luctus ipsi congenita, & connaturalia, hæc tamen dies miraculosæ Nativitatis Deiparæ est exempta, gaudetque privilegio speciali, & sic cœlum concedit nobis facultatem jubilandi: ortus cæterorum filiorum Adæ excipiatur cum lacrymis, quia opus est solius naturæ. Verùm ortus Genitricis Dei festivè, & ovanter suscipiatur, quia rarum est, & solius gratiæ prodigium. Vox est S. Joannis Damasceni. *Quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix, ac Virgo, ex Anna oriretur, natura gratia fœtum antevertere ausa non est, sed tàntisper exspectavit, donec gratia fructum suum produxisset.* Res adeò excellens fuit sacra Virgo, ita ut cùm deberet nasci ex utero Matris suæ Annæ, natura ipsa suam profitens imbecillitatem, & quasi confusa substiterit, neque ausa fuerit auspicari opus, adeo rarum, & sublime, sed potius quasi tremula retrocesserit, dans locum gratiæ, ut ipsa posset manum operi adhibere, & expectaverit, ut ipsa fructum suum in lucem ederet. Tremulam dicit sanctus Damascenus naturam substitisse, quia sibi firmiter persuadet annos sterilitatis parentum Deiparæ fuisse ipsam formidinem, & timiditatem naturæ, quæ agnoscens suam impotentiam non fuit ausa aggredi, seu inchoare opus tam præclarum, & excellens, *sed tantisper expectavit donec gratia fructum suum produxisset.*

Genes. 34 v. 2.

D. Ioan. Damasc. orat. in Nativit.

Virg. apud Salazar de Concept. c. 29.

5. Ponderavit Divus Chrysostomus, quôd fabricante Deo cœlum, & terram statim cœli dicantur perfecti, & omnis ornatus eorum, terra verò, sacro attestante eloquio, adhuc manserit absque decore, & inculta. *Terra autem erat inanis, & vacua*, vel ut legunt Græci *incomposita* & inornata, & paulatim Deus illam adornavit, & vestivit arboribus, plantis, & floribus: *Germinet terra herbam virentem*, &c. Cur Deus hunc servat ordinem in creatione rerum, curque terra non illicò, uti cœlum tuâ dotatur perfectione? Respondet sanctus Doctor: *Ut tu intelligeres, quòd indiguit etiam ipsa beneficio conditoris.* Ut homo terræ fructuum beneficiis fruens, ea in Deum tamquàm in auctorem cum gratiarum actione referret, non verò in ipsam terram, quæ ex naturâ suâ erat sterilis, & infœcunda: *Terra autem erat inanis, & vacua.* Dico ergò quòd formido naturæ in hoc consistebat, quòd per cunctos sterilitatis annos Joachim & Annæ, parentum sacratissimæ Virginis antequam illam procreassent, seipsam detinebat non ausa tantum opus, quale erat D. Virgo auspicari. *Terra autem erat inanis & vacua.* Notate congeminationem vocabulorum; *Terra erat inanis, & vacua*, quia non satis fuit Deo qualiscumque sterilitas in illis, quia ad hoc sufficiebat, quod elapsi essent anni virtutis generativæ in ambobus, & quod foret terra *inanis*, sed expectavit senium, & *vacua*, quia ut dixit Castro: *Beatissima Virgo procreata fuit propè annum sexagesimum suorum parentum*; Et quando per bina impedimenta sterilitatis, & simul senectæ, natura impo-

Gen. s. v. 2. D. Chrysost. in Genes.

Castro in Hist. Deipara c. 2.

tens erat, tunc gratia succeſſit in locum, adhibuit manum operi, factumque produxit, quò nobis commonſtraret Mariam, potius eſſe ſuã, quàm naturæ filiam. Hæc omnia paucis, ſed elegantiſſimis verbis perſtrinxit Bernardinus: *Terra autem erat inanis, & vacua, quia Anna erat ſterilis, & infœcunda, ut magis inde appareret miraculum, & magnificentia ex fœcunditate ei collata* diſpoſitio fuit divina, tardus ille fructus, ne ſancti illi ſenes poſſent decipi, ſed cognoſcerent filiam illam ſibi è cœlis donatam, non viribus naturæ procreatam.

Bernardin. de Buſtis ſerm. 3. hujus Feſti.

6. Semper mihi viſum fuit conſideratione dignum, quòd Deus protoparentem noſtrum Adam creaverit extra Paradiſum in campo Damaſceno, Evam verò intrà antequam in exilium relegaretur. *Poſuit hominem, quem formaverat.* &c, *tulit unam de coſtis eius*, videtur hanc prærogativam, quam Deus Evæ conceſſit formando illam ex nobiliori humo, quàm Adamum potiùs dandam fuiſſe viro, ut potè eminentiam capiti totius generis humani competentem, quem in omnibus primas habere condecebat. Variant ſacri Interpretes, ſed placet Carthuſiani meditatio. *Deus in hoc honoravit fœmineum ſexum unde, & de nobiliori materia eam formavit, quam virum, putà de coſta viri de limo formati, & quia ipſe creator omnipotens prævidit ſe ex illo ſexu incarnandum* Quaſi diceret: hoc factum myſticè ſignificabat quòd licèt cæteri filij Adæ propter culpam exules extrà Paradiſum naſcerentur. Beata Virgo tamen in Evâ adumbrata, intra Paradiſum erat naſcitura, id eſt confirmata in gratiâ, quia erat futura Mater Dei: *De quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*, Itaque ratione hujus puellulæ Virginis ſupremæ, Eva ipſius figura, fuit in Paradiſo terreſtri creata: quæ igitur naſcitur intra Paradiſum feſtivo jubilo, & lætâ jucunditate ſuſcipiatur. *Cum ſummâ exultatione*, & qui extra illum fuerit productus, & filius peccati lacrymis, & planctu lugentur. Virgo hodiè filia eſt adami, ſed juſti, innocentis, & intrà Paradiſum commorantis, quia licèt Ioachim, & Annam parentes habuerit, dum tamen hodiè editur in lucem, prodit exempta à paſſionibus naturæ, quibus cæteri Adæ poſteri ſubjiciuntur.

Dionyſ. Carthuſ. in Geneſ. 2.

Geneſ. 2. v. 8.

7. Guerricus Abbas in primâ concione hujus Feſtivitatis aſſumit, pro themate, verba illa Eccleſiaſtici. *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris*, quibus Spiritus Sanctus loquens in perſona hujus Virginis, ante Nativitatem ſuam ſe viti comparat. *Longè igitur* (inquit ille) *antequam naſceretur Maria, vocem ipſius aſſumebat ſpiritus, qui in ea futurus erat.* In alium finem detorquet prædicta verba Guerricus, volens eiſdem caſtitatem Virginalem, & partum ſacroſanctum Deiparæ ex ſimilitudine odoris, & fragrantiæ, quam florida emittit vitis comprobare: ſed nos aliorum ſequemur placitum, qui aut autumant Virginem ſanctam non cujvis viti aſſimilari, ſed Filio ſuo Chriſto Redemptori noſtro, qui in ultimâ cœnâ, ſurgens, & vadens ex cœnaculo ad hortum Gethſemani, primum verbum, quòd protulit Diſcipulis, fuit: *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt*, & deindè, *omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat*, hactenus ſacer Textus. Dicit modò Auguſtinus; *quia Chriſtus ſibi ſufficit, Diſcipuli multo indigent auxilio agricolæ, propterea nihil dicit, de vite, ſed de palmitibus.* & ſtatim ſubjungit Hipponenſis: *quis autem eſt in hâc vitâ ſic mundus, ut non ſit magis magisque mundandus?* quiſnam in hâc mortali vitâ adeò mundus eſt, ut non egeat ſcirpiculâ ſeu ferro? quis adeò immaculatus, ut non indigeat purgatione? vitis illa divina ſola non eget mundatione culpæ, per quam omnes à peccatorum maculis expurgamur.

Guerricus Abbas Serm. 1.

Stephan. mendo. lib. de dignit. Virg. cap. 11. §. 4. Ioan. 15. v. 1.

8. Nunc igitur dicit Chriſtus de ſeipſo, quòd ſit vitis vera, & perfecta, in quâ Dominus illa agricola, ſeu vitium putator nihil reperit putandum, nihil peccati mundandum; & ſacratiſſima Virgo mater ejus, & Domina noſtra, quæ hodie naſcitur, dicit ſe illi ſimilem, *Ego quaſi vitis.* Vult dicere: in me nulla eſt culpa propria, ſeu defectus perſonalis purificandus, munda naſcitur hodie hæc vitis, nulla habet ſarmenta reſecanda, per omnia ſimilis eſt viti perfectæ: *Ego ſum vitis vera*, quia quòd Chriſtus per naturam, hoc Maria habet per gratiam: *ego quaſi vitis* &c. præconium glorioſum, excellentia rara, nunquam de alio filiò Adæ prædicata, ſcilicet, hanc puellulam benedictam, quæ hodie naſcitur, eſſe Chriſto Domino noſtro ſimilem in munditiâ, & ſanctitate, neque umquam ullum etiam veniale peccatum, quãtumvis minimum, in illâ poſſe, reperiri, Cæteri omnes qui huic divinæ viti per fidem uniuntur, indigent ferro ſeu falculâ vineaticâ, quâ frondeſcentes palmites putentur, indigent

Eccleſiaſt. 24. v. 23.

Digitized by Google

gent chrysomate quò purgentur, sola Maria est exempta, quia mater totius puritatis, & ideò per Spiritum sanctum proprijssimè fuit veræ viti comparata. *Ego quasi vitis.* &c.

9.

3 Reg. 18. v. 44. Narrat Sacra historia in libris Regum, mysticam visionem, quâ servus seu puer Eliæ Prophetæ vidit nubeculam è mari ascendentem. *Ecce nubecula parva à mari.* Conveniunt Patres in hôc, quòd nubecula illa præfiguraverit Reginam Angelorum, atque ideò locum illum accomodant hodiernæ solemnitati Nativitatis gloriosæ Virginis, enucleantes in eum finem omnes proprietates nubeculæ, quibus, eam esse adæquatam figuram Deiparæ, comprobare conantur. Arripui ego eam quam adducit Patriarcha Ierosolymitanus, & directè probat intentum nostrum. *Per hoc namque, quòd ille puer Eliæ vidit de mari nubeculam parvam oriri, revelavit Deus Eliæ, quòd quædam infantula (scilicet B. Maria) per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculæ, perhumilitatem parva nasceretur, de humanâ naturâ peccatrice, designata per mare*, nubecula illa, visa ab Eliæ servo, Virginem Mariam repræsentabat; & addit prædictus Doctor: *Quemadmodum illa nubecula fuit de mari amaro, sine tamen ulla amaritudine, ita namque nubecula esset originaliter ejusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusque proprietatis: mare namque ponderosum est, & amarum, sed nubecula levis, & dulcis fuit.* Hoc est, sicut nubecula est quædam vaporosa exhalatio maris, ex aquâ salsâ enata, & tamen prodit munda, & purgata ab omni amaritudine salsedinis, ita Virgo nascitura ex parentibus terrenis naturæ passionibus subjectis, non erat futura tributaria peccati, sed caput serpentis, id est, diaboli contritura &c.

Ioan Patriarch. Ierosolymitan. 8. Bibliotheca apud Salazar. de concep. c. 38.

10.

Prov. 31. 10. In eodem sensu explicat noster sanctus Vincentius Ferrerius illa Proverbiorum dicta: *Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus*, quæ protulit Salomon avidè exoptans hanc Dominam videre in mundo nascentem. Et dicit S. V. in ænigma seu quæstionem fuisse, quam Sapientissimus Salomon quondam proposuit Sapientibus & Doctoribus suis quis inveniet mulierem fortem? Dionysius Carthusianus hunc locum commentans dicit Salomonem ex abundantiâ cordis fuisse locutum *Gratulabunda mente locutus est, mulierem fortem quis inveniet?* quasi diceret: Utinam iam nasceretur, & prodiret in lucem talis mulier, quàm Beati oculi, qui illam intuerentur? quis adeò fortunatus foret, ut tanto bono frui posset, & dicit S. Vincentius rediens ad propositum, *Nullus Doctorem scivit respondere:* & ne cogitarent, quòd desperans: problema proposuisset, mox Spiritus Sanctus per os Sapientis, nodum dissolvit. *Et Spiritus Sanctus sibi respondit: procul & de ultimis finibus pretium ejus*, paulatim invenietur, *quia in ultimâ ætate debuit esse*, & notat idem Doctor hanc quæstionem incipere per *Aleph*, dictionem Hæbraicam, quæ MILLE significat *Quia mille anni fluxerunt à Salomone usque ad Virginem Mariam*, quibus elapsis Salomonis desiderio satisfactum fuit, raticinia eius opere cõpleta, & nata fuit in terris mulier illa fortis, quæ juvit filium suum ad debellandum dæmonem, & ad triumphandum de illo, & quemadmodùm mulier illa generosa, ausa fuit bellum indicere diabolo, ita etiam potens est ad devinciendum sibi Deum, & cuncta pro voto ab ipso impetrandum. Multùm valuerunt apud Deum meritis suis Patriarchæ, & Prophetæ, ad inclinandam ejus misericordiam, & obtinendam mundi reparationem, sed absque ullâ comparatione major est potestas, & efficacior virtus sacratissimæ infantulæ, quæ hodie in terris nascitur.

D. Vincēt Ferrer. serm. hujus festi.

Dionys. Carthus. hic.

11.

Iacob per totam noctem luctabatur cum Deo, qui numquam se victum fatebatur, nisi dum auroram ascendentem conspiceret: *Dimitte me, iam enim aurora ascendit*, Rupertus Abbas dicit hanc auroram ascendentem, significasse Beatam Virginem hodie nascentem, *nata est Virgo Beata, tunc vera nobis aurora surrexit*: mystica figura Patriarcharum & Prophetarum, qui ardentibus desiderijs, & pijs orationibus cum Deo luctati fuerunt, rogantes Deum ut lucem & solem desideratissimum illis emitteret; sed omnibus illis potentior est aurora Mariana, illa enim exortum Solis futurum, & diem gratiæ exoptatissimum pronunciavit. *Aurora pronuntia diei sempiterni*, ait Rupertus, mentemq; suam declarat, dicens, quòd quemadmodùm aurora est finis, & terminus præteritæ noctis, & principium diei sequentis, ita ortus Virginis est finis dolorum, & initium consolationis, terminus mœroris, & auspicium lætitiæ; *sicut aurora est finis præterita noctis, & diei sequentis initium, sic nativitas tua, finis dolorum, & consolationis fuit initium, finis tristitiæ, & lætitiæ nobis exitus principium.* Videte modo num æquum & rationi consonum sit, singulari jubi-

Genes. 32. v. 26.

Rupertus lib. in Cant.

lo

lo, & festiviori lætitiâ diem fæliciſſimi ortus jucundè celebrare, qui nobis tot beneficiorum cauſa & origo extitit: multum valent apud Deum omnes, & ſinguli Sancti, ſed omnibus potentior eſt Sacrata Virgo, quæ hodie in tertis naſcitur. Accipite Cardinalem S. Petrum Damianum, cui tota hæc doctrina debetur. *Fecit tibi magna qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & nihil tibi impoſſibile, accedit enim non ſolùm regans, ſed etiam imperans.* Notabiliſſimum eſt dictum Sancti Cardinalis, quòd accedat non ſolùm regans, ſed imperans, imperio utique materno cui nihil negatur, maximè, dum filio ſuo nativitatem ſuam offert, & præſentat. Hoc arcanum detegit in menſe Septembri noſter Hugo, in quò, & Beata Virgo naſcitur, & fructus colliguntur, *Vt idcircò nata videatur in Septembri menſe, qui eſt menſis fructuum.* Rogemus eam, ut voluntas, ſuæ correſpondeat poteſtati, & dignetur nobis apud Filium ſuum benedictum, gratiam impetrare, quâ in hâc vitâ ſic illi ſerviamus, ut mereamur in ipſius conſortio perfrui æternâ gloriâ in cælis, *ad quam* &c.

D. Petr. Damian. ſerm. hujus feſti.

Hugo Card. relatus à Lorino Pſal 6. 4. ad illud. Sanctum eſt templum tuum.

TRACTATUS V.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Extollens vocem quædam Mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti.

Lucæ II.

OFferunt hodie, & præſentant Deo Beati conjuges Joachim, & Anna fructum orationum ſuarum, ut revertantur flumina ad mare, unde exierunt. Studiò cælum diſtulit beneficium, tardiuſque hos ſanctos conjuges tali donavit filiâ, ut, cùm eam tandem acciperent, non ſuam, ſed Dei munere donatam agnoſcerent; nevè mundus, aut parentes terreni illam ſibi, ſed Deo adſcriberent. Fuit hæc Deo gratiſsima oblatio, & ſacrificium inter cætera, quæ ei cælum, aut terra offerre poterant, acceptiſſimum; non ſolùm, quia videbat intrantem Templum Virginem illam, quam ab æterno ſibi in matrem elegerat, ſed etiam propter circumſtantias, quibus tam præclara præſentatio ornabatur: præterquàm enim quòd fieret in tenerioribus annis vitæ, quam Deus maximi æſtimat, in eâ etiam obtulit tenerrima Virgo voluntatem, & amorem ſuum, quæ ſunt ſacrificium gratiſſimum, & omnis oblati ſapidiſſimum condimentum. Meritò exaltat mulier Evangelica hanc Virginem, quia in utero ſuo concepit Salvatorem mundi, Templum ſacroſanctæ humanitatis ejus effecta, & uberibus ſuis eum lactavit. Verùm non minori laude digna eſt, quando hodiè floreſcentes pueritiæ ſuæ fructus Deo conſecrat, & reſignàs ſuam, in Dei voluntatem ſe perpetuo, & abſoluto caſtitatis Virginalis voto obſtringit, & mancipat. *Ave Maria.*

Extol-

Digitized by Google

Extollens vocem quædam mulier de turbâ &c.

Consideratio I.

Ille securiùs peragit negotium salutis suæ, qui incedit per viam minùs tritam, quia passim, & communiter ea, quæ sunt Dei, & virtutis, sunt pauciorum, quæ verò sunt mundi, & peccati, sunt plurium, pauci numero sunt justi, peccatores autem plurimi, & penè innumeri.

1. EOdem tempore, quò Scribæ, & Pharisæi innocentissimum Agnum injuriis lacessebãt, & nomen sanctum ejus blasphemabant, sola una mulier cæteris ferventior extollens vocem suam, in laudes ejus prorupit, in tantâ populi præsentis multitudine, sola una persona reperitur, quæ honorem, & gloriam Domini defendit, neque hoc magnoperè mirandum, quia ordinariè bona placent paucioribus, & mala pluribus, ita sensit Seneca dicens: *Argumentum pessimi turbæ est, quæramus, quid optimè factum sit, non quid usitatissimum.* Ac si diceret: semper malum plurimos habet sequaces virtus verò pauciſſimos. Idem significare voluit Salvator noster verbis illis, quibus Discipulos suos alloquebatur: *Nolite timere pusillum grex*, id est, sufficiat vobis, ad non timendum, quòd pertineatis ad pusillum gregem. Ad hunc sensum explicat verba illa Ven. Beda: *Pusillum etiam Dominus gregem electorum nominat, vel ad comparationem majoris numeri reproborum* &c. quasi diceret. Salvator mundi: timeant, qui plurimos sequuntur, quia hoc notissimum est condemnationis signum. *Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam*: Ita ut nota, & signum, quò divinus noster Pastor consignat oves gregis sui, sit, esse de pauciorum numero, & illis, qui fuerint de paucioribus regnum cælorum repromittit: *quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, è contrà verò, esse de numero plurium, est cauterium, & nota æternæ damnationis.

Seneca de vita beata c. 10.

Luc. 12. v. 32.

Beda in catena D. Thom.

Matth. 7 v. 13.

2. Cunctas arbores paradisi liberalissimè concessit Deus Adamo: *Ex omni ligno paradisi comedè, de ligno autem scientiæ boni, & mali non comedetis.* solam unam ei interdixit. Philo Alexandrinus transfert hæc postrema verba juxta versionem Septuaginta Interpretum: *De ligno autem scientiæ boni, & mali non comedetis.* Et tunc hunc reddunt sensum: de omni ligno Paradisi terrestris comedes, sed de ligno scientiæ boni, & mali non comedetis, ita ut, quando de comedendo verba facit loquatur uni soli, & singulari, *comede*, quando verò de non comedendo, sermonem instituit, pluraliter dicat, *non comedetis.* Neque existimet quispiam Vulgatam nostram hâc lectione esse vitiatam, aut corruptam, quia recepta est ab Ecclesiâ catholicâ, eamque passim sacri Interpretes admittunt, & juxtà opinionem hujus Philosophi mystica, seu mysterio plena est hæc interpretatio. *Dicendum igitur, rarum esse, quod bonum est, malum è contrà, multiplex.* Ex quibus certam & indubitatam elicimus hanc conclusionem, paucissimos esse bonos, & multos malos, rarissimos esse benè operantes, & innumeros mala perpetrantes. Hocce mysterium continet forma præcepti divini, quò Deus Protoparentẽ obstrinxit, quando eum adhortans ad comedendum, & obediendum loquitur in singulari: *Ex omni ligno Paradisi comede*, dum verò, ei arborem interdicit, & esum prohibet, loquitur in plurali. *Itaque meritò unum hortatur, enutriri virtutibus, multos verò, ut à nimiâ calliditate abstineant, hâc enim utuntur innumeri.* Quasi ex tunc prævidisset Deus (cui omnia sunt præsentia) pauciſſimos fore, qui ad alimentum animæ attenderent, ad obedientiam, dico, præcepti, quod illi tamquàm substantiale nutrimentum dabat, & plurimos, qui ad succurrendum commodo partis inferioris, scilicèt, corporis, erant præceptis divinis futuri inobedientes. Hôc statuto, videte quanti omnium nostrûm interest, & referat fugere multitudinem, & æstimare periculo plenum id, quod plures sequuntur, quia minor est pars justorum, major peccantium, & improborum.

v. 16. & 17.

Philo Hebræ. lib. 1. leg. alleg.

3. Conformiter ad hæc combinat, & ponderat doctus Raulinus duos versiculos Psalmi nonagesimi primi, ubi Regius Vates secundùm litteram loquitur de statu justorum, & peccatorum, & describens hos, ita fatur: *Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.* De Justis verò verba faciens, ita loquit ur: *Justus ut palma flo-*

Ps. 91. v. 8. Raulin. ser. 90. Domin. 4. quæ-

drag.

florebit, vel, ut legit Tertullianus: *Et florebit etiam velut Phœnix.* Quamobrem scisciratur Raulinus, cur peccatores, fœno assimilentur, & justi, palmæ comparentur? *quia fœnum facilè multiplicatur, multùm enim crescunt mali: de justo autem scribitur: justus ut palma florebit, quæ vix invenitur.* Nam ut communiter exaggeremus abundantiam, seu copiam alicujus rei, solemus dicere, tanta est abundantia illius rei, quanta est fœni, seu herbarum terræ, Hoc igitur voluit indicare Regius Psaltes: Infiniti propemodùm sunt peccatores, inimici Dei, velut fœnum, multiplicantur. E contrà verò justus, est velut palma, non dicit justi, sed justus, ut in singularitate nominis denotet difficultatem inveniendi, volensque eum comparare alicui plantæ, ait eum palmæ esse similem, quæ valdè rara, & infrequens est: licèt enim plures in vitidario, seu horto reperiantur arbores specie differentes, una tamen, & sola plerumque conspicitur palma, ac proindè adeò commoda, & propria est metaphora, quâ utitur Propheta ad demonstrandam miseriam humanæ conditionis, ut significantior excogitari nequeat, quàm quòd simus fœnum respectu malorum, & palma, comparati ad bonum. Eandem emphasim exprimit lectio Antiqui Tertulliani ita legentis: *Vt Phœnix florebit*, quam, teste Conrardo, referunt naturalium perscrutatores, esse unicam absque secundâ. *Aiunt enim unicam tantum hanc avem esse*, ita ut totam suam speciem in unico individuo conservet, idemque sonat, ac si diceretur: adeò raros esse justos, tamque paucos numero reperiri, ut etiam clauso ore enumerari possint, vel, ut verbo dicam, tot justus, unica avis Phœnix, vel ad summum rarissima palma. Est hæc meditatio Senecæ, qui attonitâ mente considerans paucitatem bonorum hominum, quos in mundo deprehendebat, dicebat, eos esse veluti phœnicem, rarissimos, &, quemadmodùm illa non nisi post quingentorum annorum decursum renascitur, ita etiam plurima præterlabi sæcula, & ætates, quibus ne unus quidem probus in mundo enascitur: *Fortasse tamquam Phœnix semel anno quingentesimo nascitur.* Et reflectens ad rem præsentem, subjungit, non esse mirum, quòd ad reperiendum unum justum, tot, tantaque temporum intervalla sint necessaria, cùm etiam, teste experientiâ, fortunâ, quin imò etiam naturâ, quæ tam profusâ liberalitate res viliores, & minimi, vel nullius momenti copiosissimè producunt, sint tam avara, & parca in solidioris substantiæ & momenti rerum productione. *Nec est mirum, ex intervallo magna generari: mediocria, & in turbam nascentia sapè fortuna producit, eximia verò ipsâ raritate commendat.*

Tertul. de de resurrect. carn. c. 10

Conrard, Ges lib 3. histor. de animalib.

Seneca epist. 42

Accipite ad rem præsentem duas insignes ponderationes doctissimi nostri Oleastri. In quarto capite Geneseos refert sacer Textus, Seth filio Adæ natum fuisse filium, quem vocavit nomine Enos, atque de eo, tamquàm rem novam, & inauditam commemorat quòd cœperit invocare nomen Domini Dei: *Iste cœpit invocare nomen Domini.* Ubi meditabundus subsistit Oleaster, consideratque eumdem sacrum Historicum paulò antè meminisse plurium hominum, qui tamquam primi inventores, plurima, eaque curiosa sensuum potiùs oblectamento, & hominum recreationi, quàm eorumdem commodo, & utilitati deservientia excogitarunt, v. g. citharas, organa, & alia musicorum instrumenta, quorum Tubal auctor fuisse traditur. *Ipse fuit inventor canentium citharâ, & organo.* Et de Tubalcain etiam refertur, quòd fuerit primus fabrorum magister. *Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.* Dicit igitur Oleaster: *Quemadmodum filii Cain musica instrumenta, quibus deliciarentur, & artem alendorum gregum, qua opes augerent, & arma, quibus inter se dimicarent, invenerunt, ita filii Seth modum invocandi Deum: sed hoc interest inter hujusmodi malorũ, & bonorum inventores, quòd bonorum pauci sint, malorum verò in immensum crescant*; id est, artis pastoritiæ, & armorum fabricationis plures fuerunt auctores, unus verò solus divini nominis cultor, & promotor perhibetur *Iste cœpit invocare nomen Domini.* Ad sequendum autem malum, quod illecebræ carnis, & appetitus inordinati suadent, sacro testante Chronico, plures comperiuntur inventores, plurumique filii, qui eorum vestigiis inhæreant. *Ipse fuit inventor canentium citharæ & organo.* Tam antiquum, & inveteratum est malum hoc, in mundo, ut paucissimi benè, & plurimi malè operentur.

Genes. 4. v. 26.

Oleaster, hic.

6.

Quando Dominus Deus aquis diluvii universum delevit mundum, tanta, & tam effrænis erat hominum peccandi malitia, ut cuncti, excusso Dei timore, & amore, inordinatâ quâdam concupiscentiæ libidine, in quævis peccata prolaberentur. Verba sunt Geneseos: *Omnis quippe*

5.

Digitized by Google

Genes. 6. v. 12. *quippe caro corruperat viam suam.* Omnes indiscriminatim videntur fuisse mali, & nequidem unus in tantâ multitudine bonus Observatio est Oleastri expendentis verba illa, quibus Deus, Noëmum alloquebatur: *Te vidi justum coram me*, id est, solum ipsum inter cæteros reperit justum. *Perpende*, inquit Oleaster, *quanta fuerit istius sæculi malitia, quando in toto orbe unica domus, quæ justitiam coleret, inveniebatur*, Solus Noë, ejusque domus Deo fideliter serviebat, cæteri verò omnes erant peccatores, Deumque execrandis flagitijs, & sceleribus offendebant, ita ut ex his pateat veritas considerationis nostræ, plures esse, qui peccatis, quam Deo serviant.

Oleaster hic.

6. Vixit Adam centum, & triginta annis, sacro enarrante eloquio, *Et genuit ad imaginem, & similitudinem suam filium, vocavitque nomen ejus Seth.* Et in capitulo anteriori differens facer Textus de Caino loquitur in hæc verba: *Et ædificavit civitatem*: Premit Rupertus Abbas velocem illam excrescentiam, & multiplicationem familiæ, Cainæ, quæ veluti herba inutilis, & lolium pullulabat, & tardam justi progeniem, qui, cùm innocentis Abelis restauratio erat futurus, non nisi post plurima sæculorum curricula, mundo tandem illuxit. *Velociter pullulabat semen illud, iamque regnare properabat, condens civitates, & oppida, sicut scriptum est. Et ædificavit Cain civitatem*: *Quanta mora fuerat, antequàm resuscitaretur hoc principium bona gubernationis. Vixit Adam centum triginta annos, & genuit similitudinem, & imaginem suam, vocavitque nomen ejus Seth.* Res notanda, & magnâ admiratione digna, quod impij fratricidæ genus tam cito excreverit, & multiplicatum fuerit, ut etiam uni civitati populosæ ædificandæ sufficerit, & tanto temporis spacio terra unum solum justum protulerit.

Genes. 5. v. 3.

Genes 4. v. 17.

Rupert. Abbas lib 2. de victoria verbi c. 21. & 22.

7. Nunc tandem capio, quàm æquis laudibus Sacra Pagina extollat Sanctum Tobiam, eò quòd ab alijs seorsim divisus, noluerit eorum classi, & consortio commiscerì: *Cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Israël, hic solus fugiebat consortia hominum* Solus ipse fugiebat comitatum, & viam cæterorum ad Idola pergentium declinabat. Videtur significare Spiritus sanctus, quòd, cùm cæteri omnes essent Idololatriæ vitio contaminati, & peccatores, solus Tobias fuerit fidelis, rectus, & sanctus. Hoc enim denotat illud. *Solus hic*, simile huic, *quadam mulier*, in hodierno Evangelio. Attamen Lyra in præsenti loco, hôc modo ratiocinatur: *Hoc dicitur, quia pauci declinabant à dictis vitulis, per talem modum loquëdi dicitur, quòd Rex est solus in domo, quando paucos habet secum*: Ideò Sacra Scriptura affirmat, omnes, excepto Tobiâ, Idololatriæ crimen admisisse, quia pauci numero non idololatrabant; quô sensu dicere solemus, Regem esse solum, dum paucis associatur. Erat adeò debilis pars, & exiguus numerus eorum, qui debitum adorationis cultum vero Deo referebant, & tanta multitudo idololatrantium, & falsos Deos colentium, ut fideles, ad idololatras comparati, solus unus apparerent. Dicetis utique mihi hoc Sacræ Scripturæ testimonium non probare directè intentum nostrum, quia loquitur de pluribus, qui aliam legem, vel religionem à verâ distinctâ profitentur, non verò de pluribus ejusdem veræ fidei, & religionis. Ad quod breviter respondeo, & hoc esse pessimum malum, quòd inter Christianos tam pauci reperiantur, qui viam virtutis, & salutis sectentur, quam ingredi cœperunt ab illo temporis puncto, quô aquam regenerantis Baptismi susceperunt, ut indicaverit Sapiens non tantummodò paucos, sed solum unum esse, qui in eâ perseverârit.

Tobia 1. v. 5.

Lyra hic

8. Ad hunc sensum explicat Divus Hieronymus verba illa Proverbiorum: *Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus. Parvulos dicit eos*, inquit magnus Ecclesiæ Doctor, *qui nuper sapientiæ aurem accommodare cœperunt, adolescentem eum, qui tam aliquando in ejus intellectione profecit*, id est, parvulos, vocat incipientes, adolescentem autem, proficientes. Verum occurrit ratio dubitandi, quarè Sapiens stylum commutaverit? si parvulos nominat, *parvulis*, cur etiam non addit adolescentes, sed *adolescenti*? de illis loquitur in plurali, & de hôc in singulari, nonnè parvuli paulatim fiunt adolescentes? Ita sanè est. An fortassè ignorabat Salomon veritatem hanc omnibus notam, & manifestam! minimè gentium. Quî igitur vocat illos multos, *parvulis*, & hos, unum solum, *adolescenti*? Ex doctrinâ sancti Hieronymi colligitur clara hujus responsio, quòd, videlicèt, sapientissimus Rex datâ operâ variaverit terminos, ut hâc verborum mutatione demonstraret, quòd, ex ingredientibus viam virtutis, & inchoantibus negotium salutis, pauciores sint, qui proficiant, & plures, qui terga vertant, & præ flaccidita-

Prov. 1. v. 4. B. Hieron. hic.

Digitized by Google

te deficientes, ad aliam sensibus magis commodam viam declinent, quasi clarius diceret, pauciores esse probos, & bonos, plures verò improbos, & peccatores.

9. Hoc gemebundus deplorabat in populo suo Michæas Propheta: *Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, &c.* Proh dolor! inquit, quærenti justum in republicâ meâ, videor mihi racemos quærere in vineâ vindemiatâ, in quâ, vel nihil invenitur, vel nonnisi acidum, insipidum, & agreste. Et mox declarat mentem suam Propheta, exprimitque id, quod per hanc metaphoram significatur, *Periit Sanctus à terrâ*, ne quidem unus reperitur justus. Continuata peccandi consuetudo, & quodammodò in naturam conversa, taliter dictamen, & lumen rationis obtenebravit, ut malum dicant bonum. *Malum manuum suarum dicunt, bonũ* & in tanto peccatorũ numero, Michæas ne quidem vnum justum invenire poterat. *Periit Sanctus à terrâ*, Et hic est litteralis sensus hujus loci secundùm mentem, & explicationem docti Commentatoris Riberæ. Væ mihi, inquit, quia mihi ita usu venit, sicut in autumno colligentibus racemos, qui, quoniã immaturi sunt, solent à vindemiatoribus relinqui, & tamen nullum inveniunt. Ita ego nullum invenio virum justum. Et enucleatiùs explicat prædictus Commentator mentem Prophetæ, in illis verbis, notans noluisse negare Vatem, dari in mundo sanctos, neque voluisse asseverare, quòd nullus prædicatione suâ ad meliorem vitæ frugem converteretur, sed solũ, voluisse declarare tam exiguum fuisse numerum bonorum in comparatione eorum, quos se reperturum sperabat, ut comparatà multitudine improborum vix ullus dicendus esset justus. Ad hunc etiam modum explicandum est illud Psalmi Davidici: *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* Vbi asserit, sanctos defeciisse propter infrequentem eorum raritatem, qui Dei, & virtutis partes agunt, & multitudinem copiosam eorum, qui sese opponunt, & justitiæ contradicunt, quemadmodùm manifestè in hodierno Evangelio comprobatur: obmurmurantibus siquidem Pharisæis, & legem Creatoris sui lacessentibus, una, & sola mulier in tam numerosâ multitudine, plena fide, accensa ardore charitatis, vociferans, honorem ejus, & famam labefactatam, sartam, tectam tuetur, & defendit. *Extollens vocem quadam Mulier &c.*

Mich. 7. v. 1.

Ribera hic.

Ps. 11. v. 1.

Ex hâc doctrinâ sic deductâ infertur peculiarem consequentiam, quàm pauci sint salvandi, & salutem consecuturi, & quàm multi, proh dolor! æternùm damnandi. Interrogabat quâdam die Christum aliquis, an, plures essent salvandi, vel, an pauciores salutem æternam consecuturi: Domine, an pauci sunt, qui salvantur? Ad quod verbulô Salvator mundi respondit: *Contendite intrare per angustam portam.* Non videtur sanè responsio quadrare quæstioni propositæ, non enim interrogaverat ille, quid necessarium foret ad intrandum regnum cælorum, sed an pauci, vel plures essent illuc ingressuri? verùm responsione benè perpensâ, clarissimè conspicitur, responsum Salvatoris nostri fuisse prudentissimum, ut potè illius qui erat sapientia æterni Patris, inquit sanctus Augustinus. Porta cæli, quæ est pœnitentia, & vitæ probitas, est angusta, & homines penè omnes sensualitati, abundantiæ, delicijs, libertati, & commodis proprijs sunt dediti. Ex his igitur facilè conijcere poteris, an pauci, vel multi sint salutem consecuturi. *Confirmavit Dominus, quod audivit, scilicet, quòd pauci sunt, qui salvantur, quia per angustam portam pauci intrant, alio autem loco, hoc idem ipse ait, arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per illam.* Ac si diceret Sanctus Doctor, quòd Redemptor noster responso suo duplicem intenderit finem, scilicèt, respondere quæstioni objectæ, & docere id, quod facere debebant ad salutem obtinẽdam; ideoque eos commonefacit, ut pro viribus allaborent intrare per angustam illam portam: *Contendite intrare per angustam portam.*

Luc. 13. v. 24.

D. Aug. in cat. D. Thomæ

11. Quando quisquam generosus animo, & fortis robore cupit ingredi locum aliquem, & plures ei remoram injiciunt, gressum, & introitum impediunt, conatur impedimenta superare, quousq; optatum pertingat ad locum: Non alio modo hic res agitur, inquit Salvator, quia mundus, diabolus, & caro iter nostrum obsident, & ingressum regni cælorum sollicitè retardare, & impedire conantur: ideò contendite, & omni studio incumbite eorum insidias superare, & ad hoc omnem conferte diligentiam, &, quia perpauci sunt, qui animosè, & viriliter has difficultates evincere satagunt, idcircò pauciores sunt, qui salvantur. Idemque alibi significavit Christus dicens: *Multi sũt vocati, panci verò electi.* Cui obstare videtur id, quod ipse Dominus per

Matt. 22. v. 14.

Digitized by Google

per Sanctũ Matthæum pronuntiavit: *Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Matth.8 v.11. Venient ex omni plagâ mundi, eruntque tot numero, ut nemo possit eos numerare, inquit S. Augustinus juxtà S. Ioannis Apocalypsim: *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Apocal.7 v.8. Qui igitur combinari possunt hæc loca, primâ fronte adeò sibi contraria? In promptu est responsio, aut Sanctus; *Qui per seipsos multi sũt, in comparatione malorum, falsorumque itidem pauci sunt.* D. Aug. lib.3.contra Cres. c.46. Quemadmodum multa sunt grana tritici in horreo, paucissima tamen comparata paleis, plurimi pisces reperiuntur in mari, paucissimi tamen sunt in comparatione aquarum, in quibus natant, & morantur.

12. Optimè, ni fallor, recordamini terminorum, quibus usa fuit Sponsa in petitione suâ, quâ Deum rogabat, ut traheret eam post se, & simul Sodalium suarum partes agit, & pro eis interpellat: *Trahe me, post te, curremus* &c. Cant.1. v. Verùm observat hic Origenes verba, quæ Sponsa Sancta subjunxit: *Introduxit me Rex in cellaria sua*, id est, dedit ei Rex possessionem omnium bonorum suorum. Carpite, inquit hic Doctor, quòd non dicat, Sponsum divinum omnibus hoc beneficium præstitisse, sed sibi soli hanc singularem gratiam & favorem obtigisse: plures illius sodales foris remanserunt, ipsa sola intravit. Origen. hom.1. in Cantica. *Non ait: Introduxit nos plures in cubiculum suum, plures foris remanent;* Et ratio est, quia cùm deliciæ, favores, & singularis indicia dilectionis Sponsi, solis animabus ea promerentibus exhibeantur, & sola Sponsa ea sibi promeruerat, ipsa sola admittitur digna, cæteræ verò indignæ, & incapaces excluduntur. Vel detur, quod per Sponsam intelliganturij, qui in hâc vitâ Deum, & virtutem sectantur, & per eas, quæ foris remanserunt, ij, qui mundo, & peccato serviunt Vel, quòd per Spõsam intelligantur ij, qui in gaudia, & delicias gloriæ intrant, & per Sodales exclusas, ij, qui bonis illis cælestibus frustantur, & privantur. Certissimum est, quòd Sponsa non dicat, omnes intrasse, sed se solam tali fuisse honore, & favore dignatam. *Non ait: Introduxit nos plures in cubiculum, suum plures foris remanent.*

13. Concludamus Considerationem hanc curiosâ quâdam observatione cujusdam Docti Cõmentatoris, ponderantis verba illa Sancti Ioannis in suâ Apocalypsi: *Vidi mortuos, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita*, ita ut, quando loquitur de libris mortuorum, dicat fuisse plurimos, & innumerabiles, de libris verò vivorum, quòd fuerit unus & solus. *Quia scilicet impiorum Catalogus ne multus quidem capitur voluminibus: justorum autem exiguo clauditur in libello.* Quasi diceret: per mortuos, subaudiuntur peccatores, & per vivos: justi, & quia hi perpauci sunt & numeratu faciles, illi verò plurimi, & innumeri, ideò necessaria sunt plura volumina, quibus nomina peccatorum inscribantur, justorum verò nominibus inscribendis unus liber sufficit. Tot sunt peccatores, ut vix pluribus voluminibus comprehendi queant, tam pauci sunt justi, ut plenè parvo etiam in libello conscribi possint. Quæ cùm ita sint, summo studio, totis viribus allaboremus, ut simus de numero pusilli gregis, scilicet, electorum: fugiamus multitudinem, nisi, notâ, & cauterio damnationis inuri malimus. Sequamur partes Dei, virtutem sectemus, quamvis pauciores pro hâc parte habeamus socios, quemadmodum hodie generosa illa mulier Marcella fecit; non verò mundum, & peccatum; licèt plures eorum partes sequantur cum Scribis, & Phariſæis, ne cum illis mortuorum libris, sed cum hâc libro vitæ inscribi mereamur. *Ex tollens vocem quædam mulier,* &c. Apocal. 20 v.12. Mendoza in lib.1. Reg.c.1 annot. 4. sect.3.

Extollens vocem, &c.

Consideratio II.

Soli illi confidentem habent audaciam dicendi veritatem, quorum animus immunis, & omninò liber est à timore, & ambitiosâ pretensione.

1. Enucleans Angelicus noster Doctor S. Thomas rationem, quare Romani tot sæculis potentes sese conservaverint, & eorum Respublica tantùm excreverit, & tantâ celebritate floruerit, asserit hanc fuisse causam, quia, videlicèt. *Erat animus in consulendo liber,* Ea erat Romanorum generosa animositas, ut nihil timerent, nihilque ambirent, ideoque audacius veritatem proferebant, licèt etiam alium quemcumque læsissent, quia nullatenùs commodis, aut lucris propriis inhiabant. Hæc fuit causa, meo judicio, quãobrem mulier hodierni Evãge- D.Thom. lib.2.de Regim. Princip. Salust. de conjur. Catalina

lii, se adeò animosam, & intrepidam ostendit, ut depulso timore, & postposito omni humano respectu nobilitatis, scientiæ, & justitiæ, quibus illud auditorium abundabat; extulerit vocem, & impavido cordis affectu Christum, ejusque Matrem summis laudibus celebraverit, non timens malum, quod ei ex improbatione, & condemnatione mendacii, Pharisæorum evenire poterat, neque pensi faciens tam numerosæ multitudinis concursum, quia cùm nullatenùs aliquid ambiret, aut prætenderet, cuncta flocci pendebat. Argutè satis, & curiosè observavit Modernus quidam prærogativam, & præeminentiam, quam sacra Scriptura attribuit magno illi amico Dei Henoch, cui pro prætorio, seu domo recreationis concessit paradisum terrestrem usque ad mundi consummationem. Iste cœpit invocare nomen Domini. Quinam hoc dici potest, si Adam, inquit hic Doctor, Cain, & Abel, & Seth, jam dudum antea illud invocaverant, & maximè, cùm credibile sit, quòd tempore Henoch plures fuerint, qui eumdem Deum, ac Dominum colebant? & paucis respondet: *Quia super omnes priores pius, & religiosus ergà Deum fuerit, non modò colendo pietatem, & religionem adversùs Deum, sed eam prædicando, divulgando, & homines docendo.* Non absque mysterio meminit sacra Pagina solius invocationis Henoch, præteriens silentio alios, qui idipsum Deo præstiterunt. Illos omisit, quia in occulto, & clam invocabant Deum propter timorem Gigantum, qui primi libertatis humanæ persecutores, & tyranni extiterunt, & demeriti sunt, ut eorum nomina scriberentur, quia pusillanimis non meretur nomen in sacris litteris, qui ex timore humano Dei nomen, silentio involuit: & singulariter mentionem facit Sacer Textus plentissimi Henoch, quia fuit primus, qui intrepidè, & absque timore publicè incœpit invocare nomen Domini.

Bened. Pererius hic.

Abulensis hic.

2. Concordat appositè cum hoc loco alius ex Paralipomenon ubi Sacer Scriptor enumerans omnes filios Levi, cæterosque Sacerdotes, & perveniens ad Azariam dicit: *Ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon.* Quæro, nonnè Jerosolymis plures erant alii Sacerdotes? maximè hercle. Quarè igitur de solo Azariâ asserit, ipsum fuisse functum Sacerdotio in domo Domini? Quæstionem hanc objicit Abulensis, & soluit: *Quia ipse fuit specialis zelator contra Regem Oziam. In hoc autem fuit vir magnæ virtutis, & animositatis, opponendo se Regi potenti subpericulo capitis, ideò laudes ejus narrantur,* &c. Sacer Historicus ex industriâ contexuit laudes Azariæ, sciens ipsum solum suæ satisfeciisse obligationi, dum valido pectore & intrepidus restitit in faciem Regi Oziæ, qui victoriis superbiens, dignitatem Sacerdotalem usurpare moliebatur, eumque acerrimè increpavit, dicens: *Non est tui muneris, ut adoleas incensum Domino.* Quidni tam generosæ mentis decretum laudum præconio celebraretur? quarè tam intrepida animositas non extolleretur? Æquissimum fuit, inquit Abulensis, ut Sacer Textus specialem faceret heroici illius facti memoriam, & singillatim Azarias inter cæteros prædicaretur, qui solus strenuè, & audacter Regi veritatem locutus fuerat, ubi cæteri, veluti parasiti, Regi assentabantur, vel ipsi veritates, tamquam pillulas, deaurabant, vel ut subdoli sycophantæ, & pusillanimes veritatem, palam edicere verebantur. Maximum quid, est non ambire, quia solus ille, qui nec prætendit quidquam, nec ambit, qui nihil timet, nihilque sperat, potest forti animo profiteri veritatem, eamque constanter propugnare, & tueri, quod idcirco deplorabat Plinius in suo Panegyrico: *Videmus curias elingues, in quibus dicere, quod velis, periculosum, quod nolis, miserum est.* Ubi videritis cautelas, certa sunt indicia dependentiæ, timoris, & respectùs humani.

Plinius in Panegyrico.

3. Singularis est opinio, & ratio insignis nostri Oleastri circa celebrem illam quæstionem, maximè controversam inter sacros Interpretes, an peccaverit, Moyses, vel non, in occidendo Ægyptio. *Percussit Ægyptium, & abscondit in sabulo.* Casus, & eventus rei notissimus est: Et prætermissis variis opinionibus, resoluit noster insignis Lusitanus, quòd haud dubiè peccaverit Moyses in illo facto, quia non est credibile quòd habuerit specialem à Deo potestatem, seu commissionem sibi demandatam ad hoc faciendum, quia neque Judex, neque gubernator populi illius erat. Motivum autem ejus ad sequendum hanc opinionem tamquàm certam, sunt cautelæ, quibus usus fuit Moyses ad hoc homicidium perpetrandum: Respexit huc atque illuc, ut liberiùs conceptum animi decretum opere perficeret. *Considera quàm cautè malum operatus sit, ut prius huc, atque illuc respexerit, quàm occideret.* Certo certiùs peccavit occidendo Ægyptium, cum Hebræo contendentem, si enim id, vel potestate judicis, vel ex commissione sibi datâ egisset, nequaquàm ita

Exod. 2. v. 12.

Oleast. hic.

huc,

huc, illucque circumspexisset, quia hoc solummodò facit timens, & ab alio dependens, verùm, qui loquitur ex Spiritu Dei, altâ, & sonorâ voce eloquitur sensa cordis sui, &, quod judicat rectum, etiam in ipso foro propalat, & in hunc scopum absque timore, aut mentis trepidatione, aut ullâ dependentiâ collimat.

4. D. Aug. Ioannis 3. v. 3. Magnus Ecclesiæ Doctor Sanctus Augustinus exponens in libris de Civitate Dei locum illum Evangelii Joannis, in quò Christus Salvator noster dans signa quædam prognostica Spiritûs S. venturi, ex quibus eum receptũ cognoscerent, dixit: *Spiritus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audis* &, qui eum recipit, loquitur linguâ ejus, ait Sanctus Doctor: *Vox possessi, & possidentis.* Una, eademque est vox Spiritûs, & Spiritum possidentis. Interrogo, glorioſe Doctor Augustine, daturnè igitur aliquis, qui non loquatur propriâ voce? Ita profectò, plurimi, & non pauci: *In quibus, vel metus, vel spes, vel respectus loquitur*, & verba, quæ tales proferunt, non sunt eorum, vel propria, sed vel respectûs humani, timoris, vel spei; In illo autem, in cujus animâ Spiritus divinus moratur, teste Angelico nostro Doctore S. Thomâ, illicò apparent dona, & proprietates ejusdem Spiritûs, quemadmodùm in carbonibus accensis proprietates ignis sentiuntur, proprietates verò illius quatuor sunt, inquit Angelicus Præceptor, sed omissis tribus in aliam occasionem, prima instituto nostro apprimè quadrat. *Primò namque habet libertatem, ubi Spiritus Domini, ibi libertas*, habet siquidem libertatem loquendi cõformiter ad rectæ rationis dictamen, & dicendi ea, quæ secundùm Deum, & conscientiam judicat expedire. Lingua, quam Spiritus Sanctus dirigit, nulli respectui humano subjicitur, & hęc est ratio, meo judicio, quarè Reges in mundo præ cæteris sint magis expertes, & inopes veritatis, quia desunt, qui illis candidâ revelent veritatem, & abundant, qui ipsis fucata mendacia persuadeant. Quidã subticent, & occultant Regibus, & Magnatibus veritates, neque audent dicere, quia timent, alii, sese accomodãt gustui, & voluntati eorum, & falsa proferunt, quia dependent ab aliquo, quod ambiunt, & ubi dependentia, & timor locum occupant, necesse est, ut exulet veritas.

D. Thom. ad illa verba.

5. Exod. 32. v. 23. Fuitnè umquam in mundo magis temerariũ, & imprudens crimen illò, quod Hebræi cõmiserunt, rogantes Aaronem Sacerdotem, ut eis faceret Deos Duces, quos sequerentur? *Fac nobis Deos, qui nos præcedant?* Minimè gentium. Ecquis erit magis hujus sceleris reus? An illi supplicantes, an Summus Sacerdos consentiens, & petitioni annuens? Manifestum est graviùs deliquisse Aaronem, cui Deus dederat majorem noritiam sui, & cœlestium mysteriorum, quàm populo rudi, & ignoranti. Et quisnam effecit apud Aaronem quod ipse ad tam abominandum scelus, & nefarium crimen cooperaretur? quisve ei occlusit os, aut quis eum ita obmutescere fecit, ut non fuerit ausus hiscere, aut manum cohibere vesanè petentium, aut dissuadere eis, ut ab inepto illo cogitatu desisterent? Interlinealis refert causam, in timorem, ne enim illum interficerent, non restitit, neque dissuasit. Lipomannus autem existimat, ambitionem ipsi os occlusisse, ut ne verbum eloqui potuerit, timebat enim, quòd, si eorum placitis, & desideriis non serviret, eum ab officio Summi Sacerdotii deponerent, ideoque eorum votis obsecutus est: *Oculos suos statuit declinare in terram, & à voluntate Dei deflexit eos in favorem Vulgi.* Ubi enim reperitur timor, & dependentia, non datur loquendi, aut os aperiendi facultas.

Glossa Interlinealis

Lipomã. hic.

9. Exod. 2. v. 23. Narrat Sacra Pagina in Exodo, quòd, quando mortuus fuit Pharao Rex Ægypti, Filii Israel gemuerunt, & ejulârunt: *Mortuus est Pharao, & ingemiscentes Filii Israël, vociferati sunt.* Magnâ ponderatione dignus est hic locus, quia si Pharao fuisset Rex benignus, & clemẽs benefactor populi Hebraici, optimè quadrassent lacrymæ in ipsius morte, & convenientia fuissent omnia signa doloris manifestativa: porrò, cùm fuerit tyrannus, hostis Dei, & persecutor populi Hebræorum, quos durissimâ servitute afflixit, æquum videtur, quòd potiùs debuissent Filii Israel, & mortem tanti tyranni in hymnis, & canticis celebrare: *Defuncto tyranno lætari, gaudereq; oportebat*, inquit Philo Alexandrinus. Verùm, si altiùs hujus facti mysterium enucleaverimus, magnam convenientiam illius reperiemus. *Si introspicias, pulchrè hæc cohærere invenies.* Sũmo ingenii acumine allegorizat hũc locum Philo, eumque ad mores hominum accommodat. *Quando enim dissipator ille Pharao, nobis vigescit, voluptatem amplectimur, quando verò amissa potestate moritur, qui stulto petulanter vivendi causa fuerat, à sobria vita illustrati ingemiscimus, & deploramus ætatem antè actã.* Vult dicere: Dum vivimus in hoc ærumnoso mundo crescit, & revirescit Pharao, ille infernalis

Philo. lib. quod det.

lis dæmon, dissipator virtutum, & in peccato captivam detinet libertatem, & voluptates, carnisque illecebras amplectimur, sed si ipse mortuus fuerit, illustrati gratiâ novæ vitæ gemimùs, & ploramus Rupertus autem juxta sensum historicum appositè ad sensum instituti nostri respondet, quòd ingemuerint, & lamentati fuerint post mortem impiissimi Regis, & elevaverint voces in gratiarum actionem propter beneficium acceptum: quia adeò crudelis erat captivitas, quâ eos in vitâ divexabat, ut nõ haberent facultatem, vel libertatem semel mussitandi, vel verbulum loquendi, ac proindè claudebant ora, & lacrymas reprimebant, ne majus odium, & crudelitatem tyranni contra se accenderent, & inflammarent. Et quamvis vehementer sentirent, se tantâ crudelitate divexatos, & oppressos, non minùs eos cruciabat, quòd non possent lacrymis alleviare dolorem, & ore, cordis tormentum temperare, seu lenire. Vel dicite mihi, inquit Lusitanus noster, quis mutum audet expectare dolorem? *Quia*, inquit Rupertus, *nimietas oppressionis ingemiscere non sinebat, vociferari prohibebat.* Anteà quidem in pectore alta trahebant suspiria, & vocem attollere non audebant, *nunc autem, quia mortuus est Pharao Rex Ægypti, publicis conventibus gemuerunt, gemitumq; in cælum justulerunt*: Idem ipsis erat, depelli timorem, & non esse ultrà dependentes, ac incipere loqui, & soluto ore inclamare: *Vociferati sunt*, quod est extollere vocem, quemadmodum mulier præsentis Evangelii: *Extollens vocem quædam mulier.* Anteà loqui non poterant, quia timebant, præter jacturam enim bonorum, quam incurrebant, etiam vitæ amittendæ periculo exponebantur, ideòque magno animi interioris dolore tacebant, quemadmodùm etiam hôc ævo nostro pluribus contingit, teste Lusitano nostro: *Que nem falar ẽ os q̃ ados diante os meres poderes*, qui non audent loqui coram majori potentiâ Dominorum, & hi sunt parvuli, & plebæi.

Francisc. de Sa epist. 2. quint. 79 Rupertus hic,

Franc. Sa epist. 1. ad Reg. Ioan. 2. quint.

Audite modò per os vaticinantis Oseæ etiam mores Magnatum delineatos: *In malitia §9. 7. Osea 7. v. 3. D. Hier. hic.* *suâ lætificâverunt Regem, & in mendaciis suis Principes.* Loquitur Propheta juxta interpretationem Divi Hieronymi, ut jam alibi diximus, de Magnatibus, & familiaribus Regis Jeroboam, quando duos illos vitulos adorandos erexit; vel loquitur de Iehu, quando eos conservavit: quotquot erant, mentiebantur Regi, & opus formamque vitulorum approbabant, quorum oblationibus ingentes sibi bonorum thesauros congregare satagebat, absque eo, quòd quispiam illi obsisteret, aut veritatem annuntiare ausus esset, quia omnes suas habebant prætensiones, & ambitionis scopum.

Nescio profectò, an revixerint tempora Jehu, & Jeroboam Regis Israel, tacet liquidem veritas, quia captiva, & oppressa detinetur, & loquitur mendacium, quia absque ullâ contradictione, fraus, dolus, & adulatio impunè dominantur, cùm tamen secundùm æquitatem pro bono communi, & particulari debere fieri contrarium, ratio dictet, & doceat, quemadmodum diserte dixit quidam Doctor, ponderans comparationem, quâ David assimilat Principes ægris, seu infirmis, vel vocat, eos infirmos: *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Sicuti medici præscribunt Regibus antidota, seu remedia præservativa morborum, & posteà infirmantibus adhibent medicamenta, quibus facilius curentur, ita intimi, & familiares Regum deberent eis præscribere veritates, quorum gratiam aucupantur non solùm ad præservandum regimen à languore, sed etiam ad sanandum, dum languere, & ægrotare cœperit. 8.

Psal. 145. v. 3.

Laudat plurimùm, & extollit Sanctus Augustinus probissimos illos viros Beseleel filium Vri, & Ooliab, cæterosque eorum socios, quos Deus artifices, & operis Tabernaculi præfectos elegerat, tamquàm famâ præ cæteris celebres: *Ecce vocavi ex nomine Beseleël, & implevi eum sapientiâ, Spiritu Dei, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum, quidquid fabrefieri potest*, asseritque, se illos, ut sanctitate conspicuos, venerari: *Notandum, quòd operum effectores, sancti etiam moribus erant.* Optarem scire rationem, quarè Sanctus Augustinus hos sanctos reputet cum videam Sanctam Matrem Ecclesiam tanto rigore procedere, ad declarandum aliquem servum Dei justum, & sanctum, & tot tamque exacta examina vitæ, morum, ac personæ præmittere, & indagare, an propter miraculorum operationes Catalogo Sanctorum adscribi mereatur. Qui igitur S. Augustinus tam facilè eos absque morum, & vitæ approbatione beatificat, ut justos, & canonizat, ut sanctos? *Sancti etiam moribus erant.* Jam in aliâ consideratione, huic dubio cum eodem Sancto Doctore respondimus; nunc verò, ut dicam, quod sentio, suppono, hos artifices fuisse maximæ fidei, & æstimationis apud Moysen, quibus 9.

Exod. 31. v. 2. & 3. concord. S. August. quæst. 117. in exod.

Digitized by Google

bus plurimùm fidebit, & quos ideò receptores donativi, & contributionum, pro opere Tabernaculi fabricandi, constituerat. Accidit igitur, ut tot tantæque fuerint eleemosynæ, quas populus offerrebat, ut ipsi moti scrupulo, accesserint Moysen, ejusque conscientiam aggravantes, rogaverint, ut deinceps contributiones impedirentur, neve ulterius tributum admitteretur: *Plùs offert populus, quam necessarium est.* Videte Beseleel, & Ooliab quid facitis, & considerate pericula, quibus vos exponitis! Si Moyses est gubernator populi illius, & approbat tam largas contributiones, & desiderat abundans donativum, permittite vos, ut oblationes continuentur, nolite ei contradicere, aut mandatis ejus obsistere, quia potest contingere, ut ei vestra displiceant consilia, neque approbet arbitria. At nihil refert, dicunt illi, haud enim tales sumus, qui metu amicitiæ perdendæ, vel spe beneficii, seu gratuitæ mercedis recipiendæ, veritatem profiteri vereamur, & quia nihil reformidamus, neque aliquid speramus, non est cur nos placitis ejus serviamus, aut voluntati ejus obtemperemus, sed veritatem palàm enuntiemus. Idcircò enim dedit nobis Deus Spiritum suum: *Spiritu Dei*, ut nullatenùs nos respectui humano subjiciamus, aut favori Gubernatoris studeamus. Homines igitur, qui tantâ animi libertate Superiori suo loquuntur, quique moti zelo boni communis, tam apertè profitentur veritatem, meritò judicat Sanctus Augustinus, illos esse sanctos: *Sancti etiam moribus erant.*

10. Carpite mente vestrâ petitionem, quam Rex Saül Deo exhibuit. Videns ipse, quòd oracula divina sibi non faverent, neque revelarent, an gratum foret Deo bellum, quod ipse Philistæis inferre moliebatur, neque exitum prælii ipsi panderent, hunc libellum supplicem obtulit Deo: *Si in me, aut in filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem, aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem.* O Domine, si culpâ meâ, vel filii mei Jonathæ, hæc ita contingant, manifestum facito, & si propter peccata populi tui, hæc fiant, sanctificato eum. Notate, inquit Abulensis, quòd Saul petierit à Deo, si peccata populi obstarent, ut eidem populo condonaret, si verò proprium delictum, ut sibi revelare dignaretur: *Quasi nullus ex suis ausus esset ostendere ei.* Evidens signum, & manifestum argumentum, quòd Saül nullum habuerit, qui ei candidam revelaret veritatem, sed omnes ei adulabantur, & voluntati Regis serviebant. Talia hisce temporibus contingunt in Aulis, & Curiis Regum, & Principum, eademque in Tribunalibus, & Consiliis experimur. Neque excusari possunt malefacta in Magnatibus, dicendo, quod illi diligentiam adhibeant ad sciendum, quid æquitas postulet, & quod ipsi consulant prudentes Consiliarios, Doctos Jurisperitos, & Assessores, & quod his imputandum sit, si quid minùs rectum fiat, eò quod ipsi malè consulant Principi, quia, opere, & effectu non ostendunt Reges, illos sibi esse magis gratos, & acceptos, qui liberiùs, & audaciùs veritatem dicunt, neque illos beneficiis honorant, aut redditibus augent, qui eis melius consulunt; quinimò militat contra Magnates præsumptio, quòd nolint, sibi consuli, nisi solùm ea, quæ ipsis placent, neque velint sibi revelari veritatem: vigeat veritas, & gaudeant Principes eam audire, & non deerit, qui vocem extollat, & eam candidè proferat; & datò casu (quòd Deus avertat) illam esse malè receptam à Regibus, tunc cognoscetur, & melius discernetur Spiritus Dei in illis, qui absque timore, spe, & respectu humano illam audaciùs propalaverunt.

1. Reg. 14 v. 41.

Abulensis hic.

11. Ponderans Origenes verba illa Sancti Lucæ: *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsaris, &c. Factum est verbum Domini super Ioannem*, notat sacrum Evangelistam ostendere, quòd Sanctus Joannes Baptista incœperit suæ prædicationis officium pessimis, & perditissimis mundi temporibus, quando impii, & perversi exaltati in melioribus officiis dominabantur, & regimen Reipublicæ administrabant, quando, inquam, locum, & dignitates supremas occupabant, qui maximi erant justitiæ hostes, & adversarii: eò tempore, quò Sacerdotium erat venale pecuniis, & factum annuale, quod juxtà divinam institutionem debebat esse perpetuũ, solâ morte Sacerdotis mutandum. Fuit hoc, inquit Origenes, divinâ, & cælesti dispositione factum: *Vt Sancti Ioannis zelus, coram tot Principibus manifestius probaretur*, quatenùs mundus cognoscens confidentem audaciam, quâ ipse Principibus, & magnatibus veritatem prædicabat, agnosceret simul Spiritum Dei, loquentem in illò, qui, omni respectu humano postposito, cunctis rebus, sive nobilitate, sive officiis, & dignitatibus, sive sceptris, & coronis Regum superior est.

Luc. 3. v. 1. & 2.

Origenes hic,

12. Ut verbo dicam, Justi, sunt Leones generosi

Prov.28. v.1. rosi absque ullo timore: *Iustus quasi Leo confidens absque terrore est.* Rationem hujus assignat Divus Gregorius, quia oculos suos figunt in Deum, & solam æquitatem attendunt, & licèt totus mundus conjuret, & conspiret contra illos, quia securam habent conscientiam, & fiduciam positam in Deo, pugnantes armis tam excellentibus, certam, & indubitatam sibi pollicentur victoriam: D. Greg. lib 31. moral. c.12. *iusti viri securitas rectè Leoni comparatur, quia contra se, cum quoslibet consurgere conspicit, ad mentis sua confidentiam redit, & scit, quia cunctos adversantes superat.* Quantumvis ergo totus infernus consurgat adversùs hanc sanctam mulierem Evangelij, haud dubiè prævalebit, neque desistet à clamore, & publicâ acclamatione, quemadmodum hodiernum testatur Evangelium: *Extollens vocem quadam mulier*, &c.

Quædam mulier. &c.

CONSIDERATIO III.

Infelicissimus est status Reipublicæ, & Regni, in quô plebeij, & vulgares in amore, & servitio Dei excedunt nobiles, & minimi, majores, servi, Dominos, & subditi, Reges in observantiâ mandatorum divinæ legis superant.

1. OMnes passim Interpretes adnotant, Sanctum Evangelistam Lucam, non vocare hanc mulierem proprio nomine, & affirmant, motivum Evangelistæ hoc fuisse, ut demonstraret illam non fuisse alicujus notæ, seu conditionis, sed plebejam, & vulgarem, quod sequenti vocabulo confirmatur: *De turbâ*, quod adnotante Hugone Cardinale, denotat, ipsam fuisse humilem, & abjectæ conditionis, & ut paucis dicam, innominatam; non erat nobilis, aut genere illustris, neque erat ex præcipuis illius oppidi domicellis: Hugo. Card. hic *Non dives, aut nobilis, sed de communi plebe*, quô tacitè, meo judicio, redarguit magnates, & nobiles gentis Iudaicæ, qui majoris obligationis vinculo adstricti, cæteros in cultú, & servitio Dei excedere debebant, ab inglorià, & vili muliere ignominiosè condemnandebantur, & superabantur. Describit regius Propheta processiones, & festa, quæ in urbe Ierosolymitanâ celebrabantur, in quibus Arca Testamenti circumferebatur, continebatque manna datum à Deo in deserto, symbola expressa Virginis sacratissimæ, & divinissimi Sacramenti Altaris, fructus benedictissimi uteri eius. Cunctus populus laudes Dei decantabat, ait Regius Psaltes, verùm Principes præcedebant, & primas agebant partes: *Prævenerunt Principes conjuncti psallentibus, in medio iuvencularum tympanistriarum.* Alternantes concinebant Musici, & melos dabant vocibus, & filiæ Ierusalem suas obibant vices, & dulces resonabant voces eorum. Agellius declarans hunc locum, dicit, Principes, qui præibant, fuisse primates: Ps. 77. v. 26. *Erant tribuum Primores, qui cantu psallentibus præirent*, quia principaliores erant illius gentis, ideo etiam, tamquam Coryphæi in illo devotionis ac pietas exercitio chorũ ducebant, & quia præ cæteris se magis obligatos agnoscebant, & ex quò alijs erant nobilitate, & officij dignitate, prælati, existimabant etiam partium suarum esse, cæteris, servitio, cultu, & veneratione Dei, prælucere, ideoque omnibus præibant: *Prævenerunt Principes.* Agellius hic.

Narrat sacra Pagina, filios Israël unanimi consensu collocasse Tabernaculum Dei in terrâ Silo: *Ibique fixerunt Tabernaculum.* Dum pergerent, & proficiscerentur ad terram promissionis, numquam Tabernaculum Domini fixum, aut permanens habuit domicilium, aut locum, ubi vere acceperunt possessionem Civitatem Chananæorum, communi voto fixerunt Tabernaculum in Silo. Indagat eminentissimus noster Cardinalis Cajetanus, quarè potiùs Tabernaculum Domini posuerint in hoc, quàm alio loco? Consultiùs fuisset quærere aliã terram ad collocandum Tabernaculum, quia hæc pertinebat, ad Tribum Ephraim, quæ cæteris erat debilior, & viribus inferior, & pauciores habebat, homines militares, & armis assuetos. Occurrit huic dubitationi prælatus Cardinalis: *Par fuit in sorte Principis, id est, in sorte Tribûs Ephraim, de quâ erat Iosue, divinus cultus collocaretur.* Vt agnoscant Principes, & sciant Domini, quanta obligatione teneantur zelare honorem, & cultum Dei: ceteræ quidem Tribus devinciebantur Deo, & omnes singulæquè personæ illius populi adstringebantur ad serviendum ei, sed rationi consonum erat, ut curæ, Principis Iosue, & majorum, veneratio Tabernaculi, & servitium Domini committeretur. *Par fuit, ut in sorte Principis.* Iosue 18. v.1. Cajetan. hic.

Inter-

Digitized by Google

3. Interrogat Propheta David Jordanem, & mare rubrum, quamobrem fugerint, & receſſerint, quando populus, & Arca Domini pertranſibant? *Quid eſt tibi mare quòd fugiſti, & tu Jordanis, quia converſus es retrorſum?* Et amborum nomine reſpondet: *A facie Domini mota eſt terra.* Voluit dicere; (ſic enim hunc Textum ſalvâ ſanctorum Patrum, & Interpretum veniâ intelligo) ſi terra, elementum grave, & ponderoſum tremuit in monte Sinai coram præſentiâ Domini, & in ſignum reverentiæ, commota eſt, nonnè ego aqua, ſubtilius, & nobilius elementum tantumdem præſtabo? Si omnes nobiles, & honoratiores, ſimilem inirent rationem melius ageretur in mundo, neque virtus adeò protrita, & proſcripta haberetur, ideoque non tantoperè admirandum, quòd tam malè à minoribus tractetur, quando pejùs à majoribus recipitur.

Pſ. 113. v. 5.

4. Magnâ cenſui dignos ponderatione terminos, quibus ſacra Scriptura depingit univerſale excidium mundi per aquas diluvii; quos ſi attentiùs notaveritis, comperietis tunc tandem Deum firmiter decreviſſe faciendum, (loquitur ſacer Chronicus more humano) quando vidit eos, qui arctiori vinculo adſtringebantur ad benè operandum, cæteris malitiâ eminere. Hunc enim reddunt ſenſum verba antecedentia: *Videntes filii Dei filias hominum* &c. Per filios Dei poſſunt intelligi Majores & Illuſtriores populi, ſeu gentis, & favet non modicè huic expoſitioni Verſio Aquilæ, Symmachi & Pagnini, quos refert, & ſequitur Oleaſter hiſce verbis: *Alii ſunt qui per filios Dei Magnates intelligunt, quorum ſententiam non rejicio.* Idemque eſt, ac ſi diceret: nihil ſperandum eſt boni in mundo, quando Dominus, Princeps, & Rex, qui deberent eſſe aſylum, & refugium virtutis, ſunt primi, qui impunè offendunt, & malè reperiet ſanctitas receptaculum apud minimos, quando Majores ſunt primi, qui eam oppugnant, & labefactant.

Gen. 6. v. 2.

Aquila. Symmachus. Pagninus Oleaſter hic.

5. Apparuit quadam vice Deus Moyſi, eique liberationem populi ſerio commendavit, dans ei poteſtatem ad mirabilia patranda, tam in aere, quàm in terrâ, & in aquis: Et objiciens Propheta impedimentum tardioris linguę propter quod ſe ad legati munus obeundum, inceptum fatebatur, etiam ſequentia ſubjunxit verba: *Ecce filii Iſraël non audiunt me, quomodò audiet me Pharao!* id eſt, ſi vulgares non adhibent fidem verbis meis, quomodò Pharao Rex potens credet eis, quæ ex nomine tuo annuntiavero? Notate, inquit Oleaſter: *Commune eſſe, ut verbum Dei apud populares magis fructificet, quàm apud Reges, & Magnates, & avidiùs audiatur.* Idcircò igitur excuſat ſe Moyſes à Legationis munere ad Pharaonem, judicans, vanum fore laborem prædicationis ſuæ apud Regem utpote qui jam experientiâ didicerat, quam parvum fructum fecerat prædicando plebeis, & vulgaribus populi Hebraici, maximè cum quotidiano uſu conſtet, vulgares avidiùs audire verbum Dei, quam Reges & Magnates. Et ſi hujus rei teſtimonium deſideretis, recurrite, inquit Oleaſter, ad quintum Jeremiæ Capitulum & in illo evidentiſſimum reperietis: *Audi Jeremiam capite quinto. Forſitan pauperes ſunt, ſtulti facti ſunt; ibo ad Majores, alloquar eos, ipſi enim cognoverunt viam Domini, ſed ipſi ſimul confregerunt jugum, ruperunt vincula.*

Exod. 6. v. 30.

Oleaſter hic.

Jerem. 5. v. 4. & 5.

Continuo Mariale.

Alludit hic Auctor ad id, quod Propheta ſibi contigiſſe in urbe Jeruſalem refert, & res ita accidit. Indefeſſo labore & ſolerti diligentiâ quærebat Propheta Dei virum juſtum, & virtutis perquàm ſtudioſum. Diſcurrerat ſervus Dei, & obambulaverat totam civitatem, neque erat vicus, quem non percurriſſet, & ut verbo dicam, veluti zelator aliquis, ſeu explorator omnem adhibuerat inquiſitionis diligentiam. Cucurrit perſcrutans plateas Mechanicorum, adiit officinas Mercatorum, & non poterat invenire, quod quærebat. Videns Propheta ſe oleum, & operam perdidiſſe, ſtatuit invertere & ordinem, & ſeriem inveſtigandi, arbitrans, ſe id, quod in rudi & indocto vulgo non repererat, in domibus Magnatum & Doctorum felici, & fortunatâ ſorte inventurum, ideoque deliberato animo eorum domos adire decrevit: *Ibo igitur ad Optimates, ipſi enim cognoverunt viam Domini.* Apud Nobiles, & Primates certum mihi ſpondeo deſiderii ſcopum; quia enim illi præ cæteris pollent doctrinâ, & Dei notitiâ excellunt, etiam major in ipſis vigebit ſpiritus virtutis. Percurrit ſingulos Eccleſiaſticos, & Sæculares, & ne quidem unum reperiens ſanctum, in hæc verba prorupit: *Ecce magis hi confregerunt jugum, ruperunt vincula.* Eheu, & millies eheu! ad talem ſiquidem miſeriæ ſtatum devenit civitas, & regnum meum, ut minores, & vulgares minùs mali ſint, quàm Majores, & Primates. Hoc denotat, *magis* quòd enim vulgus indoctum, & rude deficiat, non eſt tam à ratione alienum, quia ipſa ignorantia ali-

Jerem. 5. v. 5.

6.

Digitized by Google

qualiter excusat, sed quòd majores, & qui digniora occupant loca, & officia reipublicæ, sine depravatis moribus pejores, & nullam sive divinam sive humanam legem observent, sed omnem penitùs transgrediantur, & proterant, hoc maximè dolendum est, & sanguineis lacrymis deplorandum. Ad hunc sensum declarat hæc verba D. Hieronymus: *Quos magistros putabam, inventi sunt pejores Discipulis, & quantò major auctoritas, tanto major insolentia pastorum.* Maximè lugendum, inquit S. Doctor, quòd illi, qui majores habent obligationes, sint cæteris negligentiores, & quòd illi qui secundùm rationis æquitatem deberent esse diligentiores, & virtutis studiosiores, sint majores peccatores, ita ut etiam in comparatione eorũ plebeij, probi, & justi appareant. Neque existimo, majorem posse excogitari ignominiam, & confusionem eorum, qui se honoratiores jactitant, & de nobilitate sanguinis, seu scientiæ dignitate gloriantur, quàm superari ab illis, quos, juxtà rectæ rationis dictamen, virtute, & iustitia excedere, & vincere deberent.

D. Hieron. hic.

7. Peccáverat. Rex David, & vix peccatum commiserat; quando Deus noster motus infinitâ suâ misericordiâ, & victus suâ immẽsâ bonitate misit Prophetam Nathan, ut eum peccatorum adulterij, & homicidij, quod interficiendo Vriam, & accipiendo uxorem ejus perpetraverat, redargueret. Occultavit, & dissimulavit Propheta casum sub parabolâ, seu metaphorâ hominis divitis, qui volens laute excipere hospitem surripuit ovem vnicam vicini sui pauperis: *Cùm autem peregrinus quidam venisset ad divitem &c. tulit ovem viri pauperis,* multa occurrunt in hôc Textu ponderatione digna, quæ ad alias considerationes deservire possunt. Ad rem verò præsentem egregiè quadrat sancti Ambrosii responsio, quam ipse quæstioni à se motæ adhibet, observans ministrum, quem Deus huic Legationi obeundæ elegerat, ad insinuandum Davidi errorem suum, & culpæ reatum detegendum: *Misit Dominus Nathan ad David.* Ita loquitur sacer Textus, id est, mandavit Deus per Nathan Davidi revelari peccatum. Quidni Deus ipse apparuit Davidi? vel locutus illi fuit in somnis, quemadmodùm alijs vicibus eum reprehendit? vel quarè hanc reprehendendi provinciam alicui Angelo suo non demandavit? Et dato, quòd consultiùs judicaverit destinare Prophetam, quarè non elegit, aliquem ex Prophetis primæ classis, qui excellunt dono prophetiæ, suntque magis illustrati in cognitione mysteriorum Dei (quorũ aliqui absq; dubio tũc temporis reperiebantur) prætermisso Nathan inferiore omnibus donis Prophetiæ, & agnitionis? videtur profectò Deus indignè, & absque ullo respectu agere cum personâ Davidis, qui enim eum ex pastore Bethleë mitico extulerat in Regẽ Israel, fas erat, ut pluris æstimaret, & majori comitate regium suspiceret diadema, præsertim cùm nobis præcipiat venerari, & colere Reges, quantumvis discolos moribus, propter dignitatem regiam, & vices Dei, quibus in terrâ fungantur. Respondet nihilominùs sanctus Ambrosius, quòd non casu fortuito, sed dictâ operâ Deus commiserit hoc negotium Prophetæ Nathan, & ex industriâ ipsum ad hujusmodi ministerium elegerit, *Non mediocrè, quòd Nathan denuntiavit ei, hoc est, inferior Propheta; gravis enim verecundia est, pudorque dilecti ab inferiore reprehendi.* Optimè fieri potest, quod reprehensio non fuisset tam efficax, nisi Nathan illius minister foret; quem Deus misit speciali quâdam intentione, ut David confunderetur, videns subditum suum esse magis innocentem, quàm Regem ipsum, & Prophetam inferioris classis redarguere ipsum peccati, qui erat altioris ordinis Propheta. Et verè apparet, non potuisse Davidem majori ignominiâ affici, quemadmodùm neque Pharisæis potuit ignominiosior confusio inferri, quàm mulierculæ ingloriæ voces acclamantes Christo sanctitatem. Hinc Deus eligit humiles, & parvulos, quibus favores suos communicet: & qui in mũdo magis viles, & abjecti habentur, potioribus beneficijs à Deo cumulantur.

D. Amb. in Apologiâ Davidi. lib. 2. c. 12.

2. Reg. 12. v. 4.

8. Valdè ponderanda sunt ad hoc propositum verba, quibus Christus Salvator noster mandavit duobus Discipulis, ut pararent, & disponerent cænam Paschalem: *Ite in civitatem ad quemdam,* id est, Anonymum, sine declaratione personæ singularis Euthymius autumat, Christum subticuisse nomen, eo quòd timebat, ne Iudas rescius locum admoneret Iudæos, & venirent importunè ad comprehendendum eum; & ne quietem dulcissimæ illius valedictionis, & ultimam cænam, quam cum suis manducare statuerat, interturbarent. Sanctus autem Chrysostomus existimat, Christum voluisse demonstrare Discipulis suis efficaciam suæ divinæ potentiæ, in hôc, videlicet, quòd homo ignotus se illius subjiciebat mandatis,

Matth. 26 v. 18. Euthym. hic.

Digitized by Google

tis, & quòd cum supremo vitæ periculo, si id Iudæis innotesceret, cum suo excipiebat hospitio, ut ex hoc inferrent, quòd quando cum postmodum captivum, & patientem conspicerent, non vinculis, sed amore captum scirent, & quòd tantummodo pateretur, qui volebat, ut pote, qui potestatem habebat, etiam ipsorum Tyrannorum manus colligandi, & torquendi, voluntates persecutorum, ad hoc, ut crudelia tormenta crucifixionis, in adorationem, & obsequium commutarent. Excellentissima & penè miraculosa sunt verba sancti Doctoris: *Cur ad ignotum eos hominem ire jussit? offendere hinc quoque voluit, posse se passionis tormenta evitare; nam qui mentem illius verbis solum induxit, ut virum cum Discipulis suis vellet suscipere, quid fecisset crucifigendo, si pati noluisset.* Bonæ sunt hæ rationes, verum instituto nostro deservit divi Ambrosij meditatio, ita loquentis: *Dignationem ejus intuere, quia non personæ divitis, aut potentis, sed pauper ambitur, & angustum pauperis hospitium, amplis nobilium ædibus anteferetur.* Premite cogitatione vestrâ, quòd Christus ad eligendum hospitium non quæsiverit domum alicujus divitis, seu potētis, cum tamen in eâ urbe plures reperirentur, sed domum cujusdam hominis, adeò abjecti, & inglorij, ut etiam nomine proprio caruerit. Quod fecit, quia non nobilitatem, sed virtutem respiciebat, & colebat. Erant Magnates mundanis affectibus irretiti, & opulenti peccatores, ideoque eorum domos dedignatus, nequaquàm ab illis hospitium postulavit. Porrò hic pauper, erat probus moribus, humilis corde, & virtutis studiosus, idcircò illius domum, & hospitium ambivit. Magna sanè confusio Primatum, quòd in illis deficiat charitas, quam Christus in humilibus, & parvulis adinvenit.

Chrysost. ibid.

Reverâ est hæc quædam tacita reprehensio omnium illorum, qui vel titulo sanguinis, seu nobilitatis, vel ratione officij, seu dignitatis magis obligantur Deo, & tamen vident minùs obligatos se excedere in observantiâ legis, & servitio Dei. Combinate quæso, & observate cum sancto Ioanne Chrysostomo duos Textus novi Testamenti. Erudiens Salvator noster Nicodemum Principem Iudæorum, eumque docens, quòd ad amicitiam Dei sibi conciliandam, & salutem consequendam, necessarium foret denuò per aquam, & virtutem Spiritûs sancti, id est per Baptismum renasci: *Nisi renatus fuerit ex aquâ, & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei.* Respondit ei Nicodemus: *Quomodo possunt hæc fieri?* id est: qui fieri potest, ut homo senex, & tantæ ætatis, quemadmodùm ego sum, iteratò in ventrem matris suæ introeat, & denuò renascatur? Vt paucis dicam, non intellexit Salvatorem, neque arcana verborum Christi penetravit. Venit mulier ignobilis, & indocta, scilicèt Samaritana, ad hauriendum aquam ex puteo Iacob, dicitque ei Salvator, & pollicetur, se daturum aquam ei ex quâ si quis biberit, non sitiet iterum (loquens de aquâ gratiæ salutaris) & confestim absque ullâ deliberatione mulier aquam illam petijt: *Domine, da mihi hanc aquam.* Vbi sanctus Chrysostomus majoris facit modicam scientiam hujus pauperculæ mulieris, quam omnem doctrinam Nicodemi. *Credidit continuò mulier* &c. Magnâ eminentiâ superavit hæc humilis peccatrix magistrum, & Doctorem legis; quia primæ motioni divinæ incunctanter acquievit, & Nicodemus tot tantisque inspirationibus adhuc restitit. Adeò antiquum est, in mundo majores superari, & vinci à minoribus in satisfactione suarum obligationum, & in exactâ divinarum inspirationum obedientiâ. Verba autem sancti Doctoris hæc sunt: *Credidit continuò mulier, longè Nicodemo sapientior. Ille quomodò possunt hæc fieri, inquit, nec manifestum Spiritûs exemplum à Christo adductum accipit: mulier verò, mox, non expectatâ confirmatione, ad Christi sermonem, tamquam certū, accipiendum properat.*

Ioan. 3. v. 5.

Ioan. 4. vs. D. Chrys. hom. 31. in Ioan. 101

Semper Deo meliùs magisque prospere (loquendo more nostro rustico, & humano) successit negotium cum plebeijs, & vulgaribus, quàm cum nobilibus, & illustribus. At confirmationem hujus propositionis adducit doctissimus noster Sotomajor excellentissimam Paraphrastis Chaldaici lectionem, super illa verba Canticorum: *Vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui.* Quibus verbis, si curiosiùs notaveritis, magis quàm alibi sponsus divinus Ecclesiæ suæ Sponsæ se devinctum, & devictum exhibet, licèt enim sæpiùs, & in diversis occasionibus indicet prærogativam amoris, quò eam prosequitur, & diligit numquàm tamen se vulneratum fatetur, nisi ab eo, quod in Sponsâ erat humillimum,

Cant. 4. v. 6.

simum,& coram oculis mundanis minimæ æstimationis,& abjectissimum. Aures arrigite,& altiùs premite verba penè divina Paraphrastis chaldaici: *Infixa est in tabulâ cordis mei, dilectio minimi filiorũ tuorũ* id est, Amantissima Sponsa mea quò te plurimũ dilexerim, non est admiratione dignũ & quòd oculos tuos, qui sunt primum, & supremum tuæ perfectionis corporalis, non minoris æstimaverim, videtur rationi consonum; sed nescio quid secretæ virtutis habeant minimi tui, id est, quæ in æstimatione, & opinione mundi minima reputantur, solet mundus minimi æstimare: horum siquidem amore (qui apud mundanos homines, veluti crines, capilli, & superflui, flocci habentur, possuntque absque omni doloris sensu amputari, & præscindi) rapior, & vulneror, quinimò eorum affectu, ita cordis mei intima feriuntur, ut me omninò tactum & læsum profitear. Hos igitur capiti meo, tamquàm hujus corporis mystici principaliori parti impono, ut sint mihi gloria, decus, & ornamentum. Existimo ego, salvo meliori judicio, hæc verba Paraphrastis Chaldaici, *Dilectio minimi filiorum tuorum*, absque eô, quôd ullatenùs torqueatur sensus sacri Textus, posse intelligi de amore, quô minimi Sponsum prosequuntur, & de voluntate, & affectu, quô eum diligunt, & serviunt. Et in hôc sensu tantùm sonant, ac si Sponsus diceret, quòd Majores quidem Ecclesiæ suæ se eum sibi devinciant, obligentque ad amandum, & æstimãdum voluntatis eorum affectum, quod tamen incomparabiliter magis feratur in voluntatem, & amorem, quô à minimis amatur, & servitur, hoc est: *Infixus est in tabulâ cordis mei, dilectio minimi filiorum tuorum*, & rectè quidem, quia obsequia à minùs obligatis præstita magis obligant. Et idcircò excellentissimum fuit factum hujus devotæ mulieris quæ facta prædicatrix laudum, & encomiorum Christi Salvatoris, simul ingratitudinem Pharisæorum reprehendit, & redarguit, qui primi in honoribus, & in dignitatibus supremi, in amore, & servitio Dei erant omnium minimi.

Paraphrastes Chaldæus. apud Sozomajor Dict.

2. Insigni reprehensione, & vituperio perstringit Deus Magnates hujus mundi exemplo minimorum, seu humilium: Qui versati fuerint in historiâ Evangelicâ, comperient in illâ animos Apostolorum non solùm semel, sed sæpiùs fuisse pulsatos, & commotos spiritu, & cogitatione illâ ambitionis, quâ contendebant inter sese, quisnam eorum in temporali regno Christi, quod imaginabantur, esset futurus major, at verò numquam ausi fuerunt hanc mentis suæ ambitionem Christo aperire, seu detegere, nisi in occasione illâ, cujus meminit Sanctus Matthæus: *Quis Putas major est in regno calorum?* ubi viderunt, quòd Christus pro se, & pro Petro jusserit persolvi tributum, existimantes, hoc evidens esse signum, quòd Petrus cæteris omnibus esset præferendus. Audiens Salvator quæstionem, propositam, & animavertens depravatam eorum intentionem, advocavit parvulum, qui communiter dicitur fuisse sanctus Ignatius, vel sanctus Martialis. An verò hoc certum sit, nec ne, non disputo, hoc tamen constat ex sacro Textu, quòd Christus eum statuerit in medio eorum, & dixerit: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum calorum.* Quasi diceret: toto cœlo aberratis, Discipuli mei, si cælum ingredi desideratis, oportet vos parvulos effici, non ætate, sed humilitate. Nonnè poterat Salvator hanc adeo necessariam admonitionem eis inculcare absque eò, quòd hunc innocentem puerum illis proponeret? Poterat sanè, sed idcircò eum advocavit, & omnium oculis conspiciendum objecit, inquit Maldonatus, *ut non solùm verbis sed rebus etiam ipsis præsentibus humilitatem, simplicitatemq; doceret.* Voluit hòc solo puero duodecim confundere viros, & exemplo parvuli corrigere errorem plurium Magnatum; neque erat parva verecundia, & confusio hominum jam provectiorum, & magisterio cæterorum fungentium, mandare ipsis, ut à puerulo, quid sibi faciendum esset, addiscerent, neque minor fuit confusio, & ignominia Pharisæorum, Legisperitorum, & Magnatum gentis Judaicæ instrui, & doceri ab indocta, & ignobili muliere, quæ publicè confutabat eorum errores, & infidelitatem impugnabat, quemadmodùm egregiè adnotavit Venerabilis Beda. Hoc enim totum sonant illa verba: *Extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.*

Matth. 18. v. 1.

Maldon. hic.

Beda in Luc lib. 4. c. 29.

Extol-

Extollens vocem quædam mulier de turbâ.

Consideratio IV.

Valdè dolendum est, & sanguineis lacrymis deplorandum, quosdam se perdere, ubi alii seipsos lucrifaciunt, & quosdam damnari, ubi alii salvantur.

1. NEscio, an quidpiam excogitari possit efficacius ad commovendum animos pios, quàm videre, quòd quædam animæ seipsas perdant, ubi aliæ proficiunt, & quòd quædam ibi damnationem acquirant, ubi aliæ salutem consequuntur. Omnibus prædicabat Christus Dominus, omnes instruebat, cunctis se communicabat, quia omnes æqualiter salvare, & ad portum salutis adducere satagebat. Porrò inter tot Legisperitos, & Nobiles, qui ad hoc auditorium confluxerant, nullus illô tempore miraculis Christi fuit permotus, aut doctrina ejus conversus, præter hanc rudem quidem, & indoctam mulierem, pientissimâ tamen indole præditam. Illi, siquidem passionibus præpediti, & invidiæ œstro perciti, miraculum Christi non virtute cælesti, sed arte diabolica, seu magicâ factum calumniabantur: mulier autem illa tam miraculo, quàm doctrinâ Christi commota, & attonita, innocentiam ejus propugnavit, protestans, talia opera non esse hominis peccatoris, sed justi, ac sancti, proindè beatum esse ventrē, qui eum portaverat, & ubera, quæ suxerat. Animadvertite, quomodò eò tempore, quô Pharisæi calumniabantur, & blasphemabant Christum Redemptorem nostrum, eodem hæc mulier eum summis laudibus extollebat, eodemque puncto temporis, quò Pharisæi obmurmurabant, hæc audaci, & intrepida voce in defensionem Christi prosiliebat, ita ut in eâdem occasione, quâ Marcellâ meritum acquisivit, Pharisæi sibi damnationem acciverint. Pulcherrimus est Sol inquit Divus Hieronymus, clarissima ejus lux, & splendidissimi ejus radii, sed solis oculis puris, & sanis; ægris verò odiosa lux & nigrati splendores: idemque Sol quædam indurat, uti lapidem, & alia emollit, veluti ceram, quædam efficit alba, ut nivem, alia verò atra, & nigra, uti carbonem. Quæro, undè hoc proveniat, & oriatur? Ex ipso Sole? Non quidem ex eodem omninò Sole, sed ex variis subjecti dispositionibus. Omnes pariter viderunt miraculum, omnesque, audierunt prædicationem Christi, sed propter varietatem dispositionum, auditorum tam differentes effectus operatum fuit in illis, ut pluribus fuerit mors, & uni soli mulieri vita, &, pluribus animabus pereuntibus, una sola salutem invenerit. *Quædam mulier de turbâ.*

D. Hieron. ad Helvidium.

Infortunium lamentabile, & lacrymis irremediabilibus deplorandum judicavit Oleaster noster, diluvium universale, in quò, facto attestante Eloquio, ita aquæ inundaverunt, ut sustulerint Arcam à terrâ in montem excelsum nimis: *Multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt Arcam in sublime à terrâ.* Notate inquit noster Lusitanus, *iisdem aquis impii suffocantur, ut, quod impio est in ruinam, bonis sit in sublevationem.* In aquis equidem diluvii justus Noë, & qui cum illô arcam sunt ingressi mortem evaserunt, cæteri verò peccatores, in illis suffocati sunt, & sepulti. Triste profectò spectaculum, quod in eisdem aquis, in quibus aliqui salvantur, alii submergantur, & quæ his fuerunt instrumentum mortis, illis fuerint occasio vitæ: *Ut, quod impiis est in ruinam, bonis sit in sublevationem.* Simile est hoc factum alteri, cujus mentionem facit Josephus de aquis Ægypti, quæ tempore Pharaonis fuerunt in sanguinem conversæ, & erant Ægyptiis venenatæ, & causa morborum; Israëlitis verò dulces, & grati saporis, ut antèa fuerant.

2. *Gen. 7. v. 17 Oleaster hic.*

Josephus, lib. 1. antiquit.

3. Amarissimo & ægerrimo animo tulit David mortem Saülis uti constat ex maximis illis maledictionibus, quas montibus Gelboe imprecabatur. *Montes Gelboë, nec vos, nec pluvia veniat super vos, nec sint agri primitiarum, quia ibi abjectus est clypeus fortium.* Dixit Deus, nullam roris cælestis benedictionem recipiatis, quia in vobis interfectus est Rex Saül, & cum illo omnes fortes Israël. Indaganda est causa movens Davidem ad tam ægrè ferendū mortem Saülis, ut adeò execrandas maledictiones montibus imprecatus fuerit, quasi ipsi causa mortis illius extiterint. Excusat Sanctus Ambrosius inordinatum illum luctum Davi-

2. *Reg. 1. v. 21.*

Digitized by Google

dis, veluti ex affectu pietatis, & magnanimo pectore prodeuntem: *Quàm piè David doluit, quanto ingemuit affectu!* Fateor quidem, sanctum Doctorem alium prosequi discursum, & scopum, verùm hæc verba nostro quadrant

S. Ambr. lib. 3. offic. c. 9. instituto: *Quàm piè David doluit* &c. quasi diceret: meritò tam flebiliter deplorat infortunatam Saülis mortem, eò quòd in monte contigerit, *montes Gelboe*, in memoriam revocabat David, quòd alii ad montem fugientes, mortē evaserant, uti constat ex sacrâ Paginâ, & curiosè notavit Philo Alexandrinus, differens de fuga Jacob ad montem Galaad, quando Socer

Philo Alex lib. 2. allegor. citat. à Sotomajor. in c. 8. Cant. ejus Laban eum persequebatur: *Naturaliter enim montes ad celandos fugitivos sunt appositissimi, & non ad prodendos.* Eâ igitur de causâ, tam immoderatum ostendit planctum David, quia, quòd Saül ibi pereat, ubi alii salvantur, est circumstantia aggravans dolorem.

4. Magnum reperit mysterium sanctus Augustinus in verbis illis, seu ejulatibus, & irremediabilibus lacrymis illis Rachelis deplorantis mortem innocentum, quos crudelissimus Herodes in Bethlehem tyrannicè occidit:

Matth. 2. v. 18. *Vox in Rhamâ audita est, ploratus, & ululatus, Rachel plorans filios suos.* Tunc enim, teste Evangelistâ S. Matthæo, adimpletum est vaticinium Jeremiæ, observatóque magnus Pater, quòd cùm innocentes occisi in Bethlehem fuerint, prognati ex Liâ, filiâ priore Labani, æquum videatur, ut ipsa eorum mortem defleat, & lamentabilem casum deploret, non verò soror ejus Rachel. Quarè igitur Spiritus Sanctus introducit Rachelem tanto doloris impetu, tantoque lacrymarum imbre necem filiorum Liæ deflentem. Locus sanè difficilis, cui etiam Sancti Patres varias adhibent expositiones. Verùm Sanctus Augustinus existimat, Rachelem non tam sororis suæ filios mortuos, quàm suos vivos deplorasse. Attamen non videtur justus fuisse hic doloris sensus, potiùs enim lætari, & gaudere debebat, videns filios suos vitam habere, quam sororis suæ filii innocenter amittebant. Nihilominùs persistit Sanctus Augustinus in suâ sententiâ, dicitque rationi consonas fuisse lacrymas Rachelis, utpotè ex piâ quadam æmulatione enatas, quia invidebat quodammodò fælicitati sororis suæ, quòd passi essent innocentes in Bethlehem, ubi morabatur Tribus Juda, cujus Lia fuit Mater. Videns igitur Rachel fælicem fortunam, & fortunatam sortem sororis suæ, quia filios Martyres Deo offerebat (licet ipsa hoc non promeruisset) lamentatur, & deplorat infortunium filiorum suorum viventium, eò quòd non fuerint tam fælices, ut cum filiis sororis suæ mortem pro Deo subire meruerint. *Tunc ergo Rachel cœpit suos filios plangere, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, ut æterna vita hæredes existerent, cui enim aliquid adversum evenerit ex felicitate alterius, infausta sua miserè luget.* Rachel, inquit Sanctus Augustinus, resolvitur in lacrymas, neque vult consolationem ullam admittere, quoutique non videat gladium Tyranni sævire in Tribum Benjamin, sicuti in terram Juda; & tantò acriores sunt dolores, quanto fæliciores conspicit filios sororis suæ & suos misere postpositos. Neque hoc summoperè mirandum, quia commune est in mundo, quod quis videns prosperitatem alienam & suam adversitatem, sentiat, & defleat suum infortunium, quia ad conspectum fælicitatis alienæ, dolor proprius duplicatur, idcircò ad conspectum alienæ gloriæ, angebatur planctus, & pœna Rachelis, animadvertebat enim filios sororis suæ per mortem corporalem ad securum æternæ beatitudinis portum appulisse, & immunes esse à periculosis naufragiis, quibus propriis filii adhuc in incertum exponebantur. Et forsan jam illi cor, & animus suggerebant damnationis interitum, ad quem aliqui suorum deventuri erant, quemque evasissent, si unà cum aliis gladio Herodis occubuissent, & insuper gloriam, & lauream martyrii pro Christo fæliciter promeruissent. Dicit igitur S. Augustinus jure merito Rachelem tam acerbè flevisse, quia remanebant filii ejus in procelloso hujus vitæ mari variis tentationum naufragiis expositi, ubi jam filii sororis suæ Liæ in tranquillo beatitudinis portu, ad æternam gloriam destinati, securi deliciabantur. Vel etiam, quia non poterat dari major luctus, seu occasio doloris, quàm consideratio perditionis quorumdam, ad præsentiam salutis aliorum, neque aliud quidpiam magis lamentabile, quā quod Rachel oculis suis abituros vitam tali Domino, pro cujus amore Sobrini ejus vitam erant profusuri: & consequenter, quod illi morientes tamquam amici, & familiares Salvatoris, erant salvandi, hi verò tamquàm capitales inimici eumdem erant crucifixuri, ac proindè damnandi.

D. Aug. de quæstionibus veter. & novi test. Tom. 4. c. 62.

5. Multa adnotavit considerandā mellifluus Doctor in cortinis, seu velario illo, quod Seraphim illi visi à Prophetâ Isaiâ, Deo exhibebant, quando, juxtâ interpretationem illius, ipsum Lucifero occultare contendebant, qui so-

lium suum juxtà Thronum Dei collocare præ-
Isaiæ 6. v. 2. sumptuosus ambiebat. Erant autem hæ cor-
tinæ ex alis compositæ, quemadmodum Sacer
Textus enarrat: *Duabus velabant faciem ejus*
D. Bern. serm. 5. super illa verba Isaiæ. &c. *Quæ nimirum, inquit Sanctus Bernardus sic illum arcebant, ut ipsos sustinerent, & sustollant.* Eædem alæ duo faciebant, & Luciferum fuga-
bant, & ipsos Seraphim sustentabant, illi erant
in pœnam, & punitionem, impedientes con-
spectum Dei, quem velabant, ne visione sum-
mi boni frueretur; his verò erant medium ce-
leriùs properandi, & accedendi ad Deum, & beatitudine æternâ fruendi. Res notabilis. V-
num, idemque, quod quibusdam serviebat ad
gloriam capessendam, aliis erat occasio eam-
dem amittendi, & ubi Seraphim maximum impetrárunt favorem, Lucifer maximum sibi accersiit tormentum, quo nullum majus infor-
tunium dari, seu excogitari potest.

Ponderate id, quod alibi dixit Christus Do-
6. minus, & Redemptor noster: *In judicium, ego*
Joannis 9. v. 39. *in hunc mundum veni, ut qui non vident, vi-*
deant, & qui vident cæci fiant Eodem tempo-
re intelligentes Judæi reprehensionem sibi da-
tam, & dictam, responderunt: *Numquid, & nos*
cæci sumus? Si nos oculos habentes nihil vide-
mus, quis igitur claritate gaudet Lucis? Genti-
Paul. Burgens. hic. lis, inquit Burgensis: *Ut illuminatio gentium,*
cum prædicta concurreret cæcitate, id est, ut infor-
tunium vestræ cæcitatis, ac Gentilium, & fæli-
citas lucis, quâ ipsi fruuntur, & vos caretis, pa-
tescat, disposuit cælorum Dominus, ut aliquan-
dò illorum fælicitas, cum vestra in fælicitate
concurreret.

Curiosiùs observavit Gilbertus Abbas,
7. quòd idem Salvator noster ficulneam illam in-
Luc. 13. v. 7. cendio condemnaverit, cujus meminit Sanctus
Lucas: *Succide ergò illam*, inquit Dominus, *Ut*
quid etiam terram occupat? Et assignans hujus
tam severæ sententiæ rationem, ait Gilbertus:
Forsitan, & ficulneam illam sterilem, quam Do-
minus jussit succidi, fertiles de vicino plantæ con-
demnabant. Non est dubitandum, quin alibi
aliæ ficulneæ steriles reperiebantur, eo tempo-
re, quò Salvator hanc jussit succidi, & in ignem
mitti. Quis igitur illam damnat? inquit hic Ab-
bas. Quis? Ficulneæ vicinæ ejus, quæ in eodem
solo, & fundo plantatæ, & vites vicinæ racemis,
& uvis graves, quia omnes illæ erant fertiles,
& sola ficulnea infrugifera. Et non modicè fa-
vet huic considerationi, præfati Abbatis vox il-
la: *Ut quid etiam?* Id est, ad quid hæc etiam steri-
lis occupat terram, unà cum aliis, quæ copiosis-
simos proferunt fructus? Justissimè igitur con-
demnant illam quæ in eâdem terrâ plantata, in
quâ cæteræ ejus sodales tantùm referebant fru-
ctum illa sola iners, & sterilis remanebat. O
quanta, & quàm magna confusio, & ignominia
hæreticorum! cùm simus nos omnes arbores
plantatæ in eodem agro, & campo secùs decur-
sus sanguinis Jesu Christi, pauciores (qui nos
sumus, & hoc peßimũ malum, veri Christiani)
simus ficulneæ fertiles, seu frugiferæ Deo. &
plures sint infœcundæ, steriles, & silvestres! O
quà lamentabile malũ! O quantus, qualisve erit
fœtus, vitus nostra, impietatis vestræ (loquor
iis, qui propter peccata nostra inter nos cõmo-
rantur) & nostra fides, infidelitatis vestræ!

Enumerans Sacra Scriptura generationem 8.
Seth Filii Adam, hisce loquitur verbis: *Seth na-* Genes. 4. v. 26.
tus est filius, quem vocavit Enos, iste cœpit invo-
care nomẽ Domini. Paraphrastes Chaldæus loco
postremorum verborum legit: *in diebus ejus* Paraphr. Chald. hic.
inceperunt filii hominum, ut non crarent in no-
mine Domini. Oleaster verò sic legit: *Tunc pro-* Oleaster hic.
phanatum, aut pollutum est nomen Domini, id est,
generatio Cain tempore suo pollnit nomẽ Domini,
faciendo mala. Cœperunt ex cogitare modos,
quibus Deus non coleretur, neque laudaretur,
sed potiùs offenderetur. Notate illud, *tunc*, id
est, eodẽ tempore, quò filii Dei incipiunt laudes
Dei, & honorem ejus tuentur, incipiunt filii
Cain eumdem Deum abnegare, eique cultum
adorationis ex justitiâ debitum recusare. Visanè
fuit umquâ in mundo major iniquitas, aut exe-
crabilior impietas? Eodem enim tempore, quò
quidam serviebant Deo, alii eumdem offende-
bant, & quando illi ipsum glorificabant, hi bla-
sphemabant. Videtur profectò illud fuisse ex-
pressum symbolum eorum, quæ hóc infælicis-
simo sæculo, & calamitosis nostris temporibus
gemebundi experimur. Eodem enim tempore,
quò Catholici, & filii Dei occupantur, & sese
exercent in serviendo, & honorando Deo, filii Genes. 4. v. 8.
Cain hæretici (& rectissimè vocantur hæretici,
filii Cain, quemadmodum enim notavit Gene-
brardus, Cain fuit primus totius orbis hæreti-
cus: estque hæc antiquissima Hebræorum tra-
ditio qui asseverant, quòd, quando Cain fratrẽ Genebr. in notis Chronol. Pennafiel stat. 1. mundi c. 3. §. 7.
suum eduxit foras: *Egrediamur foras*, ei dixerit:
Non est justitia, neque Judex, neque sæculũ aliud,
neque præmiũ recipiunt justi, neque pœnas luunt
impii: Et quia ei bonus, & pius frater contradi-
cebat, & redarguebat, cum occidit, & interfe-
cit) Hæretici igitur, & filij Cain, quando boni
collau-

Digitized by Google

collaudabant Deum, hi blasphemabant, quãdo illi honorabant, hi injuriis eum lacessebant: quemadmodùm etiam hodierno die contigit, quando Christus celeberrimum illud miraculum patravit, sanans hominem à dæmone obsessum, surdum, mutum, & cæcum; eodem tempore, quò hæc mulier illum summis encomiis extollit, Iudæi convitiis, & injuriis eum impetunt, & offendunt. At quid tam dispares causavit effectus? Varietas dispositionum, quibus subjecta afficiebantur.

9. De nube illa, quæ filios Israël per desertum ducebat, inquit divinus Textus: *Erat tenebrosa illuminans noctem.* Videntur hæc verba manifestam involvere contradictionem, quia manifestum est in sanâ Philosophiâ, lucem, & tenebras saltem privativè esse contraria, quæ in rigore Philosophico se mutuò in eodem subjecto non compatiuntur. Verùmtamen doctissimus Abulensis, nodum dubitationis dissolvit, dicens: *Erat tenebrosa contra partem exercitûs Ægyptiorum, illuminans verò noctem contra partem filiorum Israël,* ita ut amicis esset lucida, & hostibus obscura, hos offuscaret, & illos illuminaret, faveret quibusdam, & alios castigaret; sicque eodem tempore hi, & illi tam dispares experti sunt effectus, ut Israëlitæ tantâ claritate, quasi luce meridianâ, gauderent, Ægyptij autem quasi tenebris noctis obscurarentur. Et notatu dignum, quod Sacer Textus subjungit: *Et ecce respiciens Dominus per columnam ignis, & nubis,* quasi ipsemet Dominus foret in nube involutus, ita ut dicere possimus, ipsum Deum, qui sub nube abscondebatur, tam differentes, & contrarios effectus fuisse operatum.

Exod. 14. v. 20.

Abulens. quæst. 4. citat. à Viegas cap. 1. Apocalyp. sect. 16.

10. Assumens hunc Textum Sanctus Drogo, eumque enucleans alloquitur Christum servatorem nostrum, sub speciebus sacramentalibus velatum, hisce verbis; *Quæ est nubes, quæ præcedit veros Israëlitas, nisi verissimum, & sanctissimum corpus tuum, quod in altari sumimus, in quò velatur nobis altitudo Dei, immensitas majestatis suæ, cujus calorem & splendorem mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix nubes interposita, & ardorem temperaret desuper, & tutam subtùs te viam præmonstraret.* O mi Redemptor Jesu! inquit Sanctus Episcopus Ostensis, loquens Christo sub Sacramento latenti: Cedant, & cessent umbræ, & figuræ Veteris, ut veniant veritates Novæ legis gratiæ. Tu mi Domine Deus! es nubes vera, quæ præcedis, & ducis populum tuum Christianum, per deserta hujus mundi peregrinantem, tu siquidem sub hâc nube accidentium panis absconditus, eclipsi quadam, radios tuæ divinitatis, & lucis obscuraſti, ut te ipsum nobis communicare posses, velasti tuam divinam majestatem, ut nos te commodiùs recipere & frui possemus, modificasti, & temperasti splendores tuæ divinitatis, ut nobiscum conversari, nosque ducere, & præcedere posses, nosque vicissim ad te accedere, & appropinquare valeremus, & si aliquandò populo hebraico tibi præ cæteris dilecto favisti, & tenebris, quas nubes illa emittebat, barbarum Gentilem excæcabas, jam mutatæ sunt, mi Deus! à multis annis sortes illæ, jamque Iudæis nubes illa est tristis, & tenebrosa, Christianis verò lucida, & splendens; quia nos Christiani jam sumus Israëlitæ, in quibus nullus est dolus, ipsi verò, qui erant Israëlitæ, facti sunt Barbari, & infideles. Est hæc phrasis, qua ad aliud propositum usus est antiquus Tertullianus: *Meritò, & Ethnici talia.* Si in errores in quos Iudæus, & cæteri hæretici inciderunt, Gentilis, & Barbarus, qui nullam hujus rei notitiam habet, incideret, excusaretur, inquit Tertullianus: *Sed meritò, & hæretici. Numquid enim inter illos stat?* Porrò totum hoc sperari potest ab illo, qui Deo suam veritatem denegat, cùm inter rudem paganum, & inter excultissimum, etiam hæreticum, hæc sola sit differentia, quòd unus loquatur, ut nescius, & ignorans, & alter ut stultus, & impudens; quoad substantiam verò in idem recidunt.

Sanct. Drogo de Pass. Domini lib. 2 post medium tom. 2. Biblioth.

Tertull. lib. de resurr. carnis Christi

Lugeant igitur, lugeant, & deplorent suum infortunium, quia eis benedictionem præripuimus. Aliquando Dominus Gentiles appellavit canes, utque tales eos non solis verbis, sed etiam factis excepit, ut liquet ex responso, quod primæ importunitati mulieris Chananææ dedit: *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* At verò replica devotæ illius mulieris, totius nostræ felicitatis prognosticon fuit: *Nam & catelli edunt de micis* &c. Quasi diceret: Veniet tempus, in quò Gentiles, quos Iudæi modo vocant canes (ita enim loquitur Maldonatus: *Credibile est Iudæos consuevisse alios omnes gentes, appellare canes,* sicuti, & Græci omnes alios appellabant Barbaros) comedent panem de mensâ Domini, & Iudæi, quibus tu modò lautissimam sternis mensam, erunt rabidi, ut canes. Et Chananæa captavit ansam tantâ audaciâ, & confidentia

Matth. 15. v. 26.

Mald. hic

Io-

Digitized by Google

loquendi ex ipsis verbis Domini, quæ, teste Sancto Marco, fuerunt hæc sequentia: *Sine prius saturari filios* quasi significans mutationem, quam erat facturus inter Judæos, & Gentiles. Idemque fuit, Christum prius nominare filios, ac si dixisset, comedant isti prius, & postea vos comedetis. *Quibus verbis, spem aliquam muliери dedisse videbatur, fore, ut aliquando illi concederet, quod petebat, sciebat utique non saturandos filios, sed panem cælestem oblatum contemptim rejecturos.*

Marc. 7. v. 27.

Maldi hic

12. Accipite confirmationem hujus veritatis, depromptam per Sanctum Petrum Chrysologum, ex quodam capitulo Sancti Lucæ: *Quis ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi?* Notate, inquit Sanctus Ravennas aureo suo sermone, quòd Christus loquatur de seipso, respectu Judæorum, vocatque se ipsum panem, & unà se lapidem nominat: *Non dantis vitio, sed accipientis nequitiâ.* Vult dicere, Sanctus Doctor, quando Iudæi erant Filii Dei, eumque amabant, & grati serviebant, erat ipse cibus & panis, & unicum necessitatis eorum remedium; verùm postmodùm degenerârunt in canes: *Circumdederunt me canes multi;* Et conversus est eis in lapidem, ad feriendum, & occidendum eos. Et eosdem effectus operatur in Christianis, qui absque debitâ dispositione, & necessariâ cordis puritate eumdem recipiunt: *Non dantis vitio, sed accipientis nequitiâ*; non ex parte panis cœlestis, qui totus est vita, & gratia, sed ex malâ dispositione, quâ ad eum indignus accedo. & hæc prava dispositio convertit panem in petram, dulcedinem in amaritudinem, theriacen, & antitodum in venenum. Et licèt Iudæi hodiernò die non sentiant saporem, quem in illo Marcella experitur, ideò est, quia palatum habebant infectum, quòd si sanum haberent gustum, absque dubio omnes illos spiritualis dulcedinis effectus, quos devota mulier sensit, experirentur, & eadem ratione mori cum illâ extollerent vocem, & dicerent, non, *in Belzebub*, &c.

Luca 11. v. 11.

S. Petrus Chrys. serm. 55.

Psal. 21. v. 17.

Sed, *beatus venter, qui te portavit*, &c.

* * *

De turbâ.

Consideratio V.

Probatissima fuit virtus, & notissima probitatis sanctitas hujus mulieris, ideoque omnibus numeris absolutè laudanda: quia commorans, & degens inter malos, fuit bona, & inter blasphemos peccatores, innocentiam Christi laudavit, & extulit.

Est adeò commune, & quodammodò innatum hominibus, ut sequantur vestigia, consuetudines, & mores eorum, quibuscum commorantur, ut abierit in tritum, & antiquum Proverbium Hispanicum, *Dime con quien andas, y direte quien eres.* Id est, dicito mihi, quocum converseris, & dicam tibi qualis habearis. Hoc movebantur fundamento nautæ illi, quibuscum Ionas navum conscenderat, ut tantâ, tamque solerti diligentiâ inquirerent, & examinarent ejus ortum, nativitatem, patriam, & mores. *Qua est terra tua, vel ex quo populo tu es? Iubent hæc dicere*, inquit Theodoretus, *ut ex communibus gentis studiis, & institutis, hominis vitam agnoscerent.* Argumentum efficax ad cognoscendum mores alicujus, est, nosse patriam, & consortia hominum, quibuscum educatus, & conversatus fuit; quia communiter ex conversatione boni, vel mali mores imbibuntur, & communicantur. 1.

Iona 1. v. 8.

Theod. hic.

Patriarcha Abraham jam senex, & decrepitus statuit filium suum Isaac tradere conjugio, idque ex decreto Dei, demandavitque negotium hoc arduum uni ex antiquioribus famulis suis, cui totam rem domesticam, tamquàm fideliori commiserat, confidens, quòd rem sibi commissam amore & zelo promptè exequeretur. Et quia res tantæ molis erat, sacro attestante eloquio, juramento eum obstrinxit, quatenus eam syncerè, & ad amussim executioni mandaret, & cuncta sibi per ordinem præscripta exactissimè observaret. *Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum cæli, & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter* 2.

Gen. 24. v. 2. & 3.

quos habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & indè accipias uxorem filio meo Isaac. Ut paucis dicam, scopus totius juramenti erat, ne ex filiabus Chananæorum acciperetur sponsa filio suo Isaac, sed ex prosapiâ, & progenie propriâ quæreretur puella aliqua, quæ probitate morum, & honestate clara, digna ejus consors fieri mereretur. Quæ enucleans doctissimus Oleaster quærit, cur Abraham cum tot circumstantiis hoc negotium commendaverit Eliesero, etiam sub juramenti, & religionis obligatione? Et appositè ad rem nostram respondet, aitque causam moventem Ab[illegible]mum fuisse. *Non dare iuveni occasionem adorandi, & colendi idola.* Quod magis elucidans nominatissimus Abulensis, subjunxit: *Quia Chananæa Idololatra erant, & timebat Abraham, quòd pertraherent Isaac ad Idololatriam, maximè filios indè genitos, quia filius maximè conversatur cum matre, quando tener est, & quando possunt fieri fortes impressiones in eo, & ideò si mater malè imbuit filium suum in tenerâ ætate, semper erit vir malus.* Nequaquam voluit Abraham, filium suum ducere uxorem Chananæam idololatrantem, & prudenter timuit sanctus senex, ne, si fieret commixtio sanguinis sui cum Chananæis, & filius suus Isaac illis matrimonio conjungeretur, vel ipse filius, vel nepotes ad Idololatriam declinarent, quia semper ex mixto sanguine procreati, ad pejus inclinant, & propendent. Et quia filii teneriores ætate semper sunt cum matre, ipsisque facilius imprimuntur pravi habitus, potuisset contingere, ut in deteriorem partem prolapsi fuissent. Maturo igitur consilio, & prudenti arbitrio præcavit, & juramento obstrixit servum suum, ne infidelem sponsam, & idololatrantem filio suo acciperet, quæ malo exemplo, & perversâ suâ societate poterat facilè inficere, ad minùs filios, & nepotes ex eâ generandos.

Oleaster hic.

Abulensis ibid.

3. Propter eamdem rationem timuit etiam nepos ejus Iacob vocatus à filio suo Ioseph, ut descenderet in Ægyptum, ita ut necesse fuerit, ipsummet Deum illi loqui, calcar, & animum ipsi addere: *Noli timere*, &c. Et reverà timuit, teste Eminentissimo nostro Cardinale Cajetano, quia verebatur, ne cum mutatione patriæ, & climatis, etiam mores mutaret. *Timens corruptissimos mores Ægyptiorum*, quia virtus in societate vitii, satis periculosæ aleæ exponitur, & periclitatur Est hæc observatio Oleastri ponderantis maledicta, quibus David impetebat illos, qui sui exilii inter alienigenas, & idolorum cultores causa extiterant, & attentiùs notat quòd David mille malis obrutus, & periculis undique circumvallatus, cùm deberet rogare Deum, ut se dignaretur liberare ab omnibus ærumnis, & malis, quibus quotidiè seipsum affligi experiebatur, omnia neglexerit, floccique fecerit, & solùm recordatus fuerit Templi Domini, & eorum, qui sibi hanc exilii camerinam moverant: *Maledicti sint, qui me exulare coguni, & dicunt, vade, & servi Diis alienis.* Sed quid movit Davidem ad similes maledictiones imprecandum? nusquam enim legimus in sacrâ Paginâ, aliquem eum induxisse, aut persuasisse cultum Idolorum, aut ritus Gentilium. Occurrit dubitationi Oleaster, asseritque, quia malum naturâ suâ contagiosum est, ideò judicavit David, idem esse, inter Gentiles, & peccatores agere, & conversari cum illis, ac devincire, & obligare se malo, & desperare, à fide apostatare, & Idola adorare: *Pro eodem reputans agere in terrâ Idolorum, & Idola colere.* Vivere siquidem inter malos, & esse probum, & bonum, nulli absque speciali auxilio, & beneficio Dei conceditur; quarè quisque sibi prospiciat, quia bonum non est naturæ scabiei, seu contagiosum, quemadmodùm paucis, sed disertè perstrinxit noster Lusitanus: *Naon se pega taon azinha, è mal puede ser, que si.* Id est bonum non facilè inficit, sicut malum.

Cajetan. in ca. 46. Geneseos.

Oleaster ubi sup.

Franc. Sà eclog. de Bejar. decim. 49. 4°

Estque adeò verum, quod diximus, ut gloriosus S. Ambrosius oppositum reputet impossibile; quia exponens verba illa ejusdem regii Vatis: *Placebo Domino in regione vivorum*, id est, in æternâ beatitudine, & interrogans quarè etiam non in hâc lacrymarum valle, seu mortali vitâ? ingeniosè respondet: *Quia hic perfectè nemo placere potest à contagione regionis hujus.* Tot sunt mortui, & infirmi in hac morbidâ regione, quibuscum quotidiana habemus commercia, ut sufficiant ad nos suo contagio, & morbo pestilenti inficiendum, & contaminandum. In terrâ, & climate, in quô omnes ægrotant, ferè miraculum erit non dolere, neque ægrotare: Ita etiam pro miraculo habendum est, vivere inter malos eisque cohabitare, & non esse malum. Ideò dicitur, de Sancto Iobo: *Vir erat in terrâ Hus nomine Iob.* Quod enucleans Sanctus Chrysostomus observat, terram Hus fuisse terram Etaû, cujus prognatus, & abnepos erat Iob & in has voces prorumpit:

Psal. 114. v. 9.

S. Ambr. in Psalm. 118. ser. 9.

Iob. 1. v. 1.

Ex

D. Chryſ. hom. 2. in Iob.

Ex qua tantus fructus floruit, verè mirum, qualesque Roſas in medio ſpinarum germinarunt. Neque videtur minus prodigium agere ſanctum in terrâ impiorum, quàm unedinem, rubum, ſeu arbutum producere Roſas, ſeu flores. Eumdem conceptum proſequitur Sanctus Gregorius Magnus ſuper illa verba Iobi: *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.* Intelligit Sanctus Pontifex per dracones, malos, & per ſtruthiones hypocritas, atque quòd patientiſſimus vir gratias agit Deo, tamquàm pro ſingulariſſimo beneficio ſibi præſtito, & præ cæteris maximo, non infici, nec maculari vitio ſocietatis malorum, neque inter commercia peccatorum perverti: *Non eſt valde laudabile, eſſe bonum cum bonis*, inquit Magnus Pater, *ſed bonum eſſe cum malis.*

Iob. 30. v. 29.

D. Greg. lib. 1. moral. cap. 1. apud Pradam hic.

5. Et regius Propheta conſtanter affirmat, omnem cauſam malorum, quæ Iſraelitæ commiſerunt, & occaſionem enormium peccatorum, quæ perpetrarunt, ſolam fuiſſe, conſortium & commercium impiorum ſeu, perverſorum hominum: *Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſervierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.* Quidam doctus Modernus explicans hunc locum, carpit hanc vocem: *Commixti*, quæ ſignificat, quòd omnia ipſorum mala, ex commixtione, & converſatione malorum, originem traxerint, & addit, Prophetam fuiſſe uſum metaphorâ vini, quod aquâ miſcetur, quâ ſimilitudine congruentius declararet mentem ſuam, juxta illud Iſaiæ: *Vinum tuum mixtum eſt aqua.* Verba autem Moderni Doctoris hæc ſunt: *Sicut enim vinum aqua dilutum languet, friget, decoloratur, odorem amittit, & tandem evaneſcit. Non aliter ex impiorum familiaritate languet, friget, decolor, & acida redditur pietas.* Eòdem igitur paſſu pedetentim depravatur, & inficitur virtus, quemadmodum de quodam Philoſopho antiquo refert Xenophon: *Iuſta docent juſti, ſi pravis convixerit, ante, quæ fuerat probitas, protinùs aufugiet.*

Pſal. 105. v. 35.

Iſaiæ 1. v. 22.

Pineda hoc cap. 1.

Xenophon

6. Hâc de cauſâ mirum in modum extollit Sacra Scriptura ſanctitatem Noë juxtà obſervationem Oleaſtri, licèt Lyra ſit contrariæ opinionis, quia reputat ſacrum Hiſtoricum diminuere virtutem Noë, dum dicit Noë fuiſſe juſtum, & perfectum in generationibus ſuis: *Noë vir juſtus, atque perfectus in generationibus ſuis.* Quaſi diceret, ipſum fuiſſe juſtum cum addito, quia floruit in perverſo, & peſſimo ſæculo, quòd ſi vixiſſet tempore Abrahami, Iſaac, Iacob, & aliorum ſervorum Dei, non tantoperè ejus virtus, & ſanctitas eluceret. *Ad diminutionem laudis ſuæ: ac ſi diceretur; licèt Noë fuerit juſtus, & perfectus comparatione ad homines illius temporis, qui mali erant, tamen ſi fuiſſet tempore Abrahæ, parùm fuiſſet reſpectu ejus.* Nihilominùs certum eſt, ut etiam Lyra ibidem fatetur, quòd Spiritus Sanctus abſolutè eum laudet, ſingularem ejus, & eminentem virtutem, & heroicam ſanctitatem extollat, & ſummis laudibus efferat, inquit Oleaſter, eò quòd ſevierit Deo in ſæculo, & ætate tam depravatâ, & fuerit ſanctus inter homines illius temporis, quò omnes penè erant corruptiſſimi. *Noë vir juſtus atque perfectus in generationibus ſuis*, id eſt, *inter homines illius temporis.* Et hæc eſt communior expoſitio SS. Patrum, & litteræ conformior, accipiendo hanc vocem, *Generatio*, pro ætate, idque ex variis ſacræ Paginæ teſtimoniis confirmat ex Eccleſiaſtico: *Generatio advenit, generatio præterit*; Et ex illo Geneſeos: *Generatione quarta revertetur huc.* Et meritò Sacer Textus virtutem Noemi collaudat, ejuſque ſanctitatem exaltat, quia inter perverſos ejus vita fuit continua imitatio divinæ, & perennis timor Dei, quò ſemper coram Deo ambulabat. Totum hoc ſonant verba illa: *Noë vir juſtus, atque perfectus in generationibus ſuis*; & ſtatim ſubjungit: *Cum Deo ambulavit.* Quæ juxtà interpretationem Oleaſtri, huuc reddunt ſenſum: *Senſus eſt, conformavit voluntatem ſuam voluntati divinæ; hoc eſt enim cum Deo ambulare, aut cum aliquo; cùm quis illum è veſtigio ſequitur, aut pari cum eo paſſu incedit.* Studebat igitur Noe totis viribus Deo in omnibus placere, & ne ad latum quidem unguem ab ejus placitis recedere, quibus ſtudiis eum ſibi propitium, & faventem devinciret, in omnibus explorans ejus divinam voluntatem, cui ſuam, obediens conformaret. Idem adnotavit Oleaſter in verbis ſubſequentibus: *Noë verò invenit gratiam in oculis Domini*, ad quem curioſum lectorem remittimus.

Lyra hic.

Eccleſ. 1. v. 4.

Gen. 15. v. 16.

Oleaſt. in c. 6. Gen.

Gen. 6. v. 9.

7. Ex quibus colligimus tamquàm certiſſimum, quòd vitam ducere ſanctam inter malos, & peccatores, ſit notæ, & probatæ virtutis argumentum, & idcircò virtus, & ſanctitas Sponſæ eſt celeberrima habita: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Quemadmodùm candidiſſimum lilium, vel, ut placet

Digitized by Google

noſtro Sotomajor, pulcherrima Roſa, gratiſſima eminet inter ſpinas; ita Eccleſia ſancta inter nationes Idololatricas, vel anima juſta inter gentem peccatricem, & perverſam. In hôc ſenſu explicat hanc ſimilitudinem Eminentiſſimus noſter Cardinalis Hugo: *Anima inter aculeos carnalium concupiſcentiarum integra, inter pungentes ſollicitudines illæſa, inter malignantes bona, inter diſſidentes pacifica, quid aliud eſt, quàm lilium inter ſpinas?* Eſt itaque ſingulare Dei beneficium, & ſpecialis gratia, quam ipſe nobis concedit, quod inter peccatores ſanctè vivamus. Quod proſequens devotiſſimus Bernardus, in has voces exclamat: *O candens lilium! O delicate flos! vide quomodò cautè ambules inter ſpinas.* Quomodò duritiei ſpinarum non dilaceravit & contrivit hunc florem, & quî poteſt blanda mollities floris reſiſtere duritiei ſpinarum? *Verſari in hu, & minimè ladi*, inquit melliſluus Doctor, *divinæ potentiæ eſt, non virtutis ſuæ.* Videtur ſanè ſanctus Abbas loqui cum hâc devotâ muliere Evangelii, quæ inter turbas, (apud quas ſemper malè cedit virtuti) fidem ſervavit, & in amore Dei conſtans, & immaculata perſtitit.

Hugo Card. hic

S. Bern. in hunc locum Cantic.

Magnis, & miris encomiis celebrat ſanctus Propheta Daniel honeſtatem, & pudicitiam ſanctæ Suſannæ, aſſeritque hoc maximè illuſtrare ejus caſtitatem, eamque reddere celebrem, omnique laude dignam, quòd inter laſcivas & meretrices, caſta fuerit, & pudica: *Sic facitebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes, loquebantur vobis ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.* Invehitur ſanctus Propheta in ſenes illos lenones, qui ejus pudicitiam labefactare tentaverant. Putabatis vos, inquit Propheta, habere negotium cum filiabus Iſraël, verùm ipſa eſt filia Iudæ. Notate, inquit Carthuſianus, quòd filiæ Iſraël, & non Iudæ dicantur: *Filia Iſrael, non Iuda vocantur, quia peccantes ſecuta ſunt averſionem decem Tribuum, quæ nomine Iſrael deſignantur, non conſtantiam Tribus Iuda, quæ, illis idololatrantibus, in Dei cultu permanſit.* Non abs re vocavit caſtam Suſannam, filiam Iudæ, cæteras verò filias Iſrael, quemadmodùm enim Tribus Iſraël apoſtatârunt à fide in Idololatriam prolapſæ, & tribus Iuda conſtans permanſit, ita etiam Suſanna hujus imitans exemplum, inter laſcivas caſta remanſit. Spiritus ergò ſanctus exiſtimavit laudandam Suſannam, eò quòd inter inhoneſtas fuerit pudica, quemadmodùm Tribus Iuda celebratur, eò quòd inter Idololatras fidelis perſtiterit, id eſt, *Sed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.* Magno indiget anima, Dei adjutorio, ut igni proxima, non comburatur, & vivens inter turbas, & hujus vitæ tumultus, non coinquinetur, & perdatur.

Daniel. 13. v. 57.

Dionyſ. Carthuſ. hic.

Ponderat ſanctus Ambroſius, quòd Sponſa ſancta quærens per vicos, & plateas Ieruſalem Sponſam cæleſtem, eum non inveniat inter cives, & vicinos, neque inter vigiles, & cuſtodes Civitatis, & quòd dicat ſe eum confeſtim reperiſſe, ubi eorum conſortium declinavit: *Paululum cùm pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea.* Infert ex hoc antecedenti conſequentiam valdè doctrinalem, & nobis omnibus apprime neceſſariam: *Ergo cùm tranſierit cuſtodes, verbum invenit.* Quòd Sponſa quærens dilectum ſuum inter tumultus & turbas Civitatis non inveniat, quòdve neceſsè fuerit clam egredi, & conſortia declinare ad eum inveniendum, ejuſque dulciſſimo colloquio fruendum, nos inſtruit, & docet quanti referat evitare mala conſortia, in quibus difficillimè Deus reperitur: *Ergo cùm tranſierit cuſtodes, verbum invenit.* Ex quô infero conſequenter certiſſimam eſſe virtutem, & probatiſſimam ſanctitatem illius animæ, quæ calcatis omnibus mundi nequitiis, & peſſumdatis cunctis periculis, & incommodis ſe veluti roſam inter ſpinas abſque ullâ læſione immunem conſervat, & inter Tribus apoſtatantes ſine Idololatriæ peccato immaculatam tuetur. Eſt ſanctus approbatus, qui inter peccatores ſuſtinet juſtitiam, & munditiem animæ integram ſervat. 9.

Cant. 3. v. 4.

S. Ambr. lib. de Iſai. c. 4.

In libro Eccleſiaſtici contexit Spiritus ſanctus inſignes Panegyricos in laudem ſancti adoleſcentis Ioſephi, filii Patriarchæ Iacob, in quibus eum uti cæteris eminentem, extollit, & prædicat: *& Ioſeph, qui natus eſt homo, Princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi.* Si attentiùs ſingula notaveritis, deprehendetis ſacram Scripturam, Ioſephum in omni ſtatu, tempore, & ætate encomiis exornare. Quia conſiderat eum puerum inter ſuos fratres, ſervum in domo Putipharis, Magnatem in aulâ Pharaonis, & totius Ægypti Gubernatorem, ſecundum à Rege, & ubique eum ſummis laudibus dignum, & virtutum heroicarum præconiis celebrem reperit. Plures ad hoc rationes excogitari poſſunt, prima tamen, & principalior videtur fuiſſe, 10.

quæque

quæque ejus virtutem approbavit, & sanctitatem sublimavit, quòd Ioseph vixerit centum & decem annis, & quidem sedecim primis inter invidos fratres suos, non solùm laborantes invidiâ (quæ ne quidem fratri parcit) sed etiâ pessimo quodam, & contagioso malo, cujus nomen proprium, propter abominationem ejus subticens sacer Textus, vocat id, crimen pessimum. In hâc ætate fuit venditus in Ægypto, & ibi egit servum, captivum, & Gubernatorem. Neque umquàm malitia fratrum, aut Ægyptiorum Idololatria, aut incontinentia lascivæ uxoris Domini sui, neque conversatio plurium annorum cum malefactoribus concaptivis, neque ulla prosperitas, vel adversitas fortunæ firmam animi ejus constantiam labefactare potuerunt; semper immobilis, sive ViceRex, & Gubernator Ægypti, sive servus, sive captivus, idem omninò Ioseph permansit. Semper, inquam, similis tertiæ regioni aeris, quam nullæ nubes attingunt, & semper serenâ gaudet aëris temperie, similis monti Olympo de quo narratur, quòd (licèt montes altiores, magis ventorum agitationi, & turbini exponantur) ipse solus à tempestatibus sit immunis. Et disucidè hoc ipsum comprobatur, quia quod uno anno in vertice montis aeneæ inscribitur, anno sequenti idem scriptum perseverans deprehenditur; evidens signum, ventorum turbines eò non pertingere. Et ratio hujus in promptu est dicunt expositores, quia est adeò excelsus, ut nubes excedat, in quibus venti, & tempestates efformantur. Unde breviter dixit Poeta: *Nubes excedit Olympus.* Jure itaque merito non solùm in libro Ecclesiastici, sed in plurimis aliis sacræ Scripturæ locis sese explicat, & extendit Spiritus Sanctus in laudes ejus, cantat victorias, & virtutes ejus miris, encomiis exornat.

Lucanus lib. 2.

11. In secundo capitulo Apocalypseos sancti Ioannis in tertiâ epistolâ Deus plurimum Episcopo Pergami se devinctum testatur, propter obsequia sibi præstita eique gratum animum beneficiis sibi impensis demonstrans, ait: *Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ*, vel ut Græcus legit: *ubi thronus est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam*, id est, vivis inter hæreticos, diaboli clientes, & tamen Christianam ducis vitam, & non solùm fidem non abnegasti, sed etiam eam constans tueris, eamdemque alios, obgannientibus & contradicentibus hæreticis, edoces, prædicas, & commendas. *Laudatur*, inquit Lusitanus noster, *quòd habitans ubi sedes est Satanæ, tamen nomen Dei, fidemque retineat, hoc est, bonus inter malos sit.* Loquens Divus Gregorius Nazianzenus magnâ animi demissione de se, & sancto Basilio Athenis commoranubus, ubi dæmones ab omnibus passim colebantur, & ab ipsis spernebantur, in hæc verba prorumpit: *Illic Dæmones contemnentes: ubi in miris â laude sunt dæmones.* Et postmodùm subsequentia subjungit: *Quod si quis est, aut esse creditur fluvius, per mare, dulcis fluens, aut animal in igne, quò omnia consumuntur, saliens, nos sic inter æqualium greges eramus.* An forsan umquàm audistis fluvium dulcem, mare salsum percurrere, absque jacturâ dulcedinis, aut animal aliquod in igne ardente servari illæsum? Tales nos eramus Athenis, quia in mari tam spacioso, & pleno superstitionibus, & hæresibus, non perdidimus dulcedinem fidei. Non minori laude digna est hæc mulier Evangelica, quia cohabitans malis & perversis, novit servare fidem, neque se immiscuit peccatis alienis, quinimò constanter restitit, & generosè innocentiam Christi propugnavit, & defendit. *Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti.*

Apoc. 2. v. 13. Textus Græc.

Virgas hic. D. Greg. Nazian. in laudib. Basilii.

Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei, &c.

Consideratio VI.

De Præsentatione Beatissimæ Virginis Mariæ in Templo, ubi ostenditur, quòd fructus virtutum, quò sunt præcociores, eò coram oculis divinis esse gratiores; & agitur de sacrificiis, quæ parentes debent pro filiis Deo immolare, ad imitationem & exemplum illius, quod sancti Parentes Deiparæ, hodierno die, Deo obtulerunt.

1. Prima pars cōsiderationis.

VOluit hæc proba, & devota mulier, ex dignitate Maternitatis colligere excellentiam gratiæ, & meritorum sacratissimæ Virginis. Cui Christus hisce dictis occurrit, quòd ea cum obedientiâ erant mensuranda, quâ ipsa Virgo attentâ aure Verbo Dei obedivit, &

Digitized by Google

nostro Sotomajor, pulcherrima Rosa, gratissima eminet inter spinas; ita Ecclesia sancta inter nationes Idololatricas, vel anima justa inter gentem peccatricem, & perversam. In hòc sensu explicat hanc similitudinem Eminentissimus noster Cardinalis Hugo: *Anima inter aculeos carnalium concupiscentiarum integra, inter pungentes sollicitudines illæsa, inter malignantes bona, inter dissidentes pacifica, quid aliud est, quàm lilium inter spinas?* Est itaque singulare Dei beneficium, & specialis gratia, quam ipse nobis concedit, quod inter peccatores sanctè vivamus. Quod prosequens devotissimus Bernardus, in has voces exclamat: *O candens lilium! O delicate flos! vide quomodò cautè ambules inter spinas.* Quomodò durities spinarum non dilaceravit & contrivit hunc florem, & qui potest blanda mollities floris resistere duritiei spinarum? *Versari in hu, & minimè ladi*, inquit mellifluus Doctor, *divina potentia est, non virtutis sua.* Videtur sanè sanctus Abbas loqui cum hâc devotâ muliere Evangelii, quæ inter turbas, (apud quas semper malè cedit virtuti) fidem servavit, & in amore Dei constans, & immaculata perstitit.

Hugo Card. hic

S. Bern. in hunc locum Cantic.

Magnis, & miris encomiis celebrat sanctus Propheta Daniel honestatem, & pudicitiam sanctæ Susannæ, asseritque hoc maximè illustrare ejus castitatem, eamque reddere celebrem, omnique laude dignam, quòd inter lascivas & meretrices, casta fuerit, & pudica: *Sic faciebatu filiabus Israel, & illa timentes, loquebantur vobu sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram.* Invehitur sanctus Propheta in senes illos lenones, qui ejus pudicitiam labefactare tentaverant. Putabatis vos, inquit Propheta, habere negotium cum filiabus Israël, verùm ipsa est filia Judæ. Notate, inquit Carthusianus, quòd filiæ Israël, & non Judæ dicantur: *Filia Israel, non Iuda vocantur, quia peccantes secuta sunt aversionem decem Tribuum, qua nomine Israel designantur, non constantiam Tribus Iuda, qua, illis idololatrantibus, in Dei cultu permansit.* Non abs re vocavit castam Susannam, filiam Judæ, cæteras verò filias Israel, quemadmodùm enim Tribus Israeel apostatârunt à fide in Idololatriam prolapsæ, & tribus Iuda constans permansit, ita etiam Susanna hujus imitans exemplum, inter lascivas casta remansit. Spiritus ergò sanctus existimavit laudandam Susannam, eò quòd inter inhonestas fuerit pudica, quemadmodùm Tribus Iuda celebratur, eò quòd inter Idololatras fidelis perstiterit, id est, *Sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram.* Magno indiget anima, Dei adjutorio, ut igni proxima, non comburatur, & vivens inter turbas, & hujus vitæ tumultus, non coinquinetur, & perdatur.

Daniel. 13. v. 57.

Dionys. Carthus. hic.

9. Ponderat sanctus Ambrosius, quòd Sponsa sancta quærens per vicos, & plateas Ierusalem Sponsam cælestem, eum non inveniat inter cives, & vicinos, neque inter vigiles, & custodes Civitatis, & quòd dicat se eum confestim reperisse, ubi eorum consortium declinavit: *Paululum cùm pertransissem eos, inveni, quem diligit anima mea.* Infert ex hoc antecedenti consequentiam valdè doctrinalem, & nobis omnibus apprimè necessariam: *Ergo cùm transierit custodes, verbum invenit.* Quòd Sponsa quærens dilectum suum inter tumultus & turbas Civitatis non inveniat, quòdve necesse fuerit clam egredi, & consortia declinare ad eum inveniendum, ejusque dulcissimo colloquio fruendum, nos instruit, & docet quanti referat evitare mala consortia, in quibus difficillimè Deus reperitur: *Ergo cùm transierit custodes, verbum invenit.* Ex quô infero consequenter certissimam esse virtutem, & probatissimam sanctitatem illius animæ, quæ calcatis omnibus mundi nequitiis, & pessumdatis cunctis periculis, & incommodis se veluti rosam inter spinas absque ullâ læsione immunem conservat, & inter Tribus apostatantes sine Idololatriæ peccato immaculatam tuetur. Est sanctus approbatus, qui inter peccatores sustinet justitiam, & munditiem animæ integram servat.

Cant. 3. v. 4.

S. Ambr. lib. de Ijai. c. 4.

10. In libro Ecclesiastici contexit Spiritus sanctus insignes Panegyricos in laudem sancti adolescentis Iosephi, filii Patriarchæ Iacob, in quibus eum uti cæteris eminentem, extollit, & prædicat: *& Ioseph, qui natus est homo, Princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi.* Si attentiùs singula notaveritis, deprehendetis sacram Scripturam, Iosephum in omni statu, tempore, & ætate encomiis exornare. Quia considerat eum puerum inter suos fratres, servum in domo Putipharis, Magnatem in aulâ Pharaonis, & totius Ægypti Gubernatorem, secundum à Rege, & ubiquè eum summis laudibus dignum, & virtutum heroicarum præconiis celebrem reperit. Plures ad hoc rationes excogitari possunt, prima tamen, & principalior videtur fuisse, quæque

Digitized by Google

quæque ejus virtutem approbavit, & sanctitatem sublimavit, quòd Ioseph vixerit centum & decem annis, & quidem sedecim primis inter invidos fratres suos, non solùm laborantes invidiâ (quæ ne quidem fratri parcit) sed etiã pessimo quodam, & contagioso malo, cujus nomen proprium, propter abominationem ejus subticens sacer Textus, vocat id, crimen pessimum. In hâc ætate fuit venditus in Ægypto, & ibi egit servum, captivum, & Gubernatorem. Neque umquàm malitia fratrum, aut Ægyptiorum Idololatria, aut incontinentia lascivæ uxoris Domini sui, neque conversatio plurium annorum cum malefactoribus concaptivis, neque ulla prosperitas, vel adversitas fortunæ firmam animi ejus constantiam labefactare potuerunt; semper immobilis, sive ViceRex, & Gubernator Ægypti, sive servus, sive captivus, idem omninò Ioseph permansit. Semper, inquam, similis tertiæ regioni aeris, quam nullæ nubes attingunt, & semper serenâ gaudet aëris temperie, similis monti Olympo de quô narratur, quòd (licèt montes altiores, magis ventorum agitationi, & turbini exponantur) ipse solus â tempestatibus sit immunis. Et disertè hoc ipsum comprobatur, quia quod uno anno in vertice montis arenæ inscribitur, anno sequenti idem scriptum perseverans deprehenditur; evidens signum, ventorum turbines eò non pertingere. Et ratio hujus in promptu est dicunt expositores, quia est adeò excelsus, ut nubes excedat, in quibus venti, & tempestates efformantur. Unde breviter dixit Poëta: *Nubes excedit Olympus.* Jure itaque merito non solùm in libro Ecclesiastici, sed in plurimis aliis sacræ Scripturæ locis sese explicat, & extendit Spiritus Sanctus in laudes ejus, cantat victorias, & virtutes ejus miris, encomiis exornat.

Lucanus lib. 2.

II. In secundo capitulo Apocalypseos sancti Ioannis in tertiâ epistolâ Deus plurimum Episcopo Pergami se devinctum testatur, propter obsequia sibi præstita eique gratum animum beneficiis sibi impensis demonstrans, ait: *Scio ubi habitat, ubi sedes est Satanæ*, vel ut Græcus legit: *ubi thronus est Satanæ. & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam*, id est, vivis inter hæreticos, diaboli clientes, & tamen Christianam ducis vitam, & non solùm fidem non abnegasti, sed etiam eam constans tueris, eamdemque alios, obgannientibus & contradicentibus hæreticis, edoces, prædicas, & commendas. *Laudatur*, inquit Lusitanus noster, *quòd habitans ubi sedes est Satanæ, tamen nomen Dei, fidemque retineat, hoc est, bonus inter malos sit.* Loquens Divus Gregorius Nazianzenus magnâ animi demissione de se, & sancto Basilio Athenis commorantibus, ubi dæmones ab omnibus passim colebantur, & ab ipsis spernebantur, in hæc verba prorumpit: *Illic Dæmones contemnentes: ubi in mirisi â laude sunt dæmones.* Et postmodùm subsequentia subjungit: *Quod si quis est, aut esse creditur fluvius, per mare, dulcis fluens, aut animal in igne, quò omnia consumuntur, saliens, nos sic inter æqualium greges eramus.* An forsan umquàm audistis fluvium dulcem, mare salsum percurrere, absque jacturâ dulcedinis, aut animal aliquod in igne ardente servari illæsum? Tales nos eramus Athenis, quia in mari tam spatioso, & pleno superstitionibus, & hæresibus, non perdidimus dulcedinem fidei. Non minori laude digna est hæc mulier Evangelica, quia cohabitans malis & perversis, novit servare fidem, neque se immiscuit peccatis alienis, quinimò constanter restitit, & generosè innocentiam Christi propugnavit, & defendit. *Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti.*

Apoc. 2. v. 13. Textus Græc.

Virgas hic. D. Greg. Nazian. in laudib. Basilii.

Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei, &c.

Consideratio VI.

De Præsentatione Beatissimæ Virginis Mariæ in Templo, ubi ostenditur, quòd fructus virtutum, quò sunt præcociores, eò coram oculis divinis esse gratiores; & agitur de sacrificiis, quæ parentes debent pro filiis Deo immolare, ad imitationem & exemplum illius, quod sancti Parentes Deiparæ, hodierno die, Deo obtulerunt.

VOluit hæc proba, & devota mulier, ex dignitate Maternitatis colligere excellentiam gratiæ, & meritorum sacratissimæ Virginis. Cui Christus hisce dictis occurrit, quòd ea cum obedientiâ erant mensuranda, quâ ipsa Virgo attentâ aure Verbo Dei obedivit, & cum

I. Prima pars cõsiderationis.

Digitized by Google

cum solerti diligentiâ, & vigilanti curâ, quâ illud custodire studuit, hoc sonat, juxtà saniorem interpretationem, illud: *Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Si interrogemus sanctum Bernardum, quantâ diligentiâ, & sollicitudine B. Virgo Dei vocationi acquieverit? respondebit nobis, quòd triennis, & penè infans se Deo consecraverit.

D. Bern. super illa verba Aspecal. 12. Habebat in capite coron. stell.

Triennis in Templo præsentata est Beata Virgo, & in contubernio Virginum posita, nondùm plenè verba formabat, & jam gressu maturo incedebat, ut non infantula putaretur, sed grandeva. Verùm sanctus Gregorius Nyssenus asserit eam etiam triennium prævenisse, & eôdem tempore, quò Mater ejus Anna eam ablactavit, (quod fieri solet anno secundo ætatis, & aliquandò citiùs) fuisse à parentibus, Deo in Templo præsentatam: *Cùm autem puella jam tam grandiu evasisset, ut mamma admoveri eam amplius opus non esset: haud cunctata est eam in Templum adducere*, ac si diceret: Non distulit sacra infantula corpus, & animam suam divino cultui, & servitio consecrare, neque ad adultæ ætatis annos remisit, sed vix ablactata ab uberibus matris, solemne sui sacrificium Deo obtulit, eâque oblatione, debito, cui se obstrictam agnoscebat, satisfecit.

D. Greg. Nyssen. orat. de nativit. Christi.

2. Si exactam rationem iniverimus dierum, quos Deus creationi hujus mundi impendit, comperiemus hominem die sexto fuisse creatum, fuit enim postremum opus, quò Deus primum illud tempus laboris sui terminavit. Porrò si paulò ulteriùs aciem mentis intenderimus, reperiemus, Deum die septimo sequenti ferias egisse, & diem festum quieti dedicasse, sic enim concludit S. Scriptura. *Et requievit die septimo, ab universo opere, quod patrarat* &c. *& sanctificavit illum*: Ut quid Deus primo die post creationem, hominis feriatum diem instituit? An forsitan ipse, vel homo, vel terra, quiete, seu feriis à labore indigebat? minimè gentium: Quia Deus caret membris, quæ lassari possint, neque habet potentias, & facultates animæ, quæ debilitari queant, neque spiritus vitales, qui exhalentur. Neque homo hactenùs alicujus molestiæ exercitium fecerat, quò vires ejus attenuarentur; neque terra hactenus, inculta, aratri vomerem passa erat, quò primævam fertilitatem, & nativam virtutem amitteret: Quam igitur causam hujus adinvenientibus? Opus erat Deum otiari, & hominem vacare, quiescere Deum, & feriari hominem, Deum constitui Dominum, & hominem collocari in statu subditi, & servi, quò offerret Deo omnes suas vires, potentias, & præfectiones sibi ab illo communicatas, neque ulla alia re occuparetur, quàm amando, & serviendo illi, ita ut prima dies vitæ foret etiam prima debitæ gratitudinis. Ita sentire videtur sanctus Augustinus, qui ponderans hunc locum, sic fatur: *Deum ergò requie visse, est creatura rationali, in se requiem præstitisse, ut illius scilicèt desiderio feramur, quò requiescamus.* Feriari igitur Deum, nihil aliud est, quàm hominem invitare ad quietem, eique intimare, ne illum extra se quærat. Quasi manifestiùs ipsi diceret; illum obligari à primordio vitæ ad se convertendum, ad Deum, offerendo ipsi in gratiarum actionem, omnia beneficia, per creationem accepta, & solvendo ipsi tributum, tot titulis Deo debitum.

Gen. 2. v. 3.

D. Aug. in Gloss.

3. Hæc cum ita sint, necessariò concedere debemus, Beatissimam Virginem speciali obligationis vinculo fuisse adstrictam se Deo consecrandi, quia enim super omnes creaturas in donis naturæ, & perfectionibus, & potentiis animæ fuit sublimata, majori gratitudinis debito remansit obstricta, quæ in hôcce principio fundatur. Et suppositâ hac obligatione se dedicandi Deo, consequenter dicere debemus, eam fuisse devinctam præsentandi se in Templo, & cultui ipsius Dei se mancipandi. Quia hoc commodissimum erat medium, muneri suo satisfaciendi, & ut sacrificium ex omni parte foret perfectum, obtulit se cum tantâ animi promptitudine, & tam læto cordis desiderio, ut numquàm aliud quidpiam ipsi magis in votis fuisse videatur; ingressa est enim cantans Psalmos Graduales, juxtà antiquam traditionem, ut toti mundo notum faceret affectum, & amorem, quò se Deo præsentabat. Et, quamvis in hôc sacrificio plures circumstantiæ majorem ponderationem mereantur, & largiores discursus exigant, solummodò tamen celerem illam, & anticipatam festinationem, instituto hujus festivitatis maximè conformem, expendemus.

4. Considerans S. Ioannes Damascenus Sacratissimam Virginem extrà domum suorum parentum constitutam, & ab illis, Deo præsentatam in Templo, & speciali voto ejus cultui, & servitio consecratam, in hæc verba loqui-

Digitized by Google

loquitur: *In domo Domini plantata, omnis virtutis habitaculum facta est*; id est, omnium virtutum receptaculum, in quò veluti in domo habitabant. Et paulò post: *Ab omni sæculari vita, & carnali concupiscentia procul mentem sequestrans*, id est, adeò erat ab omnibus sæcularibus, & mundanis sequestrata, ut potiùs divina, quàm humana videretur. Primo hic similitudinem, quâ utitur Sanctus, comparans Virginem plantæ, quæ ab uno ad aliud solum transferetur: hoc est; *in domo Domini plantata*. Eâdem etiam usus fuit D. Chrysostomus, ponderans festinam illam oblationem, qua Anna Mater Samuelis filium suum Deo immolavit, & dedicavit: *Anna filium præter spem præeminatum à domo transtulit, & in Templum transplantavit, ubi sunt fontium scatebræ, & irrigationes spirituales.* Ac si diceret; egit Anna in oblatione filii sui, sicut industris agricola, qui, postquàm semen in terram abjecerit, & conspexerit à semine factam arborem, non relinquit in eâdem terrâ, sed indè revulsam plantulam in aliud transfert solum, ut terra, in recèns gremio suo exceptam illius radicem, puram, & integram, vim suam proferat, ad novam educationem, & profectum: quia tota ejus fertilitas in transplantatione consistit. Ita Anna Puerum suum in tenerâ ætate, è domo suâ ad Templum Domini transtulit, ut in domo illâ, ubi copiosiora gratiæ flumina, & virtutum, donorumque spiritualium scatebræ abundantiùs reperiuntur, augeretur virtutibus, & meritis excresceret. Hoc ipsum, sed potiori ratione dixit S. Ioannes Damascenus, de Beatâ Virgine: *In domo Domini plantata.* Fuitque adeo fælix hujus puellulæ præsentatio, & transplantatio ad Templum Domini, ut illicò ausus fuerit S. Doctor eam vocare, nedum arborem Spiritûs sancti omnigeno fructuum genere gravidam, & plenam; sed etiam paradisum deliciarum, omnium virtutum, varietate consitum, & refertum. Tales enim fructus ab educatione primâ, & conversatione cum probis in teneris annis proferuntur.

S. Ioan. Damasc. de Præsentat. B. Virg.

D. Ioan. Chrys. hom. 2. de S. Anna & Samuele. tom. 1.

Cant. 5. v. 14. S. Hiero. sup. c. 2. Ezech. Septuag. apud Sotomajor hic. D. Greg. Nyss. hic.

5. Ponderate verba illa mysteriis plena, quibus S. Sponsa suum delineat Sponsum: *Venter ejus eburneus, distinctus Sapphyris.* S. Hieronymus, & Septuaginta ita transferunt: *Venter ejus tabula eburnea*, Quæ verba S. Greg. Nyssen. de tabulis legis interpretatur, quas Deus volebat homines continuò præoculis habere, easque incessanter ruminando contemplari: effectus proprius Sapphyri, juxtà illud Deuteronomii, *pone eos ante oculos semper.* Verba autem Sancti ita sonant: *Cærulei, ac cælestis coloris, ac proinde colore suo oculos fatigatos recreare* &c. Verbum cùm hæ tabulæ sint symbolum ventris Sponsi, sitque locus, ubi filii generantur, idem fuit ac si diceret, quòd cum tabulâ illâ a ventre matris suæ deberent foveri, & educari, & inde ipsis communicaretur doctrina ejus, ut nullo unquam tempore ipsius possent oblivisci. Volebat Deus, ut unà cum lacte, filii virtutem sugerent, dum teneriores essent plantulæ, ut posteà grandiores factæ copiosiores fructus producerent. Porrò hæc divina vota, & desideria, in hac solâ infantulâ, suum assecuta sunt finem, quia in illâ solâ, esse, & Sanctam esse simul reperta fuerunt. Et manifeste apparet ibi divinam gratiam fuisse operatam, quæ ablactata ab uberibus matris è vestigio sese præsentavit Deo, & consecravit, ejusque infantilis ætas, erat vernantissimum ver, quod fœcundissimos gratiæ fructus mundo pollicebatur. Quia, quæ tam manè antevenit tempus quærendi Deum, ut solo tempore sugendi lac uberum, suos cognoverit parentes terrenos, evidenter ostendebat, quòd processu ætatis, etiam maximè in exercitiis virtutum proficeret; quemadmodùm reipsâ contigit, semel namque oblata in Templo, vixit undecim annis unà cum aliis puellulis, quæ Templo Domini deputatæ, ejusque servitio consecratæ, ibidem commorabantur.

6. Sanctus Hieronymus differens de exercitiis, & occupationibus, quibus Beata Virgo hisce annis destinebatur ita, loquitur: *Beata Virgo, quando in Templo morabatur, à manè usque ad tertiam, orationibus instabat, donec Angelus veniebat de cujus manu cibum sumebat, cibum verò cum aliis virginibus comedebat.* Quæ testimonia in compendium reducta, clarè demonstrant, quàm libera fuerit ab omni mundanâ sollicitudine, quàmque sedulò, Dei obsequio occupata, utpote, quæ omne tempus necessario ornatui Templi, vel Dei ministerio & cultui impendebat, & toto eô tempore, quô Templo serviebat, ei ab Angelo cibos fuisse subministratos. Quæ omnia erant dispositiones præviæ illius, quod Deus

6. D. Hier. ep. ad Heliod. to. 4. D. Bern. super illa verba Apoc. 12 habebat &c.

Digitized by Google

Deus in eâ faciendum decreverat. Eâque de causâ paulatim præparavit puritatem corporis, & animæ suæ, ab lactandum, tanquam vera Mater, Filium Dei incarnatum.

7. Variæ sunt expositiones, & explicationes allegoricæ, quibus sacri Interpretes solvunt illud ænigma Ezechielis, quo de aquilâ alarum magnarum proponit. *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & transportavit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum posuit illam.* In sensu litterali historico, loquitur hic locus de Nabuchodonosore, quando armorum vi, & violentâ manu invasit Ierosolymam, & Templum Dei, & Optimates populi captivos abduxit. Quòd autem hoc facer Textus intendat, liquet ex alio simili sacræ Scripturæ testimonio (secundùm doctrinam enim Sancti Augustini) optimus modus explicandi Scripturæ locum, est, eum simili Textu confirmare. Oseas igitur de eodem facto loquens dixit: *Quasi Aquila super domum Dei*, ita ut, quod Ezechiel vocavit Libanum, Oseas domum Dei nuncupârit. Neque novum est, adnotante S. Hieronymo, Libanum, Templum Domini, nominari: *Crebrò in sacra Scriptura Templum, quod erat inclytum, & sublime, Libanus appellatur.* In sensu mystico explicant sancti Patres eundem locum de Deiparâ Virgine, quæ conscendens summitatem montis Libani Sanctissimæ Trinitatis, tulit indè medullam Cedri, scilicèt, Verbum æternum, è sinu Patris, & incarnatum detulit ad terram extraneorum, id est, ad nostram vallem miseriarum, quia hic mundus est terra negotiationis, in quâ solâ negotiamur salutem animarum, neque in toto mundo, sed *in urbe negotiatorum*, videlicet, Ecclesiâ sanctâ, & Catholicâ, in hâc enim solâ, juxtà consilium Salvatoris, vitæ æternæ merces nobis comparamus, *negotiamini, dum venio*, quia, post hanc caducam vitam, non datur negotiationis, neque meriti, vel demeriti locus.

Ezech. 17 v. 3.

D. Aug. lib. de doctrina Christ. Osea 8. v. 1. S. Hieron. hic.

Luc. 19. v. 13.

8. Id quod ego potissimùm premo in hôc loco, ad confirmationem instituti nostri, est volatus ille altissimus sacræ Aquilæ. Et si causam hujus altiùs indagare voluerimus, quarè tam sublimi alarum remigio cacumen tanti montis penetraverit, in eodem Prophetâ reperiemus; loquens siquidem de quatuor illis animalibus, quæ vidit, mysticam illam quadrigam gloriæ Dei vehentia, addit singula illa alas habuisse, sed Aquilam cætera volatu excelsisse, & superasse: *Et facies Aquila de super ipsorum quatuor.* Et quemadmodùm declarat Sanctus Augustinus, singula animalia alas habebant, Aquila verò duplicatas habebat: ita intelligit magnus Pater hæc postrema verba: *Facies Aquila* &c. Inquirit Sanctus rationem, cur cæteris animalibus binas alas habentibus, sola Aquila quatuor habuerit? Et appositè respondet, quòd, quia Aquilæ mox à nativitate alæ enascuntur, quas ei naturæ vis, & operatio adhuc in nidulo jacenti procreat, ideò etiam videtur tantâ volandi excellentiâ, cætera animalia currum gloriæ trahentia antecellere, aliis enim, verbi gratiâ, Leoni, Homini, & Bovi, non nisi jam provectioribus, alas mutuas natura concessit.

D. Aug. cit. in lib. qui dicitur statua Ninive captiva & libera consid. 5.

9. Tecum loquitur. ò sanctissima puellula, & Regina Angelorum, quæ hodie fuisti præsentata Deo in Templo, & electa ab æterno in Matrem ejus. Aquila fuisti divina, quæ, gratiâ nulli alteri creaturæ concessâ, ad summitatem Libani evolasti; sed quia jam in ipso nidulo tuo, in utero Matris tuæ alas gratuitò recepisti, à bimatu tuo, biennis volare cæpisti è domo parentum tuorum ad Templum Dei, & quæ in tam tenera ætate, tam alto volatu transcendit, successu temporis, post decem annos erunt sublimissimi ejus volatus, & è terris volabit ad cælum, & conscendens cacumen Libani Sanctissimæ Trinitatis, dabit nobis in terris Deum, hominem factum. Quemadmodùm enim, quia bovi, id est, homini malâ consuetudine gravi, & onere peccatorum suppresso, & multorum annorum vitiis lassato, (etiam dum volat jam in decrepitâ senectute, & seriùs ad Deum convertitur) datur ei favor, & auxilium simplex, ita etiam puero, qui perveniens ad usum rationis, cogitatione, & desiderio, quasi alis ad cælestem gloriam anhelat, convenientissimum est, ut ei duplicatæ alæ, & majores gratiæ favores donentur, ut manifestum fiat, quam grata sit Deo præcox infantiæ virtus, & quàm acceptum sit sacrificium sui quod pueri, vel adolescentes in flore ætatis faciunt Deo, ne mundus gloriari possit, ic, & non Deum primitias ipsorum habuisse.

10. Quando Christus mundo declaravit, quàm utilis, & commodus esset meritis suis, quamque necessaria essent hominibus sua opera, semet-

Digitized by Google

Ioan. 5. v. 1. metipsum vitem veram appellavit: *Ego sum vitis vera.* Et Sacratissima Virgo, quæ inter creaturas, copiosiores protulit fructus virtutum, dicit se simillimam viti veræ: in hoc enim sensu, jam explicuimus verba illa Sapientis: *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris*; Sed indagemus quis, qualisve fuerit fructus ille, quem produxit? *Suavitatem odoris*; Si pervolveritis librum, qui dicitur de naturis rerum, comperietis, serpentes fugere odorem vineæ floreſcentis; Idem diserte dixit Sanctus Bernardus, explicans verba illa Canticorum: *Vineæ florentes dederunt odorem suum. Hic odor serpentes fugat, ajunt enim floreſcentibus vineis, omne reptile venenatum excedere loco, nec ullatenùs ferre odorem novorum fructuum.* Talem enim antipathiam habent inter seſe. Voluit igitur Sacratissima Virgo dicere, quòd semetipsam florentem Deo obtulerit, & quòd à teneris unguiculis incœperit bellum inferre peccato, in quò maximè assimilabatur veræ viti, Filio suo JESU Christo, qui etiam in primævo ætatis flore, adhuc infans, & elinguis, *Antequam puer sciat vocare patrem & matrem*, devicit diabolum, & de inferno triumphavit. Quò Mater simul, & Filius nos docuerunt, quòd in flore ætatis debeamus nos Deo sacrificare, hoc est, quòd debeamus nos in primo instanti usùs rationis ad Deum convertere: Hoc enim sacrificium divinis oculis est acceptatissimum, simul & gratissimum.

Ecclesi. 24. v. 23.

Lib. de natura rer. 17. verba vineæ. D. Bern. serm. 60. in Cant.

Isai. 8. v. 4.

11. Neque judicetis (parentibus loquor) ineptam pueritiam, seu teneros annos filiorum vestrorum, quò minùs illos Deo offeratis, inquit sanctus Ambrosius, ponderans illud convivium quòd Christus sequentibus se in deserto paravit: *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptu mulieribus, & parvulis.* Dicit igitur Sanctus Ambrosius: *Noli ergo à Christo arcere infantes, quia ipsi pro Christi nomine subiere martyrium, vocat eos Dominus, & tu prohibes? & de ipsis Dominus ait: Sinite parvulos venire ad me.* Nullâ ratione excusantur parentes, ut non offerant Deo filios suos, sed in omni ætate, etiam parvulos immolare tenentur. Parvuli erant, qui ipsum per deserta sequebantur. *Exceptis parvulis.* Parvuli erant, qui pro Christo sanguinem suum fuderunt. *Herodes occidit pueros.* Et hos ad se accersit Salvator mundi: *Sinite parvulos.* Manifestans se in hôc quàm magni æstimet sacrificium matutinum, hoc est, quod ipsi in primis vitæ crepusculis immolatur, quamque pensi habeat primitias annorum, jam ad usum rationis attingentium, quemadmodùm sanctus Alcimus hisce versibus decinit.

Matth. 14. v. 21. D. Amb. ibidem.

Marci 10 v. 14.

Matt. 2. v. 16.

Nulla Deo, siquidem, est acceptior hostia, quàm qua
Immaculata sibi, primùs offertur in annis.

D. Alcim lib. ad sororem.

Ideòque subjungit sacrificium agnorum, quod Abel obtulit Deo fuisse maximè gratum, & acceptum.

Sic quondam, cùm prima novo splenderet ortu.
Terra nitens, pulchrasque daret sua semina fruges.
Viventem ducens ad sancta Altaria fœtum,
Innocuum placuisse Deo, balatibus agnum,
Insinuante Deo, justus cognoverat Abel,
Cum capite oblato, placet grex unus ab uno.

Alludit sanctus Poeta, ad illud Geneseos, ubi de Abele narratur: *Abel obtulit de primogenitis gregis sui* &c.

Gen. 4. v. 2.

Difficilia sunt intellectu verba illa Psalmi: *Ex utero ante luciferum genui te.* In quibus introducitur Pater æternus loquens unigenito suo de generatione æternâ, per actum infiniti intellectûs productâ, & dicit, se illum, ante luciferum, seu ante exorientis auroræ crepuscula genuisse. Et hunc sensum reddunt, omnes Versiones, quas sacri Interpretes, hisce verbis assignant; quia doctus ille Rabbinus Aquila (quem S. Hieronymus appellat ingeniosum linguæ Hebraicæ Interpretem) ita legit. *Ab utero, & diluculò tibi ros adolescentia tua*, & Symmachus, *Tamquàm diluculò tibi ros ipsa adolescentia tua.* Et Agellius. secundùm Hebræum, ita vertit: *Ex utero aurora, tibi ros pueritia tua.* Ubi notatu dignum est, quòd, quando Pater æternus agit de generatione æternâ, etiam mentionem facit infantiæ Filii sui, si enim de temporali ageret, magis appositè, & ad rem loqueretur, quia hæc mutationi ætatum subjecta est, jam pueritiæ, jam adolescentiæ, jam virili ætati &c. Verùm meminisse ipsius infantilis ætatis, quando narrat, se ipsum ab æterno genuisse, non caret mysterio. Plurima arcana in hôc Psalmo Davídico præ cæteris admirabili, & intellectu difficili, detexerunt sacri Interpretes. Quidam

Psal. 109. v. 3.

Aquila hic. Symach. Agellius. hic.

Anton. Fernand. ſeſſ 2 ſuper viſionē Danielis 27.

doctus Modernus exiſtimat, ideò Patrem æternum loquendo unigenito ſuo, hæc duo extrema adeò diſtantia, ſcilicèt, generationem æternam, & infantiam humanam cõnjunxiſſe, ut hâc ſimilitudine primæ ætatis, oſtenderet, quàm ſibi grata foret virtus, & ſanctitas Filii ſui, ſive quoad divinitatem, ſive quoad humanitatem conſiderati, quia neque ut Deus, neque ut homo unquam habuit principium, ſed ſemper fuit ſanctus: *Loquitur Pater cum Filio, quaſi ſibi in eo complacens*, quaſi diceret Pater æternus, inquit præfatus Commentator, fili mi, ideò mihi placet tua virtus, & grata eſt tua ſanctitas quia antiquitatem redolet, ex parte enim divinitatis conſiderata ſemper fuit, ex parte humanitatis ſtatim ab utero matris tuæ connata eſt tecum, ita ut pari greſſu cucurrerint eſſe, & gratia, vivere, & eſſe ſanctum: hoc ſonat: *Ex utero ante Luciferum genui te.*

Agellus idem ſentit in hoc loco.

13. O utinam tandem aliquando intelligeremus, quanti Deus æſtimet virtutem primam, & præcocem, ſimilem ſanctitati filii, & Matris ſuæ! Optarem ego poſſe vobis idipſum perſuadere doctrinâ quâdam Angelici noſtri Doctoris acumine Cajetani notatâ, & ſingulariter omnibus commendatâ. Quilibet Chriſtianus, inquit Sanctus Thomas, debet ſe convertere ad Deum, ejuſque ſervitio ſe dedicare ſtatim à primo inſtanti uſûs rationis; & idcircò conſulit, tamquàm, rem maximè commendabilem, ut in ſingulis confeſſionibus nosmetipſos accuſemus primi peccati, quo huic obligationi defuimus, & gratiam baptiſmalem amiſimus. Exiſtimem ego cauſam hujus ignorantiæ, & defectûs doloris in nobis provenire, ex eo, quòd non mereamur tantum favorem, tamque ſublime beneficium, ut in nobis anticipetur illa cognitio, & prior inſit nobis notitia illius obligationis, quàm propria noſtrûm, & ut antequàm radicem mittamus in terram, in ejus domum tranſplantemur. Verùm majus erit infortunium, taliter radicari in terrâ, ut, quando voluerimus ab illâ evelli, nequeamus. Arborem recèns plantatam facilè etiam puer evellit, ubi verò radices egerit, neque aratro, aut vomere extirpari poteſt, juxtà illud quod cecinit Poëta:

D. Thom. 1.2. q. 89. art. 6.

Ovid. l. 1. de remed.

Tunc poterat manibus, ſumma tellure revelli,
Nunc ſtat in immenſum, viribus auctus ſuis.

Quæ cum ita ſint, prudentiſſimum erit conſilium, nosmetipſos Deo tempeſtivè offerre, neque exſpectare veſperam vitæ ad quærendum Deum, manè, & in ipſis vitæ primordiis Deo ſerviendum, & obſequendum. Accipite ad rem præſentem Divum Chryſoſtomum non minori pietate, quàm eloquentiâ ita differentem: *Si nullus veſtrum vult proſſi ſenem ſervum, quantò magis Deus vult adoleſcentem, ut ejus vitæ primitias ambiat: ne quis, cùm juventutē peccato exhauſerit, languidam, & enervatam ſenectutem virtuti reſervet.* Eſt tibi ſervus annoſus, qui totâ vitâ ſuâ tibi fideliſſimè ſervivit, & quando jam, defectu ſanitatis, vel virium, inutilis eſt laboribus, manumittis eum, diciſque ei, ut alibi victum quærat, quando ille mallet in mancipatu tuo remanere, quàm libertate donari, idque agis non amore ipſius, ſed ut tuis parcas expenſis, neve eum alere cogaris; impotens eſt, ut famuletur, ideoque eum, ut inutile pondus domo tuâ expellis: Si igitur hoc ita ſit, ut nolis in domo tuâ pati ſervum ſenem, quomodò vis, ut Deus te recipiat in domum ſuam, quando tu florem ætatis tuæ in ſervitium mundi, & peccati conſumpſiſti, quando te ſenectus obruit, & virium imbecillitas te mundo valedicere cogit, quando non voluntate propriâ, & affectu, ſed impotentiâ peccandi ad Deum converteris, quando jam ſervitio diaboli ineptus ulteriùs vitiis indulgere nequis? Hæc profectò eſt manifeſta vesania, & injuſta diviſio, dare dæmoni florem ætatis, & vegetos vitæ annos impendere vitiis, & peccatis, & Deo exhauſtam, & viribus attenuatam ſenectutem reſervare, quæ ad nihilum valet, neque ad ullum bonum eſt commoda. Neceſſarium eſt igitur prævenire, ſurgere diluculò, & accelerare præſentationem, & nulla ponere interſtitia, ſeu intervalla inter vitæ neceſſaria, & gratiæ requiſita decora, quemadmodùm faciebat Beatiſſima Virgo in tenerâ ætate Deo oblata, neque ad ſenectutem decrepitam differenda eſt oblatio, quâ nos Deo conſecremus. 14.

D. Chryſ. ad Pſalm. 12. & 4.

Ad declarandum (in ſecundâ parte hujus conſiderationis) ſacrificium, quod parentes filiorum ſuorum debent facere ad imitationem parentum Deiparæ Virginis, qui illam hodie in Templo, DEO præſentarunt, occurrunt memoriæ egregia quædã verba Sancti Ioannis 15. Secunda pars cõſiderationis.

Digitized by Google

Ioannis Chryſoſtomi intento noſtro apprimè accommoda: *Magnum habemus, ingensque depoſitum, ſcilicet, filios, ingenti illos ſervemus curæ, atque omnia faciamus, ne ſur id nobis aſtutus auferat. Nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus æque nobis gratus, & charus eſſe debet: quippè hæc omnia omnia filiis quærunturs* Et proſequens Sanctus Doctor præconceptum diſcurſum, ſubjungit, abſurdam eſſe imprudentiam, & monſtroſum abuſum, magis ſollicitum eſſe, & diligentiori curâ invigilare bonis filio acquirendis, quàm ipſius ſaluti, & educationi intendere. Si enim filio tuo bona, & divitias congreges, & propter eum tot ſubeas pericula, labores, jam filius eſt omnis curæ, & laboris tui finis, & ſcopus, ac proinde jure merito, major debet eſſe ſollicitudo educationis ejus, in virtute, pietate, & bonâ doctrinâ, quàm divitiarum ipſi acquirendarum. Sicuti maximum foret abſurdum, diligentiorem impendere curam medicinæ, quàm divitiis, cùm medicinam, pro ſolâ ſanitate recuperandâ requiras. Sit igitur hæc dictorum concluſio; ſi vos parentes vultis filios veſtros divites facere, ante omnia, ipſos probos, & virtutis ſtudioſos efficere ſatagite, quia virtus & probitas verus eſt theſaurus, neque DEUS umquàm ſibi famulantes deſerit. Et Sanctus Gregorius Nazianzenus hoc ipſum exaggerans, ita ſcribit: *Infans tibi eſt, ne occaſionem improbitas arripiat, ab infantia ſacrificetur, ab ipſis unguiculis ſpiritu conſecretur*, quippè hoc maximum eſt beneficium, quod ei impendere potes; poſtquàm enim mundus illius poſſeſſionem acceperit, non erit facilè illum ad viam ſalutis, & ad portum patriæ cæleſtis dirigere.

D. Chryſ. hom. 91. ſuper Epiſt. ad 1. Timoth

D. Greg. Nazian. orat. de Sancto Baptiſm.

16. Valde deploranda eſt ſocordia, & negligentia quorumdam parentum hujus ſæculi, qui cùm maximâ ſollicitudine ſtudeant filiis ſuis bona, & divitias accumulare, recordes, & incurii ſunt in educatione, & inſtructione, quâ eorumdem ſaluti æternæ conſulant, & proſpiciant. Patriarcha Iſaac jam morti proximus benedixit filiis ſuis Iacob, & Eſau. Jacob in eodem diſcrimine conſtitutus, jamque in ipſo vitæ limine, ad portas mortis poſitus, duodecim benedictiones, totidem filiis ſuis impertitur. Hòc poſito, nuſquam legimus Patriarcham Abrahamum filium ſuum Iſaac aliquâ benedictione donaſſe. Quid ita? annè fortaſſis Iſaac degener benedictiones domeruit, quas parentes cæteris filiis ſuis ſunt imperiti? Nequaquàm profectò. Qui igitur ſanctus Senex Abraham non fuit recordatus eum ſuâ benedictione cohonestare? Rupertus Abbas ita loquitur: *Quia Iſaac ex quo holocauſtum Deo oblatus eſt, benedictionem hæreditate poſſedit.* Non enim opus fuit ſermone conſecrari, ſeu benedici ab Abrahamo, qui jam à puero in typum Salvatoris, tamquàm ſacrificium fuerat oblatus; quia maxima hæreditas filiorum eſt, quòd à parentibus in primævo juventutis ſuæ flore ſint Deo præſentati, & conſecrati. Eſt quæſtio ſatis curioſa, cur Anna Mater Samuelis non celebraverit nativitatem filii ſui, cùm tamen poſtmodum magnâ ſolemnitate ablactationem ejus coluerit? *Concepit Anna, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Samuel*; hiſce verbis concludit ejus nativitatem, & poſtquam eum ablactavit, addit Sacer Textus, quòd eum obtulerunt Domino cum ſacrificiis, & oblationibus. *Immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.* Et exorditur ſecundum capitulum ejuſdem libri à Cantico, quô ſancta illa matronæ oblationem filii ſui celebravit: *Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cor meum in Deo meo,* Siccinè ô ſancta mulier, in nativitate filii tui obmuteſcis, & quaſi ingloriam ſilentio involvis, & ejus oblationem, quâ Deo conſecratur, tot tamque feſtivis hymnis, & gaudiis concinnens exornas? & tam lætas pro beneficio tibi à Deo præſtito gratias rependis? Ita ſanè, quia nihili æſtimat habere filium, niſi eum videat etiam Dei cultui dedicatum, & conſecratum, ideò naſcente illo nulla exhibet lætitiæ ſigna, & dum Deo ſacrificatur plurima jubilantis animi indicia demonſtrat: *Exultavit cor meum in Domino*, &c. Non celebravit Anna vitam temporalem filii, à Deo ſibi liberaliter donati, ſed ſpiritualem ejuſdem oblationem, & vitæ ſanctitatem, in quâ exercebatur; & meritò quidem, quia quantò excellentior eſt vita ſpiritualis corporali, tantò majori obligationis vinculo tenentur parentes illam filiis ſuis procurare; Imò tantò magis filii obligantur parentibus pro educatione ſpirituali, quàm corporali.

Gen. 27.

Gen. 49.

Rupertus Abb. in Gen. l. 9. c. 21.

1. Regum. 1. v. 20.

1. Reg. 2. v. 1.

Idcircò conſulit nobis Spiritus Sanctus per os Sapientis: *Filii tibi ſunt, erudi illos, & curva illos à pueritia ſua.* Duo hiſce verbis commendat parentibus; primum eſt, ut ſoleriti 17. *Eccleſ. 7. v. 25.*

curâ, omnique diligentiâ filios suos accuratè instruant, eosque omne virtutis studium edoceant, bona educatione, in pietate instituant. Secundum verò est, ut hanc docendi normam, & disciplinam à primis vitæ annis incipiant: *A puritia sua.* Non solùm, quia posteà difficiliùs eos poterunt inflectere, sed etiam, quia in illâ ætate faciliùs virtus imprimitur: *Quia tunc,* inquit Hugo Cardinalis; *Flexibiles, sunt, sicut ranunculus* Quemadmodùm virgula, quò viridior, & tenerior est eò faciliùs inflectitur, & duplicatur. Eidem dicto accinit Sanctus Basilius Magnus, hisce verbis: *Teneri puerorum animi sunt instar ceræ, in quæ figuræ illius imagines imprimuntur*: Ac proinde in tenerâ illâ ætate in operibus bonis, & moribus sanctis institui debent; hoc enim hodie exemplo suo nos edocent parentes Sacratissimæ Virginis, dum biennem, vel paulò post nativitatem, eam divino cultui deputant, & totam Deo offerunt, & consecrant. Firmiter credo unicam causam, quarè aliquæ proles non magis proficiant in virtutibus, esse inordinatum amorem, quo eas parentes prosequuntur, & solam rationem delidiæ, & neglectus prolium in Dei servitio, esse quia nimio affectu, & stolido quodam amore parentibus adhærent.

Hugo Cardin. hic.

D. Basil. Magnus in regul. interrog. 15.

18. Movet glorioſus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus, curiosissimam quæstionem, quarè Deus in creatione, benedicens omnibus rebus creatis, solis herbis hanc benedictionem negaverit? Nonnè etiam herbæ sunt homini cibus, alimentum, medicina, & deliciæ? quamobrèm igitur deterioris remanent conditionis? Vultis scire, inquit Sanctus rationem? dicam, quod sentio: *Quia per fibras, & radices in lateribus terræ inhærent.* Id est; quia, quælibet radix herbarum est veluti brachium, quò terram, & locum nativitatis suæ amplexantur. Creaturæ igitur, quæ ita terræ inhærent, & tam arcto amplexu se mutuò constringunt, non merentur benedictionem Creatoris sui. Reprehendit hìc Deus, meâ sententiâ, animas illas, quæ ita rebus terrenis, mundanisque vanitatib. implicantur, & præsertim filios, qui quasi matrimonio parentibus conjuncti adhærent, & rebus caducis, seu patrio solo quasi immobiles remanent immersi, & infixi, absque eo, quòd ullatenus inde avelli queant, & his omnibus notum facio, quod se, & benedictione divinâ indignos, & cœlestis favoris incapaces reddant, & efficiant.

D. Aug. de Gen. ad litter.

Sub præcepto, licèt non formali, saltem virtuali, prohibuit Deus populo suo, in lege antiquâ, ne sibi pisces in Sacrificium immolaret. Quamvis enim Sacer Textus explicitè id non exprimat, manifestè tamen infertur, quia nominetim Deus enumerans res sibi offerendas, nullatenus meminit piscium. Dionysius Carthusianus enucleans hunc locum, ventilat quæstionem: *Cur non etiam de piscibus saltem aliquibus*; Cùm enim Deus alia admiserit animantia, quarè solos pisces à materiâ sacrificii excluſit? Et respondet ex dictis Angelici nostri Doctoris Sancti Thomæ; *Quia morantur, & latent in aquu, & inde extracti protinus moriuntur.* Pisces nascuntur, & vivunt in aquis, & in loco nativitatis suæ domicilium figunt, & tanto amore ergà matrem suam feruntur, ut ab illâ saparati confestim e-moriantur: Ideò igitur noluit Deus illos sibi sacrificari, ut hôc pacto indicaret, quanto odio abhorreat homines, qui tanto amore patriæ suæ afficiuntur, ut extrà nativum solum constituti statim moriantur: *Et inde extracti protinus moriuntur* Non placent Deo Christiani, qui indolem piscium imitantur, & custamen illi qui vestigiis Sanctissimæ Virginis inhærentes pro cœlestibus parentibus, terrenos commutant, & si semel è terrenorum parentum domibus evellantur, nunquam ad eas redeunt, sed permanentem figunt sedem in domo Dei: idque erat consilium, quod Divus Hieronymus Lætam instruens, dabat quomodò filiam suam educaret, & quale illius sacrificium offerre deberet, & hisce verbis illud ei præscripsit: *Postquàm grandiuscula esse cœperit, & in exemplum Sponsi sui crescere Sapientiâ ætate, & gratiâ apud Deum, & homines: pergat ad Templum veri Patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur de Templo.* Alludit Sanctus Doctor ad puerum Iesum, qui ductus à parentibus suis ad Templum cum illis non redivit. *Cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem.* Quinimo poterat alludere ad Virginem Sanctissimam, quæ ut in omnibus filio suo assimilaretur, hodierno die præsentata à parentibus suis in Templo remansit. Idem, absquè dubio salutare consilium est secuta, cujus proinde exemplum quilibet Christianus imitari debet, nedum propter commodum, quod hâc viâ obtinetur, verùm etiam propter

19.

Dionys. Carthus. hic. Art. 5.

D. Hier. ad Letam.

Luca 2. v. 43.

urgen-

Digitized by Google

urgentem necessitatem, quâ quisque tenetur renuntiare mundo, ne periclis undiquè in hôc sæculo exurgentibus quatiatur, & pereat.

20. Erat mons Libani speciosus formâ, & fragrans odoribus, & omne id, quod simili gaudet conditione eidem comparatur *Odor Libani. species Libani.* Divinus igitur Sponsus alloquens animam illam sanctam, Sponsam suam in hæc verba effatur: *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, &c.* Tertiò ingeminat eamdem vocationem, quia totum est necessarium; ad eam avocandam. Quasi diceret: Etsi tibi mundus formosus appareat, & domus parentum tuorum deliciis, & voluptatibus affluens, desere illam saltem propter pericula, quibus in mundo quisque exponitur, quia ipse est Spelunca efferatorum Leonum, & versicolorum Pardorum, qui quotidiè te diverso colore, & rerum specie ludificat. In hoc sensu explicat Theodoretus prædict. verba. Et pro evidentiori eorum explicatione recurrit ad illa Psalmi Davidici: *Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui,* atque Spiritum Sanctum in uno, & altero loco, loqui animæ justæ, quæ contendit, & aspirat ad perfectionem, præscribitque ei salutaria monita, ad persistendum in gratiâ suâ, & perseverandum in sancto illo connubio, & permanendum in castissimo illo amore. Vocat illam unâ, binâ, & ternâ vice, dicitque ei, ut egrediatur à monte Libano, & deserat montes Amana, Sanir, & Hermon, quia sunt habitaculum ferarum, & cubilia Leonum; inter quos, quantò se securiorem reputat, tantò majoribus in periculis versatur. *Veni de Libano.* Id est, Sponsa mea veni de mundo, desere domum parentum tuorum, obliviscere omnem respectum carnis, & sanguinis, despice cuncta terrena bona, & divitias: renuntia delitiis, & cunctis hujus vitæ vanitatibus, & illecebris quæ solo nomine voluptatum gaudent: valedic omnibus mundanis desideriis, quæ sunt falsa, & fucata bona, in quibus nihil præter phantasticam apparentiam boni reperitur, quâ venenum latens occultant. In quô assimilantur Libano, & cæteris montibus, qui virore, & arbustis suis recreantes, & sensum pascentes, interiùs non nisi feras crudeles, & serpentes venenatos fovent, & continent, inter quos quælibet detentio, seu morula etiam brevissima, maximis, est periculis obnoxia.

Osea 14. v. 7. *Cant. 4. v. 8.* *Theodor. ait à Solomajor hic.* *Psal. 44. v. 11.*

Videtur ad litteram hic locus posse accommodari Sanctissimæ Virgini (suppositâ explicatione quorumdam Interpretum, qui passim in Canticis Salomonis, per Sponsam, Deiparam Virginem intelligunt) quam divinus Sponsus trina vice tamquam Reginam, & Sponsam suam, ad coronandum vocavit. Primum *Veni*, fuit per conceptionem, secundum. *Veni*, fuit per nativitatem in gratiâ. Tertium denique, *Veni*, fuit hodiernâ die per præsentationem, quando egrediens domum paternam, vitam religiosam est professa. Idcoque hic addidit: *è domo patris tui*, juxta lectionem Theodoreti; ubi nostra vulgata legit: *De capite Amana.* Et rationi consentaneum erat, ut has tres vias perambularet Virgo illa, quæ futura erat filia, Sponsa, & Mater ipsiusmet Dei. In duabus primis nequimus nos vestigia eius assequi, quia fuerunt privilegia, & beneficia soli purissimæ Virgini cœlitùs peculiariter concessa: In tertia verò possumus, & debemus, eam imitari, ut securiorem reddamus salutem animæ nostræ. 21. *Gulerus in Cant.*

22. In hôc sensu interpretatur Sanctus Pascasius verba Psalmistæ jam relata: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum.* Quasi diceret: Amantissima filia præbe aurem dictis meis, ne spernas monita mea, sed accipe consilium saluberrimum, amantis te, & apprecantis tibi omne bonum. Si sedulò, & exactâ curâ exoptes amare, & servire Deo, tamquàm unica Sponsa illius, persuadeas tibi, te nullos habere parentes in terris, sic agas cum iis, quasi in silvis nata fuisses, obliviscere eorum, quasi numquam eos agnovisses. Quid ita, inquit Sanctus Paschasius, nonnè Propheta sanctè, eamdem animam à dextris Dei assidentem collocas? *Astitit à dextris Dei.* In vanùm igitur illi consulis, quia, qui secum habet DEUM, ejusque præsidio munitur, nihil timere debet. Verba tua sunt, omnibus notissima: *Si consistant adversùm me castra, non timebit cor meum,* &c. Existimans te undiq; munitum, & ab omni hostili impetu liberum, eò quod Deus suo præsidio te protegat; igitur eamdem securitatē poterit sibi promittere anima, quæ assistit Deo, & ejus gratiā vigilanti curâ conservat: *Statuitur à dextris Dei, ubi beatorū est locus, & monetur à patre, quoniā, ut dixit, adhuc bellandi est tempus.* *Psal. 44. v. 12.* *Psal. 26. v. 3.*

Vita præsens, inquit Sanctus Pascasius, juxtà Iobum: *Militia est vita hominis, super terram.* Atque ita numquàm potest anima toto tempore, quò in hujus vitæ stadio peregrinatur, sibi securitatem polliceri, & quamvis ad summum sanctitatis apicem pervenerit, ita, ut etiam Deo frui videatur, & se dignam consortio beatorum judicet, imò tunc debet magis pertimescere, & majori cum cautelâ vitam ducere, & magis postponere omnem respectum terrenum, & præsertim obliviscì parentum suorum, & domûs, in quâ in mundum prodiit. *Quia adhuc bellandi est tempus.* Non est periculosior hostis, qui majus damnum inferat animæ, cultui, & servitio Dei dedicatæ, quàm commercium, imo quàm, & memoria parentum. Quot enim animæ pergunt ad Templum Dei, & celeri pede accurrunt ad pomum ejus, quotque volant desideriis veluti alis ad cælum, & una sola memoria rerum temporalium hujus vitæ, eis remoram injicit, retardat, & impedit, ne conceptum iter prosequantur. Videant ergò parentes, quid faciant, & recordentur obligationis suæ, quam habent decenter, & piè educandi filios suos, eosque instruendi, & deducendi per semitas virtutum, & inclinandi eorum animos à primis annis, ad pietatem, & Dei cultum, non nimiùm delicatè eos enutriendo, quia hoc pluribus nocuit. Et quando Deus ipsis inspiraverit, ut se Deo consecrent, ejusque servitio, & Templo se dedicent, non obsistant, neque pìs eorum desideriis se opponant: sed Ioachim, & Annam imitentur, qui licèt Virginem Sanctissimam tenerrimo amore diligerent, tamen promptissimo voluntatis affectu eam Deo in perpetuùm immolarunt, & obtulerunt. Fælix, & auspicatum sacrificium, & fausta præsentatio, ex quâ tam ingentia bona promanarunt, ut filia Deo præsentata in matrem, & parentes eam præsentantes in avos ipsius Dei evadere meruerint.

D Pascasius in locum Iobi cap. 7.

23. O quàm egregia, & utilis hìc sese offert doctrina, omnibus parentibus scitu necessaria, videlicet, quòd omnis parens, qui dolet, & ægrè ferat filium suum à se divelli, quando hoc servitium Dei, & ratio pietatis exigit, hôc ipso, illo privari, & orbari; è contra verò, quando libenti animo, & promptâ voluntate eum offert, & consecrat Deo, illum sibi retinere, & frui. Ad confirmationem hujus dicti ponderat, & combinat quidam doctus Modernus, duo loca ex libro Geneseos desumpta: *Cum vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam, & filium ejus.* Quodnam hoc ludendi seu jocandi genus fuerit, non opùs est in præsenti indagare, sed solùm instituto nostro deservit, quòd Patriarcha Abraham hoc ægerrimè tulerit: *Durè accepit hoc Abraham, pro filio suo.* Arduum, & difficile reputavit Abraham supplicantis uxoris suæ votum exequi, quia Ismaël, licèt natus ex ancillâ, erat tamen filius legitimus, & ejicere è domo suâ filium tantâ cum facilitate, ei durum, & crudele videbatur, in ipsis enim sanctis etiam caro, & Sanguis suas agunt partes, ut egregiè hìc observavit noster doctissimus Oleaster: *Quis est, qui etsi Sanctus sit, jura naturæ negare possit?* Accurrit protinùs Deus, & dicit Abrahamo, ne mandatum Saræ exequi differat. *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia quæ tibi dixerit Sara, audi vocem ejus,* id est, statim opere compleas, filium tuum domo tuâ expellas, hoc enim servitium meum, & æquitatis ratio postulat: Et manè facto confestim obedivit Sanctus Patriarcha, & filium cum matre è domo suâ ejecit: Notatque Sacer Textus, quòd Ismaël numquam ad patrios lares redierit: *Qui crevit, & moratus in solitudine, factus est juvenis sagittarius.* Subsistite paulisper, & plicate hìc folium.

Genes. 21. v. 9.

Gabriel à Costa in manuscr. in Genes.

Oleast. hic

In capitulo vigesimo secundo ejusdem libri sequitur sacrificium, quod Deus ab Abrahamo, de immolando filio Isaac exegit: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac.* Et nedum, non replicavit verbum, neque contradixit, sed lætanti animo mox se accinxit itineri, & ad montem properavit, quasi ad convivium aliquod splendidum vocaretur, inquit Oleaster: *Quasi ad epulas invitatus.* Tulit secum ligna, aram exstruxit, manus, & pedes filii colligavit, gladium strinxit, quo filium feriret, & sacrificaret. Eodem temporis puncto occlamat ei Angelus: *Ne extendas manum super puerum, neque facias illi quidquam.* Abraham non interficias Isaac, neque damnum aliquod illi inferas. Remansit superstes Isaac, & vivus cum patre domum rediit, cujus contubernio, & societate, parens totâ vitâ suâ fuit gavisus, & recreatus. Displicate hìc iterum

¶ 24.

Genes. 22. v. 2.

Oleast. hic.

iterum folium. Egreditur Ismael domo paternâ non ad moriendum, sed ad habitandum in solitudine, & peregrinandum per deserta, & numquàm paternam domum revisit: *Moratus est in solitudine.* Egreditur Isaac domo parentis ad moriendum, & redit vivus, & parens ejus consortio lætatur. Neque hoc vobis mirum videatur, inquit doctus ille Auctor: *Qui enim priùs verba Sara durè acceperat, nunc mandatum Domini, tamquàm qui optaret, accepit.* Quando præcisè ei dixit Sara, ut ejiceret Ismaelem, durum reputavit, & reluctanti animo ejectionem remorari satagebat, & amor ille inordinatus erga filium effecit, ut eum perderet, & numquàm ad patrios lares remearet: *Moratus est in solitudine.* Et quando mandavit ei Deus, ut Isaacum sacrificaret, non hæsit, neque distulit executionem, sed tamquàm rem sibi acceptissimam, opere complere studuit. Et qui tam prompto voluntatis affectu offert filium suum Deo, ut etiam propter amorem Dei filium interficere non dubitet, æquum est, ut plurimis annis ejus læto fruatur contubernio. Errorem igitur deponite parentes, qui filios habetis, optimus, & salubertimus modus conservandi filios vestros, in eisque lætandi, est, illos Deo offerre, & illos possidere tali cum præparatione animi, ut, quoties ratio, postulaverit, eos Dei servitio conseerare, id promptâ voluntate exequamini. Quando igitur filii vestri pios affectus, & desideria Deo serviēdi vobis manifestaverint, nolite eorum votis obsistere, sed potiùs in sancto proposito confirmate, & volentibus currere, calcar, & animum addite, & instigate, ne à deliberato animi proposito desistant. Et certi estote, quòd solus ille pater meretur frui filiis, qui eos eâ animi præparatione possidet, ut, si opus fuerit, ad Dei honorem, & obsequium, ipsemet eorum jugulator esse velit, & justo Dei judicio pater, qui renuit illos à se separari, & è domo extrahi recusat, ubi Dei servitium idipsum requirit, eosdem perdat, & perpetuò eorum adspectu, & præsentiâ orbetur. Considerent igitur parentes, duos illos sanctos conjuges Ioachim, & Annam, quo modo egerint cum filiâ suâ, & Matre Dei; obtulerunt enim illam quamvis sibi amantissimam, & Deo lætanter sacrificârunt, & postposito omni humano respectu, qui futuris temporibus eos commovere posset, illam à se abdicârunt, & perpetuæ solitudini, & clausuræ dedicârunt.

Gabriel à costa ubi sup.

Est notatu dignum, videre, qualiter aliqui Interpretes torserunt ingenia sua ad extollendum in victum animi robur, & generositatem, quà bellicosus ille Dux Iephte filiam suam in sacrificium obtulit; quia, cùm esset puella facie, & specie formosissima, ingenio præcellens, ingenuę indolis nobilitate clara, & compositione morum cæteras omnibus numeris absolutè superaret, alius quisque qui non foret Iephte, exanimis hæreret, & veluti ligatus manibus nihil in eam exequi posset. Verùm doctissimus Lyranus enucleans hunc locum, asserit Iephte, non evaginasse gladium, neque filiam suam jugulasse. In quo igitur fundantur omnes illæ laudes, & encomia, quibus Doctores illi fortissimum animi illius robur, & constantiam celebrarunt? Norma vivendi, & status, cui pater filiam dedicavit, fuit, teste Lyrano, quòd eam ad vitam solitariam, continuam orationem, & perpetuam pœnitentiam adstrinxerit, & devoverit. Huic etiam opinioni subscribit Vatablus. Et existimârunt Sacri Interpretes, idem fuisse, quod Iephte filiam suam perpetuæ clausuræ mancipaverit ac si gladium gutturi ejus infigeret. Et credibile est, quòd clausura illa, cui Iephte filiam suam deputavit, fuerit locus ille, quem Sancti Patres affirmant fuisse in Tēplo destinatum habitationi mulierum, quæ per pœnitentiam ad Deum convertebantur. Ad hunc modum loquuntur Sanctus Ambrosius, Origenes, & Theophylactus: *Ita narratio nobis tradita, quòd locus quidam in Templo fuerat, in quo stabant Virgines.* In hôc etiam loco mansit sacratissima virgo toto illo temporis decursu, quo in Templo fuit commorata. Sed quantò potiori jure summis laudibus sunt extollendi parentes hujus Virginis, etenim filiam adeò eminentem Deo præsentârunt, & consecrârunt, non jam mulierem factam, quemadmodum Iephte, qui jam dudum gavisus fuerat dulcissimo filiæ suæ alloquio, at parentes Virginis vix ablactatam ab uberibus matris, & penè infantem à se abdicârunt: Fuit hæc puellula, vera totius vitæ spiritualis magistra, prima namque, & coryphæa extitit, quæ se Deo perpetuæ castitatis voto obstrinxit, exemplo suo cæteras provocavit, & incitavit, quæ ad imitationem ejus in lege gratiæ, arctiorem magisque reformatam clausuram, quam illa, quæ fuit in veteri lege, profitentur. O si quis tam felix, & beatus foret,

25. *Iudic.* 11. *Lyran. hic.* *Vatablus apud Pennafiel etate 4. mundi cap. 5. §. 5* *D. Amb. de virginib. Origenes, & Theoph. in Matt.*

foret, ut in eâdem tenerâ ætate, quâ ipsa in Templo se in religione Dei cultui, & servitio consecraret, haud enim dubitandum est, quin quælibet etiam minima mora, & detentio in primævis illis annis secum adferat plurima, eaque gravissima periculorum incommoda.

16. Inter cæteros titulos, & encomia quibus Spiritus Sanctus hanc Viginem exornar, est hoc excellentissimum, quo eam columbam nuncupat: *Una est columba mea.* Et Sanctus Epiphanius eamdem hoc ipso nomine indigitat: *O Beata Virgo, columba pura, & sponsa cælestis.* Et omissis in præsenti variis explicationibus, quibus Sancti Patres hæc Verba interpretantur, perplacet opinió dicentium hic, Spiritum Sanctum alludere ad columbam illam in arcâ Noë, cujus Sacer Textus meminit. Post generalem illam inundationem diluvii, quô totus mundus fuit absorptus, omniaque animantia suffocata, & extincta, decimo mense cessavit inundans diluvium, & decrescentibus aquis paulatim montes apparuerunt: *Decimo autem mense apparuerunt cacumina montium.* Quod videns Noë, aperuit fenestram Arcæ, & post corvum emisit etiam columbam, quæ statim post quatuor volatus ad Arcam reversa est: *Quia cùm non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in Arcam.* Premo hîc consideratione cum sancto Augustino dictum, & rationem Spiritûs Sancti, quòd reversa sit ad Arcam, eò quòd non inveniret, ubi requiesceret. Quæro enim, nonnè jam rupium summitates apparebant, nonnè jam cacumina montium aquis denudata patebant? Quidni igitur in aliquo ipsorum pedem figit? Scitis quarè? quia in illis locis certum sibi periculum præsagiebat. Rupes inter aquas, & montes inter undas, non reputat columba securitatis asylum, qui possunt denuo aquis inundari, & diluvio involvi. Et quamvis hoc non eveniat, sufficit ad eos fugiendum, quòd luto, & cæno sordescant ad non quiescendum in illis In loco securo, ubi nullum supereſt, aut timetur periculum, in loco mundo, ubi nullæ sunt lutosæ sordes, neque ulla præcipitia, requiescere, & delitescere exopto. *Quia cùm non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in Arcam.* Considerans igitur Spiritus Sanctus velocissimos gressus, & celerrimum volatum, quô hæc Puella sancta, hæc columba sine felle peccati volavit hodiè ad Templum, vocat eam columbam: *Una est columba mea.* Videris, dilectissima Sponsa mea, similis columbæ Noëmi, quemadmodùm enim illa fugit montes submersos, & cænosos, & rediit ad Arcam, ita tu fugis temporalia hujus vitæ, & omnia mundi irritamenta, quæ sunt montes luto obtecti, qui quotidianis periculorum undis, & tempestatibus agitantur, & concutiuntur, & ut securior pericula evaderes, quibus plurimi immerguntur, & obruuntur, parentum tuorum domum, cum Dei Templo commutasti, & maluisti in hôc esse Ancilla, quàm in illâ, Domina, & Magistra. Sit igitur tibi fælix, & fausta tua Præsentatio, in quâ omnis beatitudo, & fælicitas tua consistit, & compendiò continentur.

Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Cant. 2. v. 10.

S. Epiph. de laudib Deipar.

Gen. 8. v. 5.

S. Aug. hic.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATUS VI.

IN FESTO ANNVNTIATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS ET INCARNATIONIS VERBI DIVINI.

Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem &c. Lucæ 1.

CElebramus hodiè maximum totius redemptionis noſtræ myſterium, ſcilicèt, Conceptionem Verbi divini in ſacratiſſimo puriſſimæ Virginis utero: Hoc eſt arcanum Incarnationis Sacramentum, Deus incarnatus, & per gratiam Spiritûs ſancti factus Homo, & Filius Virginis, expreſſus fidei noſtræ articulus. *Et Incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Mariâ Virgine, & Homo factus eſt.* Exigit hæc ſolemnitas, ut cuncti fideles, novæ Eccleſiæ filii, eam ardenti fervore, & corde inflammato recolamus, ne dici poſſit de nobis, quòd ſimus de numero eorum, qui Deum longiùs diſtantem amârunt, & pluris abſentem: quàm præſentem exiſtimârunt. Glorioſus Antiſtes Gregorius Nazianzenus abſens, & procul diſſitus per Epiſtolas invitabatur à Diœceſanis ſuis, ne moram traheret, ſed quantocyùs piis eorum deſideriis, quibus verbum Dei ex ore ejus percipere exoptabant, ſatisfaceret, dolentes, ſe verbis doctrinæ ejus propter abſentiam orbatos. Ubi advenit ſanctus Præſul fervorem ipſorum tepuiſſe comperit, dixitque eis: Vocaſtis me, & veni, ſed video vos à concepto ardore deficientes, quia ad audiendum verbum Dei negligentiùs comparetis. Det Deus propter immenſam ſuam bonitatem, ne id ipſum nobis contingat, & quia tot ſuſpiriis, & lacrymis deſideravimus adventum Domini in carnem, ut nos ſalvaret, & redimeret, & iteratis votis expoſtulavimus à Deo Verbum ſuum divinum, quod nos edoceat, qualiter adventu ejus frui debeamus, donet, ne ingrati ſimus, & deſides reperiamur. Et quia, ſicuti in rebus humanis, ita & in divinis optimum eſt, uti occaſione, non reperio commodiorem, ad peteudam gratiam, quàm illam exigere in tempore, quô Mediatrix, ad eam impetrandam, cumulatiſſimè illam recipit, *Ave Maria.*

CONSIDERATIO I.

Miſſus eſt Angelus Gabriel.

De ſacroſancto myſterio Incarnationis Verbi divini, in puriſſimo utero Virginis Mariæ Matris ejus, & Dominæ noſtræ.

ATtentâ divinitate, magnitudine, omnipotentiâ, gloriâ, & Majeſtâte Dei, tanta eſt

Digitized by Google

distantia, & improportio abjectissimi subjecti humanitatis nostræ, ut, licèt credamus, sciamus, & experiamur, eumdem Deum causâ nostrûm voluisse naturam humanam assumere, hoc tamen, quòd est, Deum fieri hominem, adeò sublime, & supernaturale, fit mysterium, adeoque hebetudinem, & vires ingenii, & intellectûs nostri excedat, ut etiam quivis maximè à Spiritu sancto illuminati, in contemplatione tanti operis deficientes, ipsumque assequi non valentes, tandem cum agnitione propriæ imbecillitatis in solo tremore, & admiratione hæreant & subsistant. *Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitùs ignoro.* Tria sibi difficilia, & quartum impossibile intellectu fatebatur sapientissimus Rex Salomon qui teste Abulensi, *fuit in aliquibus sapientior omnibus hominibus.* Sed, omissis tribus prioribus, quartum ponderemus, quod sese assequi non posse protestatur: *Viam viri in adolescentia*, vel, ut Symmachus, Pagninus, Chaldæus, Isidorus, Cajetanus, Lyra, & alii transferunt, *viam viri in adolescentula*, atque hanc veriorem esse litteram asserunt. Præterquàm enim, quòd vir, & adolescentula propter ætatis differentiam vix inter sese cohærent, in originali Hebræo idem habetur verbum, quò usus est Evangelicus Propheta Isaias: *Ecce Virgo concipiet, & pariet*, &c. Imò impossibilitas, quam apprehendebat Salomon, magis elucet in viâ viri, in adolescentulâ Virgine. Ideoque Lyranus, & antè eum Rabbi Methacados per virum intelligunt Christum Servatorem nostrum, qui à primo instanti suæ Conceptionis fuit vir perfectus, & per uterum Matris suæ transivit, manente illâ, ante, in, & post partum Virgine semper illæsâ, & intactâ. Hoc igitur fuit, quò perspicacissimus Rex Salomon caligantium oculorum aciem figere non valuit: *Et quartum penitùs ignoro.* Vanum est, irrito conatu velle tantam altitudinem mysterii impari ingenio comprehendere: *Et quartum penitùs ignoro.* Est namque prodigium adeò rarum, raritas adeò nova, novitas adeò inaudita, & invisa, Virginem manere illæsam antè, & post partum, ut Salomon, quantumvis omnium hominum sapientissimus, sese mentis imputu nunquam potuisse attingere, atque omninò tanquàm intellectûs sui vires superexcedens, fateatur ignorasse. *Et quartum penitùs ignoro.* Et si vobis hoc magnum videatur; excipite modestam sui diffidentiam devotissimi Bernardi super Dialogo hujusce Evangelii ita querulantis: *Va mihi, non quia tacui, sed quia locutus sum, quia vir pollutus labiis ego sum.* Quæ verba mutuatus est ab Isaiâ Prophetâ, heu mihi, non quia labia desidero, quemadmodum Isaias ad tacendum, sed quia cælestia verba revolvere præsumo. Utinam quis mihi daret de supremo altari non quidem carbonem unum, sed ingentem globum igneum, qui inveteratam purientis oris mei rubiginem ad plenum excoquere sufficiat, & intellectum, ad tanti arcani profunditatem assequendum, purificet.

Et Sanctus Hesychius de hoc mysterio admirabundus, ita loquitur. *Quis vidit, quis audivit fertilium agrorum naturæ pertæsas, agrum antè incultum produxisse spicam; aut terram non plantatam germinasse uvam, vinum sine vite, aut fluvium absque fonte prodeuntem?* Excedit hoc Sacramentum totum cursum; & ordinem naturæ, neque aliquem de eo absque admiratione, & tremore loqui fas est. Et quid in hoc etiam mysterio facient Angelici spiritus? venite mecum ad capitulum vigesimum quintum Exodi, & videbitis duos illos Cherubinos propitiatorii ver tis vultibus sese mutuò respicientes. *Verumque latus propitiatorii tegunt exp ndentes alas, & operientes oraculum, respicientes se mutuò versis vultibus in propitiatorium.* Sanctus Genuadius dicit, illos personam admirantis repræsentasse, & quasi attonitos se mutuò respexisse. *Duo Cherubim suspensa solium divini Numinis præsignabant.* Et quâ de causâ taliter attonita, & suspensa hærent? dicam, quod sentio. Sacra illa, & mystica Arca: Sanctissimam Virginem Mariam præfigurabat, in quâ & Manna Angelorum, & duæ tabulæ, non legis, sed duarum naturarum humanæ, scilicet, & divinæ, Deus, & homo, Verbum Incarnatum cõtinebantur. Cherubini, qui scientiam significant, alis suis illam operiunt, quia nec illi, nec illorum intellectus tantam excellentiam, & dignitatem illius Arcæ comprehendere valentes, nihil aliud nôrunt facere, quàm attonitorum similes mutuis aspectibus sese invicèm respicere, humeros, ac scapulas attrahere, & obmutescente lingua altitudinem, & incomprehensibilitatem arcanæ Incarnationis protestari: *Duo Cherubim suspensa solium divini Numinis præsignabant.* Imò & Angelus noster Gabriel rogatus è Sacratissimâ Virgine de modo Conceptionis, quam illi ex parte Dei annuntibat, audite, quid responderit: *Spiritus sanctus supervenit in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quasi diceret: quid, ò Virgo, à me efflagitas: opus; illiusque perfecta notitia, solius est Spiri-

Prov. 30. v. 18.

Abulens.

Symmac. Pagnin. Chald. Isido. Cajet. Lyra.

Isai 7. v. 14.

2. D. Bern. super missus hom. 3. Hesychius cit. à Salazar. de Concept. c. 39.

Exod. 25. v. 20. S. Gen. ad cit. in catenâ Græca.

Digitized by Google

tûs sancti, ille novit, ille potest, & ille modum dabit: *Quia non est impossibile apud Deum omne verbum.*

3. Ipsa quoque Virgo, tamquàm Mediatrix beneficiorum, & conscia secretorum Dominicæ Incarnationis unigeniti Filii sui, tantùm de eâ novit, quantùm humanæ menti concedi potuit, sed quid consensu in animâ suâ illam acceptâs, ore dixerit audite: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum tuum.* Audite & sanctam matrem Ecclesiam, quantâ cũ admiratione de hôc Sacramento Incarnationis loquatur. *O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est.* Considerat Deum, hominem factum, Regem, servi formam induentem, æternitate incorruptibilem, mortalem, gloriosum passibilẽ, Creatorem creatoris subjectum, & in has admirabundas voces erumpit: *O admirabile commercium!* &c. Notate illud, O, quod tantùm sonat, ac si diceret: hoc mysterium, non est intelligentiæ humanæ, sed solius fidei, & excedit limites illius, non est aliud, quàm omni admiratione dignum. Verbum divinum, factũ homo, homo ad divinitatem sublimatus, & Virgo Mater Dei effecta. O Mysterium sublimissimum, Sacramentum absconditum! in sacris licèt literis sæpiùs mysticè præfiguratum, & hominibus prædicatum, & demonstratum.

4. *D. Amb. lib. 3. in Luc. & ser. 73. de quadrag.* Nullam similitudinem Conceptionis, & Incarnationis Filii Dei in utero Virginis magis propriâ posse reperiri existimat S. Ambrosius, quàm efformationẽ Protoparentis nostri Adæ: quia, sicut nadmodùm ille nullum alium agnovit Patrem, quàm Deum, cujus omnipotens dextera ipsum sola efformavit, & Deus solus totũ opus fabricavit; ita Incarnatio Verbi solũ Deum agnovit auctorem, atque sola omnipotentia ipsius absque interventu terreni Patris totum operata est mysterium. Hocce arcanum adnotavit Sanctus ille Doctor in stylo, & modo, quo Sanctus Lucas utitur, dum, enarrans tẽporalem Salvatoris nostri generationem, incipit à Joseph Sponso Virginis Patre putaticio ipsius usque ad Adamum, & desinit in Deo, cujus Adam erat filius, & à quô solo immediatè esse, & vitalem spiritum hausérat. *Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Ita S. Evangelista, quibus hęc sequentia adjecit verba Ambrosius. *Jam de ipso Adã, qui juxtà Apostolũ figuram accepit Christi, quid pulchrius debuit cõvenire, quàm ut sacrosancta generatio à Dei Filio inciperet, & usque ad Dei Filium deduceretur, creatusque præcederet in figurâ, ut natus in virtute sequeretur, ad imaginem factus præiret, propter quem Dei imago descenderet.* Nihil conferre debebant creaturæ ad productionem veteris Adami creati ad imaginem Dei, ipse solus fuit artifex, qui per infinitam suam sapientiam ipsum effinxit; ad efformandum novum Adamum, teste Paulo, scilicet Christum, verè imaginem Dei, qui ad salvandos homines descendere de cœlis in terram, & absque cooperatione alicujus rei creatæ, concipi, & in utero purissimæ Virginis Mariæ per gratiam Spiritûs sancti Incarnari, humanamque naturam assumere debebat, Virgo erat humus de quâ Deus ab initio plasmavit Adamum, etiam Virgo fuit Maria, ex cujus carne, & sanguine efformavit Deus Sanctissimam Christi Redemptoris humanitatem.

Lippis, ac tonsoribus nota est nominatissima illa lucta Jacob cum Angelo, vel cum Verbo æterno, ut placet SS. Chrysostomo, Hilario, Athanasio, Hieronymo, Cyrillo, Eusebio, Cæsarensi, & aliis, circa quam maximè arridet illa divi Augustini meditatio. Narrat sacra Historia, quòd, postquã totâ nocte luctatus fuerat cũ Angelo, hic voluerit abscedere, ille verò ipsum detinens, sese non, nisi impartitâ benedictione, dimissurum, protestabatur; *Dimitte me, iã enim ascendit aurora* clamabat Angelus, replicabat Jacob, *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*, ubi pulcherrimè Augustinus, timebat Jacob, ne Deus revocaret promissam sibi generationem Christi ex semine suo, quia dicebat ei. *Dimitte me*, quòd verò Jacob non, nisi acceptâ benedictione, eum dimittere conatur, idem sonabat, ac si diceret; nisi fæcunditatem promiseris, & nativitate Messiæ ex semine meo mihi certâ reddideris, non te dimittã. Atque ideo tetigit Angelus femur ejus, & eũ claudicare fecit. *Tetigit nervũ femoris ejus & emarcuit*, & tactui fœmoris benedictionẽ adjecit. In quibus actionibus duo significata voluit: In benedictione, ratam fecit fœcunditatem, & certam reddidit Messiæ nativitatẽ ex semine ejus, in claudicatione verò factâ, & emarcescente virtute generativâ, illi testatum voluit, quòd, licèt ex illo nasceretur, id tamen non esset ex virili semine futurum. Idẽ pro loquitur Evangelicus Isaias: *Ascendet sicut virgultum coràm eo, & sicut radix de terrâ sitienti*, hoc est, *de virgine*, quasi diceret, ipsum nasciturum de Virgine purâ, & intactâ, hoc est,

Chrysost. hom. 58. in Gen. Hilar. li. 5. de Trinit. Athanas. serm. 4. c. Arian. Hieron. in Isai. Cyrill. li. 3. thes. Euseb. in histor. Gen 32. D. Aug. in Genes. *Isai. 53. v. 1.*

de terrâ ſitienti, ſine ſucco ullo, juxtâ interpretationem Rabbinorum, & ſingulariter Rabbi Bachim in Bereſith. In eodem ſenſu exponit D. Irenæus verba illa Regii vatis, in quibus illi Deus Meſſiæ Nativitatem pollicebatur: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Quis, Domine, inquit Irenæus, eſt iſte modus loquendi? Fructus ventris, & partus eſt mulierum, & non virorum. Annè forſan concipiet David? Quia dicis de fructu ventris tui, &c. Myſterium detegit Irenæus, *ut generationem ejus, qui erat futurus ex Virgine, pronuntiaret.* Quia, licèt Chriſtus ex Davide foret propagandus, non tamen erat per virum generandus, ſed per ſolam mulierem pariendus. Eidem ſubſcribunt Theodoretus, & Tertullianus.

6. Huic loco conſonat ex Regum geſtis, ubi dictam promiſſionem Davidi Deus hiſce æquivalentibus verbis confirmat: *Suſcitabo ſemen* 2. Reg. 7. *tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo.* Carpit v. 12. hunc peregrinũ loquendi modum doctiſſimus Burgenſis, quòd de Mariâ dicatur, *benedictus fructus ventris tui*: Optimè quadrat, inquit, quia mulier eſt, at verò, quòd ſimile quid de Davide proferatur, res inaudita eſt, & numquàm viſa. Sed in hoc ſingularitas, & emphaſis ſacri Textùs conſiſtit. Numquàm fuit poſſibile filiam ex ventre viri enaſci, ut igitur ſacra Scriptura offenderet, Chriſtum non fore concipiendum ex virili ſemine, ſed ex muliere, coöperante Spiritu ſancto, ideò ei dicit, quòd egredietur de utero ejus, hoc eſt, ex virginali ventre Mariæ, quæ quia ex Davidis familiâ originem duxit, Davidi dici poteſt, *quòd egrediatur de utero tuo.*

Huic conceptæ cogitationi appoſitè deCant. 1. D. Bern. ſer. 47 in Cant. fervit præclara illa divi Bernardi conſideratio ponderantis, cur in Canticis, Deus homo factus, flori in campis germinanti potiùs, quàm in hortis conſito aſſimilatur? Flos campi ſulcantis Agricolæ vomeri, & brutorum animantium pedibus proterendus exponitur, ſecùs verò flos hortorum ad manus Domini deferendus, gaudet privilegio & diligenti curâ aſſervatur, &, tamquam monile, cuſtoditur. Et reſpondet divus Bernardus, rectè Chriſtum ſeſe flori campeſtri comparâſſe, quò ſecreto recondítum Incarnationis Myſterium manifeſtaret. Flos hortì indiget operâ manuum, & induſtriâ Hortulani, qui illum plantet, riget, loha eradicet, & creſcentem foveat, ac nutriat; flos verò campi incultus è ſolo cæleſtium orbium ſinu vivit, eorum educatur influxu, rigatur imbre, creſcit beneficio. Vt ait Poëta.

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis, Catullus *Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,* in carm. *Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.* nuptial.

Idem prorsùs contingit in hoc abſtruſiſſimo myſterio. *Hortus ut floreat, hominum manu, &* 4 *arte excolitur, campus verò ex ſemetipſo producit flores abſque omni humana diligentia adjutorio.* Sin minùs, attendite ad exemplum, & conjicite oculos in campum illum Virginalem Mariæ, qui abſque beneficio, vel inſtrumento ullo humano agriculturæ, ſeu induſtriæ, ſolo cæleſti imbutus rore, tam vernantem protulit florem, *ego flos campi.* Omnia verba ſunt melliflui Doctoris: *Puta ſanè tibi jam videaris advertere, quiſnam ille ſit campus, nec ſulcatus vomere, nec defoſſus ſarculo, nec manu hominum ſeminatus, venuſtatus tamen nihilominùs illo flore, ſuper quem conſtat requieviſſe Spiritum Domini.* Quibus etiam addi poteſt, illum, vocari florem campi, ut quemadmodùm ille habet Patrem in cælis, ſolem, & Matrem in terris, plantam ita Chriſtus habuerit Patrem in cælis, Deum, & Matrem in terris, Virginem, ſcilicet, Mariam.

Neque ab hôc cogitatu abluſit Rupertus 5. Abbas, aſſimilans beatam Mariam Virginem virgæ Aaronicæ, quæ neque plantata, neque ſucco animata floruit, & fructus protulit: *Germinavit, fronduit, floruit, non plantata, non ſucco* Rupert. *animata, ſed virtute divinâ cæleſti.* Totum gra- in c. 1. tiæ cæleſti, & virtuti divinæ adſcribitur. *Sic tu* Cant. *pulcherrima Mulierum, conceptu florida, partu frugifera.* Arcanum involvunt Sacramentum verba illa Iſaiæ, quibus Patriarcharum veterum nomine, Deum pro Incarnatione unigeniti Filii ſui deprecabatur: *Rorate cæli deſuper.* Irro- Bernar- rent cæli terram, ut germinet fructum ſuum. din de Bernardinus de Buſtis ſimili, quod refert ex Iſi- Buſtis ſerm. doro, dilucidat Prophetæ metaphoram: *Concha* 4 *hujus marina certo tempore ſe aperit, & rorem cæleſtem feſti.* recipit, & ſic margaritam intra ſua viſcera gig- D. Iſidor. nit, quæ applicans beatæ Virgini ſic fatur: *Sic* lib. Eth. *Virgo beata animam ſuam conſentiendo aperuit, quando dixit: Ecce Ancilla Domini, & tunc vos Spiritûs ſancti in eam deſcendit, & ſic Filium Dei generavit.* Beatiſſima igitur Mater Dei per illa verba: *Ecce ancilla Domini, &c.* voluntatem aperuit. & tunc deſcendit ſuper illam fæcundans gratia Spiritus ſancti, qua concepit intra viſcera ſua, & peperit Filium Dei.

Nunc

Digitized by Google

9. Psal. 109. v. 4.

Nunc facilè intelligi poterit cum divo Hieronymo versus ille Davidicus: *Ex utero ante luciferum genui te* Quæ verba Pater æternus amantissimo Filio suo dixit, & divus Hieronymus ex Hebræo ita transtulit: *Quasi de vulva orietur ros adolescentiæ.* Quemadmodùm ros descendit è nubibus cæli, ita è cælis descendet unctus Spiritûs sancti in uterum Virginis, & ipsa gignet, & ex illâ nascetur Christus sine Patre in terris, Matre tamen manente sine læsione virginitatis. Eamdem energiam deprehendit in illo suavissimo Gabrielis, & Mariæ colloquio: *Ecce concipies, & paries*, &c. Divus Albertus Magnus, illud, *Ecce*, attentionem, inquit, exigit, & mysterium cæteris matribus denegatum denotat: *Ecce concipies in utero, continentiam, vult, quòd intrà uterum effectiva causa fuerit conceptûs, & non ab extrinseco concipiunt*, quasi diceret, inquit Albertus, in utero tuo, quasi in sacrâ quâdam officinâ, sine interventu alicujus exterioris, totum hoc excudetur opus, ibi virtute Spiritûs sancti, duo inter se maximè distantia in uno adunientur supposito, scilicèt, æternitas cum tempore, immensitas cum loci circumscriptione, immutabilitas cum mutabilitate, gloria cum pœna, universa pulchritudo Dei, cum deformitate humanâ.

D. Albert. Mag. hic. Luc. 1.

10.

Sed quis antè poma carpit, quàm planta suam tribuat, & impendat industriam? Quis præter viam ad ullam pervenit mansionem? quærit aureus ille Chrysologus. Nulla certè umquàm persona, nisi Beatissima Virgo Maria, sacra planta, quæ numquam exulta, suum protulit fructum: *Beata ergò, & verè Beata Maria*, &c. inter quam, & ejus benedictissimum Filium ulla res intercedere potuit. De radice Iesse prodit flos ille pulcherrimus, ut quondam aiebat Propheta Isaias: *Egredietur Virga de radice Iesse & flos de radice ejus ascendet*, quæ juxtà explicationem Tertulliani, Leonis Papæ, Ephrem Syri, Ambrosij, & aliorum, supra communem naturæ ordinem fiunt, quia, secundùm leges naturæ, inter radicem & florem mediat truncus, & rami, & ex his solent flores prodire; at verò inter hunc divinissimum florem, nulla alia intercurrerunt principia, id est, non fuit gradatim prius sanguis, & postèa caro, & organizatio membrorum, & tandem Christus, sed ex sanguine virginali, omnipotentis dextera immediatè corpus Christi Redemptoris nostri efformávit. Atque hoc nominavit Propheta, florem ascendere de radice: *Egredietur virga de radice*, &c. Eidem sententiæ subscribit Guerricus Abbas: *Qui sine gradu profectus, ab initio conceptus fuit. omni virtute, gratiâ in seipso extitit perfectus.* Neque hìc vehementer admirandum, quia, uti Angelus dixit Virgini Spiritus sanctus opifex fuit hujusce mysterij; *In utero tuo*, sine cooperatione humanâ *Spiritus Sanctus superveniet in te*, atque ita pura & intacta Virgo permanebis ut anteà: *Prætermitte ordinem naturæ recognosce ordinem Creatoris*, inquit divus Petrus Chrysologus, loquens in personâ Angeli ad Virginem, exultat hìc natura, totum est omnipotentis Dei, ille solus est Architectus operis adeò excellentis, Incarnationis Verbi adeò reconditæ, super quâ hodie legatus mittitur Gabriel ad Virginem: *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem*, &c.

Isaiæ 11. v. 1. Tertull. lib. de carne Christi D. Leo ser. 4. de nativit. D. Ephrem de Maria laud. Ambr. de benedict. Patriar. Guerricus ser. 2. de Annunt.

A Deo,

Consideratio II.

Opus Incarnationis non cadebat sub meritum humanum, neque ullum erat ex parte nostrâ jus, seu actio ad beneficium tam sublime, ad honorem, seu favorem tam eminentem.

1.

Dicit sacer Evangelista Lucas Gabrieli Archangelo à Deo fuisse demandatam Incarnationis Verbi divini annuntiationem: *Missus est Angelus Gabriel à Deo* Firmiter mihi persuadeo, hæc verba plùs significare, quàm sonent, ac proindè fuit, quasi diceret: opus hoc tam sublime, non cadebat sub meritum hominis, neque ulla dabatur ex parte nostrâ actio, seu jus ad tam immeritum, & excellens beneficium. Ita dixit disertus ille Lusitanus: *Merce nano mercida, que o entendimiento abate*, quæ latinè sic sonant, favor nèmi promeritus, qui intellectum deprimit. Veniat igitur è cælis, solumque Deum & ejus infinitam bonitatem pro suo Authore recognoscat; *A Deo*, quia gratia, & favor adeò supereminens, creatum superexcedit meritum, neque in aliam, præter divinum amorem, causam referri potest. Ita docet Angelicus noster Doctor pluribus in locis, ad quos curiosum Lectorem remitto. Nos interim quæramus in sacris Litteris propositæ veritatis nostræ con-

Franciſc. de Sa. Cant. annuntiat. Rom. 8

D. Thom in 3. dist. 4. q. 3. ad 1. & 3. p. q. 1. a. 1.

Digitized by Google

Nebuchadnezzar's dream of a great image.

Dan. 2. 1 And in the second year of the reign of Nebuchadnezzar Nebuchadnezzar dreamed dreams, wherewith his spirit was troubled, and his sleep brake from him.

2 Then the king commanded to call the magicians, and the astrologers, and the sorcerers, and the Chaldeans, for to shew the king his dreams. So they came and stood before the king.

3 And the king said unto them, I have dreamed a dream, and my spirit was troubled to know the dream.

4 Then spake the Chaldeans to the king in Syriack, O king, live for ever: tell thy servants the dream, and we will shew the interpretation.

5 The king answered and said to the Chaldeans, The thing is gone from me: if ye will not make known unto me the dream, with the interpretation thereof, ye shall be cut in pieces, and your houses shall be made a dunghill.

6 But if ye shew the dream, and the interpretation thereof, ye shall receive of me gifts and rewards and great honour: therefore shew me the dream, and the interpretation thereof.

7 They answered again and said, Let the king tell his servants the dream, and we will shew the interpretation of it.

8 The king answered and said, I know of certainty that ye would gain the time, because ye see the thing is gone from me.

9 But if ye will not make known unto me the dream, there is but one decree for you: for ye have prepared lying and corrupt words to speak before me, till the time be changed: therefore tell me the dream, and I shall know that ye can shew me the interpretation thereof.

10 The Chaldeans answered before the king, and said, There is not a man upon the earth that can shew the king's matter: therefore there is no king, lord, nor ruler, that asked such things at any magician, or astrologer, or Chaldean.

11 And it is a rare thing that the king requireth, and there is none other that can shew it before the king, except the gods, whose dwelling is not with flesh.

12 For this cause the king was angry and very furious, and commanded to destroy all the wise men of Babylon.

13 And the decree went forth that the wise men should be slain; and they sought Daniel and his fellows to be slain.

14 Then Daniel answered with counsel and wisdom to Arioch the captain of the king's guard, which was gone forth to slay the wise men of Babylon:

15 He answered and said to Arioch the king's captain, Why is the decree so hasty from the king? Then Arioch made the thing known to Daniel.

16 Then Daniel went in, and desired of the king that he would give him time, that he would shew the king the interpretation.

17 Then Daniel went to his house, and made the thing known to Hananiah, Mishael, and Azariah, his companions:

18 That they would desire mercies of the God of heaven concerning this secret; that Daniel and his fellows should not perish with the rest of the wise men of Babylon.

19 Then was the secret revealed unto Daniel in a night vision. Then Daniel blessed the God of heaven.

20 Daniel answered and said, Blessed be the name of God for ever and ever: for wisdom and might are his:

21 And he changeth the times and the seasons: he removeth kings, and setteth up kings: he giveth wisdom unto the wise, and knowledge to them that know understanding:

22 He revealeth the deep and secret things: he knoweth what is in the darkness, and the light dwelleth with him.

23 I thank thee, and praise thee, O thou God of my fathers, who hast given me wisdom and might, and hast now made known unto me what we desired of thee: for thou hast now made known unto us the king's matter.

24 Therefore Daniel went in unto Arioch, whom the king had ordained to destroy the wise men of Babylon: he went and said thus unto him; Destroy not the wise men of Babylon: bring me in before the king, and I will unto the king shew the interpretation.

25 Then Arioch brought in Daniel before the king in haste, and said thus unto him, I have found a man of the captives of Judah, that will make known unto the king the interpretation.

26 The king answered and said to Daniel, whose name was Belteshazzar, Art thou able to make known unto me the dream which I have seen, and the interpretation thereof?

27 Daniel answered in the presence of the king, and said, The secret which the king hath demanded cannot the wise men, the astrologers, the magicians, the soothsayers, shew unto the king;

28 But there is a God in heaven that revealeth secrets, and maketh known to the king Nebuchadnezzar what shall be in the latter days. Thy dream, and the visions of thy head upon thy bed, are these;

29 As for thee, O king, thy thoughts came into thy mind upon thy bed, what should come to pass hereafter: and he that revealeth secrets maketh known to thee what shall come to pass.

30 But as for me, this secret is not revealed to me for any wisdom that I have more than any living, but for their sakes that shall make known the interpretation to the king, and that thou mightest know the thoughts of thy heart.

31 Thou, O king, sawest, and behold a great image. This great image, whose brightness was excellent, stood before thee; and the form thereof was terrible.

32 This image's head was of fine gold, his breast and his arms of silver, his belly and his thighs of brass,

33 His legs of iron, his feet part of iron and part of clay.

34 Thou sawest till that a stone was cut out without hands, which smote the image upon his feet that were of iron and clay, and brake them to pieces.

35 Then was the iron, the clay, the brass, the silver, and the gold, broken to pieces together, and became like the chaff of the summer threshingfloors; and the wind carried them away, that no place was found for them: and the stone that smote the image became a great mountain, and filled the whole earth.

36 This is the dream; and we will tell the interpretation thereof before the king.

37 Thou, O king, art a king of kings: for the God of heaven hath given thee a kingdom, power, and strength, and glory.

38 And wheresoever the children of men dwell, the beasts of the field and the fowls of the heaven hath he given into thine hand, and hath made thee ruler over them all. Thou art this head of gold.

39 And after thee shall arise another kingdom inferior to thee, and another third kingdom of brass, which shall bear rule over all the earth.

40 And the fourth kingdom shall be strong as iron: forasmuch as iron breaketh in pieces and subdueth all things: and as iron that breaketh all these, shall it break in pieces and bruise.

41 And whereas thou sawest the feet and toes, part of potters' clay, and part of iron, the kingdom shall be divided; but there shall be in it of the strength of the iron, forasmuch as thou sawest the iron mixed with miry clay.

42 And as the toes of the feet were part of iron, and part of clay, so the kingdom shall be partly strong, and partly broken.

43 And whereas thou sawest iron mixed with miry clay, they shall mingle themselves with the seed of men: but they shall not cleave one to another, even as iron is not mixed with clay.

44 And in the days of these kings shall the God of heaven set up a kingdom, which shall never be destroyed: and the kingdom shall not be left to other people, but it shall break in pieces and consume all these kingdoms, and it shall stand for ever.

45 Forasmuch as thou sawest that the stone was cut out of the mountain without hands, and that it brake in pieces the iron, the brass, the clay, the silver, and the gold; the great God hath made known to the king what shall come to pass hereafter: and the dream is certain, and the interpretation thereof sure.

46 Then the king Nebuchadnezzar fell upon his face, and worshipped Daniel, and commanded that they should offer an oblation and sweet odours unto him.

47 The king answered unto Daniel, and said, Of a truth it is, that your God is a God of gods, and a Lord of kings, and a revealer of secrets, seeing thou couldest reveal this secret.

48 Then the king made Daniel a great man, and gave many great gifts unto him, and made him ruler over the whole province of Babylon, and chief of the governors over all the wise men of Babylon.

49 Then Daniel requested of the king, and he set Shadrach, Meshach, and Abednego, over the affairs of the province of Babylon: but Daniel sat in the gate of the king.

Dan. 3. 1 Nebuchadnezzar the king made an image of gold, whose height was threescore cubits, and the breadth thereof six cubits: he set it up in the plain of Dura, in the province of Babylon.

2 Then Nebuchadnezzar the king sent to gather together the princes, the governors, and the captains, the judges, the treasurers, the counsellers, the sheriffs, and all the rulers of the provinces, to come to the dedication of the image which Nebuchadnezzar the king had set up.

3 Then the princes, the governors, and captains, the judges, the treasurers, the counsellers, the sheriffs, and all the rulers of the provinces, were gathered together unto the dedication of the image that Nebuchadnezzar the king had set up; and they stood before the image that Nebuchadnezzar had set up.

4 Then an herald cried aloud, To you it is commanded, O people, nations, and languages,

5 That at what time ye hear the sound of the cornet, flute, harp, sackbut, psaltery, and dulcimer, and all kinds of musick, ye fall down and worship the golden image that Nebuchadnezzar the king hath set up:

6 And whoso falleth not down and worshippeth shall the same hour be cast into the midst of a burning fiery furnace.

7 Therefore at that time, when all the people heard the sound of the cornet, flute, harp, sackbut, psaltery, and dulcimer, and all kinds of musick, all the people, the nations, and the languages, fell down and worshipped the golden image that Nebuchadnezzar the king had set up.

8 Wherefore at that time certain Chaldeans came near, and accused the Jews.

9 They spake and said to the king Nebuchadnezzar, O king, live for ever.

10 Thou, O king, hast made a decree, that every man that shall hear the sound of the cornet, flute, harp, sackbut, psaltery, and dulcimer, and all kinds of musick, shall fall down and worship the golden image:

11 And whoso falleth not down and worshippeth, that he should be cast into the midst of a burning fiery furnace.

12 There are certain Jews whom thou hast set over the affairs of the province of Babylon, Shadrach, Meshach, and Abednego; these men, O king, have not regarded thee: they serve not thy gods, nor worship the golden image which thou hast set up.

13 Then Nebuchadnezzar in his rage and fury commanded to bring Shadrach, Meshach, and Abednego. Then they brought these men before the king.

14 Nebuchadnezzar spake and said unto them, Is it true, O Shadrach, Meshach, and Abednego, do not ye serve my gods, nor worship the golden image which I have set up?

15 Now if ye be ready that at what time ye hear the sound of the cornet, flute, harp, sackbut, psaltery, and dulcimer, and all kinds of musick, ye fall down and worship the image which I have made; well: but if ye worship not, ye shall be cast the same hour into the midst of a burning fiery furnace; and who is that God that shall deliver you out of my hands?

16 Shadrach, Meshach, and Abednego, answered and said to the king, O Nebuchadnezzar, we are not careful to answer thee in this matter.

17 If it be so, our God whom we serve is able to deliver us from the burning fiery furnace, and he will deliver us out of thine hand, O king.

18 But if not, be it known unto thee, O king, that we will not serve thy gods, nor worship the golden image which thou hast set up.

19 Then was Nebuchadnezzar full of fury, and the form of his visage was changed against Shadrach, Meshach, and Abednego: therefore he spake, and commanded that they should heat the furnace one seven times more than it was wont to be heated.

20 And he commanded the most mighty men that were in his army to bind Shadrach, Meshach, and Abednego, and to cast them into the burning fiery furnace.

21 Then these men were bound in their coats, their hosen, and their hats, and their other garments, and were cast into the midst of the burning fiery furnace.

22 Therefore because the king's commandment was urgent, and the furnace exceeding hot, the flame of the fire slew those men that took up Shadrach, Meshach, and Abednego.

23 And these three men, Shadrach, Meshach, and Abednego, fell down bound into the midst of the burning fiery furnace.

24 Then Nebuchadnezzar the king was astonied, and rose up in haste, and spake, and said unto his counsellers, Did not we cast three men bound into the midst of the fire? They answered and said unto the king, True, O king.

25 He answered and said, Lo, I see four men loose, walking in the midst of the fire, and they have no hurt; and the form of the fourth is like the Son of God.

26 Then Nebuchadnezzar came near to the mouth of the burning fiery furnace, and spake, and said, Shadrach, Meshach, and Abednego, ye servants of the most high God, come forth, and come hither. Then Shadrach, Meshach, and Abednego, came forth of the midst of the fire.

27 And the princes, governors, and captains, and the king's counsellers, being gathered together, saw these men, upon whose bodies the fire had no power, nor was an hair of their head singed, neither were their coats changed, nor the smell of fire had passed on them.

28 Then Nebuchadnezzar spake, and said, Blessed be the God of Shadrach, Meshach, and Abednego, who hath sent his angel, and delivered his servants that trusted in him, and have changed the king's word, and yielded their bodies, that they might not serve nor worship any god, except their own God.

29 Therefore I make a decree, That every people, nation, and language, which speak any thing amiss against the God of Shadrach, Meshach, and Abednego, shall be cut in pieces, and their houses shall be made a dunghill: because there is no other God that can deliver after this sort.

30 Then the king promoted Shadrach, Meshach, and Abednego, in the province of Babylon.

Dan. 4. 1 Nebuchadnezzar the king, unto all people, nations, and languages, that dwell in all the earth; Peace be multiplied unto you.

2 I thought it good to shew the signs and wonders that the high God hath wrought toward me.

3 How great are his signs! and how mighty are his wonders! his kingdom is an everlasting kingdom, and his dominion is from generation to generation.

4 I Nebuchadnezzar was at rest in mine house, and flourishing in my palace:

5 I saw a dream which made me afraid, and the thoughts upon my bed and the visions of my head troubled me.

6 Therefore made I a decree to bring in all the wise men of Babylon before me, that they might make known unto me the interpretation of the dream.

7 Then came in the magicians, the astrologers, the Chaldeans, and the soothsayers: and I told the dream before them; but they did not make known unto me the interpretation thereof.

8 But at the last Daniel came in before me, whose name was Belteshazzar, according to the name of my god, and in whom is the spirit of the holy gods: and before him I told the dream, saying,

9 O Belteshazzar, master of the magicians, because I know that the spirit of the holy gods is in thee, and no secret troubleth thee, tell me the visions of my dream that I have seen, and the interpretation thereof.

10 Thus were the visions of mine head in my bed; I saw, and behold a tree in the midst of the earth, and the height thereof was great.

11 The tree grew, and was strong, and the height thereof reached unto heaven, and the sight thereof to the end of all the earth:

12 The leaves thereof were fair, and the fruit thereof much, and in it was meat for all: the beasts of the field had shadow under it, and the fowls of the heaven dwelt in the boughs thereof, and all flesh was fed of it.

13 I saw in the visions of my head upon my bed, and, behold, a watcher and an holy one came down from heaven;

14 He cried aloud, and said thus, Hew down the tree, and cut off his branches, shake off his leaves, and scatter his fruit: let the beasts get away from under it, and the fowls from his branches:

15 Nevertheless leave the stump of his roots in the earth, even with a band of iron and brass, in the tender grass of the field; and let it be wet with the dew of heaven, and let his portion be with the beasts in the grass of the earth:

16 Let his heart be changed from man's, and let a beast's heart be given unto him; and let seven times pass over him.

17 This matter is by the decree of the watchers, and the demand by the word of the holy ones: to the intent that the living may know that the most high ruleth in the kingdom of men, and giveth it to whomsoever he will, and setteth up over it the basest of men.

18 This dream I king Nebuchadnezzar have seen. Now thou, O Belteshazzar, declare the interpretation thereof, forasmuch as all the wise men of my kingdom are not able to make known unto me the interpretation: but thou art able; for the spirit of the holy gods is in thee.

19 Then Daniel, whose name was Belteshazzar, was astonied for one hour, and his thoughts troubled him. The king spake, and said, Belteshazzar, let not the dream, or the interpretation thereof, trouble thee. Belteshazzar answered and said, My lord, the dream be to them that hate thee, and the interpretation thereof to thine enemies.

20 The tree that thou sawest, which grew and was strong, whose height reached unto the heaven, and the sight thereof to all the earth;

21 Whose leaves were fair, and the fruit thereof much, and in it was meat for all; under which the beasts of the field dwelt, and upon whose branches the fowls of the heaven had their habitation:

22 It is thou, O king, that art grown and become strong: for thy greatness is grown, and reacheth unto heaven, and thy dominion to the end of the earth.

23 And whereas the king saw a watcher and an holy one coming down from heaven, and saying, Hew the tree down, and destroy it; yet leave the stump of the roots thereof in the earth, even with a band of iron and brass, in the tender grass of the field, and let it be wet with the dew of heaven, and let his portion be with the beasts of the field, till seven times pass over him;

24 This is the interpretation, O king, and this is the decree of the most high, which is come upon my lord the king:

25 That they shall drive thee from men, and thy dwelling shall be with the beasts of the field, and they shall make thee to eat grass as oxen, and they shall wet thee with the dew of heaven, and seven times shall pass over thee, till thou know that the most high ruleth in the kingdom of men, and giveth it to whomsoever he will.

26 And whereas they commanded to leave the stump of the tree roots; thy kingdom shall be sure unto thee, after that thou shalt have known that the heavens do rule.

27 Wherefore, O king, let my counsel be acceptable unto thee, and break off thy sins by righteousness, and thine iniquities by shewing mercy to the poor; if it may be a lengthening of thy tranquillity.

28 All this came upon the king Nebuchadnezzar.

29 At the end of twelve months he walked in the palace of the kingdom of Babylon.

30 The king spake, and said, Is not this great Babylon, that I have built for the house of the kingdom by the might of my power, and for the honour of my majesty?

31 While the word was in the king's mouth, there fell a voice from heaven, saying, O king Nebuchadnezzar, to thee it is spoken; The kingdom is departed from thee.

32 And they shall drive thee from men, and thy dwelling shall be with the beasts of the field, and they shall make thee to eat grass as oxen, and seven times shall pass over thee, until thou know that the most high ruleth in the kingdom of men, and giveth it to whomsoever he will.

33 The same hour was the thing fulfilled upon Nebuchadnezzar: and he was driven from men, and did eat grass as oxen, and his body was wet with the dew of heaven, till his hairs were grown like eagles' feathers, and his nails like birds' claws.

34 And at the end of the days I Nebuchadnezzar lifted up mine eyes unto heaven, and mine understanding returned unto me, and I blessed the most high, and I praised and honoured him that liveth for ever, whose dominion is an everlasting dominion, and his kingdom is from generation to generation:

35 And all the inhabitants of the earth are reputed as nothing: and he doeth according to his will in the army of heaven, and among the inhabitants of the earth: and none can stay his hand, or say unto him, What doest thou?

36 At the same time my reason returned unto me; and for the glory of my kingdom, mine honour and brightness returned unto me; and my counsellers and my lords sought unto me; and I was established in my kingdom, and excellent majesty was added unto me.

37 Now I Nebuchadnezzar praise and extol and honour the King of heaven, all whose works are truth, and his ways judgment: and those that walk in pride he is able to abase.

Dan. 5. 1 Belshazzar the king made a great feast to a thousand of his lords, and drank wine before the thousand.

2 Belshazzar, whiles he tasted the wine, commanded to bring the golden and silver vessels which his father Nebuchadnezzar had taken out of the temple which was in Jerusalem; that the king, and his princes, his wives, and his concubines, might drink therein.

3 Then they brought the golden vessels that were taken out of the temple of the house of God which was at Jerusalem; and the king, and his princes, his wives, and his concubines, drank in them.

4 They drank wine, and praised the gods of gold, and of silver, of brass, of iron, of wood, and of stone.

5 In the same hour came forth fingers of a man's hand, and wrote over against the candlestick upon the plaister of the wall of the king's palace: and the king saw the part of the hand that wrote.

6 Then the king's countenance was changed, and his thoughts troubled him, so that the joints of his loins were loosed, and his knees smote one against another.

7 The king cried aloud to bring in the astrologers, the Chaldeans, and the soothsayers. And the king spake, and said to the wise men of Babylon, Whosoever shall read this writing, and shew me the interpretation thereof, shall be clothed with scarlet, and have a chain of gold about his neck, and shall be the third ruler in the kingdom.

8 Then came in all the king's wise men: but they could not read the writing, nor make known to the king the interpretation thereof.

9 Then was king Belshazzar greatly troubled, and his countenance was changed in him, and his lords were astonied.

10 Now the queen by reason of the words of the king and his lords came into the banquet house: and the queen spake and said, O king, live for ever: let not thy thoughts trouble thee, nor let thy countenance be changed:

11 There is a man in thy kingdom, in whom is the spirit of the holy gods; and in the days of thy father light and understanding and wisdom, like the wisdom of the gods, was found in him; whom the king Nebuchadnezzar thy father, the king, I say, thy father, made master of the magicians, astrologers, Chaldeans, and soothsayers;

12 Forasmuch as an excellent spirit, and knowledge, and understanding, interpreting of dreams, and shewing of hard sentences, and dissolving of doubts, were found in the same Daniel, whom the king named Belteshazzar: now let Daniel be called, and he will shew the interpretation.

13 Then was Daniel brought in before the king. And the king spake and said unto Daniel, Art thou that Daniel, which art of the children of the captivity of Judah, whom the king my father brought out of Jewry?

14 I have even heard of thee, that the spirit of the gods is in thee, and that light and understanding and excellent wisdom is found in thee.

15 And now the wise men, the astrologers, have been brought in before me, that they should read this writing, and make known unto me the interpretation thereof: but they could not shew the interpretation of the thing:

16 And I have heard of thee, that thou canst make interpretations, and dissolve doubts: now if thou canst read the writing, and make known to me the interpretation thereof, thou shalt be clothed with scarlet, and have a chain of gold about thy neck, and shalt be the third ruler in the kingdom.

17 Then Daniel answered and said before the king, Let thy gifts be to thyself, and give thy rewards to another; yet I will read the writing unto the king, and make known to him the interpretation.

18 O thou king, the most high God gave Nebuchadnezzar thy father a kingdom, and majesty, and glory, and honour:

19 And for the majesty that he gave him, all people, nations, and languages, trembled and feared before him: whom he would he slew; and whom he would he kept alive; and whom he would he set up; and whom he would he put down.

20 But when his heart was lifted up, and his mind hardened in pride, he was deposed from his kingly throne, and they took his glory from him:

21 And he was driven from the sons of men; and his heart was made like the beasts, and his dwelling was with the wild asses: they fed him with grass like oxen, and his body was wet with the dew of heaven; till he knew that the most high God ruled in the kingdom of men, and that he appointeth over it whomsoever he will.

22 And thou his son, O Belshazzar, hast not humbled thine heart, though thou knewest all this;

23 But hast lifted up thyself against the Lord of heaven; and they have brought the vessels of his house before thee, and thou, and thy lords, thy wives, and thy concubines, have drunk wine in them; and thou hast praised the gods of silver, and gold, of brass, iron, wood, and stone, which see not, nor hear, nor know: and the God in whose hand thy breath is, and whose are all thy ways, hast thou not glorified:

24 Then was the part of the hand sent from him; and this writing was written.

25 And this is the writing that was written, MENE, MENE, TEKEL, UPHARSIN.

26 This is the interpretation of the thing: MENE; God hath numbered thy kingdom, and finished it.

27 TEKEL; Thou art weighed in the balances, and art found wanting.

28 PERES; Thy kingdom is divided, and given to the Medes and Persians.

29 Then commanded Belshazzar, and they clothed Daniel with scarlet, and put a chain of gold about his neck, and made a proclamation concerning him, that he should be the third ruler in the kingdom.

30 In that night was Belshazzar the king of the Chaldeans slain.

31 And Darius the Median took the kingdom, being about threescore and two years old.

Dan. 6. 1 It pleased Darius to set over the kingdom an hundred and twenty princes, which should be over the whole kingdom;

2 And over these three presidents, of whom Daniel was first: that the princes might give accounts unto them, and the king should have no damage.

3 Then this Daniel was preferred above the presidents and princes, because an excellent spirit was in him; and the king thought to set him over the whole realm.

4 Then the presidents and princes sought to find occasion against Daniel concerning the kingdom; but they could find no occasion nor fault, forasmuch as he was faithful, neither was there any error or fault found in him.

5 Then said these men, We shall not find any occasion against this Daniel, except we find it against him concerning the law of his God.

6 Then these presidents and princes assembled together to the king, and said thus unto him, King Darius, live for ever.

7 All the presidents of the kingdom, the governors, and the princes, the counsellers, and the captains, have consulted together to establish a royal statute, and to make a firm decree, that whosoever shall ask a petition of any god or man for thirty days, save of thee, O king, he shall be cast into the den of lions.

8 Now, O king, establish the decree, and sign the writing, that it be not changed, according to the law of the Medes and Persians, which altereth not.

9 Wherefore king Darius signed the writing and the decree.

10 Now when Daniel knew that the writing was signed, he went into his house; and his windows being open in his chamber toward Jerusalem, he kneeled upon his knees three times a day, and prayed, and gave thanks before his God, as he did aforetime.

11 Then these men assembled, and found Daniel praying and making supplication before his God.

12 Then they came near, and spake before the king concerning the king's decree; Hast thou not signed a decree, that every man that shall ask a petition of any god or man within thirty days, save of thee, O king, shall be cast into the den of lions? The king answered and said, The thing is true, according to the law of the Medes and Persians, which altereth not.

13 Then answered they and said before the king, That Daniel, which is of the children of the captivity of Judah, regardeth not thee, O king, nor the decree that thou hast signed, but maketh his petition three times a day.

14 Then the king, when he heard these words, was sore displeased with himself, and set his heart on Daniel to deliver him: and he laboured till the going down of the sun to deliver him.

15 Then these men assembled unto the king, and said unto the king, Know, O king, that the law of the Medes and Persians is, That no decree nor statute which the king establisheth may be changed.

16 Then the king commanded, and they brought Daniel, and cast him into the den of lions. Now the king spake and said unto Daniel, Thy God whom thou servest continually, he will deliver thee.

17 And a stone was brought, and laid upon the mouth of the den; and the king sealed it with his own signet, and with the signet of his lords; that the purpose might not be changed concerning Daniel.

18 Then the king went to his palace, and passed the night fasting: neither were instruments of musick brought before him: and his sleep went from him.

19 Then the king arose very early in the morning, and went in haste unto the den of lions.

20 And when he came to the den, he cried with a lamentable voice unto Daniel: and the king spake and said to Daniel, O Daniel, servant of the living God, is thy God, whom thou servest continually, able to deliver thee from the lions?

21 Then said Daniel unto the king, O king, live for ever.

22 My God hath sent his angel, and hath shut the lions' mouths, that they have not hurt me: forasmuch as before him innocency was found in me; and also before thee, O king, have I done no hurt.

23 Then was the king exceeding glad for him, and commanded that they should take Daniel up out of the den. So Daniel was taken up out of the den, and no manner of hurt was found upon him, because he believed in his God.

24 And the king commanded, and they brought those men which had accused Daniel, and they cast them into the den of lions, them, their children, and their wives; and the lions had the mastery of them, and brake all their bones in pieces or ever they came at the bottom of the den.

25 Then king Darius wrote unto all people, nations, and languages, that dwell in all the earth; Peace be multiplied unto you.

26 I make a decree, That in every dominion of my kingdom men tremble and fear before the God of Daniel: for he is the living God, and stedfast for ever, and his kingdom that which shall not be destroyed, and his dominion shall be even unto the end.

27 He delivereth and rescueth, and he worketh signs and wonders in heaven and in earth, who hath delivered Daniel from the power of the lions.

28 So this Daniel prospered in the reign of Darius, and in the reign of Cyrus the Persian.

Dan. 7. 1 In the first year of Belshazzar king of Babylon Daniel had a dream and visions of his head upon his bed: then he wrote the dream, and told the sum of the matters.

2 Daniel spake and said, I saw in my vision by night, and, behold, the four winds of the heaven strove upon the great sea.

3 And four great beasts came up from the sea, diverse one from another.

4 The first was like a lion, and had eagle's wings: I beheld till the wings thereof were plucked, and it was lifted up from the earth, and made stand upon the feet as a man, and a man's heart was given to it.

5 And behold another beast, a second, like to a bear, and it raised up itself on one side, and had three ribs in the mouth of it between the teeth of it: and they said thus unto it, Arise, devour much flesh.

6 After this I beheld, and lo another, like a leopard, which had upon the back of it four wings of a fowl; the beast had also four heads; and dominion was given to it.

7 After this I saw in the night visions, and behold a fourth beast, dreadful and terrible, and strong exceedingly; and it had great iron teeth: it devoured and brake in pieces, and stamped the residue with the feet of it: and it was diverse from all the beasts that were before it; and it had ten horns.

8 I considered the horns, and, behold, there came up among them another little horn, before whom there were three of the first horns plucked up by the roots: and, behold, in this horn were eyes like the eyes of man, and a mouth speaking great things.

9 I beheld till the thrones were cast down, and the Ancient of days did sit, whose garment was white as snow, and the hair of his head like the pure wool: his throne was like the fiery flame, and his wheels as burning fire.

10 A fiery stream issued and came forth from before him: thousand thousands ministered unto him, and ten thousand times ten thousand stood before him: the judgment was set, and the books were opened.

11 I beheld then because of the voice of the great words which the horn spake: I beheld even till the beast was slain, and his body destroyed, and given to the burning flame.

12 As concerning the rest of the beasts, they had their dominion taken away: yet their lives were prolonged for a season and time.

13 I saw in the night visions, and, behold, one like the Son of man came with the clouds of heaven, and came to the Ancient of days, and they brought him near before him.

14 And there was given him dominion, and glory, and a kingdom, that all people, nations, and languages, should serve him: his dominion is an everlasting dominion, which shall not pass away, and his kingdom that which shall not be destroyed.

15 I Daniel was grieved in my spirit in the midst of my body, and the visions of my head troubled me.

16 I came near unto one of them that stood by, and asked him the truth of all this. So he told me, and made me know the interpretation of the things.

17 These great beasts, which are four, are four kings, which shall arise out of the earth.

18 But the saints of the most high shall take the kingdom, and possess the kingdom for ever, even for ever and ever.

19 Then I would know the truth of the fourth beast, which was diverse from all the others, exceeding dreadful, whose teeth were of iron, and his nails of brass; which devoured, brake in pieces, and stamped the residue with his feet;

20 And of the ten horns that were in his head, and of the other which came up, and before whom three fell; even of that horn that had eyes, and a mouth that spake very great things, whose look was more stout than his fellows.

21 I beheld, and the same horn made war with the saints, and prevailed against them;

22 Until the Ancient of days came, and judgment was given to the saints of the most high; and the time came that the saints possessed the kingdom.

23 Thus he said, The fourth beast shall be the fourth kingdom upon earth, which shall be diverse from all kingdoms, and shall devour the whole earth, and shall tread it down, and break it in pieces.

24 And the ten horns out of this kingdom are ten kings that shall arise: and another shall rise after them; and he shall be diverse from the first, and he shall subdue three kings.

25 And he shall speak great words against the most high, and shall wear out the saints of the most high, and think to change times and laws: and they shall be given into his hand until a time and times and the dividing of time.

26 But the judgment shall sit, and they shall take away his dominion, to consume and to destroy it unto the end.

27 And the kingdom and dominion, and the greatness of the kingdom under the whole heaven, shall be given to the people of the saints of the most high, whose kingdom is an everlasting kingdom, and all dominions shall serve and obey him.

28 Hitherto is the end of the matter. As for me Daniel, my cogitations much troubled me, and my countenance changed in me: but I kept the matter in my heart.

Dan. 8. 1 In the third year of the reign of king Belshazzar a vision appeared unto me, even unto me Daniel, after that which appeared unto me at the first.

2 And I saw in a vision; and it came to pass, when I saw, that I was at Shushan in the palace, which is in the province of Elam; and I saw in a vision, and I was by the river of Ulai.

3 Then I lifted up mine eyes, and saw, and behold there stood before the river a ram which had two horns: and the two horns were high; but one was higher than the other, and the higher came up last.

4 I saw the ram pushing westward, and northward, and southward; so that no beasts might stand before him, neither was there any that could deliver out of his hand; but he did according to his will, and became great.

5 And as I was considering, behold, an he goat came from the west on the face of the whole earth, and touched not the ground: and the goat had a notable horn between his eyes.

6 And he came to the ram that had two horns, which I had seen standing before the river, and ran unto him in the fury of his power.

7 And I saw him come close unto the ram, and he was moved with choler against him, and smote the ram, and brake his two horns: and there was no power in the ram to stand before him, but he cast him down to the ground, and stamped upon him: and there was none that could deliver the ram out of his hand.

8 Therefore the he goat waxed very great: and when he was strong, the great horn was broken; and for it came up four notable ones toward the four winds of heaven.

9 And out of one of them came forth a little horn, which waxed exceeding great, toward the south, and toward the east, and toward the pleasant land.

10 And it waxed great, even to the host of heaven; and it cast down some of the host and of the stars to the ground, and stamped upon them.

11 Yea, he magnified himself even to the prince of the host, and by him the daily sacrifice was taken away, and the place of his sanctuary was cast down.

12 And a host was given him against the daily sacrifice by reason of transgression, and it cast down the truth to the ground; and it practised, and prospered.

13 Then I heard one saint speaking, and another saint said unto that certain saint which spake, How long shall be the vision concerning the daily sacrifice, and the transgression of desolation, to give both the sanctuary and the host to be trodden under foot?

14 And he said unto me, Unto two thousand and three hundred days; then shall the sanctuary be cleansed.

15 And it came to pass, when I, even I Daniel, had seen the vision, and sought for the meaning, then, behold, there stood before me as the appearance of a man.

16 And I heard a man's voice between the banks of Ulai, which called, and said, Gabriel, make this man to understand the vision.

17 So he came near where I stood: and when he came, I was afraid, and fell upon my face: but he said unto me, Understand, O son of man: for at the time of the end shall be the vision.

18 Now as he was speaking with me, I was in a deep sleep on my face toward the ground: but he touched me, and set me upright.

19 And he said, Behold, I will make thee know what shall be in the last end of the indignation: for at the time appointed the end shall be.

20 The ram which thou sawest having two horns are the kings of Media and Persia.

21 And the rough goat is the king of Grecia: and the great horn that is between his eyes is the first king.

22 Now that being broken, whereas four stood up for it, four kingdoms shall stand up out of the nation, but not in his power.

23 And in the latter time of their kingdom, when the transgressors are come to the full, a king of fierce countenance, and understanding dark sentences, shall stand up.

24 And his power shall be mighty, but not by his own power: and he shall destroy wonderfully, and shall prosper, and practise, and shall destroy the mighty and the holy people.

25 And through his policy also he shall cause craft to prosper in his hand; and he shall magnify himself in his heart, and by peace shall destroy many: he shall also stand up against the Prince of princes; but he shall be broken without hand.

26 And the vision of the evening and the morning which was told is true: wherefore shut thou up the vision; for it shall be for many days.

27 And I Daniel fainted, and was sick certain days; afterward I rose up, and did the king's business; and I was astonished at the vision, but none understood it.

Dan. 9. 1 In the first year of Darius the son of Ahasuerus, of the seed of the Medes, which was made king over the realm of the Chaldeans;

2 In the first year of his reign I Daniel understood by books the number of the years, whereof the word of the Lord came to Jeremiah the prophet, that he would accomplish seventy years in the desolations of Jerusalem.

3 And I set my face unto the Lord God, to seek by prayer and supplications, with fasting, and sackcloth, and ashes:

4 And I prayed unto the Lord my God, and made my confession, and said, O Lord, the great and dreadful God, keeping the covenant and mercy to them that love him, and to them that keep his commandments;

5 We have sinned, and have committed iniquity, and have done wickedly, and have rebelled, even by departing from thy precepts and from thy judgments:

6 Neither have we hearkened unto thy servants the prophets, which spake in thy name to our kings, our princes, and our fathers, and to all the people of the land.

7 O Lord, righteousness belongeth unto thee, but unto us confusion of faces, as at this day; to the men of Judah, and to the inhabitants of Jerusalem, and unto all Israel, that are near, and that are far off, through all the countries whither they have driven them, because of their trespass that they have trespassed against thee.

8 O Lord, to us belongeth confusion of face, to our kings, to our princes, and to our fathers, because we have sinned against thee.

9 To the Lord our God belong mercies and forgivenesses, though we have rebelled against him;

10 Neither have we obeyed the voice of the Lord our God, to walk in his laws, which he set before us by his servants the prophets.

11 Yea, all Israel have transgressed thy law, even by departing, that they might not obey thy voice; therefore the curse is poured upon us, and the oath that is written in the law of Moses the servant of God, because we have sinned against him.

12 And he hath confirmed his words, which he spake against us, and against our judges that judged us, by bringing upon us a great evil: for under the whole heaven hath not been done as hath been done upon Jerusalem.

13 As it is written in the law of Moses, all this evil is come upon us: yet made we not our prayer before the Lord our God, that we might turn from our iniquities, and understand thy truth.

14 Therefore hath the Lord watched upon the evil, and brought it upon us: for the Lord our God is righteous in all his works which he doeth, for we obeyed not his voice.

15 And now, O Lord our God, that hast brought thy people forth out of the land of Egypt with a mighty hand, and hast gotten thee renown, as at this day; we have sinned, we have done wickedly.

16 O Lord, according to all thy righteousness, I beseech thee, let thine anger and thy fury be turned away from thy city Jerusalem, thy holy mountain: because for our sins, and for the iniquities of our fathers, Jerusalem and thy people are become a reproach to all that are about us.

17 Now therefore, O our God, hear the prayer of thy servant, and his supplications, and cause thy face to shine upon thy sanctuary that is desolate, for the Lord's sake.

18 O my God, incline thine ear, and hear; open thine eyes, and behold our desolations, and the city which is called by thy name: for we do not present our supplications before thee for our righteousnesses, but for thy great mercies.

19 O Lord, hear; O Lord, forgive; O Lord, hearken and do; defer not, for thine own sake, O my God: for thy city and thy people are called by thy name.

20 And whiles I was speaking, and praying, and confessing my sin and the sin of my people Israel, and presenting my supplication before the Lord my God for the holy mountain of my God;

21 Yea, whiles I was speaking in prayer, even the man Gabriel, whom I had seen in the vision at the beginning, being caused to fly swiftly, touched me about the time of the evening oblation.

22 And he informed me, and talked with me, and said, O Daniel, I am now come forth to give thee skill and understanding.

23 At the beginning of thy supplications the commandment came forth, and I am come to shew thee; for thou art greatly beloved: therefore understand the matter, and consider the vision.

24 Seventy weeks are determined upon thy people and upon thy holy city, to finish the transgression, and to make an end of sins, and to make reconciliation for iniquity, and to bring in everlasting righteousness, and to seal up the vision and prophecy, and to anoint the most Holy.

25 Know therefore and understand, that from the going forth of the commandment to restore and to build Jerusalem unto the Messiah the Prince shall be seven weeks, and threescore and two weeks: the street shall be built again, and the wall, even in troublous times.

26 And after threescore and two weeks shall Messiah be cut off, but not for himself: and the people of the prince that shall come shall destroy the city and the sanctuary; and the end thereof shall be with a flood, and unto the end of the war desolations are determined.

27 And he shall confirm the covenant with many for one week: and in the midst of the week he shall cause the sacrifice and the oblation to cease, and for the overspreading of abominations he shall make it desolate, even until the consummation, and that determined shall be poured upon the desolate.

Dan. 10. 1 In the third year of Cyrus king of Persia a thing was revealed unto Daniel, whose name was called Belteshazzar; and the thing was true, but the time appointed was long: and he understood the thing, and had understanding of the vision.

2 In those days I Daniel was mourning three full weeks.

3 I ate no pleasant bread, neither came flesh nor wine in my mouth, neither did I anoint myself at all, till three whole weeks were fulfilled.

4

apidem. Incipit Iacob laudare Deum, eique gratias pro tanti beneficij magnitudine referre pollicetur, se illi templũ exstructurum, in eoq; se illi plurima gratitudinis obsequia præstiturum, certo certiùs sciens, & recognoscens beneficia, quò majoris sunt dignitatis, & minus promerita; eò arctioris debito gratitudinis esse compensanda *Vocabitur domus Dei sanctorum, quæ dederit mihi, decimas offerã tibi.* Beneficiũ, quod adeo excedit capacitatem hominis, & est solus amoris divini effectus, A DEO, nunquã in hâc vitâ, quãvis nestoreis duret annis dignâ gratiarũ actione persolvi, aut remunerari potest.

4. Neque ulla gratitudo nostra efficere potest, quò minus Deus omnia faciat propter amorem sui. Propositio vera per Salomonem in sacris Proverbiis constanter edicta: *Vniversa propter semetipsũ operatus est Dominus.* Omnia opera sua in se, tamquàm in finem, ordinavit. Quarè mellifluus Doctor eidem pulcherrimã, & instituto nostro commodissimã adjecit explicationem. Si enim verba hæc in nudo sensu litterali caperentur, neutiquam cum his, quæ in Symbolo fidei referuntur, componi possent, *qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis de cœlo, & incarnatus est*, &c. Atque ideo D. Bernardus duos componens Textus primâ frõte sibi invicem contrarios, in hæc effatur verba. *In eò quippe, quòd dicitur omnia propter se, præveniens commendatur origo, in eo autem, quod dicitur propter suos, magis exprimitur fructus sequens. Omnia fecit propter semetipsum, gratuitã, scilicet, bonitate. Omnia propter electos suos, pro eorũ, scilicet, utilitate, ut illa quidem efficiens causa sit, hæc finis.* Quæ. D. Bernardi verba ita in compendium redigi possunt, ne videatur contradictio, Deum omnia propter semetipsum, & propter electos suos fuisse operatum, quia, dum dicitur propter se, motivũ indicat, causam impulsivam denotat misericordiam, scilicet, & bonitatem suam; si enim ad merita nostra oculos suos convertisset, nullatenùs ea fecisset, amorem igitur suum respexit, & hic omnium operum fuit causa efficiens, at verò, quando dicitur propter homines, & salutem eorum, loquitur de iis, ut causâ finali, &, idem valet, ac si diceret: omnia fecit in eorum cõmodum, & ùtilitatem, quasi ipsi soli forent, in quos tamquàm in finem cuncta fuerunt ordinata: numquam certè Deus per Incarnationẽ descendisset, nisi amor ipsius erga homines tantùm ascendisset.

Prov. 16. v. 4.

5. Postquàm Deus Davidi illam pollicitationem fecisset, de quâ paullò antea egimus, *Filius, qui egredietur de utero tuo.* Agnoscens regius Vates se tot beneficiis munificentissimè cumulatũ, seq; Deo tot favorum vinculis devinctum, recurrit ad impar meritum suum, hocq; cum illis conferens, in hæc prorumpit verba: *Quis ego sum Domine Deus, & domus mea, quia adduxisti me huc usq;?* Quinam parentes mei, quæve generatio mea, ut tu tantâ beneficentiâ me indignum adeò largiter prosequereris, & me vilem, & abjectum pastorem ad tantam dignitatem, & solium, quod occupo, exultares? & super omnia me tot benedictionum promissis immeritum prævenires? Septuaginta ita legunt: *Quia delexisti me usque ad hæc?* Quis, qualisve ego sum, ut me tantâ amoris prærogativâ diligeres & tot honores adeò eminẽtes mihi promitteres. Duplicem sensum admittunt hæc verba, vel enim interrogativè vel assertivè intelligi possunt. Juxtà primum dicendi modum idem sonabat, ac si diceret David: Domine mihi tantum amorem? Iudicans, quòd Deus ad tantum illi munificentiâ præstandum, & adeò notabilem honorem deferendum, ut ex illo secundum carnem progigneretur, nullam aliam causam poterat habere impellentẽ præter amorem suũ, ac proindè honorẽ, vocat amorem: *Quia delexisti me huc usque? quia delexisti me usque ad hæc?* Juxta secundùm verò modum assertivè loquendi, etiam hâbemus propositi nostri confirmationem; continet enim respõsum Davidicæ interrogationis: *Quis ego sum.* &c. Hæc interrogo, quia agnosco, vilitatem meam, & indignitatẽ, nisi ad profundissimam humilitatis meæ abyssum recurrero: omnium istorum unica est causa amor tuus, illi cuncta sunt attribuenda, si me minus amares, nõ me tantùm honorares, & si homines non tanto amore diligeres, non tam serio eorum honori consuleres, neq; eos tot, tantisq; impensis, & incomodis tuis redimeres. Sed certum, & indubitatum est, quòd munificentissimam tuam manum cohibere nequeas, quodq; amantissimo cordi tuo violentiã inferre, aut generosam animi tui indolẽ reprimere non possis: hoc sonare videntur verba ejusdem Davidis adjecta: *Et quid adjiciet David ultrâ loqui ad te? propter verbum tuum, & secũdum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc.* In te ipso quæris, & iuvenis rationes, & motiva nobis benefaciendi: A DEO. 6.

Septuag.

Num. 25. v. 17.

Variè explicant sacri Doctores vaticinium illud Balaami: *Orietur stella ex Iacob, & cõsurget virga*

Digitized by Google

virga Dei Israël. Pro explicatione horum verborum tria suppono, videlicet, per Jacob posse intelligi Patrem æternum juxta doctrinam S. Augustini & aliorum; per Israël verò in sacrâ Paginâ, numquàm Deum, sed semper homines etiam pessimos denotari, quales fuerunt juxtà Hieronymum illæ Tribus; quæ se à Judâ, & Benjamin segregárunt. Et tandem, secundùm allegoriam Origenis, stella divinitatem designat. His breviter prænotatis clara, facilisque manet Prophetiæ interpretatio: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel*, hoc est, divinitas ex merâ, & liberali Dei misericordiâ se comunicabit naturæ hominis, Deus infinito suo amore adactus humanitatem induet, illi soli mundus suam debebit redemptionem; & si quæ mala homines perpessi fuerint, culpæ suæ imputent, ipsi enim peccatis suis virgam, & flagellum in manus vindicis Dei ingesserunt, quibus eos percutiat, & flagellet; *Improbitas ex se ipsâ*, inquit Plutarchus, *supplicium sibi adstruit.*

D. Aug. serm. 31. de tempore.

D. Hier. in c. 5. Oseæ & in c. 1. Malach.

Orig. ho. 18. In Num.

Plutarch.

7. Si quis in sacro Voluminе Geneseos legerit, quomodò Rebecca occurrerit Eliesero servo Abrahami, existimabit fortan, eventum rei fuisse fortuitum, & casualem. Stans juxtà fontem hæc apud se meditabundus, dicebat: *Puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa responderit, bibe, quin, & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam præparasti servo tuo Isaac.* Vix hæc Elieser, intrà se ruminans, verba compleverat, & ecce Rebeccâ apparet, cum quâ ei omnia, quæ conceperat, ad votum evenerunt: Occurrit ei servus, & ait: *Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ respondit: bibe, Domine mi*, &c. Videntur hæc omnia casualia, & contingentia, ait Franconius Abbas, & quòd sedula industria Eliesri fecerit electionem Sponsæ, & quòd benevola indoles Rebeccæ sibi tam prosperum promeruerit successum. Sed si altiùs spontalia inter Rebeccam, & Isaacum inspexeritis, secretaque ejus involucra perpenderitis, ea non casu, neque fortè fortunâ, sed deditâ operâ, seu ex professo evenisse comperietis. Non ipsa ibat ad fontem, sed Deus illuc gressus illius dirigebat Verbum Divinum, quod ex Isaac, & Rebeccâ erat assumpturum humanam naturam paulatim disponebat omnia, & in finem à se præconceptum ordinabat. Notatu digna sunt Franconii verba: *Ecce in hoc mysterio gratia adfuit, ipsa servum spiritu consilii imbuit, ipsa preces implevit, uxorem ipsa elegit.* Nihil hìc fuit casuale, neque egressus Rebeccæ, neque potus camelorum, &c. sed omnia à Dei providente gratiâ ordinata. Erant nihilominùs dispositiones præviæ, & antecedentes ad opus Incarnationis divinæ. Deus Author tanti operis eminùs, & a longe complanavit viam, disposuit media ad finem, ipse illuminavit, & instruxit servum, votis illius secundavit, & sponsam elegit, significatumque voluit, nullum ex parte Isaac, & Rebeccæ, vel alicujus creaturæ fuisse meritum, ut tam abstrusæ Incarnationis executionem impetrarent. Ideò dicit Franconius, manum adhibuit gratia, quia sola bonitas, & infinitus Dei amor rem omni merito creato superiorem perficere poterant: *Ecce in hoc mysterio gratia adfuit, &c.* ut Deus è cælis in terram descendat, non aliam causam, quam Dei misericordiam, & gratiam agnoscit. Hoc etiam Zacharias Præcursoris parens vaticinando cecinit: *Per viscera Misericordia Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto.*

Gen. 24. v. 14.

Franc. Abbas l. 3. de gratiâ Christi.

Luc. 1. v. 78.

8. Prædicabat quodam die Princeps Apostolorum Petrus, & sacro attestante eloquio: *Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum Dei.* Miratur Algerus novum rei eventum, quandoquidem tempore primitivæ Ecclesiæ communis mos vigeret imponendi manus super fideles, ad percipiendam Spiritûs Sancti gratiam, ut contextus manifestè attestatur: *Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* Cur, inquit allegatus Doctor, ut fideles effectum gratiæ Spiritûs Sancti recipiant, usitatus mos, & cæremonia non observatur? Dicant alii, quod placet, Algeri responsio apprimè intento nostro subservit: *Ut nullus divinam gratiam suu imputet meritu, vel officiu.* Voluit Deus cõmunicationem gratiæ suæ committere manibus hominum, ne quis arbitraretur in illis gratiam residere, sed in ipsius Dei manu; non descendit Paracletus super animas nostras ex meritis nostris, neque ex manibus hominum, sed ex gratuitâ Dei liberalitate, *Vt nullus divinam gratiam suu imputet meritu, vel officiu.* Si communicatio gratiæ Spiritûs Paracleti semper esset annexa impositioni manuum Sacerdotalium, cogitare quis posset, ex illorum merito esse donum omninò gratuitum Dei. Ut igitur contrarium menti hominum persuadeatur, non vult Deus, cæremoniam communi more receptam adhiberi, ut sic illum omnis boni fontem, & gratiæ solum auctorem cuncti recognoscant.

Act. 10. v. 44.

Algerus l. 3. de sacram. c. 7.

Idem

Idem contestatum voluit Beatissimæ Virgini Angelus Gabriel, quando ei hodiernâ die respondit: *Spiritus Sanctus superveniet in te*, &c. Quasi diceret, O Domina! hoc negotium est Dei, hoc opus Spiritus Sancti est, ne diffidas propter defectum meritorum, quia singulare est Dei beneficium, & gratuitus favor, quia sicut ipse ex mero amore gratis donat filium suũ mundo in redemptionem, ita & te elegit in Matrem, in cujus castissimis visceribus ambit assumere, & induere formam servi.

9. Ponderat aurelo sermone Chrysologus id, quod de socru Petri febricitante, & de ingressu Christi ad illam narrat Lucas Evangelista: *Intravit in domum Petri, socrus autem Petri tenebatur magnis febribus* Hæc infirma, ut communis fert Interpretum opinio, figurativè animam variis peccatorum languoribus ægram, & concupiscentiæ ardoribus, ac flammis adustam exprimit, & quando febris exæstuans vergit in continuum, & jam medullas ollium occupat, peccatum denotat, quod incepit per fragilitatẽ, & serpendo ulterius per malitiam, & delectionem consummatur: tunc verè dicitur, malum evicit, & subegit infirmam: *Tenebatur magnis febribus.* Quærit Sanctus Doctor, quis medicum illum cælestem, ad infirmam illam visitandam, invitaverit, quisve, illum, ad hoc ei charitatis opus impendendum, vocaverit? Respondet aureus ille Ravennas: *Vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem: videtur, quæ res ad domum Petri invitaverit Christum, utiq; non discumbendi voluptas sed jacentis infirmitas, non prandendi necessitas sed salutis occasio, divinæ virtutis opus, no humanæ pompa convivij.* Neque preces, Petri, neque rogatus hominum, neque ulla humana voluptas, sed sola bonitas impulit eum, ne illam benefaciendi occasionem negligeret. Videbat infirmitates illius domus, considerabatque omnes angustias ingravescentis morbi, & nequibat se continere, quin infirmanti mederetur, atque ideò neq; amicorum, neq; consanguineorum exspectat preces. sed concitatus impetu amoris sui illam visitat. medetur, & sanat. Non aliter loquitur D. Basilius Seleucius de adventu Christi in mundum: *Ægrotabant hominum animæ, dum magnus ille medicus peregrinabundus adveniret, è virgineo emicans thalamo.* Ac si diceret sanctus Doctor, frustrà quæritur, cur Deus incarnari voluerit. ideò descendit è cælis, quia jacebat lethali morbo tactus homo in terris, & quia misericordia Dei erat relativa ad miserias humanas, quantò hæ fuerint majores, eò magis superexaltabitur misericordia, & sic tandem hodiè Deum fieri hominem, fuit supremum punctum, in quò maximè ipsius amor, misericordia, & bonitas emicuit, & trophæum erexit Hoc mysterium continet: *Missus est Angelus à DEO.*

Luca 4. v. 38. Petrum Chrysol serm. 18.

D. Basil. Seleuc. orat. 39.

Missus est Angelus Gabriel A Deo,

Consideratio II.

In republicâ divinâ mandat, cui convenit præsse, & mandare, obêdit, cui incumbit subesse, & obedire? secùs verò in Republicâ mundanâ mandat, qui deberet obedire, & obêdit, qui deberet mandare.

1. INterpretans Sanctus Albertus hæc verba S. Lucæ, alia addidit, quæ præsentis considerationis statuendæ occasionem dederunt: *Missus Angelus Gabriel A Deo, Angelus, ministerio exequens, & Deo legationem, & salutationem mandans, & injungens.* Non absque mysterio dicit Evangelista, Gabriel fuisse demandatam legationem, & Deum fuisse mandantem, quasi diceret: Deus ut Dominus, mandavit, & Gabriel ut servus, obedivit. Hoc in more habet Domus Dei, hic est stylus, qui in Republicâ, ad normã divinæ institutâ, viget, & ab omnibus inviolabiliter observatur, mandat, cui competit imperium, & obêdit, cui servitus incumbit. contrà verò in Republicâ mundanâ mandat, qui deberet obedire, & obêdit, qui deberet mandare. D. Albertus in hunc locum

2. Adnotavi in sacrâ Scripturâ, quod, licèt Patriarcha Jacob foret parens Iosephi illi tamen morem gesserit. Quia morti proximus cæteris filiis mandavit, ut ossa sua in patriam deportarent, & eum in sepulchro patrum suorum sepelirent: *Sepelite me cum patribus meis in spelũcâ, duplici, quæ est in agro Ephron Hetnæi &c.* Iosephum verò solum supplex rogavit: *Si inveni gratiam in conspectu tuo &c. Facias mihi misericordiam, & veritatem, ut non sepelias me in Ægypto.* Quærunt Sacri Interpretes, cur Patriarcha unam, eamdemque rem mandaverit cæteris, & aliam rogaverit? Videtur enim contra leges Gen. 49. v. 29.

Digitized by Google

naturæ, ſecundùm quas parentes debent filiis imperare, ut obediant. Quemadmodùm elegánter dixit Comicus: *Pater adſum. Impera, quod vis, neque latebrosè me abs tuo conſpectu occultabo.* Et alio in loco. *Faciendum eſt nobis, quod parentes imperant:* Niſi forſan parentes aliquid contra rectam rationem, & juſtitiam præcipiãt, quia in illò caſu, ut notat doctiſſimus Pontanus, filij ab obedientiæ vinculo eximuntur: *Nam qui turpe aliquid, & flagitioſum imperat filio, in eò pater non eſt,* Et hoc adeò verum eſt, inquit citatus Author, ut, ſi ipſamet obedientia loqueretur, nil aliud edoceret, *cùm tamen, ſi ipſa obedientia loqui potuiſſet, illud antè omnia vetitura eſſet, ne quid inhoneſtũ unquam ſui causâ faceremus;* nihil profectò legi divinæ, vel humanæ repugnans, præcipiendum judicaret. Si igitur omnes erant filij Iacob, & æquum, & licitum erat, quod illis demandabat, quarè diverſo exigendi ab illis obſequium ſtylo utitur? Videtur enim convenientius fuiſſe, ſi eodem uſus modo, vel omnibus mandaſſet, vel omnes pariter rogàſſet. Variæ aſſignantur huic dubitationi rationes, ſed præ cæteris placet Abulenſis, utpotè magis litteralis, & intento noſtro maximè conformis: *Quia alios filios, ut ſibi ſubditos, reſpiciebat, ſolum Ioſeph, ut ſibi prælatum, obſervabat,* nempè ut Regni Ægyptiaci moderatorem, quaſi diceret: Mandavit Iacob, ut pater, & Dominus, & obedivit ut ſervus, & ſubditus. Quemadmodùm etiam egit parens illius Conſulis Romani, de quò narrat Valerius Maximus, quòd, cùm quodam die eques coram illo ſe ſiſteret: & mandaſſet illis filius, ut deſcenderet ex equo, illicò mandato filij paruerit parens, adeo ut nedum filij inhumanitatem redarguerit, verùm etiam ſummis laudibus eùm, ut conſulatu dignum, proclamãrit, *Non ego, fili, ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulatum agere: nec ignoro, quid patriæ veneratione debeatur, verùm publica inſtituta, privatâ pietate potiora judico.* Hæc Valerius.

Terentius

Abul. hic

Val. Max. l. 5 c. 2. de Fabio.

3. Princeps erat Ioſuë, & Hebræici populi Rector, cui jure merito veneratio, & omnis humanitas, & morum comitas debebatur; nihilominùs ſi legeritis vigeſimum ſeptimum capitulum Numerorum, reperietis, quòd præceperit illi Deus, ut pedes coram ſummo Sacerdote conſiſteret: *Stabit coram Eleaſaro Sacerdote,* quaſi in formâ ſervi promptus ad præcepta mandantis exequenda. Quia hoc denotat: *ſtare.* Sed quomodo? Hoccine Deus præcipit Duci, & Rectori populi ſui? At durum profectò imperium, & omni ratioñi diſſonum videtur, quia Præfectis, & Dei Vicariis in terris omnes ſeſe ſive Eccleſiaſtici, ſive Sæculares ſubjicere illis & ſubmiſſionis ſignum præſtare tenentur. Rationi igitur congruum eſt, ut ipſi in ſignum Imperij, & Præfecturæ ſedeant, & hi, tamquam inferiores, & ſubditi, in proteſtationem obſequij, & obedientiæ coram illis aſſurgant. Quodnam igitur hoc Dei præceptum continet ſecretum, & ad quidve à Deo ordinatum? Oleaſter hiſce verbis myſticum detegit ſenſum; *Ut diſcant Reges, & principes ſuperiores ſe, habere Sacerdotes, & ſtandum ſibi ſore coram Sacerdotibus Domini.* Duobus modis poſſũt cõſiderari Reges, & Principes: vel ut Domini ſubditorum hominum, vel ut ſubditi Deo. Duobus pariter modis poteſt conſiderari Sacerdos, vel ut ſubditus Principum, vel ut miniſter Dei, ipſius in terris vices gerens. Hoc præſuppoſito, quando Deus præcipit, Reges, & Principes à cunctis eſſe colendos, intelligendum eſt, inquantùm dicunt relationem Domini ad ſubditos, & hoc modo, omnes cujuſcumque conditionis, aut ſtatûs illis parêrè debent. At verò, quando jubet, ut ipſi erectis pedibus ſubſiſtant coram Sacerdote in teſtimonium reverẽtiæ ipſi debitæ, intelligendum eſt; in quantùm Reges ſubditi exhibent ſubjectionem, & obedientiam Deo, cujus Sacerdos eſt miniſter, & Vice-Deus in terris. Itaque ambo, & Princeps, & Sacerdos juxtà diverſas conſiderationes, et ſunt Subditi, et Prælati, Domini, et Servi, ſtant, et ſedent, regunt, et ſerviunt, imperant, et obediunt: In teſtimonium, quod in domo Dei inviolabiliter ſuaviſſimus ille regendi modus obſervetur, neque ulli fas ſit extra ſphæram ſuam exilire, ſed quiſque agat ea, quæ ſui muneris cenſentur, Domini imperant, quia ipſorum humeris regendi onus incumbit, Subditi ſerviunt, quia ipſis obedientia connata.

Num 27. v. 19.

Oleaſt. hic.

4. Decreverat Deus Iſaiam mittere ad prædicandum populis, et nihilominùs ad ſe accerſitum interrogavit, quem judicaret mittendum. *Quem mittam?* quaſi conſulens Iſaiam, diceret: quod conſilium tuum? cui hanc arduam prædicationis Provinciam demandabo? cui hoc negotium committam, qui votis meis correſpondeat, & facti exactam reddat rationem? quid boni exiſtimatis, reſpondiſſe Prophetam? *Ecce ego, mitte me.* Vbi ego adſum, quid alius longè

Iſai. 6. v. 6.

Digitized by Google

longè quærendus? manda, impera mihi, si quid rectè factum velis. Examinat hanc celebrem Prophetæ responsionem Divus Basilius, & eam summâ laude dignam reputat. *Non adjecit, ego ibo*: Sed dixit, manda tu. *Itaque per id, quod electiva erat voluntatis, respondit, ecce ego sum, mitte me: quod autem erat gratiæ, reliquit Domino, ut qui, propriæ conscius infirmitatis, non est ausus polliceri se iturum.* Promptam quidem, & obsecuturam indicavit voluntatem, si Deus illi mandare vellet, sed verecundam tamen, & humilem, quæ ulteriorem sui oblationem retardabat, ne diceret, se iturum; & tam parùm sibi arrogans, audacem judicabat præsumptionem, se claris verbis ad prædicationis munus, & conversionem animarum præsentare, *Ecce ego, mitte me.* Quasi diceret: Tuum est, Domine, imperare, & de me disponere ad nutum tuum, meum verò est, tibi servire, & omnibus mandatis tuis obedire. Bellè notatum: Deus, ut Dominus, mandans, & Isaias, ut servus, obediens.

D. Basil. in hunc locum.

Noverat optimè Sacerdos Heli, quanti momenti erat in servis Dei hæc promptitudo, & submissio voluntatis suæ respectu divinæ, quando puero Samueli consuluit, ut Domino iteratò vocanti responderet: *Loquere, Domine, quia audit servus tuus.* Et ita evenit, audiens Samuël repetitas voces appellantis, acquievit consiliis Heli, & dixit. *Loquere, quia audit servus tuus.* Curiosiùs advertit Abulensis, in Hebræo non legi, *Domine*, sed solùm *loquere, quia audit servus tuus*, idque ex Rabbi Salomon commemorat, qui Samuelem, verbum, *Domine*, subticuisse, affirmat: *Quia ignoravit, an ille, qui loquebatur, esset Deus, vel Damon, ideò noluit enim vocare Dominum.* Verùm hanc doctrinam, ut nimis subtilem, nimisque frivolam, & minùs securam, contrariamque Sanctis Patribus, & sacris Interpretibus refutat, ejusque falsitas ipsâ ratione convincitur, quia etsi non dixisset: *Loquere, Domine*, sufficiebat illi, *servus tuus*, quia cùm unum correlativum explicetur per âlterum, qui servum nominat, Dominum supponit. Itaque certissimum est Samuëlem probè novisse, se cum Deo vocante loqui, & consequenter energiam habet conjunctio illius, *loquere*, cum hôc, *Domine*, & servus cũ auditũ. *Quia audit servus tuus.* His nos instruit proprio ore Spiritus sanctus, ut, quemadmodùm æquum est, ut Deus tamquàm supremus Dominus nobis imperet: non minus rationi consonum sit, ut nos, tamquam servi ipsius voci vocantis obediamus.

5.

1. Regum 3. v. 9.

Abulẽsis quæst. 3.

Rabbi Salom. apud

Notissima est illa Isaiæ visio. Apparuit illi Deus in templo sedens super thronum excelsum nimis. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, &c.* Et juxtà illum stabãt Seraphim, qui alis suis faciem, & pedes ejus obtegebant: *Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant*, Scilicet, cor ejus discooperientes. Premo nunc specialiter dictum Prophetæ, quòd *Seraphim stabãt*: Cur potiùs Dominus sit sedens, quàm pede consistens, & Seraphim stantes, & non sedentes, vel in aliâ quâvis distinctâ corporis positione? Quæstio est à Divo Ambrosio proposita, & simul etiam soluta: *Non lego in sede Dei Angelos, nisi stantes, nisi ministerium deferentes, Seraphim, inquit, stabant.* Non caret mysterio sessio Domini, & statio beatorum spirituum. Cum enim Propheta dicat, se Dominum vidisse, benè adjungitur Thronus, & Solium, Potentiæ, & Majestatis symbolum; Seraphim verò, sive Angelis, utpotè ejusdem Domini ministris, propriissimè congruit laudare, & stare, & in hâc eâdem corporis positione simul promptitudinem quamdam animi ad obediendum in omnibus de novo præcipiendis ostendant. Et quia hunc ordinẽ in cælesti illâ Republicâ inviolabiliter observatum, & stabilitum invertere voluit supremus Angelorum, sibi casum, & ruinam adscivit: *Super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti.* Humero illi æqualis ero, & similis Altissimo. Audiens hæc Divus Bernardus, quasi attonitus, insolentiam, & vanam ejus præsumptionem hisce disertis verbis perstringit: *Siccine, ubi stant omnes, universi ministrant, tu pacis inimice, sedebis?* omnes administratorij sunt Spiritus missi in ministerium, & tu sedebis? Vbi cæteri incessanter discurrunt obsequendo, tu solus in throno, tamquàm Dominus, sedere, & quiescere contendis? quodnam tuæ superbiæ fundamentum, quæve tuæ tam inanis arrogantiæ basis? & quia perversus calculator erraſti in computu, justo Dei judicio decidęs, & quia tibi indebitum appetiisti etiam gratis accepta amittes, quia differũt mores Reipublicæ cælestis ab iis, qui in Republicâ mundanâ usurpantur. In illâ Dominus sedens imperat, & ministri stantes serviũt, in hâc vero sæpiùs contingit, Dominũ, ut servũ, ministrare, & servũ, ut Dominũ, regnare.

Isai. 6. v. 1.

6.

Ambros. serm. 10. super Psal. 118

Isai. 14. v. 13.

7.

Narrat S. Evangelista Matthæus, qualiter Christus quadam occasione loquens Discipulis suis, cœperit cùm iis agere de morte, &

Digitized by Google

Passione suâ, iisque convenientiam, & necessitatem passionis, & mortis suæ ad redemptionem generis humani persuadere: *Cœpit Iesus ostendere Discipulis suis, quia oportet eum multa pati, & occidi.* His auditis Petrus impatiens, neque se continere valens, quin respõso obviaret, cœpit contradicere, & omni conatu Christum à proposito deterrere, eique persuadere, nullatenùs id fore illi conveniens, sed omninò consilium mutandum, & à concepto mentis decreto desistendum. *Et assumens eum Petrus, cœpit increpare dicens: Absit à te, Domine, non erit tibi hoc.* Et Christus nedum consilio dissuadentis dissentit, verùm etiam eum acrius redarguens & non secundum Spiritum Dei, sed secundùm carnem, & sanguinem sapientem, tentatorem nominavit: *Qui conversus dixit Petro. Vade post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt sed ea quæ sunt hominum.* Indagat hòc in loco gloriosus Ecclesiæ Doctor Augustinus, cur Christus adeò severè eum modò reprehendat, quem paulò antè beatum prædicaverat? *Quarè Satana, qui paulò antè beatus, & Petra? Quia Præcedere Dominum volebat, & Duci cœlesti terrenum dare consilium.* Hæc sunt stipendia non vocati, & extrà chorum loquentis, hæc sunt præmia dantis consilia non indigenti, neque petenti. Si Petrus tacuisset, numquàm à Domino tam aspero vexamine punitus fuisset, locutus suu, nesciens, quid diceret, & ideò tam acrem reprehensionem, pœnam peccato suo dignam, promeruit. Audite D. Augustinum, ita Petrum alloquentem, eique errorem suum ad oculos manifestantem. *Deus, absit, & deus, Domine, utique, si Dominus est, potestatem facit si Magister est, novit quid faciat, quid doceat. Tu autem vis ducere Ducem, docere Magistrum, jubere Domino, imperare Deo, multùm præcedis, retrocedis.* quasi diceret: Ignosce, mi Sãcte, turpiter erraſti, graviter deliquisti, neque consequenter verba efformasti, Dominum appellasti, & ei consilium dedisti. *Si Dominus est, potestatem facit* &c hoc modo ratiocinari debebas *Arabeca os membros manda, sou Rey seguem as abelhas.* Ita dixit Lusitanus noster. Caput mandat membris, & Regem suum sequuntur apes. Sed tu contrarium fecisti, quia servus, Domino imperare, & discipulus, Magistrum docere voluisti. Hoc est currum præcedere, & præmittere bobus in hoc errore tuus, ideo tibi dicit, retrocede, ne præcurras, hæc enim fuit causa perditionis Luciferi, neque in domo Dei tam inconcinnæ confusiones tolerantur. Etsi te elegerit Apostolum, non tamen te Doctorem suum, aut Consiliarium voluit, quia hoc foret, te illum regere, sed te elegit, ut tu mandatis ejus per omnia obtemperares Et hoc significat, *Apostolus, id est, missus.*

Matt. 16 *v.* 22.

D. Aug. in Ps. 55.

Franc. So Ep. ad Regem Ioan.

Rectè meministis responsi, quod Christus dedit cæco sedenti ad portam urbis Ierichontinæ, sciens, quod Dominus transiret, cæpit vociferari, & inclamare: *Iesu Fili David* &c. audijt Christus, & quid velit, efflagitat: *Quid vis, ut faciam tibi?* Replicat cæcus *Domine, ut videam.* Mellifluus Bernardus premès hæc verba; componit ea cum iis, quæ Paulus equo dejectus, & in terram prostratus, eidem Salvatori sibi loquenti respondit: *Domine, quid me vis facere?* Exclamat Bernardus, & suspirans ingeminat: *Heu! plures habemus Evangelici cæci, quàm novi Apostoli imitatores* dolet, ingemiscit, & miserandam hominum sortem deplorat. *Domine, quid me vis facere? Breve verbum, sed efficax, sed dignum omni acceptione, quàm pauci inveniuntur in hâc obedientiæ formâ!* Rara haud dubiè obedientia unius animæ, & volũtatis adeò promptæ ad obediendum. Sed in quô tantæ perfectionis forma cõsistebat? in eõ, quod, ut humilis servus, promptitudinem animi sui ad obsequendum in omnibus ostenderit, & voluntatem suam regulandam divinæ submiserit: Quasi diceret: *Domine, quid me vis facere?* cæcos video non paucos, inquit Bernardus, similes cæco Evangelico: *Verè cæcus erat ille.* clamat Bernardus, *qui non consideravit, non expavit non exclamavit. Absit hoc, Domine tu magis dic, quid me facere velis.* Tunc namq; errorem fæliciter evadent, quando propriæ renuntiantes voluntati, Dei placitum amplectentur; & quia cæcus oppositum egit, non solùm corporis oculis se privatum, sed etiam interioribus animæ luminibus orbatum ostendit, quia cùm servus esset, quasi Dominus suam voluit exequendam voluntatem, & Christum, quem Dominum agnovit, ut servum, obsequi contentit: *Domine, ut videam* quasi in Domo Dei eadem foret, & in mundo norma vivendi.

Luc. 18. *v.* 38.

Bern. ser. 1. *de conv. ſ. Pauli.*

Act. 9. *v.* 6.

8.

9.

Postquàm Salomon ineptias, & plurima, eaque pessima mala, quæ in mundo viderat, enarrasset, non minus risu: quàm lachrymis digna, uti cuilibet librum perlegenti patefecit, inter cætera, ut grandius monstrum designavit, quod viderit servos in equis, & Principes ambulantes,

lantes, quasi famulos, subditum regentem, & Regem famulantem. Nauclerum remigantem, & remiges clavum, & navim regentes, hæc omnia dicens verba sequentia: *Est malum, quod vidi sub sole, stultum positum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsùm. Vidi servos in equis, & Principes ambulantes super terram, quasi servos* &c. Hæc est praxis, & usus Reipublicæ mundanæ, imò & hoc pessimum est malum, quia ex istâ scaturigine plurimas discordias quotidiè oriri experimur. Altiùs possumus hanc doctrinam dirigere, & convertere singulariter ad Reges, & Principes Christianos. Rex, ajebat quidam discretus Aulicus, qui servum nominat illum, qui sibi violentiam infert, & non consulit, & quem Rex regit, non servit Regi. Qui accipit, & non petit, talis Rex solo nomine gaudet, & est verum mancipium, cui Deus in majus sui dedecus insignia Regia permittit. Ille sui ipsius judex est, seipsum deponit, & se privat coram mundo dignitate Regiâ, quam ad sui condemnationem a Deo obtinuit, atque, dum aliorum se relignat voluntati, propriam fatetur insufficientiam. Quia, quando in Rege regnat famulus, communi ore, & veridicâ lingua non Rex, sed Regnum ministri vocatur, imò & sic verè appellari debet. Et si duos tunc vultis esse Reges, nostrum auscultate Lusitanum id desertis verbis dicentem: *Certa a queda, & o fimtem, ò Reyno onde ha Rey segundo*, certus casus, certus finis, & interitus, Regnum duos habens Reges. *Vidi servos in equis, & Principes ambulantes super terram, quasi servos.* Vidi homines omni exceptione majores, dotibus universis ornatos, ad regendum aptissimos, in angulis delitescentes, & veluti indignos, servientes, & famulantes: & vidi viros scientiâ, prudentiâ, & cæteris dotibus necessariis destitutos (qui jure merito deberent regi, & servire) solia occupantes, & mundum gubernantes, quod paucis, explicavit Lyranus: homines defectuosi ad talia promoventur, & virtuosi sine honore dimittuntur.

Eccl. 10. v. 5. 6. & 7.

Quev. in polit. c. 18.

Franc. de Sa exëp. 2. *ad Regem. Ioan.*

Lyra hic.

10. Neque hoc tanto dolore dignum est, sed quod anima à Deo creata, ut, velut Domina, imperet corpori, & dominetur passionibus suis, seſe per peccatum captivam reddat, hoc maxime deplorandum: *Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, universæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra.* Et in hóc, notante Ambrosio, voluit homini intimare, quòd ratio, quâ ipsum dotaverat, deberet imperare, & dominari sensibus, & appetitibus, quos habet cum brutis communes. Atque ita, quando homo hunc ordinem pervertit, & ratio, cui proprium erat imperare, se ad ancillandum appetitui inferiori subjecit factus fuit servus, & mancipium istorum animantium; ita ut etiam qualiscumque vermiculus, qualecumque animalculum, etiam minimum, contrà illum prævaleat. *Vocavit ad te omnia animantia Deus, ut sic discas omnia mentem tuam esse cognoscas, eorumque tibi similia minimè reperisti, adjiscere tibi, & copulare voluisti?* Verba sunt Ambrosii, quæ licèt brevia, cuncta jam dicta, imò, & plura compendiosè complectuntur.

Genes. 1. v. 26.

D. Amb. lib. de paradis. c. 11.

11. Concludamus considerationem cum illâ lugubri lamentatione, seu tristi oratione Jeremiæ, quâ sanguineis lacrymis mala Reipublicæ suæ, & devastationem Regni sui deplorat: *Servi dominati sunt nostri.* In sensu litterali, & historico ita sonant. Ad tam exitialem devenimus miserarum statum, ut, qui quondam servi, & captivi nostri erant, nunc, ut rectores nostri, dominentur, nobis: *In servitutem cadere de regno, grave est.* Possemus explicationi horum verborum diutiùs hæsitare, veluti vaticiniis moderno tempore impletis, sed in aliam occasionem remittimus. Advertit divus Hieronymus, tristem illum Prophetam cogitatione suâ non substitisse in illo temporali Vrbis Jerosolymitanæ excidio, neque in captivitate temporali civium ejusdem, sed altiùs mentem intendisse, & dolorem explicâsse. Ingemiscens deflebat Jeremias spiritualem ruinam, & desolationem animæ per peccatum in servitutem redactæ. *Hic spiritualis anima ruina, vastatioque describitur*, quasi diceret: *Caro, quæ servire debebat, dominata est animæ.* ut rectè fieret, debebat spiritus imperare, & carni obedire, debebat anima dominari, & corpus servire, juxtà dictum cujusdam: *Corpori mens imperet, & super id se efferat.* Et tanta est calamitas lugendæ animæ, ut peccando fiat ancilla, cujus est Domina, & captiva, cujus est Regina. Quia hæ sunt inordinatæ confusiones peccatorum Reipublicæ ubi sortes sunt inversæ. Non ita in Republicâ Dei, ubi quisque suo fungitur munere, Deus imperat, & Angelus obtemperat: *Missus est Angelus Gabriel à Deo.*

Tren 5. v. 8.

Seneca.

Iustus Lipsius. 5. *Polit. c.* 19.

D. Hieron. his.

Simpl. in Epitheto.

* * *

Angelus Gabriël.

CONSIDERATIO IV.

Non caret Mysterio, Deum peculiariter Angelum Gabriëlem præ cæteris huic deputasse legationi, quò nos edoceret, quam felix sit Respublica, in quâ quisque suo fungitur officio, & nullus se immiscet alieno.

1. DOctrina communis est Sanctorum Patrum, quòd tres illi beatissimi Angeli, quorum solummodò inter tot, nomina nobis innotescunt, videlicet, SS. Michaël, Gabriel, & Raphaël ita inter se habent distributa officia, ut quisque suo, ad quod à Deo est deputatus, ministerio fungatur, neque se immiscęat alieno. Materiam statûs, & honoris divini specialiter zelat Michael in illâ tuendâ, hôc defendendo totum se occupat, & impendit, quemadmodùm testatur nominatissimum illud prælium inter ipsum, & Luciferum nobis à sancto Joanne relatum: *Et factum est prælium magnum in cælo, Michaël* &c. Et altercatio illa cùm Diabolo super corpus Moysis, quod Dæmon, ut loquitur divus Thomas, contendebat revelare, ut Judæi Idololatriæ dediti illud, ut Deum, adorarent, restitit Michael, & ex Dei mandato illi silentium imposuit. Et hic est genuinus sensus verborum sancti Judæ in suâ Canonicâ: *Cum Michaël Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysis corpore, non est ausus inferre judicium blasphemiæ: sed dixit, imperet tibi Deus* Quæ ponderans Glossa ordinaria, reputat verisimile, & probabile, quòd mortuo Moyse, jusserit Deus per Angelum quempiam corpus ejus in loco aliquo occulto, hominibus invisо, sepeliri, ne fortè Judæi, cognito sepulturæ loco, propter rationem dictam idololatrantes, eum, ut Deum, colerent, juxtà illud Deuteronomii: *Et non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem.* Itaque Michaël in hâc occasione solus restitit, & nullus alius præter ipsum, zelavit honorem Dei: utpotè qui nomine suo pensum zelandi honoris divini impositum habebat.

Apoc. 12. v. 7.

D. Thom. in epist. Jud.

Glossa ibi.

Deut. 1. v. 6.

2. Verùm, cùm idem Angelus, vel Seraphim esset custos a Deo constitutus populi Hæbraici in captivitate Babylonicâ detenti, dum Propheta Daniel desideratissimam illius libertatem expostularet, non respondit ipse, sed Gabriel: *Ecce vir Gabriël, quem videram in visione à principio*, &c. *Ego autem veni, ut indicarem tibi.* Est sancto Michaeli suprema hujus populi demandata custodia, & modò ad liberationem ejus accurrit Gabriel? Ita sanè. Rationem eruit doctissimus noster Hugo Cardinalis ex eisdem verbis Danielis: *Ego veni, ut indicarem tibi*, ubi adjungit, *Liberationem temporalem, & spiritualem.* Quia, cum libertate populi agebatur de liberatione, & redemptione mundi per Incarnationem exequendâ. & hujus executio ad solius Gabriëlis provinciam pertinebat, qui, teste Alberto Magno, dicitur, *fortitudo Dei*, noluit mittere Michael falcem in messem alienam, & totum hoc illi officium exequendum remisit. Et, quamvis aliqui dubitaverint, num hic Gabriel, qui apparuit Danieli fuerit idemmet, de quò Lucas commemorat, ipsum fuisse legatum Incarnationis: *Missus est Angelus Gabriel*, nihilominùs Sanctus Julianus Archiepiscopus Toletanus certo certiùs eumdem fuisse arbitratur. *Manifestum est, quòd unus, idemque Angelus Gabriel fuerit, qui & præfixa illi tempora Danieli de Christi Nativitate aperuit, & partum Virginis præsentem esse demonstravit.* Estque concors hæc omnium ferè sententia Patrum, ita ut nullus relinquatur dubitandi locus. Sed si notaveritis curationem excæcati Tobiæ, nullus horum Angelorum intervenit, nisi Sanctus Raphaël, qui nomine, & titulo Medici divini gaudet, *Medicina Dei.* Imò, juxta quorumdam Doctorum opinionem, valdè credibile est, Raphaelem ipsum fuisse Angelum, qui descendebat in Piscinam ad commovendum aquam, quâ infirmi sanarentur, quatenus hoc officium illi, *de Iure*, & non alteri competebat. Notate, quæso, ordinem, quem etiam Sancti Angeli inter se observant, & diligentiam, quâ quisque suo deservit ministerio, sine eò, quòd unus alterius sese immiscęat functioni: hic stylus, & norma in solâ Republicâ cælesti usitata.

Hugo hic.

Albertus Magnus in Luc. 1. cap.

Dan. 8, 9.

D. Julian lib. 2. contra Judæos.

Joannis 5.

3. Curiosiùs observavit doctissimus noster Oleaster modum loquendi sacræ Scripturæ de Evâ, quòd solo visu cognoverit, fructum vetitũ bonum esse ad vescendum. *Vidit lignum, quod bonum est ad vescendum.* Notate, inquit Oleaster, *nondum gustaverat, sed ex aspectu judicavit gustum.*

Gen. 3. v. 6.

gustum, ignorans, quòd fructus ex aspectu, boni, & suaves apparent, & tamen sint animo insipidi. Emphasis verborum illius hæc est: Quòd, quia munus potentiæ visivæ esset versari circà colores, & voluerit judicare de sapore, & intercipere officium gustûs seipsam perdiderit. Si oculi limites sphæræ suæ non excessissent, neque se alieno immiscuissent judicio, numquàm Eva tam horrendum crimen commisisset, neque posteris tot malorum, & miseriarum causa fuisset. Et ubi videritis, aliquem excedere limites suæ jurisdictionis, & alienis se negotiis ingerere, firmiter credite, omnia deorsùm, & ad interitum vergere. Considerans divus Ambrosius ordinatissimam Abrahamiticæ domûs œconomiam, & signanter notando modum, & ordinem, quô illi tres divini hospites lautissimè fuerunt excepti, in illâ meditatur perfectæ, & compositæ Reipublicæ normam, & exemplar. *Foris Maritum invitat, intùs Sara convivium adornat.* Optimè ordinata domus in quâ viri serviunt Deo in ministerio virorum, & mulieres in iis, quæ suæ professionis sunt, exercentur. Abraham foris quærendis peregrinis totus occupabatur, & foris stabat, *In ostio Tabernaculi,* & videns Angelos, *cucurrit, in occursum eorum.* Et continuò introduxit illos in domum suam, & illicò tulit vitulum tenerrimum ex armento, deditque puero suo festinanter coquendum: *Ad armentum cucurrit,* exercitia omnia exteriora, solis viris propria: At Sara, quibus sese illo tempore occupabat? *Intùs Sara convivium adornabat.* Intrà secreta domûs panes Angelis apponendos pinsebat. Vox est sacræ historiæ. *Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes* Et concludit Ambrosius: *Quod pietatis est, vult esse commune: quod verò pudoris, integrum manet Sara.* Omnes excipiendo Deo occupantur, ut omnium, & Mariti, & Uxoris, & Famulorum esset meritum operis, hâc tamen lege, & ordine, ut quisque juxtâ mensuram conditionis suæ serviat, Viri in exterioribus obsequiis, Uxor verò in domesticis suæ conditioni & solitudini consonis. Expressissimus compositæ Reipublicæ typus, quæ ad normam cælestis gubernatur, ubi quisque suo satagit officio satisfacere, neque alieno sese ingerit ministerio.

Gen. 18. *Ambr. li. de Abraham. c. 6.*

Bevè qui latuit, benè vixit, & intrà
Fortunam debet quisque manere suam.

Ovid.

Dixit Ovidius Poeta prophanus.

4. Convenit cum hôc loco alius Deuteronomii, ubi Deus præcipiebat, ne vir fœmineâ, neque mulier virili veste uteretur: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœmineâ.* Ut, scilicet, quisque utatur habitu sibi, & conditioni suæ accommodo. Et rationem hujus subjungit Oleaster: *Quia corrumpere valdè solet communitatem, si promiscua vasa permittantur viris, & fœminis, quorum sunt arma, & vestes distinctæ, & munia.* Nihil magis nocet Reipublicæ, quàm commutatio statuum, & eorum, quæ singulariter sunt quibusdam propria. Quædam fœminis, quædam viris discriminatim optimè conveniunt, atque ita, quemadmodùm concinnitas, & pulchritudo Reipublicæ in hôc consistit, ut unusquisque suo incumbat muneri, neque extra chorum suum cantet, ita & vastatio, & Reipublicæ pernicies in hôc solo consistit quòd mutatis sortibus, quisque velit pertractare extranea, & nullatenùs ad se pertinentiâ. *Quamobrem maximè admittendum est, ut unusquisque officia sua curet,* ut, quisque suam agat personam, *ne sutor ultrà crepidam,* neve audeat mittere falcem in messem alienam: *Ut unusquisque officia sua curet.* Deut. 22. v. 5. Oleaster, hic.

5. Ad rem præsentem acutè notavit divus Joannes Damascenus, quòd, quando Doctor gentium Paulus enumeravit diversos gradus, quos Deus in Ecclesiâ suâ constituit: *Primò Apostolos, secundò Prophetas* &c. neque ultimo, neque primo loco Reges, & Principes sæculares recensuerit. Quâ de causâ Sanctus Paulus Reges, qui sunt uncti Domini Dei, excluserit? quia certè videtur in hôc illis injuriam intulisse, non inserendo nomina eorum. Respondet Damascenus: *Regum partes non sunt, ut Ecclesia leges præscribant. Considera enim, quòd Apostolus dicat, ad Ecclesiæ constitutionem non adscribi Reges.* Non omisit Paulus Reges propter contemptũ obedientiæ, quam ipsis præstandam nos docet, sed ut insinuet, ad eos haud pertinere Ecclesiasticum regimen, sed solùm sæcularia dirigere, & iis intendere. Alii ergo ad Regnum, alii ad Sacerdotium spectant, & hi Majores, quorum curæ, animæ commendantur, illis verò sola corpora regenda committuntur. D. Joan. Damasc. orat. 2. I. Cor. 12. v. 28.

6. Ad idem propositũ ponderat Ailredus, quòd Deus fecerit duo luminaria, majus, ut præesset diei, alterum minus, ut præesset nocti: *Fecitq; Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præesset diei, luminare minus, ut præesset, nocti,* Hæc explicãs in sensu morali sanctus Ailredus, fatur in hæc verba: *Sunt & in Ecclesia Sancta firma* D. Ailred. ser. 2. Gen. 1. v. 16.

Digitized by Google

firmamento à Domino creata duo luminaria magna Sacerdotum & Regum: Rex, & Episcopus, Princeps & Clerici, dies spiritualia, nox significat temporalia. Itaque luminare majus Sacerdotium, ut præsit diei, id est, spiritualibus, luminare minus Regum, ut præsit nocti, id est, sæcularibus. Quibus verbis asserit, materialem solem & lunam fuisse figuram aliorum eminentium luminum, quæ Deus in Ecclesiâ suâ erat constituturus, scilicet, Sacerdotes, & Reges &c. Unde infert idem sanctus Doctor: *Contra naturam est, si sol nocti præsit, luna diei. Si Princeps ad spiritualia Sacramenta conficienda se conferat, si Sacerdos sæcularium negotiorum tenebræ conscientiæ suæ serenum obnubat.* O quàm benè conveniebant hæc duo luminaria quæ splendidè ex hoc spirituali firmamento lucebant quàm benè inter dies, menses, & tempora, & annos distinguebant, ac si diceret: Imitentur Principes Ecclesiastici solem, & lunam in suis ministeriis, quia sunt lumina Ecclesiæ, eorum sequantur exempla, quæ ab initio usque modò numquam mutuam invaserunt jurisdictionem, sed quilibet suum exercet officium, & ambo exactissimè suo satisfaciunt muneri, ille diei, *luminare majus, ut præesset diei*, & hæc præsidet nocti, *luminare minus, ut præesset nocti.*

7. Ex omni Tribu Israelitica misit Moyses exploratores ad indagandam, & inquirendam terram promissionis ex Tribu Ruben, Simeon, Juda, Issachar, Ephraim, Benjamin, Zabulon, Joseph, Dan, Asser, Nephtalim, & Gad, solummodo, notante Abulensi, ex Tribu Levi nullum misit exploratorem: Cur ex illâ nobilissimâ Tribu, inter cæteras spectabili, neminem voluit exploratorem? *Quia terra exploratio ad Levitæ electos utique homines non spectabat, sed magis, quæ ad Dei cultum attinebant.* Erant Levitæ divino cultui dedicati, & illum concernentia pertractabant, cæteræ verò Tribus artem militarem profitebantur. Vadant igitur illæ armis assuetæ & tamquàm strenui milites, & fortunæ tentatores, terram promissionis scrutentur, & indagent: &, quia sacros sacra decent, Levitæ serviant in ministerio, ad quòd à Deo sint electi: milites petant campum, & Levitæ templum frequentent.

Num. 13.

Abulens. quæst. 22. *in c.* 15. *Num.*

8. Volens Saul victoriam reportare per Davidem ab hoste suo gigante Goliath, iussit Davidi, ut armaturam regiam induceret, & quia Saül erat procerioris staturæ, & David gracilioris corporis, non poterat David illâ indutus sese movere: *Non poterat incedere*, quia forsan solus thorax Saülis totum Davidem tegebat. Tandem prodiit in campum totus inermis, solâ fundâ pastorali munitus, &, quinque limpidissimis lapidibus in peram missis, carnetum illum montem aggreditur. Latens hic detegit mysterium Franconius Abbas, quòd David non solum militaria respuat arma defensiva, & offensiva, sed quòd etiam solâ funda contentus singulare certamen ineat: *Bellica autem arma non requirit, baculum pastoralem, ut pastor, accepit, & quinque limpidissimos lapides.* Prudenter David noluit limites suæ professionis excedere. Quid mihi cum armis, inquiebat pastor ille Bethleemiticus, illis milites in palestrâ exercitati utantur. at vero mihi, qui numquàm alia, præter fundam, arma tractare didici, quid mihi cum lanceâ, loricâ, galeâ cæteràque omnis generis armaturæ supellectili, in fundâ, & lapide hostem populi Dei aggrediar, & in ipso certamine, armis meis, me pastorem, non militem ostendam, & favente Deo gigantem prosternam. Videte, quæso, prudentissimum Davidis consilium, eorum, quæ dicimus, compendium, & exemplar, victoriam obtinuit, populum Dei liberavit, solo pedo, & fundâ pastorali; si alienis usus fuisset armis, res non ita ad votum successisset, verùm quia suis pugnavit, favit Deus & favebit cunctis, qui in suo, & non alieno ministerio ipsi servierint.

1. *Reg.* 17. *v.* 33.

Franconius Abbas tom. 5. *de grat.*

9. Est dignum scitu, in quô Apostolorum Princeps Petrus ignorantiæ arguatur ab Evangelistâ, quando in monte Thabor sese obtulit Christo ad tria tabernacula extruenda: *Nescius quid diceret*: cùm potius prompta videatur laudanda voluntas. Plures hujus rei causas excogitârunt sacri Doctores. Sed singulariter placet Timothei Antiocheni dictum: *Quid tibi in mentem venit, Petre, qua non didicisti, facere aggrederis, retia didicisti contexere, & tabernaculum vis ædificare.* Quasi diceret, quid tibi, piscator cum fabrilibus, electus es à Deo in piscatorem hominum, cedas fabrilia fabris, insciliæ notam incurristi, qui enim officium, quod ignorat exercere præsumit, meritò stoliditatis arguitur. Neque sufferet Deus aliquem alieno sese ingerentem ministerio, quisque agat sua, piscatorem agat piscator, nisi crassæ ignorantiæ reus haberi velit. *Nescius, quid diceret.*

Luc 9. *v.* 33.

Timoth. Antioch. orat. de Cruc. & Transfig.

10. Accessit quondam honestus adolescens ad Christum, rogavitque eum, ut fratri suo divisionem bonorum secum faciendam præciperet:

Luc. 12. *v.* 13.

ret: *Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem.* Iratus Christus, teste Evangelistâ Lucâ, duriusculè illi respondit, se neque Judicem Orphanorum, neque bonorum divisorem esse constitutum. *Homo, quis me constituit judicem, aut Divisorem inter vos?* Sanctus Ambrosius hanc Christi responsionem premens, in hæc verba loquitur: *Benè terrena declinat, qui propter cælestia descenderat, nec Iudex esse dignatur litium, & Arbiter facultatum.* Non erat cõveniens, ut Christus, qui è cælis propter salutem animarum advenerat, mundanis negotiis sese occuparet, ideoque forum declinavit, sententiam, à Iudicibus populi ferendam, recusavit. Idemque prosequens, subjungit Ambrosius: *Non immeritò refutatur hic frater qui dispensatorem cælestium gestiebat corruptibilibus occupare.* Non aliam ob causam Sanctus Cyprianus deplorabat quosdam sui temporis Episcopos, & Prælatos, qui suæ conditionis immemores, & sui muneris obliti, alienas peragrabant regiones, & oves suas deserentes, non cum modico animarum salutis dispendio, sæcularibus sese negotiis implicabant: *Episcopi plurimi, quos, & ornamento oportet esse cæteris, & exemplo, divinâ procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fiunt, derelictâ cathedrâ, plebe deserta, per alienas Provincias aberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupantur.*

Ambr. hic.

S. Cypriã. hic.

11. Curiosiùs notavi quædam verba sancti Pauli, quæ primâ fronte admirabilem incutiunt horrorem quia Apostolus Spiritu divino, quo intùs æstuabat, ductus, ipsis Angelicis spiritibus bellum indicere videtur: *Sed licèt nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Et statim iterata voce idem repetit: Si quis vobis evangelizaverit, præter id, quòd accepistis, anathema sit. Miratur attonitus sanctus Prochorus, quòd Paulus in Angelos cælestes audeat os suum ponere (quia ideò, notante Chrysostomo, loquitur cælestibus, ne quis ipsum de Angelis terrenis, scilicet, Sacerdotibus novæ legis loqui existimet) estne possibile, ut merus homo ita de cælicolis illis spiritibus, gloriâ cælesti dotatis, loqui audeat, & præsumat? Accipite sanctum Prochorum Paulino responso ita patrocinantem: *Ministrare namque præceptum est Angelo, non dogma componere, & periculosum nimis est singulis, non in his, quibus ordinati sunt, permanere, sed aptiores velle, quia supra mensuram, quæ minùs natura concessa sunt.* Non permittitur Angelis dogmata componere; sed solùm Deo ministrare, neque illis licitum est, dato digito, manum arripere, seque supra vocationis suæ conditionem extollere, ideoque singuli accuratissimè suis deserviunt officiis, neque Michaël Gabrielis, neque Gabriel Raphaelis ministerio sese immiscet: Ita etiam curà homines eamdem accurationem illos observare oportet, & ad exemplum eorum, homines inter sese, nisi in perturbato Reipublicæ ordine discordias, & lites, ut quondam in Angelis, oriri, & enasci desiderent.

Galat. 1. v. 8.

S. Prochorus de vetita fide ad Armẽ. Chrysost. hic.

12. Accidit quodam die, ut unus Angelus alterius se officiis ingessisset, & quia singula singulis munera conveniunt, factum est prælium magnum, & acior quædam contentio, quæ viginti, & uno diebus insopita remansit, ita ut, undequaquè querulosis coram Deo precibus effusis, sanctum Michaelem, discordantium Mediatorem immittere necesse fuerit: *Princeps autem Regni Persarum restitit mihi viginti, & uno diebus. Et ecce Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum.* Hæc contentio, utpotè inter Angelos beatos, sancta quædã æmulatio fuit (& quamvis divus Hieronymus cum quibusdam sequacibus dixerit, fuisse Angelos malos) contrarium tamen est certum, & ab omnibus passim receptum. Resita contigit. Sicut in illo Regno duo morabantur populi, Hebræi, scilicet, ibidem captivi, & Babylonii, sive Persæ inde oriundi, ita etiam duo erant ibidem Angeli custodes, quorum unus Hebræorum, alter Persarum partes agebat, & quia singuli eorum commodo operam dabant, Angelus Persarum, teste sancto Gregorio, Hebræorum liberationem impediebat, eo quòd eorum conversatione, & doctrinâ plurimi Barbarorum ad agnitionem veri Dei adducerentur; & quia vice versâ ex gentilium familiari conversatione populus Dei non parum detrimenti patiebatur, & aliqui eorum ad Idololatriam prolabebantur, Tutelaris Custos Hebræorum summis viribus eorum eductionem, & libertatem promovebat: atque ita videmus ipsos etiam Angelos cæli inter sese altercantes, dum quisque sibi demandatam provinciam tueri, & defendere conatur.

Dan. 10. v. 13. D Hierõ. ait ab Hugone Card. hic.

D Greg. cit. ab Hugone Card.

13. Ex quibus hanc nostræ considerationis colligo coronidem, quòd, si inter Angelos beatos, Deo per amorem unitos, in gratiâ confirmatos, & stabilitos, reperiantur contentiones viginti, & unius dierum, eò quòd quisque sui clientis studeat

ſtudeat bono, neque unus, deliberato propoſito, regnum alterius ambiat invadere, ſed ſolo caſu, ſine ullo offenſionis animo, quantò majores orientur in Republicâ diſcordiæ, & tempeſtates, ſi unus alterius uſurpet officium, Sæcularis, Eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticus, Sæculare regimen apprehendat. Facilè hæc omnia mala, & incommoda effugiet Reſpublica mundana, ſi ad exemplar cæleſtis, quiſque ſuæ vacet arti, quam profeſſus eſt, &, ad imitationem beatorum ſpirituum, ſito incumbat munere & alieno renuntiet, *Miſſus eſt Angelus Gabriel. &c.*

Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph.

CONSIDERATIO V.

Non abſque myſterio vocatur Sponſus Virginis Ioſeph, qui dicitur augmentum; quia anima hujus cæleſtis Sponſæ, erat deſponſata gratiæ, & continuo cæleſtium donorum incremento, quò ſemper per totum vitæ mortalis decurſum auctior fuit; quia ſemper ex ſocietate juſtorum plurima bona, & virtutum incrementa enaſci ſolent.

1. Prima pars conſiderationis.

CArdinalis Toletus Commentariis ſuis illuſtrans præſens Evangelium, meditanſque, cur Evangeliſta Lucas, nominet Sponſum Virginis, eumque appellet Joſephum, dicit Evangeliſtam, nedum voluiſſe nobis deſcribere, claramque Sponſi virtutum notitiam tradere, verùm etiam ad hoc collimaſſe, ut ex nomine Sponſi, Virginis excellentiam illuſtque ſanctitatis prærogativam nobis delinearet. Hebræis enim Joſeph, idem eſt, quod Latinis, *auctus*, vel *accreſcens*, vel *augmentum*: *Non ſolum, ut, quis fuerit Sponſus Beatæ Virginis, diſtinctè cognoſcatur, ſed etiam, ut virtus, & excellentia ejus, ipſo nomine ſignificetur.* Et progrediens addit: *Joſeph, apud Hebræos idem ſignifi at, quod apud Latinos, auctus ſeu accreſcens.* Quibus addens ea, quæ ſanctus Matthæus refert de eodem, *Joſeph autem vir ejus, cùm eſſet juſtus* &c. deduxit concluſionem noſtræ conſiderationis titulum, continentem, ſcilicet, non abſque myſterio ſingulari, fuiſſe Virginem deſponſatam Joſeph viro juſto, hoc eſt, augmento juſtitiæ, & virtutum, in ſignum, quòd illa anima cæleſtis Sponſæ nupſerit incremento donorum ſpiritualium, in quibus inceſſanter proficiens per totum vitæ decurſum, magis ac magis uſque ad finē, abſq; ulla diminutione, cumulationi merito ſemper fuit adaucta. In eò namque, teſte magno Auguſtino, conſiſtit ſumma virtutum: *Vita enim finis veteris hominis eſt mors, ſic finis novi hominis, vita æterna*, manet vita corporis ſuperſtite, ſemper irrequieto motu fluxa labitur ætas: pari diligentia, inquit ſanctus Doctor, conandum eſt in anima, ut, quamvis celeri greſſu viam perfectionis decurrerit, ſemper ſeſe ad ulteriora extendat, & incunctanter ſine mora pergat, quouſque ad Deum, qui eſt ultima ejus quies, & finis, & ad gloriam ejus ad quam creata eſt, pertingat. Et hæc eſt ratio, quare animæ, in hac mortali vita, viatrices, ſeu proficiſcentes appellentur, quia toto eò tempore, quò corruptibili ergaſtulo detinentur, viatorum munus obire, & de merito in meritum, & de virtute in virtutem progredi debent. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.*

Matth 1. *v.* 19.

D Aug. lib. de vera Relig. cap. 1.

Pſ. 38. *v.* 8.

Dicit Ezechiel, ſe quondam vidiſſe juxtà torrentem arbores plurimas, eaſque fructibus graves, aſſeritque, *Per ſingules menſes afferent primitiva &c.* Variant plurimùm Auctores in explicatione hujus loci, ſed Modernus quidam non indoctus appoſitiſſimè rem acutetigit: *Ligna ſuper torrente viſa, fideles ſunt, dum vivunt in hoc mundo: quod autem per ſingules menſes dicantur ferre novos fructus: ſignificat eorum profectum, quibus de virtute in virtutem eunt.* Quia taliter amant Deum, taliq́ue fervore ei ſerviunt, quaſi ſingulis diebus de novo ei obſequi inciperent; & ratio eſt, quia quæ retrò ſunt, obliviſcuntur, & in id, quod faciendum reſtat, ſeſe extendunt, neque ab hoc D. Bernardi dictum diſſonat: *proficere, profectus eſt*, adeoque, quemadmodum proficiſcens deſerit locum, & terminum a quò, ita etiam ad perfectionem aſpirans, numquam ſubſiſtit, ſemper incedit, ſæpiùs proficietur, ut ſemper pergat.

Ezech. 47. *v.* 12.

Anton. Fernandez ſuper hanc viſionem.

S. Bern. apud Ant. Fernandez.

3. *Gen.* 1. *v.* 2. *Tertull. lib. contra*

In creatione mundi pulchrum nobis deſcribitur ferculum Spiritus ſancti ſuper aquas: *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Super hoc ſpiritu magna eſt inter Doctores opinionum pugna.

Toler. hic.

pugna. Tertullianus, & Theodoretus volunt, spiritum illum esse ventum. Sancti Basilius, Augustinus, Beda, Abulensis, & alii contendūt, esse Spiritum sanctum, tertiam in sanctissimâ Trinitate personam. Chrysostomus verò conatur ostendere, per spiritum Dei intelligendam esse virtutem ejus, & efficaciam, quam Deus impressit aquis, quâ fotæ jam juxtá naturalem suam inclinationem fluebant. Fundatur hæc Chrysostomi doctrina in multis sacræ Scripturæ locis, in quibus sæpiùs quæcumque motio seu impulsus ad quodlibet opus grande peragendum, spiritus Dei vocabatur, Verba ejus sunt: *mihi videtur significare hoc, quòd adfuerit efficax quædam & vitalis operatio aquis, & non fuerit aqua stans, & immobilis, sed mobilis & vitalem quamdam vim habens.* Et addit sanctus Præsul: *Nam quod immobile, omninò inutile est, quod verò movetur, ad multa conducit*, quasi tunc temporis ostenderet Deus, quantùm sibi displiceat omne quiescens, & immobile: & quā parvam habeat excusationem, quod sine ullâ operatione quiescit. & quantùm sibi placeat omne, quod movetur, & continuo motu semper ad ulteriora pergit, hoc est, *ferebatur super aquas.*

Hermogenem. Theodoret. q. 3. super Gen. Chrysost. hom. 3. super Gen. Iud. 14. 1. Reg. 11. 4. Reg. 2. Dan. 14.

4. Et si voluerimus sequi opinionem Authorum secundæ classis, & intelligere per spiritum Dei, Spiritum S. ex doctrinâ Abulensi, poterimus elicere instituti nostri confirmationem: *Voluntas, & mens Dei opificis ferebatur super aquas*, inquit Abulensis, *quasi mente pertractans, & designans, quæcumque statuerat ex aquis facere, ad similitudinem hominis opificis.* Quotiescumque legeritis in sacro eloquio spiritum Dei ferri super aquas, non attendite ad superficiem litteræ, sed ipsum textum medullitùs inspicite. Est Spiritus sanctus simplicissimæ naturæ, corpore carens apprehensibili, quo retineri possit, dum super aquas fertur; atque ita Historiographus significare voluit, quòd Deus in mente suâ intuebatur aquas, & considerabat tempus futurum, quò per eas, tamquàm per instrumenta, animæ erant regenerandæ, & à statu culpæ ad gratiam resuscitandæ. Et quemadmodùm artifex statuam ex lapide, vel ligno, exteriori manuum opere sculpendam prius in phantasiâ suâ illius formet idolum, & imaginem; ita Deus supremus opifex contemplans aquas, quas nunc ex nihilo creaverat, & prævidens, eas in lege gratiæ futuras materiam Sacramenti Baptismi, tunc temporis ambulabat super eas: *Ferebatur*, carpite illud verbum Abulensis: *Quæcumque.* Considerabat Deus omnia attentissimè, ac proindè dicere possumus, quod illud, *ferebatur*, fuerit quasi effectus præfigurativus aquarum Baptismi, quibus renati, numquàm forent in gratiâ per eas obtinendâ ullam quietem habituri, neque in virtute moram protracturi, sed semper de bono in melius decursuri; quia ubi ille divinus spiritus animam occupaverit, numquam quiescit, quin potius eam impulsu suo adigit, ut de gratia ad novum gratiæ augmentum, de virtute ad virtutem seipsam excedens, incessanter pergat, donec ad conspectum Authoris ipsius gratiæ pertingat. *Ibant de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* In hoc sensu possunt explicari hæc verba: *Spiritus Dei ferebatur super aquas.*

Abulensis hic.

Posuit Deus primum hominem in paradiso, 5.
inquit facer Textus, *ut operaretur, & custodiret illum.* Varia super hisce verbis excogitārunt sancti Patres mentis concepta, sed mirum in modum placet ad rem præsentem Ambrosii acumen. *Hæc duo ab homine requiruntur, ut & operibus nova quærat, & parta custodiat.* Duplici Deus hominem vinculo obstrinxit, *tum ut operaretur*, tum etiam *ut custodiret*; hoc est, ut incessanter laboraret, & semper crescens de virtute in virtutem, eam conservaret. Et notanter primò dixit, ut proficeret de bono in melius, & posteà, ut ejus conservationi studeret, quasi in puncto temporis, quò primum decesset, illicò secundum defuturum esset, & eó ipso, quò ab operibus bonis desisteret, neque ulteriori gratiæ, & meritorum incremento incumberet, statim omnibus bonis acceptis foret destituendus, & orbandus. Quia, cùm verus justus solo non retrogressu in virtute, nullatenùs debeat esse contentus, sed quotidiè proficere, & novam terram, & novum cælum acquirere teneatur, in periculo est, ne retrocedat.

Gen. 2. v. 15.

D. Ambr.

Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora, consurgens, pulchra, ut luna, electa, ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata? 6.
Quænam est ista, quæ quoties à nobis videtur, toties sese alteram exhibet, anteà auroræ similis, nunc quasi luna videtur, & mox, ut eam curiosiùs intuemur, solem refert, & iterato aspectu visa, in terribilem castrorum aciem ordinatam transformata apparet. Hæc Salomonis verba diversimodè explicantur. Rabbi Salomon, quem turnatim sequuntur Hebræi,

Cant. 6. v. 9.

Rabbi Salomon.

bræi, autumant, hæc verba prolata ab exteris nationibus in laudem & gloriam Hebraïcæ gentis, jam extra duram servitutem Ægyptiacam in possessione terræ promissionis constitutæ, & omnigenâ bonorum omnium benedictione noviter à Deo cumulatissimè dotatæ. Favet huic Rabbi Salomonis interpretationi Paraphrastes Chaldæus his verbis: *Dixerunt nationes, quàm splendida sunt opera hujus populi, sicut manè, pulchri sunt juvenes ejus, sicut luna; & pura sunt merita, sicut sol. Et terra ejus erat super omnes habitatores terræ, quando ambulabant vexilla ejus per desertum*, hoc est, quasi attonitæ dixerunt aliæ nationes, videntes enim populum Dei ad pristinum gradum restitutum, incipiunt ejus laudem à manè, & tandem finiût in acie castrorum benè instructâ, & compositâ ad præliandum, alludentes ad timorem hostium, & victorias ab iis reportatas, dum per desertum ducerentur. Ita opinantur Rabbini: verùm noster Soto Major existimat, verba illa esse cælestis Sponsi, Spiritûs sancti, animam sibi devotam, & de virtute in virtutem proficientem alloquentis. *Ab eô, quod suapte natura imperfectius est, à luce surgentis aurora atque etiam lunæ, quando plena est, ad lucem solis, quæ perfectissima, & præstantissima est, rectè & gradatim procedit, ut sit auxesis, seu gradatio quædam in his comparationibus, quæ ad laudem Reginæ Sponsæ pertinent.* Quasi considerans pulchritudinem animæ illius, diceret: Sponsa mea, continuis tuis in virtute progressibus amorem meum tibi devincis, quia coràm oculis meis manifestè crescis, & quæ anteà incipiens, minùs luminosæ auroræ similis fuisti, mox auctâ claritate, lunam perfectam exæquasti, & tandem splendorem solis imitata, in te summam perfectionis formam expressisti, verè decentem animas sanctas, & justas, quæ numquàm in amore Dei deficientes, semper novis, iteratisque votis ad majora meritorum, & virtutum incrementa anhelant, & adspirant.

Paraph Chald.

Soto Major hic.

7. Expendens divus Basilius ea, quæ supremus omnium opifex locutus est protoparentibus nostris in creatione: *Crescite, & multiplicamini* dicit, Dominum non solùm ea protulisse verba de propagatione, & multiplicatione individuorum humanæ naturæ, sed eisdem etiam monuisse illos, & in eis omnes posteros, ut profectui, & augmento virtutum studerent. *Anima crescit, dum quotidiana progressione se ad perfectionem promovet.* Ita igitur animæ nostræ indies crescere debent, ut etiamsi per singulos dies multiplicaverint actus virtutum, nullo tamen temporis intervallo horologium subsistat, sed continuo motu irrequietum decurrat in viâ perfectionis, & novis semper operibus insistens de bono in melius assurgere conetur, *quotidiana progressione*, quia in hac præsenti vitâ non datur consummata perfectio, & anima in eâ gradum sistens, periculosæ se committit aleæ, quapropter necessarium est, semper progredi; & numquàm quiescere, nisi quis fixum atque in animo virtutis propositum, periculo exponere velit.

Gen. 1. v. 28.

D. Basil. hom. 1. Hexaemer.

8. Hæc eadem prosequens Origenes allegorizat verba illa, quibus Propheta Balaam tertiò benedixit populo Dei *Quàm pulchra tabernacula tua, Jacob, & tentoria tua, Israel.* Et notanter advertit, Prophetam non collaudasse eorum domos, quas inhabitabant, sed tabernacula, & tentoria, ad quæ itinerantes in viâ se recipiebant: eaque applicans in sensu mystico, dicit: *Non laudat eorum domos, quia non pervenerunt ad finem, sed tabernacula miratur, in quibus ambulant, & semper proficiunt, & quantò magis proficiunt, tantò eis proficiendi via augetur, & in immensum tenditur.* Non laudat fundatas, & stabiles Israelitarum domos, sed tentoria, in quibus transeunter morantur, quia, ut viatores, non pertingunt ad fruendum Deo permanenter, sed pedetentim progredientes, novam terram occupant, & ideò tabernacula eorum super domos extollit. *Tabernacula enim sunt eorum, qui semper in via sunt, & ambulant, nec itineris sui terminum reperiunt.* Tales sunt Deo famulantes, qui hanc mortalem vitam incessanter de bono in bonum percurrentes, solum Deum suæ perfectionis ultimum finem, & viæ suæ terminum inquirunt. *Tales sunt, qui Dei sapientiæ & scientiæ student.*

Num. 24. v. 5.

Orig. hom. 17 in Num.

9. Explicans gloriosus Ecclesiæ Doctor Ambrosius illud Canticorum: *Ego Dilecto meo, & ad me conversio ejus*, ubi Sponsa fatetur se omnem suum amorem, studium, & curam eò collimare, ut ipsi soli placeat, qui reciprocas amoris vices sibi rependit, & tanto eam amore prosequitur, quasi nullum alium haberet, cui suam dilectionem impenderet. Observat sanctus Antistes, Sponsam sæpiùs hôc idiomate usam, *Ego dilecto meo*, eique familiare fuisse, hæc verba ore suo circumferre, quia, cum in capitulo secundo ea protulisset, repe-

Cant. 7. v. 10.

Digitized by Google

repetiit in ſexto, & tandem in ſeptimo ingeminat; hâc tamen differentiâ, quòd ſemper eiſdem alia adiunxit, quæ ſenſum primorum mutare videntur: in ſecundo enim, poſtquàm

Cant. 2. 6. & 7. dixiſſet: *Ego Dilecto meo*, illicò ſubiunxit, *donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ*, & in ſexto, *qui paſcitur inter lilia*: In ſeptimo verò addidit, *Et ad me converſio eius*. Videte hic, inquit Ambroſius, triplicem animæ iuſtæ ſtatũ, ſub triplici Textûs varietate latentem. In primo eſt incipiens, in ſecundo proficiens,

D. Ambr. Cant. 7. & in tertio perfecta. *Nam in primo, quaſi in inſtitutione, adhuc umbras videt anima. In ſecundo, ſine umbrarum confuſione, odores pios carpit. In tertio, iam perfecta requiem in ſe Verbo miniſtrat, iam tenens, quem antè invenire non poterat.* Gradatim aſcendit anima ſancta, quouſque ad culmen perfectionis pertingat. In primo enim gradu, fuit quaſi tyro in amore Sponſi, & ſic agnoſcens ruditatem ſuam, ſe clariori illius viſione indignam profitetur, ſolumque dicit, ſe per umbras illum intueri, cauſamque ejus in imperfectiones, virtutum tyronibus familiares, refert. In ſecundo ſtatu perficientis, iam in amore Dei exercitatior, magiſque in eius ſervitio promota, & umbrarum caligine diſſipatâ, ſit paradiſus florum, hortus liliorum, in quô Sponſus deliciari, & requieſcere poſſit. In tertio tandem ſtatu conſummatæ perfectionis, anima ruit in amplexus Sponſi, unitur Deo per gratiam, & amorem, &, depoſito inani timore, ſecuriùs fruitur Dei conſortio, quem anteà ſub virtutum rudimentis iuvenire non poterat. Eodem obligationis vinculo conſtringuntur omnes illæ animæ, quæ per Fidem, & Baptiſmum ſe Deo deſponſarunt, ad imitationem Deiparæ Virginis, cuius anima, gratiæ, & donorum ſupernaturaliuum augmento deſponſata in quibus per totum vitæ curſum inceſſanter erat proficiens, meritò per Spiritum ſanctum Sponſo deſponſatur, cui nomen Ioſeph, ſeu augmentum. *Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph.*

10. Secunda pars conſiderationis,

Ex primâ huius noſtræ conſiderationis parte clariùs colligitur ſecunda; ex conſortio, ſcilicet, Virginis cum Ioſepho infallibiliter majorem perfectionem ſanctitatis illi accreviſſe, & reſultaſſe quia ſemper, ex ſocietate iuſtorum, magna virtum incrementa enaſcuntur. Poſtquàm divus Hieronymus in quâdam monitoriâ epiſtolâ ad Euſtochium plu-

Hieron. ep. 59. ad Euſtoch. ſimos illi Dei ſervos, quos per deſerta Alexandriæ, Paleſtinæ, & Meſopotamiæ repererat, enumeraſſet, eorumque pœnitentiæ rigorem, paſſionum mortificationem, crebra ieiunia, & abſtinentias perpetuas vigilias, & orationes, aſpera cilicia, & duras corporis emacerati flagellationes, cæteraque id generis ſpiritualia exercitia, ad amuſſim eidem retuliſſet, concludit Hieronymus, quòd tam immiſericordi impietate in ſua corpora ſæviebant, quaſi aliena fuiſſent. Vnde & ego, dum hæc viderem, *cupiebam & ipſe, quantùm mihi poſſibile eſſet, illos æmulari*, quia ſanctam illam æmulationem ſolet parere exemplum, & communio ſanctorum. Idcirco idem

D. Hieron. Ruſtic. Hieronymus ſcribens cuidam Monacho Ruſtico, qui omnem fugiens converſationem, humanumque nauſeans commercium, & alloquium, intima vaſtæ ſolitudinis penetralia ambiebat, conſulebat, ei ne totus ſolitarius ſylveſceret, neque ſibi perſuaderet in ſolitudine ſe ſecuriorem, magis domeſticam, magiſque perfectam virtutis firmitatem reperturum. Amicè, crede mihi experto, ſolidior eſt virtus, & melior, quæ communitatis frequentatione comprobatur. Et cauſa in promptu eſt: *In ſolitudine citò ſubrepit ſuperbia, dormit, quando voluerit, facit, quòd voluerit.* Solitaria vita ſæpiùs facit virtutem vilem, & inanem, à talibus ſanctis, qui ſolitudinem ambientes, & ſingularitati ſtudentes, aliorum fugiunt conſortium, haberet vos Deus; qui proprio cerebro regi, & virtutem ſuam amore proprio regulari appetunt, Deo non placent; melior, & gratior eſt ſocialis communitas, in quâ, quantô quis minùs ſuâ, tantò plùs divinâ regitur voluntate. Accipite verba magni ſpiritualis Magiſtri: *Tu autem, qui in communitate vivis, non facies quod vis, comedis, quod iuberis, ſubiiceris, cui non vis.* Sic ſancta ſocietas auget virtutem, multiplicat meritum.

11.

De vaccis illis, quæ arcam Teſtamenti portabant, dicit ſacer Textus: *Itinere uno gradiebantur pergentes, & mugientes.* Taliter incedebant in directum per viam, quæ ducit Bethſames, ut quô greſſu pergebant, eodem, & mugiebant, cauſaque triſtioris mugitûs erant novelli vituli domo concluſi, quorum amor matrum ciebat, dolorem, & mugitum, *Mugientes.* Optima eſt divi Gregorii Magni ſuper hunc locum allegoria: *Pergere dicuntur, quia*

1. Reg. 6. v. 12.

D Greg. lib.3.in c. 16.primi 3 reib Reg. cap. 1.

Sancti viri bona inceſſanter faciunt, mugiunt, quia carnalia deſideria in ſemetipſis extinguere ſine magnâ quotidiè tribulatione non poſſunt. Ita ut in duabus illis vaccis typicè figurentur duo juſti, qui, aſpirantes ad culmen perfectionis, ambo viam virtutis, irrequieto motu, per pia exercitia jugiter decurrunt; verè quidem ſimul gemunt, quia, utpotè peregrini, & viatores, ſine tribulatione magnâ carnalia deſideria extinguere nequeunt, ita tamen gemunt ſub onere, ut ſimul mutuo, & comite ſolatio animati inceſſanter gradiantur, malè profectò una vacca plauſtrum ſola duceret, & difficulter unus juſtus poſſet ſolus pondere tribulationum preſſus ſemetipſum evincere, niſi alterius ſocietate fulciretur; & tota fælicitas bijugum vaccarum, eſt jugale vinculum, ſine quo minus proſperè graderentur: *Itinere uno gradiebantur pergentes, & mugientes.*

12. Non judicabat Deus conveniens, protoparentem, quem creaverat, in paradiſo ſolitarium ſine ſocietate vivere ac proinde illi ſocium dare decrevit: *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Quaſi diceret: minùs fæliciter homini, inter tot bona conſtituto, cuncta evenient, ſi ſocietate caruerit, faciamus ei igitur adjutorium, & demus illi aliquem conſortem, qui omnis fortunæ, laboriſque ejus ſit futurus ſocius. Ita intelligo lectionem Chaldaicam, quæ ubi vulgata legit, adjutorium ſimile ſibi, ita transfert, *Suſtentaculum, quod ſit penes eum. Et* Hebraica, *quod ſit contra eum, coram eò*, quod juxtà explicationem Rabbini. Cumbi, quam non approbo, idem fuit, ac ſi diceret, demus ei auxiliatorem, qui ſerviat illi, & miniſtret: *Coram viro facta eſt mulier, ut ſit illi præſto, & parata ad miniſtrandum, & ſerviendum, more, ſcilicet, ſervorum adſtantium coram Dominis ſuis, eorumque non verba modò, ſed etiam nutus obſervantium*; ita ut totus favor fuerit, quòd, velut familiarior ancilla, ei aſſiſteret. *Miniſtrorum enim alii remoti ſunt à conſpectu Dominorum, alii verò ſemper aſſiſtunt, & talem viro voluit Deus eſſe mulierem.* Sed valeat Rabbini interpretatio, utpote minùs ſanctorum Patrum Doctrinæ conformis.

Gen. 2. v. 18.

Chald. Hebraica Rabbi Cumbi lib. 2. ad.

13. Exiſtimat ſanctus Auguſtinus, totam cauſam creationis Evæ fuiſſe multiplicationem, & propagationem humanæ naturæ. *Si quæritur, quorſum fieri oportuerit hoc adjutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quàm propter filios procreandos.* Itaque probat ſanctus Doctor ex eò, quòd nullus alius prædictæ creationis finis, invenirì poſſit. *Si ut ſimul operaretur terram, nondum erat labor, ut adjumento vir indigeret; & ſi opus eſſet melius adjutorium, maſculus fieret, hæc & deſolatio dici poteſt, ſi ſolitudini fortaſsè tædebat: quantò enim congruentiùs ad convivendum, & colloquendum duo amici pariter, quàm vir, & mulier, habitarent.* Ex quâ Auguſtini doctrinâ neceſſariò concluditur, omnem ſimilitudinem, & correſpondentiam inter virum, & mulierem in eò conſiſtere, ut, quemadmodùm vir aptus eſt ad generandum, ita ſit mulier ad concipiendum, pariendum, & prolem enutriendum, quò ſolitudini conſulitur, quam Deus ab Adamo adeò alienam arbitrabatur, dicens: *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum* &c.

D. Aug. de Gen. ad litte- ram lib. 9. cap. 3. & 4.

14. Sed ad rem præſentem Rupertum Abbatem ſequamur, qui explicans hæc verba: *Faciamus ei adjutorium*, ſequentia adjunxit, *adjutorium ad multiplicandam prædeſtinatam ſpeciem ſanctorum.* Ac ſi diceret: Quando Deus meus decrevit Evam per creationem producere, non fuit totale motivum ejus ſola propagatio, & conſervatio humanæ ſpeciei, ſed multiplicatio filiorum gratiæ. Atq; ideò hæc verba, faciamus homini adjutorium, & conſortium ſimile, æquivalebant huic: faciamus ei æqualem ſociam, etiam ſanctam, ut, videlicet, ipſi prædeſtinati, & ſancti ſanctos procreent poſteros, & ex ſocietate, & conjunctione duorum ſanctorum indies augeatur virtus, & magis extendatur ſanctitas. In ſignum, quòd tunc magis ſublimatur virtus, dum eidem duo juſti aſſociantur, & magis extollitur ſanctitas, dum duo probi, & virtutibus abundantes conjunguntur. Ita ut, juxtà ſancti Auguſtini mentem, præcipuum, quod Deo placuit in matrimonio, fuit naturalis propagatio ad generationem requiſita: Et juxtà Ruperti meditationem, correſpondentia inter virum, & mulierem ſummoperè illi grata extiterit, tamquam fundamentum generationis ſpiritualis, & numeroſæ propagationis filiorum gratiæ. Argumentum clarũ, & expreſſa confirmatio eorum, quæ in hâc conſideratione dicunt, ſcilicet, numquàm ita virtutem creſcere, quàm quando duo boni, & ſancti conjunguntur.

15. Educere de terrâ nubes, & ex nubibus aquàm ſolius omnipotentis dexteræ opus eſt, & effectum, teſte Davide: *Educens nubes* Pſ. 134. v. 7.

ab

Digitized by Google

ab extremo terræ, fulgura in pluviam facit. Quæ declarans sanctus Hieronymus dixit: *Aiunt causarum naturalium scrutatores, quod fulgura ex nubium collisione generentur, more silicum duriorum, quos cùm complosero, sibi medius ex hu ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgore pariter, & tonitrua mugire.* Sicut ex mutuâ collisione igniarii, & pyritis, scintilla excutitur, ita etiam ex duarum nubium collisione vibrantia fulgura procreantur. Quibus subjungit magnus eremi cultor Hieronymus: *Si intellexisti exemplum, considerate nunc nubes rationales*, ex nubibus elementaribus altiori cogitatione ad nubes rationales ascendite. *Moyses nubes erat, Iesus Nave nubes erat. Isti si secum collaquentur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Ieremias, & Baruch nubes erant, si mecum loquantur invicem, & videbitis rutilare fulgura. Paulus, & Sylvanus duæ nubes in unum convenerunt, & ecce totum mundum epistolæ eorum fulgor illuminat.* Ex quibus omnibus liquidò constat, quòd quemadmodum ex collisione illarum nubium fulgura prodierunt, quibus totus mundus incenderetur, & flagraret, ita etiam virtus unita, & societate stabilita admirandos producit fructus, & inexspectata capit incrementa.

D. Hieron. ep. 9. de virtut.

16. Cant. 4. v. 14. *Emissiones tuæ paradisus Malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cypri cum Nardo, Nardus, & Crocus, fistula, & Cinnamomum cum universis lignis Libani, Myrrha, & Aloë cum omnibus primis unguentis*, aiebat Salomon in Canticis. Varias horum verborum reperio interpretationes sed præ cæteris placet illa, quam excogitavit noster Sotomajor, utpotè magis litteralis, & instituto nostro accommoda. Comparaverat Sponsus dilectam suam horto concluso, & hisce verbis extollit nimiam feracitatem arborum ejus fructuumque fertilitatem cui nulla frugifera planta, nullaque odorifera herba, ex quâ pretiosa unguenta conficiuntur, deesset: & in hoc sensu declarat ea Commentator noster: *Cum omnibus unguentis primis, ex quibus plantis Aromaticis præstantissima unguenta, ac medicamenta conficiuntur*, illudque vocat, *emissiones*, quatenùs ea, tamquàm ex horto virtutum in eâ consitarum odor, & fragrantia, speciebus illis aromaticis significata, exhalabat. *Observandum, & notandum est hic, non singula aromata seu aromatum genera, à sacro Authore commemorari, sed conjunctim combinari, & ordinari.* Magni æstimandum est in hôc horto, arbores non indiscriminatim, & inconcinnè positas, sed miro quodam ordine fuisse combinatas: *Cypri cum Nardo.* Et ratio hujus ea mihi videtur esse. Idcirco fortè, qui aromata, seu plantæ aromaticæ, & arbores sympathiam quamdam inter se habent, ac proindè suaviores odores inter se conjunctæ, seu commixtæ efficiunt. A quô non abluſit magnus ille Poëta Virgilius.

Sotomaj.

Virgil. Eclog. 2. v. 54.

Et vos, ô Lauri, carpam, & te, proxime Myrte,
Sic positæ, quoniam suaves miscetis odores.

Cyprus igitur cum Nardo, quia in calore symbolizant, in quô simul etiam conveniunt Nardus, & Crocus, Myrrha, & Aloë, ex quibus sic constitutis facilè intelligitur, quid Spiritus sanctus in sponsa suâ, quæ est Ecclesia, & cætus fidelium, sumptâ similitudine ab horto terrestri, arborumque ejus concinno ornatu, & discrimine, peculiariter laudare studuerit. Quemadmodum enim in horto concluso, ordine quodam combinantur, & miro quodam artificio disponuntur plantæ, arbores, herbæ, & flores, & unum quodque suo conjungitur socio, ut se mutuo odore, fragrantiâ, & sympathiâ foveant, & nutriant; ita etiam Sponsus Ecclesiæ ostendere voluit, quid maximè sibi in eâ gratum foret, scilicet, unio animorum, contubernium, & sanctorum combinatio secundum sympathiam &, connexionem, quam virtutes inter sese habent; sciens, tunc servos suos magna præstituros, & suavissimum odorem exhalaturos, quando quisque sese, alteri ejusdem virtutis studioso pari conatu ad perfectionem adspiranti, conjunxerit, & combinaverit. Hoc sonant illa verba: *Emissiones tuæ paradisus, &c. Cypri cum nardo, &c.*

17. Ezech. 3. v. 13. Inter visiones Ezechielis non minima fuit, quâ vidit mysticâ illa animalia, quæ magnam alarum suarum strepitu commotionem excitabant: *Et audivi vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram.* Quod juxtà tenorem litteræ videtur significare, quòd verè animalia se mutuis alis contingerent, vel ferirent; sed propriè, magisque appositè dici potest, quòd alterum ad alterum advolabat. Sit quidquid fuerit, Divus Gregorius ita commentatur: *Vicissim se alæ suæ animalia feriunt, quia omnes sancti se invicem suis virtutibus tangunt, & ejus ad profectum excitant ex consideratione virtutis alienæ.* Animalia illa amicos Dei præsignabat, qui, sanctâ quadâ æmulatione, per pia virtutum exercitia, sese

D. Greg. Hom. 10 in Ezech.

Digitized by Google

seſe mutuò ad ſtudium perfectionis provocant, & quiſque, alienæ virtutis incitamento non poſtponi, ſed ad minùs æquari contendit: *Non enim uni dantur omnia, ne in ſuperbiam elatus cadat, ſed huic datur, quod illi non datur, & tibi datur, quod illi denegatur, ut dum juſtè conſiderat bonum, quod habes, & ipſe non habet, te ſibi in cogitationis præferat.* Ea eſt Dei infinita Sapientiæ bonitas, ut nulli omnem conceſſerit perfectionem, ne, quod, ut medium ſalutis eſt donatum, ſit cauſa ruinæ, & perditionis, atque ideò uni hanc, alteri illam diſtribuit virtutem, ut quiſque habeat in alio imitandæ probitatis exemplar, & ſingularis virtus unius, fiat calcar alteri, quò ambo viciſſim excitati magis proficiant.

18. Laudibus extollens ſacer Chronicus Lucas parentes magni Baptiſtæ, dicit: *Erant ambo juſti incedentes in mandatis.* Quæ ponderans Chryſologus ſic fatur: *Vt erat in duobus una caro, ſic erat in duobus unus ſpiritus,* neque tantoperè mirandum, quòd, quemadmodum una fuerit caro, etiam unus fuerit ſpiritus & unio exterior corporis per unionem interiorem animarum denotata, quia, de die in diem proficientes, nova merita illi ſancti conjugales ſocii acquirebant. Hoc totũ ſignificat, *incedentes,* quaſi unus ſolus fuiſſet; atque idcircò unus ne quidem pedem movebat in viâ virtutis, quin alter pari greſſu cõjugem comitaretur. In hoc ſimillimi fuere Beatiſſimæ Virgini, ejuſque Sponſo Sanctiſſimo Joſepho; quia ſemper, ex contubernali ſocietate duorum juſtorum, virtutum profectus, & meritorum incrementa enaſci ſolent. *Ad Virginem deſponſatam viro, &c.*

Luc. 1. v. 6.

Ave gratiâ plena, Dominus tecum,

CONSIDERATIO VI.

Sacroſanctum Incarnationis Verbi divini myſterium nos obligare debet, ne Deum offendamus.

1. Cant. 1. v. 1. POnderans Divus Gregorius Nyſſenus hæc verba Sponſæ, *Oſculetur me oſculo oris ſui* dicit, quòd loquitur Sponſo, & ardentiſſimum deſiderium ipſum videndi incarnatum, quò intùs flagrabat, hiſce verbis detegit. Veniat nunc, & donet mihi oſculum amoris, & pacis ſymbolum. Videtur, inquit Nyſſenus, Salomon in hôc dialogo caſti, & divini amoris pudicitiam violaſſe, & virginalem caſtiſſimæ ſponſæ verecundiam læſiſſe, *Sponſum virgo prævenit impudenter, in publicum proferens ſuum deſiderium,* vel enim ſacra Sponſa erravit, vel ſacer Hiſtoricus in enarrando deliquit. Quia prima perſona, quam in ſcenam introducit loquentem, eſt ſponſa illa procantem agit, & ſponſo intima cordis ſui deſideria affectuosè manifeſtat, *oſculetur me oſculo oris ſui,* cùm tamen magis rationi conſonum foret, ut ſponſus juxta pudicitiæ normam prius ſponſam quæreret, & ſalutaret, illamque amatorijs verbis præveniret. Nihilominùs, Sanctus Doctor ſponſæ partes agens, in favorem illius reſpondet, ſponſum priùs quæſiviſſe ſponſam, illamque per Patriarchas, Prophetas, & legislatores prævenisſe. *Boni ſponſi, pronubi Patriarchæ, Prophetæ, & legislatores divini, dona ſponſæ attulèrunt.* Mos eſt antiquiſſimus, & inter omnes nationes politicas uſitatiſſimus, quòd ſponſi antè nuptias monilia pretioſa, & cimelia quæque ſponſæ præmittere ſoleant; ita etiam cæleſtis ſponſus, inquit Nyſſenus, per Patriarchas, & Prophetas ſuos variis ſponſam ſuam muneribus, & artibus prævênit. Et ſi ſcire velitis, ex quibus hæc donaria conſtiterint Dicam, quod ſentio. Veniebat unus à ſponſo præmiſſus, & deferebat illi remiſſionem delictorum, *Remiſſio delictorum.* Huic ſuccedens alter, offerebat illi oblivionem malorum, *oblivio malorum.* Tertius purgationẽ peccatorum præſentabat, *peccati oblivio,* & tandem hos alius ſubſequebatur Legislator, qui transformationem naturæ in bonam non peritura lætus annuntiabat, *Natura tranſmutatio, in id, in quod non cadit interitus.* Veniebant tandẽ alii plures, & dotes, divitiaſque Sponſi, per oblata munera, miris encomiis efferentes, prædicabant, illum eſſe talem, qui prò peccatoribus haberet remiſſionem delictorum, oblivionem malorum, abſterſionem peccatorum, quique gratiâ ſuâ homines in Angelos tranſmutare poſſet. Ad hæc, tantaque nuntia quidnire ſponderet Sponſa ſancta? Imò ſi taceret, turpiſſimi erroris argueretur. Ad tot, tantaque Patriarcharum, & Prophetarum dicta, & oblata ſponſi munera, amoris illius pignora, nequit ſponſa ultrà diſſimulare flagrantiſſimum cordis ſui deſiderium, quò intùs æſtuans eum jam incarnatum, & hominem factum videre cupit, atque ideò

Greg. Nyſſenus hic.

ideò in hæc verba prorumpit: *Osculetur me osculo oris sui*, quāsi diceret: tanta mihi enarratis de illo sponso, ut respondeam de eô auditis; dico hoc unicum esse mihi in votis, videre ipsum naturæ humanæ desponsatum, ut tot bonorum, & gratiarum particeps firi meream. *Dū hæc divina dona virgo accepisset, & fatetur desiderium, & festinat frui gratiâ pulchritudinu.* Veniat, sitque felix adventus ejus, cujus ingressus in mundum tot bonorum abundantiam secum adferet, profit ipsius Incarnatio, quia erit redemptio captivorum, & finis omnium malorum. Hoc sonat: *Osculetur me osculo oris sui, peccatorum oblivio, remissio delictorum*, &c.

2. Iam facilè intelligetis, quò fundamento dixerit Angelicus noster Doctor Thomas, Beatam Virginem, hodierno suo consensu in opus Incarnationis, repræsentasse personam totius generis humani, ipsamque suffragio, & assensu suo matrimonium per Incarnationem inter Deum, & humanam naturam celebrandum, fecisse ratum, & confirmasse. *Congruum fuit Beatæ Virgini Annuntiari, quòd esset Christum conceptura, ut ostenderetur esse quoddam speciale matrimonium inter filium, Dei, & humanam naturam, & ideò per Annuntiationem exspectabatur consensus Virginu, locô totius humanæ naturæ.* Idemque mysterium continent verba illa Gabrielis ad Virginem: *Ave gratiâ plena*, non solum propter copiosam gratiæ abundantiam, quam animæ illius Deus largiter infudit, sed quia etiam in illâ, tamquam in depositō, omnem gratiam nobis per Incarnationē communicandam recondidit, idem namque futurum erat, Deum nobis desponsari, & nos cunctis gratiæ donis repleri. *Verè plena*, inquit Hieronymus, *Per quam largo spiritūs imbre superfusa est omnu creatura*; Et sanctus Bernardus, *plena tibi, superplena nobis*, & ulteriūs: *De plenitudine ejus omnes accepimus*, ita ut verbum, *Dominus tecum*, sit causale, & tantùm valeat, quasi, Gabriel diceret: *Ideò gratiâ plena, quia Dominus tecū.* Hoc est, ideo natura humana gratiâ plena, quia cum illâ est fons totius gratiæ. Hoc nomine Guerricus Abbas mysterium Incarnationis Filij Dei appellavit: *Quis de nectare bibit, & non amavit?* quale infortunium erit, adstitisse fonti, & scaturigini omnium gratiarum, & olchiante non bibisse, & nos sitibundos, nondum applicatis labiis, sitim extinguisse. Quanta felicitas, auri fodinam cælestium thesaurorum ad manum habuisse, & nos æquè egenos sine divitiis inglorios permansisse? Quàm deploranda tandem sors, igne consumenti, omniaq; in se transmutanti proximos fuisse, & nos æquè frigidos, & congelatos hôcigne amoris non fuisse incensos.

D. Thom. 3. p. q. 30. art. 1.

D. Hier. Epist. de assumpt. B. Virg.

Bern. ser. 1. de aqua ductu.

Guerr. serm. 1. de Nativit.

3. Conquerebatur plurimùm Deus super populo suo apud Ieremiam Prophetam: *Vsquequò deliciis dissolveris filia vaga?* Objecitque ei Incarnationis mysterium: *Fœmina circumdabit virum.* Ita declarat hunc locum noster Hugo Cardinalis: *Ideò jam non debes solvi deliciis, quia creavit, id est, ex quô Christum vides Incarnatū*, Vult dicere: ex quô Deus ad angustias uteri virginalis sese conclusum redegit, jam omnia mala, quibus implicabaris, præterierunt, jam omnes iniquitates & peccata tua cessarunt, & finem habuerunt. Verùm, dum hæc Prophetæ verba confero cum moribus hominum hujus sæculi videntur mihi, attentâ dissolutione, & morum incompositione quorumdam peccantium, non tam fuisse prognosticon reipsâ futurorum, quàm hortamenta nobis ad utilitatem nostram destinata, quibus excitemur ad sanctè vivendum, inquantùm tanti beneficij honestas, & gratitudo requirit.

Ier. 31. v. 22.

Hugo Card. hic.

4. In hôc eodem sensu intelligo etiam verba illa Isaiæ, quibus iteratis votis, & suspiriis Propheta nomine veterum Patriarcharum, & Prophetarum affectuosè petebat à Deo sacrosanctum Incarnationis divinæ mysterium. *Roratè cæli de super, & nubes pluant justum.* Et addit: *Et justitia oriatur simul.* Scio quidē, deversimodè hæc verba ab Interpretibus explicari, sed, ipsorum veniâ, intelligo ea de Iustitiâ, & gratiâ, quam Propheta supposuit orituram in cordibus nostris, & occupaturam animas nostras, quasi idem fuisset, Deum Incarnari, & homines justificari, Deum fieri hominem, & homines sanctam ducere vitam. Hoc est: *Rorate cæli desuper, & justitia oriatur simul.* Quasi homines ex hôc ipsô deinceps essent fruituri gratia, quæ ex beneficio Incarnationis erat nasciturura.

Isaiæ 45 v. 8.

5. Celebris est locus Apostoli Pauli: *Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema, Maran Atha.* Si quis ex nunc non dilexerit Dominum, sit excommunicatus. Nimium severus profectò videtur Doctor gentium, dum non amantem Christum, hominum exterminat commercio, & privat consortio, hoc enim sonat, *Anathema*, & assignans causā hujus pœnalis censuræ, cur tanto rigore agat contra delinquētes, addit: *Maran Atha*, quod secundū Interpretationem Sanctorum Patrum significat, *quia*

1. Cor. 16. v. 22.

Digitized by Google

Dominus venit, quia descendit de cælis in terram, & in utero Virginis conceptus fuit, Incarnatus, factus homo. Cardinalis noster Cajetanus exponens hæc Paulina verba, ait, hoc fuisse Apostoli intentum: *Quia Dominus venit, propterea amandus est, & anathema est qui eũ non amaverit, videlicet, qui tanto Dei amori non respondeat.* Iure merito talis Dominus, qui propter nos descendit de cælis, amorem nostrum exigit, & quicumque eum non amaverit, dignè, tamquàm ingratus, & execrabilis, ab humanâ cæterorum conversatione eliminandus est. In hôc sensu intelligendus est locus Apostoli, ut Doctus quidam non indoctè notavit, quia aliàs sequeretur, omnem, non amãtem Deum Incarnatum, semper esse excommunicationis vinculo innodatum, quod non intẽdit Apostolus, qui solum voluit manifestare gravitatem culpæ, & pœnæ magnitudinem, quam merebatur is, qui tanto amori ingratus non responderet, ut, scilicet, omnes ejus fugerent consortium, & tamquàm excommunicatum abominarentur. *Nec verò hinc occasionem accipias existimandi, eos omnes, qui non sunt in charitate, esse eò ipsò excommunicatos. Nec enim D. Paulus hôc loco per anathema excommunicationem, ut Doctores communiter accipiunt, intelligit, sed illud tantùm significat, eum, qui Christum, post quam venit, nõ amat, ob tantum ingrati animi crimen, dignum esse, qui fiat anathema, hoc est, qui à communi hominum consuetudine exterminetur.*

Cajet. hic

Viegas in Apocal. cap 12. Sect. 32.

6. Considerans sanctus Petrus Chrysologus ingressum Christi Servatoris in domum Petri, (de quô paulò antè cum eodem sancto egimus) notavit Salvatorem euntem ad sanandum socrũ infirmantem, non fuisse dedignatum divinâ suâ manu tangere, & apprehendere manum febricitantis: *Tetigit manum ejus, & dimisit eã febris.* Quæro. si Christus vult sanare ægrotantem, nonne ad hoc sufficiebat sola jussio ipsius voluntatis? absque dubio, Et hoc fatebatur leprosus ille: *Si vis, potes me mundare.* Ad quid ergo se inclinat ad tangendum manum febri laborantis? Audite ab aureo ore responsum: *Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem.* Volut Dominus, ut mulier acciperet sanitatem à manu Dei hominis, quemadmodùm homo, ambiens divinitatem, à muliere acceperat mortem. Vbi adverto, quòd si Christus solo tactu manûs curavit languentem, qualiter sauciam naturam humanus, uniendo illam sibi in unitate suppositi per Incarnationem, non sanabit, & salvabit? facessant igitur jam peccata, exterminentur deinceps crimina, & offensæ, quia Incarnatio Filij Dei, ad renuntiandum omnibus, nos arctissimè obligavit.

D. Petrus Chrysol. serm 18. Matth 8. v. 15.

Matth. 8. v. 3 Chrysol.

Ad hunc modum declaravit noster Angelicùs Doctor verba illa magni Doctoris gentium: *Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quàm credidimus.* Fateor quidem, plures hunc locum de secundo adventu Salvatoris interpretari, sed loquitur Sanctus Paulus nomine omnium fidelium, qui fuerunt ab initio orbis conditi, usque ad tempora Incarnationi proxima, qui quantò magis ad Incarnationem appropinquabant, tantò ferventioribus desideriis æstuabant ad omnem sanctitatis perfectionem adipiscendam, & illis verbis se mutuò ad Dei obsequium, & cultum excitabant, & totis viribus se invicèm ad majores in virtute progressus faciendos provocabant. Hoc sonant verba Pauli: *Et hoc scientes tempus*, quasi diceret: Iam omnes negligentiæ, & defectus nostri præterierunt, alio jam vivimus tempore, quia tunc Deus remotior à nobis, minùs videbatur nos ad sui amorem obligasse, sed nunc, quando eum præsentibus habemus, strictiori vinculo amoris ad ipsi serviendum, nos sibi devinxit: *Nunc enim propior est nostra salus quàm cùm credidimus.* Deus Incarnatus magnam, & violentam vim infert animabus nostris, & exigit à nobis novam reformationem vitæ, & illibatam morum probitatem. Et si vigilia Incarnationis Filii Dei in opinione Pauli, vel Patrum veteris legis, tantâ solemnitate celebrari fas erat, quantam mutationem debet ipsamet dies Incarnationis Verbi Divini generare in animabus nostris.

9. *Rom. 13. v. 11. D. Thom. cit. à Viegas ubi supra.*

8. Combinate duo loca ejusdem Apostoli, unum ad Romanos, & alterum ad Hebræos, ubi dicit: *Multifariã multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Antiquitùs Deus, quasi offensus, & injuriis lacessitus loquebatur hominibus per tertias personas, vel per Prophetas, servos suos, nunc verò, quando amorem suum manifestavit, per semetipsũ personaliter nobiscum agit. Hæc verba referuntur ad alia, quæ Apostolus ad Romanos scripserat: *Quæ utilitas circumcisionis?* Et respondet, *multùm per omnẽ modum, quia credita sunt illis eloquia Dei*: quia character ille, quô signabantur Hebræi, erat excitamentum

I. ad Hebr. v. 1.

Rom. 3. v. 1.

Digitized by Google

tum rememorativum, quò jugiter ob oculos haberēt omnia beneficia, quæ anteceſſores eorū munificentiſſimè à Dei liberalitate receperant, & in memoriā revocabat, quoties Deus per oracula ipſis fuerat locutus, quorum verba, inquit Lyra, erant præviæ quædam diſpoſitiones ad Verbum ſuum æternum, quod aliquando ipſis per Incarnationem erat communicaturus.

Lyra hic. *Quæ in Deum dirigant, & ad ſuſceptionem Chriſti diſponunt*, ait Lyra, ſuper illa verba, *credita ſunt illis eloquia Dei*, quaſi Apoſtolus judicaret impoſſibile, quòd homines, qui meminerunt, & recordantur beneficiorum, quæ patres illorum à Deo receperunt totâ vitâ, ipſi non ſerviant, & ament, & non ſolùm ut Deo per gratitudinem ſint devincti, ſed etiam ut cauterio notati, hoc eſt, *multùm per omnem modum, quia credita ſunt illis eloquia Dei.* Dicit nunc Paulus ſcribens Hebræis, *multifariàm, multiſq; modis olim Deus loquens Patribus*, &c. Non nego, quòd alibi dixi, quin memoria beneficiorum veterum, quæ erant veluti umbræ, & figuræ novæ legis gratiæ, plurimùm obligaverit poſteros Judæorū, *quia credita ſunt illis*, &c. Sed in quô convenit unum cum alio? *Noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio*, quid promiſſiones futuræ Incarnationis Dei cum ipſo Deo actualiter Incarnato? quantùm valent verba Dei per Angelos, & Prophetas dicta hominibus, quando ipſummet Verbum in utero Virginis per Spiritūs Sancti gratiam conceptum nobis loqui dignatur? Sine ullâ prorsùs comparatione tantò ſunt majores obligationes noſtræ, quantò majora ſunt beneficia, quæ nos præ illis recepimus. *Noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio.* Ac proindè credendum eſt, quòd myſterium Incarnationis Filii Dei omnes Chriſtianos plurimùm obliget, ad non offendendum ipſum, & quòd ex hoc die totum erit gratia, & auxilium ad ſanctè vivendum, & fideliter ipſi ſerviendum.

9. Hi ſunt effectus, quos hodiè in nobis Incarnationis myſterium operari debet. Interrogant mali de mediâ Babyloniâ Chriſtianos, inquit

D. Aug. ſuper Pſal. 136. Auguſtinus, cur Chriſtus deſcenderit in mundum, & quid emolumenti generi humano indè provenerit? *Dicant nobis Chriſtiani, quid boni attulit Chriſtus? undè faliciores putent res humanæ, quia venit Chriſtus?* Quibus reſpondet glorioſus Doctor, quòd ſi tales viderent, *nihil cadere de Babyloniâ*, nullam immutationem fieri in mundo, ſed omnia, vel in eodem ſtatu permanere, vel potiùs omnia de malo in pejus deorsùm vergere, tam poſt, quàm ante Chriſti adventum: *Magnam felicitatem rebus humanis Chriſtus attuliſſet*, auream ætatem æſtimarent, & fælicia eſſent tempora, *Magnam*, &c. At verò, quia Chriſtus venit, ut renovet mundum. Quia verò cæduntur iniquitates, ut extirpatâ cupiditate plantetur charitas Jeruſalem, quia miſcentur amaritudines vitæ temporali ut æterna deſideretur, quia erudiuntur in flagellis homines accipientes diſciplinam, ne judiciā inveniant ſententiam ideò dicunt: *Nihil boni attulit Chriſtus, & labores attulit Chriſtus.* Undè concludit Sanctus Doctor, tales non eſſe capaces diſciplinæ: neque aliud reſpondendum, ſed ſolùm uni illorum replicandum: *Babylonia te portat. Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur, non noviſti capere, niſi quod fulget ad tempus, æterna meditari ignorat, non capis, quod interrogas*, quia bona cæleſtia non capiuntur in terrâ, quam Dæmon poſſederit. Hoc ſolis Chriſtianis, quos Spiritus Dei inhabitat, reſervatum, ipſi ſoli capiunt, & experiuntur, quod Deus Incarnatus in animabus operatur. Faxit Deus, ut quod Sanctus Auguſtinus exoptat, ad votum eveniat, ut Filii cæleſtis Jeruſalem ita vivamus, & operibus noſtris debitam gratitudinem conteſtemur, & quòd noverimus, condignè beneficia Incarnationis accepta, recolere oſtendamus.

10. Obſcura ſatìs ſunt involucra, quibus Jacob laudes Filii ſui Nephtali deprædicat: *Nephtali cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.* Gen. 49. v. 21. Videte qualiter iſta duo conveniant, celeritas cervina, & pulchritudo eloquii? quid celeritati curſûs cum pulchritudine ſermonis? Optime dictum. Senſus verborum juxtà Interpretationem Gloſſæ hic eſt. Quia, in ſorte Filii mei Nephtali, terræ fructus velociùs matureſcunt, & præ cæteris præmaturo terræ naſcentia gaudent vere, & in vallibus terræ ejus, priùs germinant flores, quàm in hortis, & campis fratrum ejus, ideoque ad velociores nos obligant gratias referendas probeneficiis, quæ nobis campi promittunt. Ita ſanè eſt, non in aliud tempus differenda eſt gratitudo, quando beneficium præ manibus, & in domo habetur. Celebremus igitur hunc ſanctum, & lætiſſimum diem, & unanimi voto infinitas agamus gratias Deo pro tam ineffabili Dominicæ Incarnationis myſterio, ipſum enim eſt omnium bonorum cæleſtium fons, & origo totius gratiæ, quam mihi, & vobis &c.

Gloſſa ordinaria.

TRACTATUS VII.

DE VISITATIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS AD S. ELIZABETHAM.

Exurgens Maria abiit in montana cum Festinatione, &c.

Lucæ 1. cap.

CElebrat hodiernâ die solemniter Sancta Mater Ecclesia Visitationem Sanctissimæ Mariæ, Deiparæ Virginis, & Dominæ nostræ, quâ mox, ut, operante Spiritu sancto, in suis visceribus verbum divinum concepit, cognatam suam Elizabeth, uxorem sancti Sacerdotis Zachariæ, & Præcursoris Domini Matrem cohonestavit. Neque tamquàm hôc die specialiter facta recolitur, sed quia hôc tempore, juxtà Saniorem Interpretum opinionem, & calculum, Beata Virgo Visitationem suam absolvit, quæ, teste sancto Evangelistâ, tribus mensibus duravit; in signum, quòd finis omnium bonorum sit corona. Personaliter ivit divina Majestas ad liberandum animam futuri sui Præcursoris ab originali peccato, & ad superna beneficia conferendum ipsi, ejusque parentibus, & ad totam familiam divinis muneribus cumulandum. Ab oratione, & contemplatione surrexit Virgo ad hoc iter peragendum. Ingressus ejus in domum Zachariæ fuit ab omnibus festivè celebratus, & peculiariter à Magno Baptistâ, qui, ex materni uteri ergastulo exultationis, & lætitiæ indiciis, quibus potuit, præsentiam Authoris, & Domini sui agnovit. Et reverâ, incomparabiliter majorà fuissent lætitiæ signa, nisi arcta custodia ventris, quô continebatur, impediviſſet, sentiebat enim Principem gloriæ, & Authorem totius gratiæ præsentem, qui in ipsô eodem instanti tam copiosæ ei contulit gratiæ munus, ut nedum eum à culpâ originali mundaverit, sed etiam in gratiâ confirmaverit. Elizabeth voce potiùs divinâ, quàm humanâ, nobilitatem, & excellentiam Matris Dei, quam præsentem habebat, confessa est, & simul ei de omnibus bonis acceptis, & de tantâ Maternitatis dignitate adeptâ congratulata est. Zacharias etiam prophetavit, & Regina Angelorum, inter communes applausus, & maxima encomia, profundissimâ humilitate cœpit divinas intonare laudes, & magnificare Deum, tot, tantorumque Mirabilium operatorem. Hæc est brevis totius Evangelii Synopsis. Ave Maria.

***

Exur-

Exurgens Maria in montana cum Festinatione, &c.

Consideratio I.

Anima Deo per charitatem conjuncta, & unita, statim se applicat ad succurrendum proximo in necessitate constituto.

1. COmmunis est Doctrina Sacrorum Interpretum, hæc verba: *Exurgens Maria* denotare, quod virgo surrexerit è loco ubi erat, ad abeundum in montana Judææ. Verùm Doctissimus Carthusianus, quem sequitur Lyra cum quibusdam aliis, conveniunt in hôc, quòd præfata verba, alicujus excellentioris mysterii sint significativa. *Exurgens Maria &c. Exurgens ab oratione, exurgens à meditatione.* Surrexit Beata Virgo ergò prostrata jacebat? Ita sanè prostrata erat genibus flexis in oratione, & contemplatione mentis elevata in Deum, quē admodùm eam Angelus deprehendit: & indè, associata Sponso suo Joseph, surrexit, & abiit ad domum Elizabeth, cognatæ suæ: *Exurgens abiit.* Quæ novitas est ista, ô Regina Angelorum, adeò rara, & à moribus tuis tam aliena, quòd, post octo, vel novem annorum clausuram in Templo, quam etiam desponsata exactissimè servare consueveras, neque in publicum prodibas, aut ulla hominum commercia admittere solita abhorrebas, jam tali, tantoque tempore duranti, viæ, & itineri te accingas? Absque dubio urgentes debebant esse causæ, quæ te, ad faciendum rem adeò peregrinam, & insolitam, impellebant. Videor audire Virginem nostram mihi respondentem. Nonnè vides, quòd jam jam Angelus mihi dixerit: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum.* Animæ autem, quò pleniores sunt Deo, ejusque gratiâ, non debent esse minùs plenæ charitate proximi, ideoque propero ad visitandam Elizabeth cognatam meam, vado, ut ei opituler, serviam, & assistam in nativitate filii, quem ei cælum miraculosè donavit. Pergo ego, & vadit mecum Deus, & Dominus, quem in visceribus opere Spiritûs sancti concepi, ad redimendum unam animam è captivitate peccati, ac proindè ne admireris, quòd quietem, & solitudinem, quam à primordiis vitæ meæ sum professa, deseram, quia omnia potest, & perficit gratia Dei, & anima unita Deo, & dulcedine ejus absorpta, illicò applicat se commodo, & remedio eorum, qui necessitate laborant, quâ modò cognata mea Elizabeth laborat. Totum hoc videtur dicere Doctissimus noster Hugo Cardinalis: *Pietas trahebat eam, quando, concepto Salvatore, abiit in montana cum festinatione, ut serviret Elizabeth in partu.* Neque ego agnosco pro charitate natâ ex divinâ gratiâ, illam, quæ non succurrit proximo necessitate laboranti, quia vera charitas non est contenta, neque studet soli suo commodo, neque continet se inter limites suos, sed ulterius, pergit ad se aliis communicandum.

Dionys. Carth. & Lyra hic.

Hugo Card. super illa verba Eccles. 24. quasi oliva.

2. Si nondum notassis locum illum libri Judicum, altiùs eum nunc considerate: *Exercebat Gedeon*, adhuc Juvenis, *& purgabat sub torculari frumenta in torculari*, juxtà locum pertinentem ad patrem tuum, *apparuitque ei Angelus, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime.* Carpite responsum Juvenis in servitio paterno occupati, & ex illò colligetis, ubinam justus fixerat animæ suæ desiderium, & affectum, videtur enim totus applicatus, & deditus proprio commodo, & utilitati: *Si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hac omnia:* Ego non dixi tibi, tantummodò, fortissime Gedeon, sed, quòd Dominus sit tecum. Enucleatè responsum, inquit Serarius: *Et sic dixisset Angelus tantummodò, Dominus tecum, sic tamen accepit idem Gedeon, quasi dixisset, Dominus vobiscum, quia ipse populi pars erat, suamq; ab illo secretam felicitatem nullam hactenus sentiebat, sed deinceps cupiebat.* Favores nullos, nisi forent omnibus communes, videtur ambire. Si patitur populus ærumnas, & labores, in quibus versamur, inquit Gedeon, quomodò Deus est mecum, aut in favorem, seu auxiliū meū? Duo observo in hâc responsione. Cogitationes, quibus Gedeon homo particularis distinebatur, & distrahebatur ad quē nullatenùs regimē, aut zelus boni cōmunis pertinebat; & cogitationes multorū, qui ex officio regimē Reipublicæ administrant, qui eùm teneantur zelare, & procurare bonum commune, nihil minoris pensi habent, quàm bonum communitatis, & solùm studeant proprio commodo, & utilitati: Ideò fuit Gedeon remedium suorum, & hi ruina sunt, & destructio Regni, quia non habent veram charitatem, cujus proprium est alienæ miseriæ compati, & eam, tamquàm propriam, lugere.

Judic. 6. v. 11.

Serarius quæst. 8.

Digitized by Google

3. Advertite id, quod mellifluus Bernardus curiosissimè observavit in illis verbis Sponsæ, quibus ipsa speciali favore donata, cæteris sodalibus suis exclusis, sola introducta fuit, ita loquentis. *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Cant. 1. v. 4. Fecit mihi magnos favores Sponsus meus, sed qui, & vestri sunt, ô sodales meæ! *Putate*, inquit Sanctus Bernardus, *& vos pariter introductos. Sola introducta videor, sed soli non prodèrit. Vestrûm omnium, est meus omnis profectus.* D. Bern. serm. 23. in Cant. Et hoc omnes ipsæ in responsione suâ manifestarunt, dicêtes: *Exultabimus, & lætabimur in te memores uberûm tuorum.* Omnia æqui bonique consulimus, ô Sponsa sancta; *Scientes te plenum ad nos reversurum uberibus.* Quia bona, quæ inde adduces, etiam nostra sunt, ubera enim matris potius filiis, quam matri prosunt, neque vera charitas sistit in proprio commodo, sed omnibus studet, favet, & opitulatur, maximè si ex gratiâ nascatur, quia si magnes, juxtà sententiâ Platonis, potest communicare virtutem ferro attrahendi ad se aliud ferrum, quarè cor incensum, & æstuans charitate non habebit virtutem communicandi aliis ignem amoris sui, & accendendi alios pari charitate?

4. Non defuit, qui ausus fuerit condemnare petitionem, quam exhibuit Eliseus Magistro suo Eliæ quando in raptu ipsius tollebatur ab illo, & petebat spiritum ejus duplicem sibi dari: *Obsecro, ut fiat in me spiritus tuus duplex*, 4. Reg 2. v. 9. cò quòd petitio illa typum cujusdam superbiæ includere videretur, & vellet se perfectiorem fieri Magistro suo, & suâ haud forte spiritus simplicis contentum, duplicatum augeri in se spiritum Magistri sui; contra dictum Salvatoris. Matth. 10. v. 24. *Non est Discipulus super Magistrum.* Verùm gloriosius sanctus Augustinus ipsum excusat dicitque Eliseum nedum non reprehendendum sed potiùs laudandum, quia petitio ejus non solum fuit ab ambitione libera, sed potiùs charitate plena: *Non elationis affectu super Magistrum esse voluit, sed videns peccata populi innumera, nè simplici spiritu Eliæ, sed duplici compesci posse prævidit.* Scopus Prophetæ petentis, erat commodum, salus, utilitas proximorum, & apparens illa prælatio super Magistrum non fuit ambitionis arrogantia, sed charitatis præstantia. Fuit quidem petitio illa duplicis spiritus, commoda, & utilis non sibi, sed bono communi plurimorum; videns enim indies peccata hominum incrementa sumere, magisque quotidie in immensum excrescere, neque unum Eliæ spiritum ad ea refrenanda sufficere, duplicatum postulavit: *Fiat in me spiritus tuus duplex*, ut, cùm duplicata foret necessitas, etiam remedium duplicaretur. Opus reverà perfectæ charitatis, ideoq; quod petiit, impetravit, & cuncta ei pro voto fuêre concessa, ut duplici illo spiritu pluribus prodesset. Erat charitas illa emanans ex gratiâ, & ideircò omnibus favere, prodesse, & auxiliari gestiebat.

5. Describit Sapiens in Proverbiis connubium, & desponsationem animæ justæ cum virtute, eique consulit, ut eam, tamquàm sororem, reputet, & diligat: *Dic Sapientiæ, soror mea es.* Prov 7. v. 4. Et in capitulo octavo Sapientiæ, loquitur sub nomine justi asseritque, se illam sibi desponsasse, & conjunxisse: *Hanc amavi, & quæsivi Sponsam mihi eam assumere.* Sapient. 8. v. 2. Magna sanè videtur esse difficultas, duo hæc loca componendi, & inter se combinandi, eò quòd Spiritus sanctus dicat, eamdem sapientiam, & virtutem esse Sponsam, & simul Sororem, quæ duo vix inter se cohærent, quia in tam propinquo gradu nequit fieri dispensatio. At Origenes ingeniosè hæc duo, quamvis inter se, primâ fronte, maximè opposita conciliat, & asserit ambo loca intelligenda esse de nuptiis, & conjugio spirituali animæ justæ cum Deo Solutio verò quæstionis in hoc consistit, totam perfectionem veri justi sitam esse in eò, quod habeat virtutem, & sapientiam Sponsam, sapientiam, & virtutem Sororẽ: *Donec enim uxor appellatur, virtus propria est, & cum nullo communicari potest, & est conveniens, ut donec ad perfectum venerimus, intrà nos sit animi virtus, & propria sit. Cùm verò ad perfectũ venerimus, ita ut idonei simus, & alios docere, tũc iam virtutem, non, ut uxorem, intra gremium concludamus, sed, ut sororẽ, aliũ copulemus*, id est, virtus, ut Sponsa, est, incõmunicabilis, quia nulla amicitia, quamvis arctissima, cõmunicationẽ Sponsæ admittit; at verò soror, mediante matrimonio alteri cõmunicari potest, & ideò soror appellatur, id est, seorsùm separata, quêadmodum Gellius de Anthistio refert: *Soror appellata est, quod quasi seorsùm nascitur, & separatur ab eâ domo, in quâ nata est, & ad aliam familiam transgreditur.* Origenes hom. 2. in Genes. Aul. Gell l. 13. c. 10. Et huc collimabat omnis cura, & studium eorum, qui tanti æstimabant sororem suam, ut omni conatu, & sollicitudine eam alicui statui applicare, & consecrare satagerent: *Quid faciemus sorori nostræ? &c.* Ita ut ex his omnibus liquidò constet, illum qui exactè satisfacit legibus perfectæ charitatis, debere habere sapientiam, uxorem, & sapientiam, sororem; id est, ut sit sanctus sibi, & sanctus aliis: quia absq; Tertur. in Para. diff. 33.

dubio, quando hæ duæ rationes amoris ambæ concurrunt, charitas perficitur, & maximè elucet. Et in hôc maximè excellentiam amoris profani extulit Poëta in illâ Epistolâ amatoriâ:

Ovid. Epist. Hermionæ ad Orestem.

Etsi non esses vir mihi, frater eras.
Vir prætor, uxori, frater, fit currere sorori,
instant officio nomina bina suo.

Ponderat sanctus Bernardus in illâ miraculosâ conversione sancti Apostoli Pauli, quòd Christus in ipsâ conversione statim ei dixerit, & præceperit, ut surgeret, & properaret ad civitatem, &c. *Et Dominus ad illum, surge, & ingredere civitatem, ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Ex eodemque Textu clarè constat, Dominum eodem tempore fuisse locutum Ananiæ, eique intimasse, quòd jam Paulum in prædicatorem Evangelii elegisset, quodque officium ille statim à Baptismate suo executioni mandarit: *Et continuò in Synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.* Explicans igitur sanctus Bernardus celeritatem illam, quâ Paulus jam conversus, confestim se prædicationis officio applicuit, in hæc verba prorumpit: *O Sapientia suaviter omnia disponens! cum, cui tu loqueris, erudiendum de voluntate tuâ mittis ad hominem, ut sociatis vita commendetur utilius, & edoctus per hominem, discat & ipse secundùm datam sibi gratiam hominibus prodesse.* Potuisses, ô Domine Deus! per temetipsum, Paulum mysteriis fidei Christianæ, quam prædicaturus erat, instruere, ad hoc enim ipsum elegeras, sed ad hominem maluisti eum mittere erudiendum, ut ab illo ediscceret, & ambo pariter occasionem meriti haberent, unus docendo, & alter discendo: Et ut sic instructus, (hic namque est scopus considerationis nostræ) tamquàm discipulus etiam in charitate doceretur, id est, ne doctrinam ab alio acceptam sibi reservaret, sed utilibrati aliorum, & institutioni communicaret, ad imitationem, & exemplum Magistri, qui eum, catechizando, omnia, quæ scibat edocuit. In quô, inquit sanctus Bernardus alloquens Christum: manifestasti desiderium tuum, quô exoptas, ut Sapientia, & virtus non solùm sit sponsa, sed etiam soror, & ut non solùm se contineat intrà gremium habentis, sed etiam complectatur, & se diffundat ad fratres ejusdem naturæ consortes, *Ut vita sociatis utilius commendetur.*

Act. 9. v. 7.

D. Bern. in serm. de conv. S. Pauli.

7.

1. Cor. 16. v. 22.

Variæ sunt explicationes illorum verborum, quę anteà ad aliud propositum retulimus: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema.* Theodoretus ea declarat appositè ad rem præsentem: *Qui corpore amant, nullum volunt habere amoris socium. Apostolus autem omnes in amore rivales habere desiderat, & qui tales non sunt, ab Ecclesiâ rejecit.* Magna est differentia, inquit Theodoretus, inter amorem humanum, & divinum, ille, ubi cor occupaverit non admittit socium, solus vult re amatâ frui, hic verò, mox ut animam incenderit, illamque ferventiùs inflammaverit, ut patet in Paulo converso, non satiatur solo amore Dei, quamvis intensissimo, sed, inquietus, donec socium sibi adsciscat, irrequieto motu agonizantis instar agitatur, ut plures, vel omnes pertrahat ad bonum illud, & ex eodem fonte bibant, adeò ut, etiam censuris perstringat contrarium facientes, & comprehendat tamquàm participantes, omnes eos, qui amare Jesum recusaverint, ut uno, vel alio modo illos ad amandum Jesum cõpellat, *& qui tales non sunt ab Ecclesiâ rejecit.*

Theodor. hic.

8.

Hanc conditionem, seu, ut melius dicam, naturalem indolem habet charitas, ut egregiè testantur verba illa Canticorum. *Trahe me, post te curremus.* Quibus sacri Interpretes varias assignant declarationes. Verum Doctissimus noster Sotomajor notat, non carere mysterio, animam sanctam petere à Sponso suo, ut trahat eam post se, & quòd ea subjungat, se cum sodalibus suis cursuram in odorem unguentorum ejus. Si enim ipsa sibi soli postulat, *trahe me*, quomodò pollicetur, quòd cæteræ filiæ Jerusalem secum cursuræ sint: *Curremus.* Consultiùs dixisset illa, magisque formaliter, curram, & nõ, *curremus.* Optimè tamen dixit Sponsa: *Cogitabat enim, & sperabat Sponsa*, inquit Sotomajor, *si modò ipsa à Sponso suo traheretur, seu duceretur, & adjuvaretur, se facilè posse eum sequi, atque etiam, instar magnetis, attracturam adolescentulas sodales suas, ut ipsum Sponsum simul secum asequi possent.* Nolite admirari, quòd Sponsa rogans Sponsum, ut se trahat, dicat, quòd cæteræ adolescentulæ sodales eam sint secuturæ, quia hoc dixit, quasi declarans animum, & affectum tuum erga illas, promittens eis, & quasi certiores eas reddens quòd favorum, & beneficiorum omnium, quæ ipsa erat a Sponso recepturа, eranr participes futuræ, ita ut, si Sponsus eam traheret post se, illa sodales suas attractura esset post se, quia vera charitas, ubi cordi intimè insederit, non studet bono, & commodo proprio sed cæteris benefacere, & omnibus bonum, quod possidet, communicare exoptat, & conatur.

Cant. 8. v. 4.

Sotomajor hic,

Plinius l. 2. natur. hist. c. 14. D. Aug. l. 22. de civit. Dei. c. 4.

Ad

Ad confirmationem hujus doctrinæ, com-
9. binate duo loca sacri Textûs : Elegit Deus, Moysen ad mittendum eum, tamquàm Legatum, ad Pharaonem Regem Ægypti. Et ecce sanctus vir suam loquendi tarditatem allegat, ut à missione illâ se excuset, imò, ut alium eloquentiorem loco suo destinet, summis precibus efflagitat: *Mitte, quem missurus es.* Interrogat
Exod. 3. v. 11. Deus Prophetam Isaiam, quemnam missurus sit ad prædicandum populo suo, & statim se paratum, & ad tale munus obeundum promptum
Isaiæ 6. v. 8. offert, & præsentat. *Ecce ego, mitte me.* Bone Deus; quàm contraria sunt ista inter se, Isaias desiderat mitti, & Moyses missionem detrectat. Mysterium sanè continent. Nicetas, S. Gregorii Nazianzeni Scholiator doctissimè hæc duo conciliat: *Etenim Moyses impari metuens muneri, sibi, suæq; fragilitati prospiciebat, refugiendo. Isaias autem cùm, remissis sibi peccatis, audisset, quis proficisceretur ad populum hunc, atque existimaret hanc ob causam nuntium quæri, ut pari beneficio frueretur illi, ad quos mitteretur, pra animi lætitiâ se ipsum offert, ut illis quoque peccata remitterentur. Ecce ego, inquit, mitte me. Quarè non sine ratione, & ille mandatam sibi provinciam deprecabatur, & hic cupidè ambiebat.* Ne peregrina judicetis hæc facta, quia ambo rectissima fuerunt; Excusatio Moysis non inobedientia, sed humilitas immensa fuit, quâ se tanto muneri obeundo indignum profitebatur? Isaias autem, cùm jam Deus condonasset ipsi peccata sua, essetque in gratiâ constitutus, & Deus inciperet tractare de mittendo prædicatore Hebræis, & in eum finem sibi loqui, intellexit sibi dictum, ut ipse gratiam sibi donatam aliis communicaret Et sic maneat hæc veritas stabilita, quòd ambo in termino operis sui meritum habuerint, sed majus Isaias, quia plùs est offerre se instinctu charitatis, quàm se excusare ex motivo humilitatis. Itaque, *ecce, ego, mitte me*, idem fuit, ac dicere: fit, quidquid fuerit, eveniat, quod volnerit. etiamsi mihi vitâ constiterit, gratissimum mihi erit, dummodò tandem multi salvi fiant, & omnes Dei gratiam consequantur.

10. Primus Apostolorum, qui Christum Redemptorem nostrum agnovit, fuit sanctus Andreas, qui occurrens Fratri suo Petro, illicò ei omnem rei eventum ex ordine narravit, & thesaurum repertum manifestavit, eumque ad Salvatorem mundi adduxit: *Invenimus Messiam, & adduxit ad Iesum.* Sanctus Basilius Seleucius attonitus, miratur celerem festinationem, quâ sanctus Andreas se Germano suo Petro declaravit, & devotionem, quâ sanctus Petrus fratri suo Andreæ monenti acquievit: *Dicit Andreas Petro: invenimus Messiam, & ad vocem auribus ligabatur.* Admirabiles sunt effectus divinæ charitatis, vix enim Andreas dixerat Petro, se Messiam invenisse, quando jam Petrus, verbis illius illaqueatus, admonenti aurem præbuit, idemque fuit ei loqui de Christo, ac cor illius manere amore illius inflammatum, atque ita mansit captus, quasi verba fratris ejus fuissent laquei, & nexus, quibus eum irretiret. Laudem meretur sanctus Petrus propter facilitatem devotam, quâ se captivum dedit, sed majorem incomparabiliter meretur laudem Andreas propter ferventem charitatem, quâ Christum quæsivit.

Excellentissima est ad hoc propositum pon- 11.
deratio Theodoreti observantis, qualiter Deus mandat Eliæ, ut Asaëlem ungat in Regem Syriæ, & Iehu in Regem Israel, & Eliseum in Pro- 3. Regum
phetam successorem suum: *Vade, & revertere* 19. v. 15.
in viam tuam per desertum in Damascum: cumque perveneris illuc, unges Hazaël Regem super Syriam: & Iehu filium Namsi unges Regem super Israël: Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abel-meula unges Prophetam pro te. Ita ut mandaverit Deus ipsi, ut omnes tres ungeret, verùm Elias occurrens Eliseo, ipsum solum inunxit, ut sacer refert Textus. *Profectus inde Elias reperit Eliseum, filium Saphat arantem in duodecim jugu boum, & ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat. Cumq; venisset Elias ad eum, misit pallium super illum. Qui statim, relictis bobus, cucurrit post Eliam.* Videtur, inquit Theodoretus, Propheta nullatenùs posse excusari ab inobedientiâ, quia seriem, & ordinem mandati divini non observavit, & solum unum unxit, prætermissis duobus aliis, quos ei Dominus mandaverat ungere in Reges, Attamen excusat ipsum Theodoretus, dicens, idem fuisse instituere Eliseum in Prophetam, ac Hasaelem, & Jehu ungere in Reges, utpote qui probè noverat conditionem doni divini, & quod Eliseus gratiam illam non erat intra se abconsurus, sed certo certiùs illam aliis communicaturus, quia cùm gratia unctionis veniret à manu Dei, illicò etiam ad alios se debebat extendere, quia divina beneficia non quiescunt in recipiente, sed ulterius pergunt, & ad alios se diffundunt. Si Prophetam unxit, & eum spirituali gratia impertiit, eâ etiam unxit alios. Etenim

Eliseus

Theod. hic interr. 58. Eliseus, spirituali per eum accepta gratiâ, attulit Charisma, & spirituali eos gratiâ impertiit.

12. Discedebat Salvator mundi ex hâc lacrymarum valle, & ad cælos ascendebat in die admirabilis ascensionis suæ, & valedicens discipulis suis ajebat: *Ascendo ad Patrem meum, &* *Ioan. 20. v. 17.* *Patrem vestrum.* Nonnè discipuli videbant ascendentem? Ita sanè; quia hoc ipsum sanctus Lucas attestatur: *Videntibus illis elevatus* *Act. 1. v. 9.* *est.* Quarè igitur Dominus ipsis ascensionem suam notificat? Frustraneum videtur dictum Christi, quia jam ipsum intuebantur ascendentem ad Patrem æternum. Voluit verbis illis declarare discipulis suis, inquit sanctus Cyprianus, quòd bonum, cujus possessionem adibat, non ipse solus erat occupaturus, sed quòd etiam ipsi erant futuri socii gloriæ paternæ, neque aliud poterat ferre amor ejus tam benignus cordatus, & perfectus: *Ad patrem meum, & Patrem vestrum*, est quidem pater meus, sed etiam vester, est gloria mea, sed etiam futura vestra, non ego solus, sed vos mecum eam possidebitis: *Et Patrem vestrum.* Accipite verba sancti Cypriani eruditione plena: *Hoc gloria unigeniti accrescit, quòd beatitudinis suæ non patitur esse solitariam magnitudinem, sed addidit fratres, non qui minuant quasi in plures divisam excellentiam, sed qui altitudinem divitiarum ejus exornent participes, & consortes.* Non patiebatur Redemptor, & Salvator mundi, homines in hanc incuriosam cogitationem, prolabi, quòd ipse solus gloriam, ad quam ascendebat, ambiret, & idcircò ostendit discipulis suis, quo modo, eam ipsis præparaturus, præcederet. Hoc sonat: *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Perfecta charitas non sibi soli studet, sed naturali quâdam propensione se diffundit, & plurimis communicat.

D. Cypr. serm. de ascensione Domini.

13. Premit ingenio suo doctissimus Carthusianus nomen, quod Adam imposuit Evæ uxori suæ: *Vocavitque Adam uxorem suam Evam,* *Genes. 3. v. 20.* *eò quòd mater esset cunctorum viventium.* Quærit curiosiùs hic doctor, quarè eam non vivam, sed vitam, seu matrem viventium appellaverit, & respondet: *Non vivam, sed vitam appellavit, ut constaret, Mariam omnibus vivendi causam esse: vita enim est forma commune vocabulum, & quidquid vivit, per vitam vivit.* Quasi diceret: non esse hic reflectendum ad effectum, verùm ad denotatum per illum. Eva fuit figura Mariæ, & Adam vocans eam non vivam, sed vitam voluit præsignare conditionem, & indolem Marianam, quod non sibi soli, sed omnibus nobis erat profutura, & victura. Si verò vivam appellaret, significaret, eam sibi soli victuram, quia tamen eam vitam nominat, ipsa universitas nominis beneficium commune omnibus generaliter profuturum prædicat, & manifestat. Quia non soli sibi vitam spiritualem quærit, sed omnibus eam infundere, & communicare exoptat. Hâc de causâ hodiè domo suâ egreditur ad visitandam Elizabeth, ut ei, totique familiæ divitias spiritûs, & gratiam sibi à Deo donatam impertiatur, & communicet. *Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione, & intravit domum Zacharia.*

Dionys. Carth. l. 2. de laud Mariæ.

Continua Mariale.

Cum Festinatione.

Consideratio II.

Festinus, & velox est Deus ad conferenda nobis beneficia, & præmia; tardigradus verò, & lentus ad supplicia inferenda peccatis nostris: è contra homines ad malum sunt prompti, & celeres, ad bonum autem tardi, & pigri.

IPso die, quò Filius Dei carnem humanam assumpsit, se accinxit itineri, ad visitandum sanctum Joannem præcursorem suum, tantâ celeritate, & festinatione, ut, ad nativitatem suam, hanc visitationem noluerit differre, &, cùm nequiret pedibus suis incedere, impulit matrem suam, ut eum gestans in visceribus suis, hocce iter institueret: ideoque hodie pergit ad domum Zachariæ: *Exurgens Maria abiit cum Festinatione, &c.* Sed festinatio illa Dei nostri, cujus indoles, optimè nota est, non est aliena, seu peregrina, quia cùm hæc sit naturali propensione inclinata ad benefaciendum, cõpellit eam, ut concito gressu currat, & quia ad peccata nostra puniendum, quodammodò violentiam infert divinæ suæ bonitati, & pietati, ideò ad supplicia inferenda semper 1.

tardo, & lento pede progreditur. Postquàm Deus creavit primum hominem in campo Damasceno, ait sacra pagina, quòd eum apprehenderit manu suâ, & posuerit in paradyso voluptatis, quem ei condiderat. *Tulit igitur Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradyso voluptatis.* Ubi autem legit Vulgata nostra: *Tulit, & posuit eum*, legit Philo Alexandrinus juxtà versionem Septuaginta Interpretum, *Apprehendit Dominus Deus, quem fecit, & posuit eum in paradyso.* Carpite illud verbum, *Apprehendit*, quod violentam quamdam apprehensionem alicujus personæ significat, ut quando quis fugientem vi detinere contendit, quemadmodum doctus quidam Modernus notavit. Hoc ergo Deus fecit Adamo, mox ut eum creaverat, fugam capessere volebat, vix efformatus jam fugam meditabatur. Non sic Adam, non sic, inquit Deus, contendam tecum, & vi te apprehendam fugientem, & te velociùs currens, tollam te, & collocabam in paradiso voluptatis. At verò quando idem Dominus venit ad quærendum eumdem hominem jam peccatorem, & puniendum eum, videte tarditatem, quâ supplicium executioni mandavit: *Audierunt vocem Dei ambulantis ad auram post meridiem*, Vel, ut transfert Abulensis ex Hebræo, *contra auram*, id est, ambulabat Deus contra ventum. Audite hæc verba Abulensis: *Qui contra ventum ambulat tardius movetur; sic Deus ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo misereri proprium semper est, & parcere.* Voluit Spiritus Sanctus ostendere, quàm invito animo Deus veniret ad castigandum primum delinquentem in mundo, qui peccato suo totum terrarum orbem infecerat: *contra auram.* Qui contrario navigat vento, tardiusculè progreditur, & serùs ad portum appellit: Et cùm misericordia sit magis connaturalis in Deo (nostro loquendi modo) quàm justitia, non est tantoperè mirandum, quòd ad illam exercendam cum Adamo, & ad constituendum cum Dominum paradysi, sit Deus velox, & celer: *Apprehendit Deus hominem*, & ad castigandum ejus delictum sit tardigradus, & quasi pedetentim contra ventum incedat, *contra auram*, quia, ut brevibus dicam, contra naturalem suam inclinationem movebatur, & impellebatur.

Gen. 2. v. 15.

Philo Alexand. l. leg. alleg.

Ribera super illud ad Hebr. 2. Nusquā Angelos apprehendit.

D. Chrysost. ibid.

Gen. 3. v. 8.

Abul. hic

12 In capitulo sexto libri Iosue præcepit Deus, ut septem diebus Sacerdotes deferrent Arcàm Testamenti circum mœnia, & muros civitatis Hierichontinæ, & quòd septimo die funditus corruerent, & ad terram prosternerentur: *Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus: Septimo autem die Sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in Iubilæo, & præcedent Arcam fœderis, septiesque circuibitis civitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior, atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maximâ, & muri funditùs corruent civitatis.* Premit hunc locum Divus Chrysostomus, eumque componit cum alio ex primo capite Geneseos, ubi totius mundi machina sex diebus fabricata describitur: *Et requievit Deus die septimo ab omni opere, quod patrârat.* Bone Deus! inquit Sanctus Chrysostomus, est ne possibile, ut universam mundi creationem sex diebus perficias, & quod totidem dies non sufficiant ad destruenda mœnia unius Civitatis, & debeas ipsis septimum superaddere? *Mundum universum sex diebus construis, & unam urbem septem diebus dissolvis?* Ne admiremini differentiam, quia tam velox est Deus in fabricando, quam tardus in destruendo: *Velox Deus construens, tardè Deus destruens, illud quidem potentiæ, bonitatis istud.* Bella, & pænè divina ratio Authore suo digna Festina ædificatio, fuit effectus omnipotentiæ divinæ, & lenta destructio, opus immensæ bonitatis. Videtur sanctus Præsul, primâ luce, verba commutasse, attribuens exstructionem potentiæ, & destructionem amori, cùm tamen videatur destructio, potiùs opus potentiæ, & ædificatio, effectus bonitatis, quæ est principium in Deo communicandi se ad extrà rebus creatis. Verum ratio sancti Doctoris studiosiùs enucleata est excellentissima, & elegantissimè dixit, quòd bonitas usa fuerit adminiculo omnipotentiæ ad citò, & velociter operandum, & fabricandum, eique adjunxerit se sociam ad lentè destruendum, tamquàm opus contra naturalem suam inclinationem perficiendum. Sex ergo diebus Deus totum mundum creavit, & septem diebus, unam destruxit Civitatem, ut ostenderet, quòd tam lentus sit ad puniendum, quàm est velox ad benefaciendum.

Ioſue 6. v. 4.

Gen. 2. v. 2.

D. Chrysost. hom. 26. super cap. 23. Matth.

Optimè

Digitized by Google

3 Optimè noverat hanc innatam indolem dilecti sui Sponsa sancta in Canticis, quando in secundo capite cõparavit illam velocitati Cervi salientis per montes, & colles absque eó quòd valles contingat: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; cervorum.* In capitulo autẽ quinto ejusdẽ Libri loquitur idioma valdè diversum, & huic cõtrariũ: affirmat enim pedes & plantas ejus esse columnis marmoreis simillimas: *Columnæ ejus marmoreæ, quæ fundatæ sunt super baſes aureas*, id est graves, & ponderosæ. Ita interpretatur hæc verba venerabilis Beda: *Ac si diceret: Pedes ejus non esse faciles ad motus, sed graves.* Erat Sponsus immobilis quasi columna: Valdè dissimiles sunt hæ metaphoræ, & oppositæ comparationes, quia quælibet contrarium alteri significat. Pedes enim qui paullò ante erant cervini, jam sunt marmorei. Quis illos tam citò commutavit? quis tam celerem in illis causavit mutationem? Si hesterno die erant veloces, & celeres: *Similis est Dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum*, qui fieri potest, ut hodiè sint tam graves, & immobiles: *Columnæ ejus marmoreæ.* Bruno Episcopus Signiensis combinat hæc duo loca, quæ secundùm rigorem litteræ manifestam involvunt contradictionem. *Et velox, & tardus est Sponsus, & ex utroque amandus; velox ad præmia, tardus ad supplicia inferenda.* Vt Sponsus succurrat necessitati suorum, est hinnulus cervorum celerrimus: *Ecce iste venit saliens*: Vt exerceat actum justitiæ punitivæ, est columna immobilis: *Columnæ eius marmoreæ.* Ingeniosè notavit divus Chrysostomus verba illa, quibus Evangelicus Vates Isaias declaravit accelerantem promptitudinem, quâ Deus utebatur ad benefaciendum hominibus: *Erumpet quasi manè lumen tuum.* Observat S. Antistes, Prophetam non dixisse, quòd more solito, & consueto prodibit lux matutina, sed quòd erumpet, & vi perfringet: *Erumpet, vel scindetur dixit, non apparebit, ut velocitatem, & copiam daret exprimeret, quodque muneribus plenum ex largiendi festinatione, quasi prorumpat.* Studiò, & ex industria usus fuit Propheta hisce verbis, quibus commodiùs velocitatem, & largam munificentiam divinæ misericordiæ exprimeret, quia enim plenus est donis, quasi rumpitur, vel scinditur ad eà communicanda: neque venit ut manè, quod paulatim lumen suum diffundit, sed quasi fulgetrum, seu coruscatio, quæ velocissimè penetrans, seu discindens nubem, copioso lumine terram illustrat: hoc denotat: *Erumpet quasi manè lumen tuum.*

Cant. 2. v. 8.

Cant. 5. v. 15.

Beda hic.

Bruno super. 5. cap. Cãt.

Isaiæ 58. v. 8.

D. Chryſ. hom. 55. ſuper Matth.

Componite nunc quæso cum hâc velocitate benefaciendi, lentitudinem ejus, & tarditatem in puniendo, & videte quam nociva sit, & timenda. Petunt Israëlitæ aves, & volucres in deserto, nauseantes enim mannæ, panem Angelorum, carnes manducare volunt, & misit eis cibaria in abundantiâ, & pluit super eos, sicut pulverem coturnices, & sicut arenam maris volatilia pennata, & manducârunt ad satietatem nimiam. Vix cœperant comedere, & ecce: *Adhuc esca erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Carpite mecum illud verbum, *ascendit*, fateor quidem, hunc modum loquendi esse in sacris Litteris usitatissimum, ideoque Incognitus hic legit cum sancto Gregorio: *Et ira Dei descendit super eos,* Verùm ego premo notanter hoc vocabulum, *Ascendit*, quod motum sursùm designat, & rectiùs videretur dicendum, quòd ira Dei *descendit*, quia è cælo ad terram veniebat, & non *ascendit*, quod motum à terrâ ad cælum denotat; ac proindè mysterio plenum apparet mihi verbum illud Davidis, utpotè qui probè noverat conditionem divinæ majestatis, & sciebat, quantâ difficultate, quasi in altum montem repens, veniat ad delicta, & peccata nostra punienda, & tametsi flagellum ex alto veniat, & divina ultio è cælis descendat, non dixit David, quòd descenderit, sed ascendit: *Et ira Dei ascendit super eos*, quibus insinuare voluit, quòd flagellum divinæ iræ, non veniat super nos motu naturali ex alto deorsùm, sed motu violento, ab imo sursùm. Itaque misericordia Dei venit super nos, tamquàm velocissimum fulgur, *Tunc erumpit*, & ira Dei veluti lapis, qui motu violento sursum movetur: *Et ira Dei ascendit*, &c. 4.

Psal. 77. v. 30.

Incognitus hic & S. Greg. citatus ab eo.

Magnâ ponderatione digna sunt verba illa, quibus Deus per Isaiam peccatoribus populi sui loquebatur: *Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cuius confugietis auxilium?* Dicite miseri, quid spe- 5.

Isai. 10. v. 3.

Digitized by Google

retis, aut cujus adjutorio innitamini? Quis vobis in die calamitatis opitulabitur? quodnam vobis asylum refugii supereſt? quos patronos vobis effingitis pro tempore futuræ tribulationis? Certè actum eſt de vobis, qui tam flocci facitis rem maximi momenti, à quâ tota ſalus veſtra dependet. Sanctus Baſilius Magnus, peculiariter ingenio ſuo premit verba illa: *In die calamitatis de longè venientis* Quid ita? Propheta dixit ruinam, & interitum peccatoris, & punitionem delicti ejus venturam de longè. *de longè venientis*? Plures hujus rei rationes aſſignari poſſunt, quas paſſim ſacri Interpretes allegant: Sed præ cæteris placet divi Baſilii meditatio inſtituto noſtro maximè commoda: *Intelligamus ſanè, cur ſic dicat de longinquo, ſalus quippe noſtra non è longinquo, ſed vicino nobis adeſt.* Prudentiſſimè diſſeruit Propheta, quia ejus intentio erat declarare Hebræis, & in ipſis, nobis omnibus, quòd invitâ, & quaſi renitente voluntate Deus nos punit, & quam violenter contra ſuam naturalem propenſionem, flagellum manu ſuâ arripit ad nos caſtigandum, & è contrà, quòd læto animo, & promptâ voluntate nobis beneficia confert, & quantâ benignitate omnium noſtrûm miſeretur. Idcircò igitur dicit Iſaias punitiones, & flagella venire de longè, & de longinquis, & remotiſſimis regionibus, & ideò tardiùs appropinquat, & deſeſſa venit: Non ita miſericordia Dei, quia cùm ſit domeſtica & intrà parietes domûs commoretur, ſemper ei comes aſſiſtit, numquàm ab illo recedit, ideoque celeriùs currit, velociter venit, & quaſi tabellarius feſtinans, & ſtatim præſens nobis ſuccurrit, ad verificandum illud dictum Poëtæ.

D. Baſil. hic.

Sit piger ad pœnas, Princeps, ad præmia velox.

Ovidius. 6.

Varia ſunt Doctorum placita ſuper tempore, quò Verbum divinum, in utero ſacratiſſimæ Virginis, humanam carnem aſſumpſit. Omnes conveniunt ſaltem fuiſſe, antequàm Angelus Gabriël ab eâ receſſerit. Tota difficultas in indagando eſt, an fuerit Filius Dei incarnatus, priuſquam ſancta Virgo conſenſum ſuum hiſce verbis expreſſerit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, Vel an fuerit, poſtquàm ſe ei manifeſtavit. Scio quidem plurimos ſanctos Patres opinari incarnationem Verbi, poſt conſenſum B. Virginis, fuiſſe completam; ego verò in hâc opinionum varietate, ſequor doctrinam ſancti Bernardi, & aliorum, exiſtimantium Verbi cæleſtis Paranymphi, quibus eam ſalutavit, *Dominus tecum*, Sacroſanctum Incarnationis myſterium fuiſſe peractum. Hôc ſuppoſito dignæ ſunt auditu interrogationes, quibus illum melliſluus Doctor. Quid ais Angele ſancte, *Dominus tecum*? Nonne eum jam in cælis reliquiſti, & tamquam præcurſor deſtinatus prævenisti: *Quid? quem modò reliquiſti in cælo, nunc in utero reperis? quonam modo*? præſentem annuntias, quem adventurum prædicas? *Dominus tecum*? Egregiè reſpondet ſanctus Abbas: *Volavit, & prævolavit ſuper pennas ventorum, victus es, Archangele, tranſiliit te, qui præmiſit te.* Eidem reſponſo ſubſcribit ſanctus Petrus Chryſologus. Tametſi Angelus ſolutâ morâ celerrimè nuntium ſuum Virgini deferre ſatageret, prævolavit tamen Deus & prævênit. Volavit Angelus, ſed incomparabiliter velociùs prævolavit Deus, qui jam in domo præſens aderat, quando Angelus ad portam, & limina domûs appropinquabat. Et alloquens ſanctum Gabrielem Bernardus, improperat ei tarditatem ſuam, reſpectu deſiderii, & voti ejus, à quò mittebatur, qui impatiens tantæ moræ Angelum, quem præmiſerat, prævênit, & prior adfuit præſens.

Luc. 1. v. 28.

D. Bern. ſerm. 54. in Cant. D. Petr. Chryſol. ſerm. 43.

Combinate hunc locum hôc modo enucleatum, cum alio ſancti Matthæi, ubi juxtà communem Doctorum interpretationem, loquitur Chriſtus de ſemetipſo, aſſeritque ſe, in die admirabilis ſuæ Aſcenſionis, longiùs ad exteras regiones, tamquàm exulem, profectum fuiſſe: *Homo quidam peregrè proficiſcens* &c. Accipite Imperfectum, hæc ita interpretantem: *Ad regna cæleſtia aſcenſurus, & ad Patrem ſuum iturus, unde deſcenderat, peregrè ſe iturum dicit, propter charitatem ſanctorum, quos relinquebat in terris.* Receſſurus Redemptor noſter ab hôc mundo, & hominibus ſibi ingratis, qui non deſtiterunt, quouſque eum cruci affixiſſent, & iturus in regnum cælorum, ubi antea ita fuerat adoratus, & reperturus Patrem, qui eum tenerrimè diligebat, & cujus Angeli ſe totos erant ejus ſervitio, & cultui conſecraturi, iturus, inquam, ad gloriâ cæleſtem, ejuſq; deliciis potiturus, ſe peregrè proficiſci affirmat, oſtenditq; in ipſo receſſu ſe tam invitum abire, quaſi in exiliû relegaretur:

Matth. 25. v. 14. D. Chryſ. in imperf. hom. 35. in Matt.

Homo

Digitized by Google

Homo peregrè proficiscens &c. Et eamdem emphasim continent verba illa Marci: *Assumptus est in cælum*, quasi violenter ab Angelis fuisset sublatus, neque voluntariè à nobis recessisset. Advertite, & cogitatione vestrâ reflectite ad verba illa Imperfecti: *Unde descenderat*. Videtur siquidem ad contestandum magis amorem, quem Christus in lento, & tardigrado suo recessu nobis exhibuit, tarditatem illam comparare cum celeritate, quâ venit, juxtà doctrinam, quam sequimur, quamque sanctus etiam certam reputat in illis verbis: *Gabriele dicente tibi, Virgo, Ave, cum ve:e Incarnatus est Deus in te.* Ita ut descendens è cælis ad terram, cucurrerit, & volaverit, & ascendens è terris ad cælum, tantâ difficultate incedit, quasi montem conscenderet, tantâque tarditate, quasi in exilium proficisceretur. Causa autem in promptu fuit, quia quando descendit, veniebat ad salvandum nos ad patiendum, & moriendum pro nobis, & ad opus redemptionis nostræ executioni mandandum: quando verò ascendit, orbabat nos suâ præsentiâ, & quasi orphanos relinquebat. Et quia præsentiâ ejus corporali orbati, simul privabamur bonis illis, quæ sensibiliter nobis communicabat, quæ omnia in ruinam, & afflictionem nostram redundabant, ideò lento pede, & quasi testudineo gressu à nobis discedebat, qui celeritate cervinâ ad nos descenderat.

Mare. 16. v. 19.

D. Chrys. in Liturg.

1. O si quis hoc ipsum hominibus persuadere posset, & ad hanc Dei conditionem imitandam, eorum animos provocare, profecto non forent adeò pron & celeres ad malum, & tam lenti, & socordes ad bonum. Memini, ad propositum, cujusdam curiosi Emblematis, ab Alciato relati, in quô depingit malum valdè velox, & celer, bonum verò lentum, & tardigradum. Composuit Iurisconsultus hoc Emblema, ad imitationem Homeri, qui in Iliade suâ introducit Athæam, filiam Iovis persequentem homines, & ipsis mille mala & incommoda inferentem, quorum malis ut medeatur, mittit alias filias suas, nomine Litas, annosas, cæcas & claudicantes, quæ numquàm ad succurrendum necessitati tempestivè accedant. Et quamvis ad hujus rei confirmationem sufficiat experientia, quæ veritatem hanc contestatam relinquit, in sacro tamen Textu, copiosa ejusdem testimonia comperimus. Notissimum est motivum Regis Balac, quô incitabatur ad mittendum legatos suos ad Prophetam Balam, & rogandum eum, ut veniret maledictionem imprecaturus populo Hebræo, quem Deus à servitute Ægyptiacâ liberaverat, & victoriis celerem, spoliisque onustum pristinæ libertati restituerat. Res ita erat. Timebat Balac Hebræos, & verebatur ne irrueren[t] super se, & terram suam devastarent, & subditos suos profligarent, quemadmodùm jam antea Amorrhæum obruerant, & regnum ejus desolaverant: *Perrexerunt seniores Moab*, inquit sacer Textus, *& majores Madian, habentes divinationis pretium in manibus.* Fuerunt huic legationi deputati Seniores, prudentiores, & graviores totius aulæ Regiæ, & singuli deferebant pretium divinationis appensum manibus: ut avarus Propheta facilius eorum petitioni condescenderet, anticipârunt solutionem, vel saltem ei obtulerunt. Dignum erat scitu, ad quid solutio illius pretii deserviret? *Veni igitur, & maledic populo.* Ut maledictionibus illis, quas populo Dei erat imprecaturus, impedirentur incommoda, quæ, destruendo Idololatras, & eorum terras, & bona devastando, inferebat. Notat Oleaster hóc in loco, quòd Balac mittat munera Prophetæ Balam, eique mercedem conferat, antequàm promeruerit, & quòd ipse illicò mandatis regiis paruerit. A quò tempore beneficia Regum sunt anticipata, & præmium præcedit meritum, & mercedem antecedit opus, & obsequium? *Utinam sic homines solverent beneficia, sicut maleficia! Quantò melius solvitur patronus injusta causa, quàm justa. Antequàm quidquam lucri à peccatu habeamus, ea solvimus, bona verò etiam accepta solvere negligimus.* Utinam homines tam diligentes forent ad bonum, quàm sunt veloces, & proni ad malum, & tam prompti ad solvendum beneficia, quæ recipiunt, quàm mala, quorum intuitu, peccata committunt. Sed hoc est infortunium, quòd ad mala facienda, ad destruendum, ad desolandum, pecuniæ, promissiones, & præmia sint antea parata: *Habentes divinationis pretium in manibus*, non sic ad virtutem & bonum, quia etiam post accepta munera, & dona, nulla solutio, aut præmium. Adeò antiquum, & innatum est filiis Adæ, esse ad malum celeres, & ad bonum tardigrados.

Num. 22. v. 7.

Oleast. hic.

Alciatus] Emblemat 129.

Observavit ad hoc propositum doctus quidam Modernus id, quod enarrat S. Evangelista

Matthæus de Chriſto in Cruce ſitim ſuam manifeſtante: *Et continuò currens unus, acceptam ſpongiam implevit aceto.* Venit miles non lento, ſed concito greſſu. Bone Deus! quanta celeritas! Rectè memini, Redemptor animæ meæ, quòd ad ferendum tecum crucem, nullus fuerit repertus, qui ſe offerret, neque etiam urbanitatis ergò, ſed quòd fuerit opus, ut judex poteſtate ſuâ aliquem adigeret, qui tibi in cruce portandâ ſuccurrerit: *Invenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariaverunt* &c. Ad Affligendum, & torquendum te aceto, & amaritudine fellis, celerrimus miles accurrit. Tales nos ſumus, qui ad ſufferenda tecum opprobria, & cruces inviti ſumus, & quaſi violentiâ trahimur, ut verò te felle, & aceto potemus, vento agiliores ſimus, ad malum promptiſſimi, ad bonum verò tardiſſimi. Largire, O Domine Deus, ut, qui hactenus tam veloces fuimus, ad decurrendam viam perditionis, & tam rebelles, & pertinaces ad remedium ſalutis, deinceps clypeos, & manus mutemus, ut ad ea, quæ tuo honori, & cultui ſunt contraria, & ſaluti animarum noſtrarum noxia, plumbeos habeamus pedes, & ad ea, quæ ſunt ad gloriam tuam, & ſalutem noſtram exemplo tuo, tam veloces ſimus, ut etiam agilitate cervos, & ſubtilitate ventos ſuperemus. *Cum feſtinatione.*

Matt. 27. v. 48.

Matth. ibid.

Exurgens Maria abiit in montana &c.

CONSIDERATIO III.

Magna feſtinatio, qua hodiè Sol divinus movetur ad montana Judeæ, ut illuminet obſcuram noctem peccati, eamque commutet Præcurſori in claram diem gratiæ, myſticè nos inſtruit, & docet bona opera virtutum dedita opera, & deliberatè, non verò caſu fortuito, ſemper accidens & ſegniter eſſe facienda.

EX Nazareth civitate Galileæ, ubi fælicisſimum nuntium è cælis receperat, egreditur hodiè Virgo Deipara, & magnâ cum feſtinatione abit, in montana Judææ. Quod conformiter ad doctrinam S. Gregorii Nyſſeni non caret myſterio, quia Galilæa ſignificat rem, quæ impetuosè movetur: *Galilæa ſignificat rotatricem*, aquarum inſtar, aquæ ex altis montibus deſcendentes magno, & vehementi impetu ad humiles valles decurrunt. Talis fuit hodiè Regina Angelorum, vera Galilæa, *Rotatrix*, quia magno amoris impetu, & celeri deſiderio rapitur ad ſuccurrendum humanæ fragilitati, uti ſanctus Evangeliſta Lucas enarrat: *Exurgens, Maria abiit in montana cùm feſtinatione.* Hodiè benedictiſſima Virgo in hâc ſuâ feſtinatione auſpicata eſt munus ſuum, & ſui poſſeſſionem officii exorditur, quod nedùm in hâc lacrymarum valle nobiſcum degens, ſed etiam in æternâ beatitudine immortalis, & glorioſa erat adminiſtratura, videlicèt, impetu charitatis, neceſſitatibus noſtris unicum remedium futura, ideò enim Spiritus Sanctus eam decurſui aquarum viventium comparavit: *Puteus aquarum viventium quæ fluunt impetu de Libano.* Impulſa igitur Beata Virgo charitatis ſuæ vi, & impetu aggreditur hocce heroicum amoris opus, & Præcurſorem filii ſui à peccati ergaſtulo liberat, ut nos exemplo ſuo inſtruat, & doceat, quòd opera virtutum, & ea, quæ ad Dei cultum, & ſervitium ſpectant, non ſegniter, ſed gnaviter, non caſu, ſed deliberato ſtudio peragamus. Ponderat Sanctus Chryſoſtomus exercitium, & opus quô ſanctus Patriarcha Abraham continuo ſtudio occupabatur, quærendis ſcilicèt peregrinis, & eis lautè excipiendis: *Cucurrit in occurſum eorum* &c. *ne tranſeas ſervum tuum. In hunc finem*, inquit Sanctus, *domum egrediebatur, pauperum venator effectus, nec ita lætatur venator prædam capiens, ſicut ille inveniens pauperem.* Totus occupabatur ſanctus Senex quærendis, & excipiendis peregrinis, & quaſi avidus venator pauperes inſequebatur, & majore gaudio ipſe pauperes, quàm venator feram, capiebat. Non exſpectabat ipſos donec oſtium ſuum pulſarent, aut ſtipem peterent, vel hoſpitium pro amore Dei poſtularent, ſed ipſe illis occurrebat, & infatigabili ſollicitudine perquirebat, quos in tabernaculum ſuum introduceret, quò nos inſtruere, & docere voluit gentium Pater, modum, & normam

Cant. 4. v. 15.

Gen. 18. v. 2. & 3. D. Chryſ. ſerm. 21. ſuper ep. ad Rom.

Deo

Deo serviendi, & quærendi studiosè omnes occasiones benefaciendi.

2. Acriter redarguerunt sancti Apostoli Simonem magnum, propter crimen apertæ Simoniæ, quod committere gestiebat, volens pecunus coëmere domum miracùla patrandi, quod Spiritus sanctus gratiosè, quibus ei placet, concedere solet. Et notate obiter cum sancto Cypriano, quòd facilitas illa, quâ hic homo perditæ animæ mercari volebat virtutem miraculorum, non attendens ad quantitatem pretii, fuerit modus, & industria Mercatoris, & considerabat, quòd, licèt plura pro potestate illâ daret, ex eò tamen plurima commoda, & lucra esset recepturus. Verba autem sancti Martyris

D. Cypri-an. de je-jun. & tentat.

sunt hæc: *Tentat emere potestatem, per quam & plura lucretur.* Ecquid dixisset, si nostra infælicissima tempora attigisset, in quibus dignitates, & officia non plus promerentibus, sed plùs dantibus conferuntur: & infortunati sunt subditi, & vasalli, ex quibus totum emungitur, subdidi enim ambitionem, & avaritiam Magnatum persolvere debent; & ratio est manifesta, cùm enim, qui occupant loca, & dignitates, debeant emere necesse est, ut etiam vendant, & tunc soli habentes, valent, & non habentes, patiuntur. Id quod ego (redeundo ad propositum) adverto cum sancto Cypriano ad confirmationem instituti nostri, est, quòd ipse post Apostolicam reprehensionem, agnoscens gravitatem delicti sui, & pœnam promeritam, valedixerit Apostolis,

Act. 8. v. 24.

& ab eis recesserit, rogans hisce verbis: *Orate pro me ad Dominum, ut nihil horum, quæ dixistis, veniant in me.* An umquam tam excæcatus, & perditus peccator dari potuit, inquit D. Chrysostomus, qui cùm sincero dolore, & lacrymis peccatum suum deberet expiare, & salutis suæ negotium seriò tractare, omnia per transennam, & quasi supervacaneè egit? *Oportebat illum toto corde*

D Chrys. hom. 18.

pœnitentiam agere, oportebat plorare, ille autem obiter hæc faciebat. In domo Dei, inquit Sanctus, non est moris ea, quæ salutis, & animæ sunt perfunctoriè, aut quasi casualiter peragere, sed studiò, & dedità operâ: Deus enim obsequia sibi casualiter præstita flocci facit, ex industriâ verò facta, maximi æstimat.

3. Est quæstio satis curiosa, quam sacri Expositores Evangeliorum controvertunt super eò, quod sanctus Lucas refert de Christo Servatore nostro, quando discipulos suos misit ad prædicandum, quia inter cæteras admonitiones, quibus eos instruxit, & documenta, quæ eis præscripsit, ut exactè obligationi, & ministerio suo satisfacerent, fuit unum, circà occursum viatorum, seu peregrinorum, quando contingeret illis, alios in viâ obvios reperire: *Neminem per viam salutaveritis.* *Luc. 10. v. 4.* Dura profectò res videtur hæc Christi instructio, & aliena à Discipulis Magistri omnis humilitatis, & humanitatis, & indigna Ministris, illius Domini, qui semper mansuetudinem coluit, & charitatis regulas observavit, quemadmodum patet ex ejusdem verbis, quæ, alibi hortans Apostolos suos, eis seriò inculcavit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Qui igitur illis præcipit, ne debitè ministerio suo fungentes, sibi obvios in viâ salutarent? Discrepant sacri Doctores in expositione hujus loci, plurimi tamen sequuntur sanctum Ambrosium, dicentem, ideò Christum Salvatorem prohibuisse illis salutationes aliorum, non quòd honestati vellet contradicere, sed quia desiderabat eos tantâ alacritate currere ad prædicationis munus obeundum, ut ne momento quidem in viâ hærerent, neve eorum tarditate, seu morâ protractâ remedium animarum impediretur, quod majoris momenti erat, quàm omnis urbanitatis cæremonia, ut quævis alia itinerantium observantium. *Ideo honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officio, & impediat ministerium, cujus mora culpa sit.* *D. Amb. lib. 7. in Luc.* Bellè dictum. Sed magis appositè ad rem nostram sanctus Gregorius Magnus: *Omnis, qui salutat in via, ex occasione salutat itinera, non ex studio optandæ ejusdem salutis.* *D. Greg. hom. 17. in Evang.* Voluit nos Christus hôc exemplo docere, bonum, ut sit meritorium, non esse perfunctoriè, sed præmeditatè operandum. Qui salutat occurrentem in viâ, per accidens ei salutem apprecatur, quia casualis fuit occursus, vultque Dominus, ut salutatio sit deliberata, qua homo alteri salutem ex animo, & corde apprecetur, ad similitudinem Deiparæ Virginis, quæ hodiè, ut certam, & sinceram salutem cognatæ suæ Elizabethæ impertiatur, deliberato, & firmo animi decreto egreditur Nazareth, & domo suâ, & abit in montana Judææ. *Exurgens &c, & salutavit Elizabeth.*

Opera

6. Matth. 5. v. 39. Celebris est locus ille Matthæi, ubi Magister cælestis Christus nos docet: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram.* Communis horum verborum declaratio est, quòd Christus hisce verbis non mandaverit nobis, offerre alteram maxillam secundæ alapæ recipiendæ, sed tantâ patientiâ pati, & sufferre primam, ut simus parati admittere secundam, absque ullâ cogitatione, actione, aut verbo vindictæ sumendæ. Nihilominùs Dionysius Carthusianus existimat, hæc verba Salvatoris intelligenda esse secundùm rigorem

Dionys. Carthus. art. 11. litteralem, *Vel secundùm realem exhibitionem, ad ostendendam patientiam, & aliorum ædificationem vel ad demonstrandum charitatis fervorem, quo homo paratus est ad omnia sustinenda pro fide, & Christo.* Itaque vult Christus, quando nobis alapam impegerint, ut præbeamus alteram maxillam ad secundam recipiendam, quò contestemur, nos esse veros Christianos, & paratos ad omnia sufferenda pro lege, & amore Christi. Premo hoc ultimum verbum disjunctivè positum, quòd nempè debeamus præbere alteram maxillam, eamque exponere secundæ alapæ, ut exhibeamus nos verè patientes pro Deo, & quòd lex charitatis Christianæ nos obliget ad patienter tolerandas injurias. Dicite, amabò, nonnè sufficiet, primam alapam sufferre, & illâ acceptâ obmutescere, & dissimulare, absque ullo vindictæ signo, aut motu? Nequaquàm: quia ad perfectionem Evangelicam, quam Salvator hic docet, necessarium est, ut quis sciens patiatur, & volens toleret: alapa verò potest alicui subitaneo motu impingi, neque aliquando est in potestate patientis eam impedire, ideoque non elucet, neque apparet ita meritum patientis, ergò *Præbe illi, & alteram* &c. & in illâ exhibitione contestaberis firmam, ratamque voluntatem, quâ injurias libens pateris & quòd prima non fuerit violenta: *Vel ad demonstrandum charitatis fervorem*, hoc est, ut meritum tuum approbetur, & charitas tua confirmetur, dum videbitur, quòd non invite, sed scienter, & spontaneè pateris; & quia ita desideras, præbe illi alteram maxillam, & recipe aliam alapam, quia in hôc Evangelica perfectio consistit: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.*

7. Ioan. 18. Verùm hæc doctrina patitur instantiam, & videtur repugnare facto Christi, qui eam contulit, & docet, quando namque servus summi Sacerdotis ei alapam dedit, non præbuit illi alteram maxillam ad secundam recipiendam, ac proindè unum docuit, & aliud fecit, quod rationi dissonum videtur, quia, utpotè bonus Magister priùs debebat exemplo persuadere, quàm verbis docere, juxtà illud sancti Lucæ: *Cœpit Iesus facere, & docere.* Act. 1. v. 1. Et si secùs factum fuerit, rectè ei accommodari poterit antiquum illud Stobæi dictum

Stobæus ser. 143. *Quòd alium admonere, labor sit modicus*
Injuriam verò sibi ipsi illatam sustinere,
Omnium esse maximum inter homines onus.

Parvo constat, dare sana consilia, sed iis uti, cuilibet difficilè videtur. Ad confirmationem hujus ponderat sanctus Paschasius verba illa Threnorum Ieremiæ: *Dabit percutienti se maxillam, & saturabitur opprobriis.* Thren. 3. v. 32. Ubi eleganter sanctus Paschasius: *Ostenditur aviditas desideriorum, cùm dicitur, dabit percutienti se maxillam, & saturabitur opprobriis, quoniam omnis saturitas ex aviditate sumendi nascitur.* D. Paschasius lib. 3. in Thren. Quasi diceret: quòd numquàm Salvator mundi fuisset passus in facie suâ alapam, nisi jam dudum illam exoptasset. Triginta tribus annis insatiabili laboraverat fame patiendi, & quemadmodum famelicus assidens mensæ, comedit primum ferculum sibi appositum, tantâ aviditate, quasi illud biberet, ita Redemptor noster assidens mensæ passionis suæ, primum ferculum, quod fuit alapa, quam ei Malchus impegit, tanta patientiâ pertulit, quasi illam non sentiret, neque opus fuit præbere alteram maxillam secundæ alapæ, quia cùm, teste S. Ioanne: *Sciens omnia quæ ventura erant super eum*, omnia prævideret, & passus fuerit, quia voluit, recipiendo primam alapam, exactè satisfecit obligationi Evangelicæ. In primâ ostendit promptitudinem voluntatis, quâ patiebatur, adeoque non fuit necessarium expectare secundam: *Sciens, & volens*, amore nostrum victus pertulit tormenta passionis, neque passus fuisset, si noluisset, *Oblatus est*: inquit Isaias, *quia ipse voluit.* O verba, ait mellifluus Doctor, omni acceptione digna! quæ plurimum nos movere debent: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, non solùm voluit, & oblatus est, sed quia voluit.* Notate causalem, *quia*, potestatem enim habebat non patiendi, si voluisset. Noverat optimè, quòd Iudas surgeret à cœna, ad vendendum eum,

Ioan. 18. v. 4. Isai. 53. v. 7. D. Bern. serm. feria 4. he bdom. pœnos.

non fugam cepit, ipsemet egreditur ad hortum, solitum orationis locum, Iudæ notissimum, & sicut luculenter loquitur divus Chrysostomus: *In horto, tamquàm in carcere, commoratur*, quasi diceret Salvator: Vultis me captivum ducere, ecce ego meipsum carceri trado. Omnia autem hæc ideò fecit, ut nos exemplo suo obligaret, & provocaret ad ea, quæ sunt Dei, & salutis nostræ, non perfunctoriè, & superficie tenùs, sed seriò, diligenter, & deliberato animo peragenda, adimitationem etiam Deiparæ Virginis, quæ, impulsa ardenti amore, hoc pietatis officium de industriâ, & seriò obivit. *Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.*

D Chrys. hom. 82. inloan.

Intravit in domum Zachariæ &c.

CONSIDERATIO IV.

In domo Dei, & Republica cœli Maritus est Herus domus, & mulier est subdita: in domo verò & republica mundi, seu diaboli uxor est Domina, & occupat quatuor angulos domus, & Maritus, tamquàm mancipium, ei servit, & obedit.

REfert sanctus Evangelista, quòd Deipara Virgo intraverit domum Zachariæ, & salutaverit Elizabeth, non dicit, quòd ingressa fuerit domum Elizabethæ, eamque salutaverit, sed visitatio peracta fuit in domo Zachariæ, ita ut domus denominetur ab Hero suo, scilicet, Zachariâ & non ab Elizabeth uxore ejus. Ecquid mysterii hæcce circumstantia designare potest? Maximum. Quia voluit nos Spiritus docere, quòd in domo Dei, & Republicâ cæli Maritus sit Herus domûs, & mulier ei subjiciatur, in mundanâ verò, & diabolicâ familiâ uxor sit Domina, & Maritus servus ejus. Et quàm hoc à ratione alienum sit, mala inde provenientia satis luculentè testantur. Quòd mulieres à viris suis æstimentur, & charæ illis habeantur, ipsa ratio dictat, idcircò enim teste Hugone Victorino, Deus non efformavit Evam ex capite, vel pedibus, sed ex costâ Adami. *Ne, aut Domina, si de capite, aut Ancilla, si de pedibus, penderetur: Tulit unam de costis*

Hugo Victorin.

ejus, ut ejus socia, & amica foret: *Faciamus ei adjutorium simile sibi.* Ac proindè magni refert, ut inter ambos mutua sit concordia, ex quâ plurima commoda, & bona, promanant. Verba sunt Euripidis: *Quàm maxima existit salus, cùm uxor cum viro non dissidet.* Quando maritus, & uxor benè conveniunt, omnia sunt prospera, commoda, & fœlicia. Sed nescio quis sit iste appetitus regendi, & dominandi jam à primordio fœminis innatus, ut curiosiùs dixit Cornelius Tacitus: *Fœminarum sexus est ambitiosus, potestatuque avidus.*

Gen. 2. v. 21.

Euripid. in Medea

Cornel. Tacitus. 2.

Ecce ad oculum patet hæc veritas in facto primæ mulieris, quæ, cùm dæmon ei persuasisset, ut comederet fructum vetitum, fieretque Dea, vel saltem Deo similima: *Eritis sicut Dii*, &c. confestim pomum sibi à serpente oblatum arripuit, & comedit, commisitque juxtà sancti Ambrosii sententiam, ambitionis peccatum: *Sola promissi honoris ambitio illecebrosa decepit.* Nonnè ratio æquitatis postulabat, ut ipsa Maritum vocaret, qui priùs comederet, maximè cùm ei postmodùm eamdem comestionem persuaserit: *deditque viro suo* &c. Ita sanè Qui igitur factum fuit, ut ipsa tam manifestum errorem commiserit, ut, contra reverentiæ respectum Marito debitum, adeò enormiter deliquerit, cui, eò quòd ex illo efformata erat, plurimùm devinciebatur, & obligata manebat? Rationem assignat Moyses Barcephas Episcopus Syriæ: *Nimirùm transformari ipsa cupiebat, & divinitate præire, sicut ipse humanitate præcesserat, ut imperium obtineret.* Vbi subintrat amor proprius, exulat omnis humanitatis respectus, ingrata enim, & incivilis ambitio nulli cedit honoris primatum, ideoque Eva, postposito viro suo, comêdit, quia prior illo divinitatem ambiebat, ut sic divinitate eum præcederet, & tamquàm sibi subdito, dominaretur. Attamen justo Dei judicio factum est, ut eisdem mediis, quibus superioritatem sollicitaverat, subjectionem incurreret, & cui, ut Domina præesse contenderat, eidem, ut ancilla obediens, subjiceretur. In hoc sensu explicat sanctus Chrysostomus clausulam illam sententiæ contra Evam prolatæ: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* eò quòd nescieveris privilegium tibi concessum tueri, & conservare, quamvis enim Adam te prioritate temporis, tamquàm pater, & principium, humanæ naturæ, præcederet, in honore tamen gubernandi,

D. Amb. lib. 4 in Luc.

Moyses Barcepha. hic.

Gen. 3. v. 16.

Digitized by Google

nandi, & eminentiâ regendi te illi parem constituerat: *Ego quidem ab initio parem te formavi, & ejusdem dignitatis, subjicio te viro.* Et subjungit Sanctus in personâ Dei, loquens: *Et quia nescisti imperare, disce bene regi.* Ad remum servias obedientiæ, quæ inepta fuisti ad clavum regiminis. Sit mutua inter vos amicitia, & tametsi diversæ sitis conditionis, omni conatu conformitati, & concordiæ sedulam operam date, hac tamen lege, ut Maritus tuus, tamquàm dominus, imperet, & mandet, & tu, tamquàm subdita ejus, in omnibus fideliter obtemperes, & reverentem morem geras.

D. Chrys. hom. 17. in Gen.

3. Notabilis fuit mutatio, quam Deus fecit in nomine Saræ uxoris Patriarchæ Abraham: *Dixit quoque ad Abraham, Sarai uxorem tuam, non vocabis Sarai, sed Saram.* Anteà vocabatur, *Sarai*, quod juxta lectionem Oleastri ex Hebræo significat: *Domina mea, Princeps mea.* & Deus præcepit Abrahæ, ut vocaret eam, *Sara*, quod denotat: *Domina, vel Princeps:* quasi diceret, sit ipsa Domina omnium, quæ sunt in domo, omnia administret domestica, & œconomica, disponat de suppellectilibus, & interiùs familiaria regat, Marito tamen non imperet, neque dominetur. Ad hunc modum exponit sanctus Augustinus locum illum Apostolorum Principis in primâ suâ Canonicâ, ubi summis laudibus exornat Saram à reverentiâ, & comi humilitate, quâ virum suum observabat, & reverebatur: *Dominum eum vocans.* ubi argutè sanctus Ecclesiæ Doctor: *Non dubitari potest, naturali ordine viros potiùs fœminis, quàm viris fœminas principari.* Hoc idem debent facere omnes conjugatæ, ut cum Sarâ maritis suis debitum honorem deferant, quod alibi cecinit Poëta:

Gen. 17. v. 15.

Oleast. hic.

1. Petr. 3. v. 6.

S. Aug. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 9.

Inferior Matrona suo sit, Prisce, marito.

Martial. lib. 8. ad Prisc.

Idemque sanctus Augustinus loco jam citato, ex subjectione, ad quam mulier fuit condemnata propter peccatum: *Sub viri potestate eris,* elicit causam dispensationis factæ Patribus antiquis, ut plures uxores ducere possent, cùm tamen mulieribus numquàm licitum fuerit, plures, quam unum habere Maritum, quia cùm viri mandent, & mulieres obediant, possunt illi plures habere, quibus mandent, ipsæ verò non nisi unum, cui obediant. Et in hoc sensu loquitur Isaias: *Apprehendent septem mulieres virum unum,* quia obedire plures uni, non repugnat legi obedientiæ, unum verò pluribus obedire, nefas est.

Gen. 3. v. 16.

Isai. 1. v. 1.

4. In capitulo illo sancti Petri, quod jam cum sancto Augustino expendimus, observat Angelicus noster Doctor sanctus Thomas, quòd Apostolus differens de obedientiâ, subjectione, & reverentiali observantiâ, quam servi debent Dominis suis, ita loquitur: *Servi subditi estote, in omni timore Domini,* addit Angelicus Præceptor: *interiori, & exteriori,* sincero cordis affectu, & non solùm externè propter timorem servilem, & mox subdit: *Similiter & mulieres subditæ sint viris suis.* Carpite verbum isthoc, *similiter*, quid ita? suntne igitur mulieres, ancillæ? Minimè gentium, sed, ut jam diximus, sociæ sunt, & consodales, verùm quoad subjectionem, & obedientiam, inquit sanctus Thomas, vult, ut exactissimè obediant Marito, quasi forent ancillæ, & quòd in domo nō sit, nisi unus Dominus, cui ipsæ perfectissimæ obedientiæ præstent obsequium.

1. Petr. 3. v. 18.

5. Loquens sacra Scriptura de morte, quam famosa illa Iael uxor Haber Cinæi intulit Sisaræ supremo exercitûs Chananæorum Præfecto, & enarrans, qualiter ille profligatus fugerit ad Tabernaculum ejus, & ipsa eum exceperit, potumque ei præbuerit, quò sitim restingueret, & ab inimicis persequentibus absconderit, asserit, quod dormientis tempora tentaverit, & clavo Tabernaculi sui ea perterebraverit, additque sacer Textus tunc temporis pacem inter Regem, & domum Haber Cinæi fuisse compositam: *Erat autem pax inter Iabin Regem, Asor, & domum Haber Cinæi.* Notate hìc per transennam, quod, tametsi hoc generosæ Iaëlis facinus videatur proditorium, & homicidium contrà pacem initam, & verbum ipsi promissum, non fuerit, nisi licitum stratagema bellicum, quò insidiosè hæc virago usa fuit, quia nulla est pax cum particulari domo, seu familiâ, quando bellum contrà omnes geritur, neque vult Iael habere pacem in domo suâ quando totus populus bello affligitur. Redeundo ad rem nostram scisitatur Serarius, quarè Spiritus sanctus non dixerit, fuisse pacem initam inter domum Regis, & Iaëlis, ipsa enim interfecit Ducem exercitûs Chananæorum, & solùm loquitur de illâ sacer Textus in hoc loco, aitque pacem, fuisse firmatam inter Regem Asor, & domum Haber Cinæi, *Erat autem pax inter Iabin Regē Asor, & domū Haber Cinæi.* Et appositè respōdet hisce verbis: *Vir, et dom⁹, et*

Iudic. 4. v. 17.

Serarius quæst. 18.

mulieris caput est, ideoque ab illo potius, quàm ab hâc dici solet nomen. Cùm proprietate verborum loquitur sacra Pagina, & juxtà stylum in domo Dei usitatissimum, quò domus denominationem sumit non à muliere, sed à viro, qui est caput familiæ, quocirca dicit, pacem fuisse inter Regem, & domum Haber Cinæi, & non Iaelis.

6. Valdè rigidè loquitur in hâc materiâ Doctor gentium, scribens discipulo suo Thimotheo, eique severè præcipit, ne mulieribus docere, aut dominari in virum permittat. *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.* Inquirunt sacri Interpretes, an hæc verba Apostolica contineant unum, aut plura præcepta? Quidam opinantur duo, eaque diversa contineri præcepta, unum, quò ipsis doctoratum, & alterum, quò dominatum in virum prohibet. Attamen Oecumenius existimat, unicum esse statutum, additque secunda verba, *neque dominari in virum*, esse explicationem prioris sententiæ, *mulieri docere non permitto*, quibus Apostolus declarat rationem, quarè mulieribus docere interdixerit: *Mulieri non permitto docere, quia officium, seu munus istud docendi, quoddammodo est dominari, seu dominatum habere, usurpare, & exercere in virum contrà legem datam: Sub viri potestate eris, & & ipse dominabitur tui.* Neque ego umquam vidi rem meliùs, & consultiùs præceptam, quia si hic ordo inverteretur, essent tot confusiones in domo, eaque tam irregulariter, & inconsultè regeretur, ut non respublica Dei, sed Synagoga Satanæ, & velut altera Ierusalem appareret, conformiter ad dictum Isaiæ: *Mulieres dominatæ sunt eis.* Super quæ verba suadet sanctus Hieronymus, ut caveatis vobis, ne mulieres sint Dominæ, & Superiores vestræ, quia, si illæ fuerint Senatus populi, omnia susque, deque invertentur, & mutabuntur quadrata rotundis: *Ne, juxtà impium Porphyrium, Matrona, & mulieres sint Senatus noster.* Si mulier aequisiverit dominium in virum, non erit adeò abominandum scelus, quod ipse ad complacendum uxori non perpetrabit.

1. *Thimo.* 2. v. 11.

Oecumen apud Soto major in hunc locum.

Isai. 3. v. 12.

D. Hieron. hic.

7. De invitatis illis ad cœnam, asserit sanctus Evangelista, quòd singuli excusationem suam attulerint ad non veniendum. Unus dixit, roga Regem, ut habeat me excusatum, quia emi quinque juga boum, & debeo probare ea, & videre, num mihi prosint. Alius dixit, villam emi, & urgeor ad eam videndam, ac proindè omni cum humanitate rogo suam Majestatem, ut dignetur excusationem meam admittere. Tertius tandem uxoratus non se excusavit, sed, sepositâ omni urbanitate: rusticè respondit: *Uxorem duxi, & ideò non possum venire.* Luc. 14. v. 20. Versio autem Syriaca transfert: *Per mulierem non possum*, id est, mea uxor non permittit, neque mihi facultatem, aut licentiam concedit, ut invitantis convivio frui possim. Animadvertite hic, quæ, quantaque mala, & confusiones oriantur ex eò, quòd viri se suis mulieribus subjiciant, abutendo tam singulari remedio à Deo instituto, & tantâ cum animæ jacturâ studendo illis placere, earumque voluntati obtemperando, ut etiam ipsius Dei obliviscantur. Quamvis enim Deus dixerit, quòd propter mulierem homo esset relicturus patrem, & matrem, nequaquàm tamen ei facultatem dedit propter mulierem Deum relinquendi, vel abnegandi.

Lect. Syriaca hic.

8. De Achab refert sacra Scriptura: *Venumdatus est, ut faceret malum*, quasi diceret; teste Oleastro nostro, plures fuerunt Reges Israel, sed nullus similis Achabo, quia erat, *uxori, ut servus, addictus.* Alii per seipsos regimen administrabant, sed hic adeò obediebat uxori suæ pessimæ, ut etiam ipsa videretur potiùs eum emisse in servum, quàm possidere, ut Sponsum, & si seipsum auri pretio vendidisset Iesabeli, ad parendum ipsi in omnibus nequiter faciendis, nō potuisset esse ei magis obtemperans, ac proindè tantùm valet, quod Scriptura dicit: *Venumdatus est, ut faceret malum, quàm esse alicui addictum ad mala facienda*, inquit Oleaster, quocirca etiam subjungit sacer Textus: *Concitavit eum Iesabel uxor sua, & abominabilis factus est in tantùm, ut sequeretur Idola, quæ fecerant Amorrhæi.* Adeò captus erat amore mulieris suæ hic miser, ut non solùm obediret ei in occidendis innocentibus, sed etiam in adorandis idolis, resuscitans Idololatriam falsorum Deorum, quos aliquando Amorrhæi adoraverant, idque tantâ cum petulantiâ, & excessu, ut, extirpatis Amorrhæis ex omni Israel, eorum Idola, quæ superessent, denuò adorarentur. Videte qualia monstra nascantur ex mulieribus in viros suos dominantibus, & viris, tamquàm servis, uxoribus suis obedientibus. Videte, inquam, quanta mala secuta sint ex subjectione, quâ primus homo

3. *Regum* v. 20. *Oleaster. in annotat. litterali antè princip.*

Digitized by Google

Gen.3. v.17. homo ſuæ uxori obedivit: *Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti, maledicta terra*, vel, ut legunt Pagninus, & Oleaſter: *Quia paruiſti voci uxoris.* Proſpiciant igitur ſibi viri, & videant, quid faciant, & alieno periculo cauti, addiſcant mulierum ſuarum deſideriis nequaquàm obtemperare, ſed potiùs eas conſtringant, ut ſibi in omnibus pareant, ſicuti Deus mandat, & præcipit, & ratio naturalis dictat, inquit Oleaſter: *Diſcant viri hinc non eſſe fœminis in iis, quæ appetunt, obtemperandum, ſed potiùs fœminas viris obtemperent.* Quia grave illud dictum Cornelii Taciti eſt ceriſſimum: *Plerumque mulierum conſilium deterius.*

Pagnin. apud Oleaſtrum.

Oleaſt. hic. Tacitus lib. 1. annal. 9.

Non poſſumus omittere, quin ſæpiùs in hâc conſideratione allegemus ſanctum Doctorem gentium Paulum, qui luculentiſſimè in hac materiâ diſſeruit, & ſeveriſſimè hanc obedientiam mulieribus erga viros ſuos inculcavit, uti ex Epiſtolæ ad Epheſios verbis manifeſtum eſt: *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino, quoniam vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.* Audite ſanctum Chryſoſtomum hæc verba exponentem: *Magna enim faditas, ſi ſuperiora, ſint inferiora, & caput deorsùm, & corpus ſurſùm.* Neque minor deformitas erit, inquit ſanctus Paulus, quòd Mulier imperet, & Maritus obediat, erit quippe regimen inverſum capite deorsùm &c. Eidem ſuffragatur S. Clemens hiſce verbis: *Sicut caput mulieris vir eſt, non eſt æquum reliquum corpus capiti imperare.* Et ſanctus Auguſtinus in expoſitione illorum verborum ſancti Ioannis: *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis*, ait, *ponitur caro pro uxore, quemadmodùm & ſpiritus aliquando pro marito. Quare? quia iſte regit, hæc regitur, ille imperare debet, iſta ſervire.* Et his omnibus accinens, ſubſcribit S. Martyr Ignatius: *Mulieres honorent viros, ut corpus ſuum, neque de nomine eos audeant appellare, ſi enim Chriſtus Dominus viri caput eſt, mulieris autem vir eſt dominus uxoris, quocirca dixit Paulus ad Epheſios: mulieres viris ſuis* &c. Tantum reſpectum debent conjugatæ deferre Maritis ſuis, tantoque honore eos revereri, ut numquàm audeant eos nomine proprio Baptiſmatis appellare, ſed nomine Domini, quemadmodùm ſervi, & mancipia heros ſuos, non niſi titulo Magiſtri, ſeu Domini nuncupare præſumunt. Hanc obſervantiæ normam ſedulo cuſtodiebat ſancta Eliſabeth mater Præcurſoris Domini, idcircò enim videtur dixiſſe ſanctus Lucas, quod domus erat Zachariæ, quam Deipara ſalutatura Eliſabetham intravit: *Intravit in domum Zachariæ.*

Ephes.5. v.23.

D. Chryſ. ſerm. cui titulus eſt: fœmina nõ cohabitent viris.

Pro coronide hujus Conſiderationis, liceat mihi breviter ſubnectere id, quod curioſiores quidam obſervárunt, in conjugio Iſaaci cum Rebecca: de illô ſic ait Scriptura: *Accepit eam*, Rebeccam ſcilicet, *uxorem.* Exploratum eſt in ſactis Litteris nomine, *Iſaac*, ſignificari *Riſum*, ut conſtat ex verbis, Saræ, *Riſum fecit mihi Dominus.* Animadvertendum eſt autem hoc loco, *Rebeccam*, ex ſancti Hieronymi, Cyrilli & aliorum notatione idem eſſe, quod *patientiam*, ac *tolerantiam.* Quid verò myſterii habere poteſt, quòd mutuò copulentur riſus, & tolerantia? Et quòd Iſaac Maritus, riſus dicatur, uxor verò Rebecca, tolerantia nominetur? illud abſque dubio, ut intelligeremus, quàm benè ſint conjugata in matrimonio, *pati, & ridere, tolerantia, & riſus*, hâc tamen lege, ut Iſaac Maritus rideat, dominetur, & imperet, Rebecca verò uxor toleret, ſubjiciatur, & obediat. Et hoc omnibus numeris eſt perfectiſſimum matrimonium, in quô vir vere eſt caput familiæ, & Dominus uxoris, ſi autem hic ordo invertatur, Rebecca velit agere Iſaacum, &, *riſum*, & pauper Maritus cogatur ſubire munus Rebeccæ, & habere, *patientiam*, & *tolerare* immoderatum dominandi appetitum uxoris, non poteſt eſſe, niſi confuſum chaos. Quòd uxor velit percurrere forum, & Vir maneat ad colum, &c. res perditiſſima eſt. Sit igitur Iſaac, & maritus, *Riſus*, & Rebecca uxor *tolerantia*, tunc erit concinna familia, & optatiſſimum conjugium. Tale fuit Zachariæ, & Elizabethæ, cujus hodiè domum ingreſſa eſt Deipara Virgo. *Intravit in domum Zachariæ.*

Gen.24. v.67.

10.

Exultavit Infans.

CONSIDERATIO V.

Baptiſta materni uteri ergaſtulo incluſus exultavit ſtatim, & ſimul ac eum lux divinæ gratiæ illuminavit; quia ſoli juſti vitæ habent gaudia. Gaudia verò terrena, & delicia temporales ſolo nomine gaudent, attamen gaudia in rebus hujus vitæ licita ſunt, & ſalutaria, ſi Deo fuerint oblata, & ad eum ordinata.

POnderans Philo Alexandrinus mandatum, quô Deus præcepit Abrahamo, ut ſacrifi-

11.

Digitized by Google

caret filium suum Isaac, qui interpretatus, dicitur risus, gaudium, & lætitia, formàt insignem discursum, in quò demonstrat, quòd, quia omnia gaudia sunt peregrina, & aliena ab hòc mundo, in quò vivimus, & soli mærores, & luctus eidem sunt connaturales, ideò prudentes meritò compererint, improprium esse, & innaturale huic vitæ lætari, & gaudijs exultare, & idcircò sancto Patriarchæ Abrahamo Deum præcepisse, ut filium suum unigenitum immolaret. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac.* Vbi Philo Hebræus: *Chaldaicè Isaac, latinè risus vocatur. Hanc lætitiam vir sapiens meritò sacrificare dicitur, per istam figuram docens, quòd gaudium soli Deo sit proprium, nam humanum genus mœrori, timoriquè est obnoxium.* Et quòd in tantùm permittantur gaudia in hâc lacrymarum valle, inquantùm fuerint ad Deum ordinata. Et secundùm hanc regulam solùm justis conceditur licentia ridendi, & vivendi lætanter, solaque sanctitas gaudere potest, quæ omnes lætitias suas ad Deum dirigit, solaque illa gaudia, quæ ad Deum referuntur, sunt licita & sancta.

Gen. 22. v. 2.

Philo Hebræus lib. de Abrahamo.

2. Talia erant gaudia Davidis, quemadmodùm ponderat sanctus Augustinus, qui confitebatur se in solo Deo exultasse, eratque tanta lætitia cordis ejus, ut in ipsâ quodammodò liquefieret, & redundaret in corpus ejus, & simul ad partem inferiorem diffluëret. Hoc sonant illa verba Davidica: *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Vbi sanctus Augustinus: *Non exultavit in hoc mundo, non in divitijs, non in honore* quasi diceret: Ad tres classes reduci possunt bona hujus vitæ, putà, ad bona honoris, sensuum, & divitiarum; ad has tres, omnia, quæ in mundo excogitari possunt, reducuntur. Omnia consideravi, vidi, & expertus fui, & nihil extrà Deum me lætificare potest. Rationem hujus ipsemet assignat, & notat sanctus Augustinus, quærens: *Quarè non dixit in Deum, sed addidit, vivum?* Existimat Agellius, Davidem hìc sub nomine populi, tacitâ reprehensione redarguisse Babylonios, sub quorum captivitatem detinebatur, eò quod exultarent, & colerent falsorum, & mortuorum Deorum Idola, cùm tamen nequeat ulla esse vera lætitia extrà verum Deum, qui solus est vivus, & Deus Israël: *Deum autem vivum appellavit, ad distinctionem Deorum mortuorum, quales erant, quos gentes colebant, ac fortàsse illas gentes tacitùs perstringit, in quibus versabatur* &c. Verùm secundùm mysticum sensum divinissimè respondet Sanctus Augustinus: *ut ostenderet, quia totum, quod non pertineret ad Dei cultum, deberemus habere quasi mortuum*, ad docendum nos, quàm mendaces sint lætitiæ, & exultationes terrenæ, & quàm fucata omnia oblectamenta mundi. quantumvis enim durationem longiorem spondeant, tantâ tamen, tamque momentaneâ celeritate præterlabuntur, ut judicet illa veluti mortua, & meritò quidem, quia idem est in ipsis incipere, & desinere. Quod alibi dixit Poëta Virgilius:

Ps. 83. v. 3

S. Aug. hic.

Agell. hic

D. Aug. hic.

Solatia luctûs.

Exigua ingentis &c.

Virgil. Æneid, 11. v. 62. & 63.

ac si diceret, facilè reperire est in hâc lacrymarum valle magnos dolores, sed non æquales consolationes, quæ in solo Deo vivo inveniuntur: *in Deum vivum.* Opere igitur pretium est imò, & necessarium, ut nullatenùs extrà Deum quæramus solatia, aut gaudia, & offeramus nostrum Isaac, id est, omnia mentis nostræ delectamenta, quæ soli Deo optimè impenduntur, qui est potens animas nostras, & corpora nostra inenarrabili lætitiâ recreare, & lætare.

3. *Tu signaculum similitudinis in deliciis paradisi Dei fuisti.* Verba sunt Spiritûs sancti per os Prophetæ Ezechiëlis prolata, & dicta primo Angelo post primum ejus lapsum, & superbiam, & idem sonant, ac si diceret: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiâ, & perfectus omni decore in deliciis &c. Sanctus Hieronymus ponderans hæc postrema verba, ait: *In deliciis paradisi Dei fuisti Pulchrè ad distinctionem, paradisum Dei nominat, ut ostendat esse & contrarium paradisum, non Dei apud eos, qui veritatem fingunt mendacio, & habere se paradisum jactant deditî deliciis seculi, & gaudio mundi.* Valdè prudenter, & pulchrè nominat Ezechiel paradisum Dei, locum, in quò Angelus fuit constitutus, *Paradisum Dei*, contrarium paradiso ficto, et mendaci quem imaginantur mundani, existimantes hunc mundum, paradisum deliciarum, et omnia ejus oblectamenta reputant, et vera, cùm tamen cuncta sint fallacia, sicut et paradisus, quem sibi mendaciter effingunt Solùm in paradyso Dei reperiuntur gaudia absque fuco, et veræ lætitiæ: *In deliciis paradisi Dei fuisti*, ac si diceret Propheta: Ne dicant homines, quòd defuerit, qui ipsis veritatem dixerit, audi-

Ezech. 28 v. 12. & 13.

D. Hieron. lib. 9. in cap 28. ejusdem.

Digitized by Google

audiant hoc documentum cuncti, qui mundanis gaudiis decipiuntur, & fascinantur. Dum nondum anima Deo fruitur, neque gaudiis gloriæ cælestis potitur, semper vivit decepta, quantumvis fruatur, vel se frui existimet gaudiis terrenis. Solùm in paradiso Dei vera esse delectamenta, & contrarium opinari, est ignorantia crassa, & error manifestus, quemadmodùm enim paradisus terrenus solo nomine gaudet, ita etiam delectationes illius, solùm nominetenùs tales appellari merentur.

4. Qui optimè hanc veritatem cognovit, fuit sapientissimus Salomon, vel Author Libri Ecclesiastæ. Audite verba: *Dixi ego in corde meo, vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Risum putavi, errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Optavi scire quomodò sapercent oblectamenta hujus vitæ, & quem finem haberent, experiri volui, quid essent, & vixdum illis potiri cœpi, & iam mihi nauseam pariebam, & simul ac super ea reflexit, & curiosiùs consideravi, non potui, quin larvam illorum detegerem, & secundùm meritum illa taxarem: *Quid frustra deciperis?* ad quid tot fallaciæ, & impostura? Ita explicat Olympiodorus hæc verba: *id est, quare? Ad quid? Quid me allicit, ut hujusmodi rebus gaudeam?* Et notate, quod majora gaudia, risum nuncupet. Ego verò dicerem risum siccum, hoc est, risum artificialem, & fictum, qui vult exteriùs in facie manifestare, quod sæpiùs non est alienum à corde, tales siquidem sunt lætitiæ hujus vitæ, quia si eas detexeritis, eas esse falsas, & fucatas sub specie bonorum reperietis.

Ecclesiast. 2. v. 1. & 2.

Olympiod. in Eccl. apud Pin.

5. Iam tandem capio, quarè uxor Abrahæ Sara negaverit Angelo se risisse. *Negavit Sara, dicens: Non risi &c.* Res ita contigit: postquam riserat, animadvertit, quid fecisset, & confusa, non soit ausa risum suum confiteri. Et quærenti Angelo causam risûs, ne furtum factum revelaret, negavit quia crimen se commisisse gravissimum reputabat ridendo, eò quòd usurpasset id, quod solius Dei erat. Verba sunt Philonis Alexandrini: *Reganti risûs causam, se risisse negavit, verita, ne fortè gaudium, quod nulli creaturæ convenit, solius Dei non usurpasse videretur.* Quia solus Deus, qui in semetipso gaudet, lætari potest, vel, qui speciali privilegio illò fruitur, extrà ipsum omnia gaudia futura sunt, & peregrina.

Gen. 18. v. 15.

Philo Alex. hic.

6. Combinat, & ponderat ad hoc propositum, doctus quidam Modernus duo loca novi testamenti, ait sanctus Evangelista in suâ Apocalypsi, quòd viderit Christum Dominum, ejusque faciem miro splendore refulgentem, velut solem, splendidissimum, dum lumen ejus maximâ suâ virtute radios suos diffundit: *Et facies eius, sicut Sol, lucet in virtute suâ.* Vel, ut legit Græcus. *Sicut sol lucet in potentiâ, & fortitudine*, id est, juxtà explicationem sanctorum Patrum, similis soli, quando in meridie altissimè gyrat per cælum, & profusissimè communicat lucentes radios suos terræ, & ad conspectum ejus omnes umbræ disparent, vel, quemadmodùm hic Doctor, inhærens vestigiis Plinij, refert, similis luci, quam sol in aliquibus regionibus seu insulis diffundit, quæ certis horis nullam facit umbram; licèt passim alibi eisdem horis sol extendens radios suos, umbram, seu opaciratem causet. Sanctus Matthæus enarrans Transfigurationem salvatoris nostri in monte Thabor, in quâ exhibuit indicia gloriæ, quâ anima ejus sanctissima dotata erat, dicit, tantàm fuisse pulchritudinem vultûs ejus, ut, ficut sol, refulserit: *Resplenduit facies eius sicut sol*, neque addidit id, quod dilectissimus discipulus dixit: *In virtute suâ.* Movet quæstionem prædictus Author, quarè, si Christus à primo instanti suæ conceptionis fuerit beatus, & visione beatificâ exornatus, cæteræque dotes corporis glorioſi ei debitæ fuerint, non fuerit tanta lux, quam Apostoli in ejus facie conspexerunt, quanta postmodùm fuit claritas, quam sanctus Ioannes in ejus facie notavit? Et respondet appositè ad rem nostram, rationem differentiæ in hôc sitam fuisse, ut ostenderetur nobis, quàm diversæ sint gloriæ, & gaudia terrena à gaudiis cælestibus in luce, & splendore solis adumbrata. Gloria Christi in monte Thabor non fuit comparata maximo splendori, & virtuti, seu potentiæ solis, quia apparuit in terris; verùm claritas, quam vidit sanctus Ioannes sola splendori solis comparatur, ad confirmandum, quòd gaudia terrena, quantumvis maxima, semper habeant admixtas umbras, & defectum, & sola gaudia cælestia sint perfecta, & lux absque ullius umbræ admixtione: *Sicut Sol lucet in virtute suâ.*

Apoc. c. 1. v. 16. Lectio græca apud Viegas hic.

Plin. in histor. natur. citatus à Scerlogo hic.

Matth. 17. v. 2.

7. Quando sanctus Angelus Raphael visitavit senioremTobiam; eique dixi illa verba: *Gaudium tibi sit semper &c*, quibus illi summum gaudi-

Tobiæ 5. v. 11. & 12.

Digitized by Google

gaudium apprecabatur, respondit ei servus Dei: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Quasi diceret: nulla mihi deinceps jucunditas esse poterit, neque continget, ut cor meum umquam lætetur, qui in tenebricosis umbris vivo, cæli lumine orbatus, & omnis gaudii incapax. Interpretes communiter explicantes hæc verba ad litteram, dicunt, sanctum senem loqui in illis de cæcitate, quam tunc temporis patiebatur, & de privatione visûs, quô aliquando gavisus fuerat, & singulariter deplorabat orbitatem, & carentiam boni, quô aliquando potitus fuerat. Si fuisset cæcus à nativitate, minorem doloris ansam habuisset, sed habitum visum amisisse, duplicata erat vis doloris. Hæc litteralis est explicatio, sed moralis Lyrani, potiùs instituto nostro deservit: *Hoc non dixit ex impatientiâ sua cæcitatis, sed contemnens gaudium præsentis vitæ, & sperans futura gaudium.* Hæc tristia Tobiæ verba non à dolente, & queribundo pectore, sed à sancto, & generoso animo prodibant, neque, jacturam visûs corporalis deplorans, lamentabatur, sed invictum animi robur demonstrat, quô præsentis vitæ oblectamenta contemnebat, & futuræ, firmâ spe præstolabatur. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* quale gaudium potest esse in mundo densissimis tenebris involuto, ubi omnia obscuritate, mœrore, & ærumnis sunt plena? Non despero, me gaudia habiturum, sed hoc erit, quando me lux cæli illuminabit, & æternæ beatitudinis lucidissima dies mihi affulgebit.

Lyran. hic.

8. Videtur sanctus Tobias allusisse ad verba illa Davidica: *In lumine tuo videbimus lumen.* Vbi loquens regius Vates de gloriâ cælesti beatorum, quâ fruentur Deo sine ænigmate in clarâ visione gloriæ, ait, quod in lumine ejus videbunt lumen; & rectè quidem, quia extrà Deum nulla dies clara conceditur, vita præsens est nox tenebrosa, & obscura, in quâ nequit anima exultare, & multò minùs possibile est, ut ipsa in illâ plenè gaudeat, nisi Deus eam speciali intuitu, & amore prævenerit. In hunc modum explicat hunc locum Agellius: *Te, lumen oculorum tuorum in nos conjiciente, & benignè inspiciente, videmus lumen, hoc est, vivimus, & læti vivimus.* Solis justis conceduntur gaudia, licèt, ut paulò anteà dixi, semper sint imperfecta, & ideo idem David inter tot felicitatum

Psal. 35. v. 10.

Agellius hic.

affluentiam, tot, tantisque victoriis exornatus, & omnium deliciarum, & favorum divinorum cumulo dotatus, angebatur, & tristem vitam ducebat: *Quarè tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Nonnè quiescet anima mea? & quarè mœrore consumeris? Sanctus Augustinus considerat animam ejus ipsi respondentem, & ad cor loquentem; *Quare conturbo te, nisi quia non sum ibi, ubi est dulce? non vis, ut conturbem te, posita in sæculo, & peregrina adhuc à domo Dei mei?* Quando ero in domo Dei mei, & ibi læta commorata fuerim, perfectis, & veris perfruêris gaudiis, quia gaudia terrena sunt mixta dolore, & anxietatibus, quamvis maxima fuerint, eorum extrema luctus occupat, ita ut ipsa sint vigiliæ, & vesperæ paris doloris, & tristitiæ, ut eleganter decantavit gentilis Seneca: *Quæ adeò non sunt gaudia, ut sæpè initia futuræ tristitiæ sint.* Eidem etiam disertè subscripsit Lusitanus noster: *Que da mano à boca, o prater se troca*, id est, de manu ad os gaudium in luctum convertitur.

Psal. 41. v. 12.

D. Aug. hic.

Seneca l. 8. Epist. 60.

Consulebat Doctor gentium S. Paulus Corinthiis, ut taliter gauderent, quasi nullam haberent lætandi occasionem: *Qui gaudent, tamquàm non gaudentes.* Idem verò scribens Philippensibus mutato ordine, & stylo persuadet ipsis, ut omnino gaudeant: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*, id est, perfectè, & totè corde, & seriò gaudete. Quid hoc divinissime Paule? Illis nullam permittis lætandi ansam, imò omne prohibes gaudium, & his nedum permittis gaudium, sed etiam omni conatu persuadere, ut lætentur, contendis? Quis te à primo mentis decreto resilire coegit, aut impulit? Contradictoria videtur doctrina tua antedictis verbis tuis. Curiosiùs attendite, & statim videbitis duo hæc loca, quasi ex diametro opposita, in unum convenire. Quando Paulus consuluit Corinthiis, ne gauderent, vel si gauderent, id præter rem facerent, quasi non gaudentes, loquebatur de gaudiis, quæ ex bonis terrenis, & voluptatibus hujus vitæ capiuntur, quæ omnia nihili reputabat; quando verò Philippensibus commendavit, ut jubilis, & lætitiis jugiter exultarent, loquebatur de gaudio, quod bona cælestia pariunt, & de jucunditatibus ad cœlestia ordinatis. Hoc explicatiùs exprimit: *In domino, iterum dico gaudete*, id est, volo notanter dicere, ut gaudium vestrum sit in Domino. *Ex ne contingat vobis*

9. *1. Cor. 7. v. 30.*

Philip. v. 4.

dividere

dividere gaudium vestrum inter Deum, & mundum, cælum, & terram, vos studiosè moneo, ut gaudeatis, *in Domino semper*, ita ut Deus sit totius gaudii vestri objectum motivum, simul & terminativum. Vel etiam: *Gaudete, iterum dico, gaudete* Exultate in animâ, & simul etiam in corpore, semper tamen in Domino, ad imitationem sacri infantis Baptistæ, qui animâ, & corpore hodiè exultavit, & præsentiam Dei sui celebravit: *Exultavit infans*, & Regina Angelorum, cujus hodiè etiam fuerunt duplicata gaudia. sic enim explicat Agellius verba illa Dominæ nostræ: *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Quasi diceret; quòd spirituale gaudium, quò anima ejus replebatur, causabat lætissimas illas voces, quibus magnificabat Dominum, & laudes ejus intonabat: *Neque enim illud Spiritus sancti organum insonare hæc verba potuisset, nisi, afflante spiritu, prius impleretur.*

Luc. 1. v. 46. & 47

Exultavit infans in utero ejus, &c.

Consideratio VI.

De mirabilibus effectibus, qui ex visitatione, assistentia, & præsentia Deiparæ Virginis promanarunt, & redundarunt in domum Zachariæ.

1. D. Amb. super Luc. hic.

Fundatur hæc consideratio in doctrinâ sancti Ambrosii, cujus hic verba recenseo: *Nam si in primo ingressu tantus profectus extitit, ut exultaret infans in utero, & repleretur Spiritu sancto mater infantis, quantùm putamus usu tanti temporis sanctæ Mariæ adhæsisse præsentiam* Formal sanctus Præsul efficacissimum argumentum, ad probandum mirabiles effectus, qui ex visitatione Beatissimæ Virginis resultârunt in domum Zachariæ; si enim prima visitatio, & vox sanctæ Virginis in auribus dixerit Ioannem, totamque domum ejus, ut divinus Sol, suâ præsentiâ repleverit eum luce, ad cognoscendum, & adorandum Deum, accelerando in eum finem usum rationis (prout communiter sentiunt sacri Doctores) & mundando eum à culpâ originali, sanctificandoque eumdem in ventre matris, eumq; tantâ gratiâ cumulando, ut matrem repleret, eique communicaret spiritum prophetiæ, ambos enim parentes Prophetas effecit. *Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit infans*, quid non efficeret trium mensium visitatio? Indubitatum, inquit Sanctus, reputo, quod si Baptista, ejusq; parentes in primâ visitatione virginis receperunt, procul dubio, trium mensium spatio, & conversatione, plura, & magis exuberantia, quæ declarare nescio, percepterunt. Excellentiùs tamen in hac materiâ locutus fuit sanctus Cyrillus, explicans verba illa Lucæ: *Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientiâ, & gratia Dei erat in illo*; In quibus sacer Historicus affirmat, puerum profecisse in sapientiâ, & gratiâ. *Et gratia Dei erat in illo.* Notat sanctus Antistes (estque communis Theologorum doctrina passim ab omnibus recepta) quòd filius Dei nequiverit fieri sanctior sanctitate illâ, quam habuit à primo instanti conceptionis suæ, neque acquirere de novo ullam gratiam; verùm, quia Dominus manifestabat primam sanctitatem animæ suæ, dicit sacer Evangelista, quòd creverit: *Puer autem crescebat* Sed dato casu, quòd Deus potuisset fieri sanctior, quàm antea fuerat, ait sanctus Cyrillus, hoc utique factum fuisset ex sola societate sanctissimæ matris suæ sola enim ipsa ejusque contubernium potuissent augere ejus virtutem, & sublimare sanctitatem ejusdem. Divina penè sunt verba Cyrilli: *Quia dixit Evangelista, quòd puer crescebat, & confortabatur, proprium sermonem verificat, inducens Iesum unà cum sacrâ Virgine in Ierusalem*: Ac si diceret, inquit sacer Evangelista, crescebat puer sapientia, & gratia. Ne videatur hoc vobis novum, & inauditum, cum etiam dicat, Iesum ivisse cum matre suâ, hoc enim solum (dato possibili) sufficientissimum foret ad excrescendum, & proficiendum in majori sanctitate. Vult itaque Sanctus, hæc verba; *Puer autem, &c.* esse quasi consequentiam necessariam, & infallabilem, deductam ex illo antecedente; *Cùm inducerent puerum Iesum parentes ejus &c.* Ibat Filius Dei cum matre suâ, & continuò lateri ejus adhærebat, eamque jugiter comitabatur, ergò concedere debetis, inde venire, quòd crescebat, & augebatur sanctitate, cæterisque virtutibus, nisi impossibile foret Argumentatur quidem sanctus Cyrillus à possibili, sed ego ex doctrinâ ejus sumo fundamentum,

D. Hier. Epist. 7. ad Laet. D. Chrys. serm. 88. D. Bern. de S. Ioanne. Theophyl. & Euthymius. Luce 1. v. 44. Luce 1. v. 40.

D. Cyrill. apud D. Thō. in catenâ aureâ. Luc. 2.

Luc. 2. v. 17.

D. Leo Papa ser. 10. de nativit.

mentum, ad conficiendum argumentum à facto, id est, quòd ita sanctus Ioannes, ejusque parentes, qui in virtute crescere poterant, receperint tot augmenta donorum, & gratiarum ex consortio sacratissimæ Virginis, & æquales profectus ex assistentiâ, & præsentiâ trium mensium ejusdem. O si quis adeo fortunatus extitisset, ut tunc temporis, & domui Zachariæ, talique consortio interesse meruisset, ad tot, tantaque beneficia participandum!

2. Apparuit Deus Moysi in rubo in specie ignis, & videns Moyses rubum ardentem, sed incombustum, ait: *Vadam, & videbo visionem magnam.* Ecquis non admirabitur, videre rubum ardentem sine combustione? Magnus Ecclesiæ Doctor sanctus Augustinus ait, hoc rubetum talis fuisse naturæ, ut occultam quamdam virtutem, & vim haberet, ad resistendum activitati ignis, & non comburendum per illum. Verùm mellifluus Doctor Bernardus altiùs rem meditatur, aitque, visionem hanc fuisse mysterio plenam: *Magna sanè visio, rubus ardens sine combustione, & magnum signum, mulier amicta sole*, id est, interpretentur alij visionem, ut voluerint, meâ quidem sententiâ, ait Sanctus, idem est rubus ardens inter medias flammas sine combustione, ac mulier amicta sole, hoc est; Maria Virgo purissima cum Verbo divino in utero ejus ex Spiritûs sancti gratiâ, incarnato. Hâc doctrinâ melliflui Doctoris suppositâ, audite nunc Authorem Historiæ Ecclesiasticæ circa hanc visionem, eruditè ita disserentem: *Omnes vicinæ plantæ partim virore vernantes.* Omnes plantæ, & herbæ circumstantes vestiebantur cocco bis tincto, neque erant foliculum, quod non, velut alter lapis pretiosus, stella micans, vel radius solis appareret, omnes ad æmulationem contentiosè fulgebant, & coruscabant, ita ut etiam ipsas creaturas insensibiles, solùm præfiguratas, vicinitas, & approximatio Dei, ejusque matris mirâ gratiâ donaverit, & splendoris, ac pulcherrimi decoris sui, participes effectos exornaverit, & lætificaverit. Ex quibus igitur inferri potest, quantò admirabiliores effectus operatura erat realis præsentia Matris, & assistentia Filij in sacratissimo ejus utero inclusi in creaturis non insensibilibus, sed rationalibus, quę divinę gratię favorumque cælestium, & donorum capaces erãt. O felix, & millies fortunata domus, quam ingressus est Deus, ejusque sacratissima Mater! O quot quantasque opes, & divitias, trium mensium decursu, largissimè profuderunt.

Exod. 3. v. 3.

D. Aug. l. 7. de mirab. sacræ Script. c. 16.

D. Bern. serm. de Incarnat.

Petrus Comestor in Hist. circa hũc locum.

3. *Et fuit Arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus.* Et in tantùm, trium mensiũ spatio, ditavit Dominus domum Obededom, ut etiam domum regiam ad æmulationem, & invidiam provocaverit, ita ut David solemni translatione eam ad suam domum abuehere decreverit. Quærunt sacri Interpretes, quenam fuerint illę benedictiones, quibus Deus domum Obededom cumulavit, & qualia beneficia, quę Dominus tam profusè contulit in familiam ejus? Sanctus Hieronymus, Hugo Cardinalis, & alij, autumant, fuisse bona temporalia, ut, videlicet, uxores, concubinæ, & nurus ejus parerent masculos, & jumenta ejus duplicatos producerent fœtus: *Multiplicavit ei bona temporalia, dicunt Hebræi, quòd uxores, & concubinæ & nurus eius masculos peperverint, & jumenta duplices fœtus.* Cæterùm doctissimus Lyranus existimat, Deum benedixisse Obededom, ejusque domum non solâ multiplicatione temporalium, sed etiam bonorum spiritualium accumulatione: *Multiplicando eum bonis spiritualibus, & temporalibus.* Dico igitur, si figura tam abundè hospitium trium mensium rependit domui Obededom, quantò majori cumulo, quantâque munificentiori mercede figuratus in Arcâ, hospitalitatem trium mensium in domo Zachariæ sacerdotis compensavit?

1. Reg. 6. v. 11.

D. Hier. & Hugo Card. hic

Lyran. hic

4. Curiosiùs observârunt quidam sancti, prout nos alibi diximus, terminum, seu vocabulum, quo sanctus Matthæus utitur ad describendum præsepe, in quo Magi ab oriente venientes, stellâ duce, Regem Regum recèns natum proni, & flexo poplite adorârunt: *Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria Matre ejus.* Si sanctus Evangelista Lucas delineans locum nativitatis parvuli infantis Iesu dicat: *Reclinavit eum in præsepio*, quomodò dicit sacer Evangelista Matthæus, quòd magi eum repererint, & adoraverint in domo? *Intrantes domum.* An quod heri stabulum, & præsepe, hodiè jam domus est? SS. Hieronymus, Chrysostomus, Gregorius, Cyprianus, Theodoretus, & Euthymius dubitationi respõdent in hunc modum: *Tugurium hic domũ appellat, quod Lucas deversoriũ dixit.* Non absque mysterio mutavit sanctus Matthæ' vocabulũ, & domum

Matth. 2. v. 11.

Luc. 2. v. 11.

D. Hier. D. Chrys. D. Cypr. Theodor. Euthym. hic.

Digitized by Google

& domum appellavit, ſtabulum, quod ſanctus Lucas præſepe, ſeu diverſorium dixerat, & illicò videtur cauſam addidiſſe, quando ſubjunxit: *Invenerunt puerum cum Maria Matre ejus.* Nolite mirari, inquit ſanctus Matthæus, quod præſepe Bethlehemiticum titulo domûs exornem, quia conſidero illud, tamquam reclinatorium Dei incarnati, & habitaculum Matris ejus effectum. Dum ſanctus Lucas, locum illum, præſepe indigitavit locutus fuit de illò, antequàm Beatiſſima Virgo, & Filius ejus benedictus, eam ſuâ præſentiâ cohoneſtarent, tuncque erat tugurium humile, abjectum præſepe, & ſtabulum jumentorum; poſtquàm verò Deus incarnatus, & Sanctiſſima Virgo in illò hoſpitium elegerunt, jam domus, jam palatium regium, jam templum Dei, jam cælum vocari dignum erat, parùm dico, dum domum appello, quia præſentia Dei, ejuſque matris omnia perficit & exaltat: *Invenerunt puerum cum Maria Matre ejus.* Magnæ procul dubio ſunt utilitates, & profectus ſpirituales, quibus hodiè domus Zachariæ per adventum Chriſti, & Mariæ dotatur, & exornatur, Elizabeth, ut anteà retuli, vaticinatur, Zacharias ſurdus, & mutus laxat os in verba, & ſimul munus Prophetæ agit, ſanctus Ioannes uſum rationis recipit, & in utero matris ſanctificatur. Hic fermè omnes fuerunt compoſitæ orationes, & Cantica: *Benedictus*, & *magnificat*, & ſalutatio Angelica, *Ave Maria*, perfecta, & completa. Tandem, ut verbo dicam, remanſit hæc domus in Eccleſiam comutata, ne deinceps eam domum Zachariæ appelletis, ſed templum Dei, non ſolùm propter ſanctos in eâ commorantes, ſed propter Cantica, quæ in illâ cantantur, ut certò ſciamus, & agnoſcamus, quòd ſocietas Sanctorum ſit contubernium fælicium, beatorum.

5. Quando ſanctus Iacob meditabatur egreſſum è domo ſoceri ſui Laban, & reditum in patriam ſuam, inter cætera verba ultrò citroque habita, dixit Iacob ad Laban: *Benedixit tibi Dominus ad introitum meum.* Vix pedem fixi in domo tuâ, & ſtatim te Deus cæleſtibus bonis cumulavit. Accipite hic verba Hugonis Cardinalis, quæ votis noſtris omnino ſecundant: Hoc eſt quod legitur Lucæ primo capite, quòd Maria: *Statim ingreſſa, ſalutavit Elizabeth.* Eventus illius, quod, juxtà enarrationem ſancti Lucæ, accidit in domo Zachariæ, dum dicit Mariam ingreſſam fuiſſe domum ejus, & ſalutâſſe Elizabeth. At quantò majores opes, & divitiæ repleverunt domum Zachariæ ad primum introitum Reginæ Angelorum in eam? Cuncta bona, quibus domus Laban ditata fuit ex conſortio Iacob, in comparatione ad ea, quæ ex ingreſſu, & manſione trimeſtri Mariæ redundârunt in domum, & familiam Zachariæ, pauca fuerunt, & quaſi nihilum reputata.

Genes.30. v.30.

Hugo Card. hic

6. Inter maximos ſolis ardores, dum altiſſimum cæli gyrum perambularet Phœbus, & cuncta ardentibus radiis ſuis penè incenderet, inclytus Patriarcha Abraham, pro ſolemni more ſuo, ad fores papilionis, ſeu Tabernaculi ſui excubabat, & avidis oculis omnia circùm loca perſpiciebat, ſi quis fortè laſſus, famelicus, vel egens tranſiret viator, ut eum exciperet hoſpitio, & neceſſario victu refocillare poſſet. Quâdam vice, elevans oculos, vidit propiùs tranſire tres viros formoſiſſimos, tamquàm peregrinos, & ne tam præclara bene merendi occaſio cum viatoribus abiret cucurrit in occurſum eorum, & proſtratus ad pedes, perurbanè, comiterque illos hoſpitij ſui oblatione invitavit, dicens ei, quem præclariorem judicabat: *Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum.* Ad omnia ſeſe obtulit ſanctus ſenex efferre aquam lavare pedes paratus, nullum humanitatis officium intermiſit, ut hoſpites domum ſuam introduceret, buccellam panis lætus præſentat, & ad capiendam quietem, donec fervor æſtus diei pertranſiret, comiter, & benigne invitat. Conſenſerunt Angeli, & invitantis voto annuerunt hoſpites, eoſque lautè, juxta dignitatem perſonarum, quas repræſentabant, excepit. Prandio peracto, memores beneficij recepti, gratitudinis ei præmium rependere cupientes, polliciti ſunt uxorem ejus Saram, quamvis decrepitam, & ſterilem, filium parituram: *Habebit filium Sara uxor tua.* Quodnam ex his duobus majus aut excellentius fuit beneficium? An certo certiùs promittere, quòd Sara habitura ſit fructum benedictionis: *Habebit filium uxor tua*, an quod Angeli in domo ejus hoſpitio excipiantur? *Fac ut locutus es.* Pro utrâque parte, inquit ſanctus Petrus Chryſologus, efficaces militant

Geneſ.18. v.3.

rationes, quia, quòd Abraham accipiat filium miraculosum, duplici viâ non speratum, & talem filium, qualis fuit Isaac, favor apparet omnibus numeris maximus, quòd etiam Angeli è cælis veniant domum ejus, & in eâ hospitentur, beneficium est, quàm excogitari

D. Petrus Chrysol. serm. 143. potest, majus: *Hospitalitate blanditur, mirificat germine desperato*, inquit aurea Chrysologi lingua. Mirabilem fecit Deus Abrahamum, promittens ei filium, cujus omnem amiserat spem habendi; attamen dignatus apud Abrahamum hospitari, ejusque domo excipi, maximè ei blanditus est. Quocircà, ait Sanctus, licèt promissionem filii ingens existimet beneficium, majorem tamen reputat favorem, & singulariorem benevolentiam, dignari Deum hospitari, quia tot, tantaque sunt benevolentiæ indicia, quæ Deus domui, quam intrat, communicat, & elargitur, ut cætera beneficia, quantumvismaxima, illis sint inferiora, & in illorum comparatione, quasi nulla: *Hospitalitate blanditur mirificat germine desperato.* En, videte modò, quæ, qualisve sit comparatio inter introitum Angelorum in domum Abrahami, & ingressum ipsius Dei in uterum Mariæ suæ, intrantis in domum Zachariæ? Magnum fuit beneficium, & benevolentiæ pignus, quòd Deus donans filium, sanctum Ioannem Baptistam, ei contulerit: *Elizabeth uxor tua pariet tibi filium*, sed incomparabiliter fuit majus, Deum intrare domum ejus, *Intravit in domum Zachariæ*, & in eâ trium mensium spatio commorari: *Et fuit ibi tribus mensibus*, quibus haud dubiè millies millenas gratias liberalissimè diffudit. Ac proindè illi, *mirificat desperato germine*, ex Chrysologo, correspondet hoc: *Magnificavit Dominus Misericordiam suam cum illâ*: Et illi, *blanditur hospitio*, consonat hodiernum: *Intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elizabeth.*

7:

Rogemus igitur hanc Dominam, & Dominum in purissimis ejus visceribus incarnatum, ut nos sua præsentiâ dignos efficiant, & ut ad animas nostras intrare, & in eis partem admirabilem effectuum, quos hodierno die in domo Zachariæ videmus, operari, & perficere dignentur; Quia luce meridianâ clarius est quòd nihil excogitari possit damnosius, quàm carentia præsentiæ Dei, & assistentiæ Sanctissimæ Matris ejus, sine illis enim nullum datur bonum sperandum. Inter Apostolos magis dilectus à Christo Ioannes enarrat, primum miraculum à Salvatore nostro factum fuisse in nuptiis Canæ Galilææ: *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.* Et cũ studiò notet S. Evangelista, Iesum cum Matre suâ ibidè adfuisse, *& erat Mater Iesu ibi*, attonitus plurimùm miratur sanctus Gaudentius, quòd Christus Dominus, qui solùm ad patiendum in hunc mundum venerat, nuptialibus festis, & mundanis epulis, & solemnibus conviviis interesse dignetur. At mox omnem seponens admirationem, sic fatur: *Nuptiis adesse voluit, quia ad miseros venerat: quoniam verò ibi vinum, id est, virtus defecerat latitiæ spiritualis, & languebant sitientium convivarum ora, vini lætificantis inopiâ, ad miseros convivas venit, vera gaudia allaturus.* Voluit Deus meus adesse præsens cum Matre suâ hisce nuptiis, ut futuris convivarum necessitatibus succurreret, & cum præsentiâ suâ non deficeret vinum, quod, conformiter ad dictum Davidicum, est symbolum lætitiæ: *Et vinum lætificet cor hominis*: Et juxtà observationem Magistri nostri Sotomajor super verba illa Canticorum: *Meliora sunt ubera tua vino*, venit ad supplendam inopiam lætitiæ spiritualis, quam convivæ patiebantur. Quasi diceret sanctus Gaudentius, nisi Christus, ejusque Mater adfuissent, nullum bonum, nullæque deliciæ, in domo illa expectari poterant, sed omnia incommoda, miseriæ, tristitiæ, & mærores. Fuit igitur maximum obsequium, præsentia Filii & Matris, ut introitu suo in domum, illam cunctis bonis cumularent, & cohonestarent: Ut, videlicet, Mater pro solitâ suâ benignitate intercedendo, & Filius pro suâ divinâ liberalitate concedendo, & Mater mediatricis, & Filius necessitatum auxiliatoris, ad quod in mundum venerat, officio, & munere fungerentur. Quocircà nisi ipse, & ejus sanctissima Mater hunc sanctum matrimonii actum suâ præsentiâ conhonestassent, omnes commensales, cum cæteris hospitibus destituti remansissent donis illis, & bonis, quæ Dominus illis communicavit. Rogemus igitur eum supplices, ne animas nostras deserat, & privet suâ præsentiâ, sed potiùs dignetur eas facere cælum Empyreum, & condignam sibi habitationem, easque largiter ditare donis, & favoribus, quos solet elargiri, in quibus permanenter habitat; tales autem

Ioan. 2. v. 1.

S. Gaud. tract. 2. in Ioan.

Psal. 103. v. 15. Cant. 1. v. 1. Sotomajor hic.

sunt

Digitized by Google

sunt animæ devotæ, & à labe peccatorum immunes, quemadmodùm cecinit gloriosus sanctus Gregorius Nazianzenus:

D Greg. Nazianz. Carm. 8. de vin. hum.

Namque salutifero templum tum denique Christo
Condimus immensum, cùm mens sita fertur ad axem.

2. Cor. v. 16 & Levit. 26 v. 12.

Imò, & ipsemet Dominus dixit in Levitico, se in animabus sanctis facturum habitaculum, & permanens domicilium: *Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos.* Et acutè observat sanctus Hieronymus, quòd non solùm dixerit, se in illis commoraturum, sed etiam inter eos deambulaturum, ad ostendendum, quàm lata habitatio, & quàm larga sit aula ipsi Deo, anima justa, & perfecta: *Vide, anima sancta, quàm grandis ut: Christum capit, quem cœlum non capit. Vide, quid dicat: Inhabitabo, inquit. Sed fieri potest, ut aliquis angustè inhabitet: inhabitabo, & deambulabo in eis. Ubicumque deambulat, utique lata domus est.*

D. Hier. in Psal. 133.

Respondebat quondam Laban Patriarchæ Iacob. *Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores antè tradamus ad nuptias.* Bellè quidem dictum, verumtamen dicit sanctus Chrysostomus, quòd omnia fuerint inventiones, & stratagemata, ne Iacob a domo abscederet, movetur autem, ad hoc dicendum, verbis illis, quæ socer ejus Laban subjunxit: *Imple hebdomadam dierum hujus copula, & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo servitures es mihi septem annis alia*, id est, dabo etiam tibi Rachelem uxorem. Ecce, quod motivum habuit Laban impediendi, ne Iacob abscederet, & in patriam suam rediret? *Hoc commentus est*, inquit sanctus Chrysostomus, *ut diutiùs apud se justum retineret*: Experiebatur Laban, ipsum Iacob Deum secum habere, ipsiusque contubernium sibi utile esse, & omnium bonorum occasionem, frontem & originem; ideo nullatenùs consentire poterat in eis discessum è domo, sciens, præsentiam Iacob causam esse omnium bonorum. Quantò potiori jure, & ratione debet quilibet Christianus totis viribus conari, & allaborare, ne præsentiam, & societatem Dei amittat, à quâ bona cuncta procedunt, neve perdat assistentiam sanctissimæ Matris ejus, cujus favore, & intercessione seipsum nobis communicat in hac vitâ per gratiam, & in futurâ cælesti per gloriam.

8. Gen. 29. v. 26.

D. Chrys. hom. 56. in Genes.

A M E N.

TRACTATVS VIII.

IN FESTO EXPECTATIONIS PARTVS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS SEU IN FESTIVITATE O.

Nota, hoc festum specialiter celebrari in Hispaniis in adventu, octo diebus ante Nativitatem Domini; & potest generaliter deservire in adventu, quando præsens Evangelium Missus est, cantatur.

Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c.

Lucæ 1. cap.

PRæsens festum est spei, & desideriorum, & jure merito celebrat sancta Mater Ecclesia desideria, & expectationem partûs beatissimæ Virginis, quia plurimo labore spes dilata constat, & licèt viris difficilè sit sperare, multò tamen difficilius est mulieribus, quia naturali propensione ferventioribus moventur desideriis. Affectus, & aviditas, quâ beata Virgo sperabat fælicissimam horam partûs sui, & viva desideria, quibus benedictum fructum sacratissimi ventris sui prodire in lucem exoptabat, majora fuerunt, quàm hactenùs aliqua creatura humana habuit. Dicit sanctus Fulgentius, quòd Angelus, vocando Virginem gratiâ plenam: *Gratiâ plena*, ostenderit effectus, quos Christus in mundo operaturus esset, & quòd jam inimicitiæ inter Deum, & homines indissolubili fœdere forent compositæ, ita ut in illâ potiùs, quàm in aliâ creaturâ mundus suæ prosperitatis, & spei primitias fuerit expertus: *Cùm dixit gratiâ plena, ostendit ex integro iram exclusam prima sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.* Hanc igitur Dominam in cujus gratiâ videmus nostram, in cujus prærogativis, & favoribus experimur nostros, rogemus, ut hujus gratiæ partem nobis impetret, quâ dignè ferventissima ejus desideria partûs sui explicare possimus.

Hic enim scopus est, & intentum hodiernæ festivitatis.

Ave Maria.

***

Missus

Missus est Angelus Gabriel.

Consideratio I.

De convenientia hodiernæ festivitatis, Expectationis, seu spei partus sanctissimæ Virginis, & Dominæ nostræ cum Evangelio sancti Lucæ, in quo agitur de complemento, & assecutione ejusdem rei speratæ.

1. Duobus titulis communiter insignitur hæcce festivitas. Quidam enim vocant eam festum, O Beatæ Virginis, alii verò appellant eam, festum Expectationis, seu spei partûs Deiparæ Virginis, & utrimque justissimis moventur rationibus. Illi quidem, quia sancta mater Ecclesia octo diebus antè Nativitatem Domini nostri repræsentat affectus, singultus, & lacrymas veterum Patriarcharum, quibus ardentissimè postulabant à Deo adventum filii sui in mundum, quæ omnibus illis, O, O, seu interjectionibus desiderantium significabantur. Licèt enim verum sit, quod (juxtà doctrinam sancti Thomæ, & cæterorum Theologorum) non promeruerint Incarnationem Filii Dei, ad minùs tamen de congruo accelerationem, seu non ulteriorem dilationem Incarnationis meruerunt. Ideoque hoc festum, O, appellatum fuit, quod idem est, ac festum desideriorum, & singultuum veterum Patriarcharum, quibus cupidissimè adventum Dei in carnem efflagitabant. Hi verò appellant festum Expectationis partûs Deiparæ Virginis, propter avidissima desideria, & vota, quibus Virgo proximioribus diebus antè partum suum exoptabat amantissimum Filium suum videre jam natum, & mundo editum; Tametsi enim omnes Patres veteris legis maximis suspiriis ad hunc diem anhelarent, multò tamen ardentiori angebatur desiderio hæc superna Virgo, ex quâ Deus erat nasciturus, maximè, quæ jam arrham completæ spei suæ, & pignus promissionis factæ gestabat in sacrario uteri sui inclusum, & incarnatum. Hoc itaque est festum Expectationis partûs Deiparæ. De quolibet igitur horum titulorum, ad majorem elucidationem, & claritatem, singulatim instituemus considerationem.

D. Thom. 3. p. 41. a. 1.

2. Quantùm ad primum studiosè adverti, sanctam Ecclesiam in hoc festo, uti Evangelio, quod continet totum sacrosanctæ Incarnationis mysterium Filii Dei, in purissimis sacratissimæ Virginis visceribus opere completum, & consummatum: Et non parvam reperi difficultatem in combinandâ festivitate cum præsenti Evangelio; primâ siquidem fronte nullam videntur habere convenientiam O, O, Patriarcharum antiquæ legis, cum Evangelio novæ legis sancti Lucæ: *Missus est.* Neque ullatenùs manè, cum vesperâ concordat. Vesperè: *O Oriens! O Adonai! O radix Iesse!* manè verò *Missus est Angelus Gabriel à Deo, Ave gratia plena, Dominus tecum.* Primum, blanditias, suspiria, & lacrymas denotat, vel, ut verbo dicam, spem, & desiderium futuri. Secundum autem, lætitiam, gaudium, votorum finem, & completam rei speratæ possessionem designat. Quî igitur duo tam diversa, tamque disparata in unum convenire possunt? Meâ quidem sententiâ, sancta mater Ecclesia ex industriâ, & studiò conjunxit hæc duo extrema inter se adeò distantia, volens simul concurrere spem, & ejus optatum finem, & complementum, ut nos instrueret, & doceret, quàm bene collocetur spes nostra, & quàm certa sit ejus assecutio, quando in cælo, & solo Deo fixa, & ad eum solum directa fuerit, quia idem est, sperare, & frui, & rem ipsam speratam possidere.

3. Tristis, & penè mærore confectus ingemiscebat Abraham, se absque liberis solitariam ducere vitam, dum jam senio decrepitus, secundùm naturæ ordinem, & decursum, spem illos habendi amiserat. Voluit Deus hoc illi conferre beneficium, promisitque se illi filium, & hæredem donaturum: *Qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem.* Et hôc beneficio Patriarcha se plurimùm Deo devinctum existimavit, eique omnimodæ gratitudinis debito adstrictum se agnovit, atque facer Textus: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Obscura planè sunt hæc postrema verba, & intellectu difficilia, quarè etiam variant Sacri Interpretes in expositione eorumdem. Doctissimus noster Oleaster refert quamdam explicationem, quam reputat probabilem, & ego judicio certam, tamquàm sanctis Patribus maximè conformem: Accipite Oleastri observationem: *Cogitavit justius sibi esse, ut potiùs in verbum, & promissionibus Dei fideret, quàm in sua cogitatione, vel opinione,*

Gen. 15. v. 4.

Oleast. hic.

opinione, quâ dixerat: Ecce, ego vado absque liberis. Ac si diceret; cogitavit Abraham negotium factum, seque ex justitiâ magis debere fidere promissioni divinæ de futuro, quàm credere diffidentiæ, quam habebat de præsenti, ita ut spes firma in Deo reddiderit ei præsens id, quod judicio humano promissionem suam retardabat; itaque cùm Verbum Dei esset de futuro, *habebis filium*, certitudo tamen, quam de illo habebat, faciebat ita præsens, quasi jam de facto, illo frueretur, & promittente Deo illi filium, statim eum habuit, & antequàm fœtus ex utero Saræ prodiret, jam illum spes, & fiducia pepererat, & statim à promissione jam eum possidebat, quia pari passu gradiuntur firma spes in Deum, & complementum, seu possessio rei speratæ. Hoc sonat: *Credidit, Abraham, Deo, & reputatum est illi ad justitiam.*

4. Ex his jam facilè intelligetis verba illa Oseæ, in quibus Expositores magnam reperierunt difficultatem. Inter cætera, quæ Deus ibidem dicit populo suo, & in illo omnibus, & singulis animabus nostris, hoc unum est: *Et dormire eos faciam fiducialiter.* Septuaginta secundùm Theophylactum ita legùt: *Et habitare te faciam in spe.* Novus loquendi modus, inquit Theophylactus, & peregrinum idioma, quia habitatio, de quâ ibidem Deus loquebatur, erat æternæ beatitudinis patria. Quo posito, videtur debuisse dixisse, faciam habitationem tuam in possessione spei, & non, *habitare faciam in spe.* Huic quæstiunculæ occurrit Theophylactus, elucidans hæc verba: *In patriam te collocabo, ac bonas tibi spes suggeram.* Quasi diceret Deus; adeò firmam tibi dabo spem salutis tuæ, adeoque securus vives in illâ, quasi jam non fores viator, qui hic sperat, se futurum possessorem futuræ gloriæ, sed quasi comprehensor, qui de facto jam in illâ fixit habitationem suam propter certitudinem spei, quæ ipsum alit, & sustentat. *Et habitare te faciam in spe.* Fortunatissima simul, & beatissima est spes, quæ fundatur in Deo, quia etiam in hâc præsenti vitâ facit beatos, & quasi comprehensores.

Oseæ 2. v. 19.

5. Audiendus est in hâc materiâ sanctus Paulus pluribus in Epistolis, specialiter tamen in eâ quam ad Hebræos scribit: *Quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.* Commendat Apostolus Iudæis, ut constantem usque ad finem servent *gloriam spei.* Quid ita? inquit D. Chrysostomus allegorizans hæc Apostoli verba, nonnè satiùs commendasset illis perseverantiam in spe gloriæ, in hâc enim quotquot salvari cupimus, omnes vivimus, & sustentamur, quòd enim simus constantes in gloriâ spei, difficile apparet intellectu, maximè cùm spes soleat admixtam habere pœnam, quæ omninò à gloriâ exulare debet, juxta illud sapientis: *Spes quæ differtur affligit animam.* Spes siquidem dilata excruciat animum, & veluti pugio præcordia animæ transverberat, quomodo igitur dicit sanctus Doctor gentium, ut in nobis perseveret constans gloria spei: *Gloriam spei? Benè dicit spei, quoniam omnia bona in spe sunt constituta. Oportet autem illam certam tenere, ut non secùs gloriemur, quasi jam confecta essent, quæ speramus.* Prudentissimè, inquit Divus Chrysostomus, distulit sanctus Paulus, commendans perseverantiam in gloriâ spei, quia in illâ, quando firma, & certa est, cuncta bona continentur, ac proindè, qui illam habuerint, certò gloriari possunt, quasi finem, & complementum spei jam possiderent, & jam votorum suorum essent facti compotes.

Ad Hebr. 3. v. 6.

Prov. 13. v. 12.

D. Chrys. hic.

His videtur posse suffragari explicatio Origenis super illa verba Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui.* Saniores Interpretes in hoc conveniunt, quòd Sponsa in illis postulabat à Deo adventum Filii sui in mundum, & in subsequentibus majorem reperiunt difficultatem: *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Tota difficultas consistit in indagando, cujus hæc sint verba, an Sponsæ Sponsum, vel an Sponsi Sponsam alloquentis? Omissis variis Interpretum placitis, præ cæteris, instituto nostro accommodissimum arridet judicium Origenis, asserentis etiam, esse Sponsæ, neque obstare, quòd prima sint deprecativa, in quibus Sponsa loquitur Sponso suo, tamquàm absenti, & quòd postrema, sint quasi loquentis præsenti; in hâc enim differentia totam vim, & Emphasim verborum consistere autumat: *Prius vox Sponsæ deprecantis auditur: Osculetur me, &c. & quia talis est, ut compleatur super eam Propheticum illud: Adhuc te loquente, dicam: Ecce adsum!; Sponsam Sponsi Pater exaudit, & mittit Filium suum. Videns autem illa eum, cujus deprecabatur adventum, orare destitit, & ad eum cominùs loquitur, dicens: quoniam bona ubera tua super vinum.* Prius togabat Sponsa Patrem æternum, ut Filium suum mitteret in mundum, & confestim exaudita fuit, ita ut, dum vix orationem suam finisset, quando

6. *Cant. 1. v. 1.*

Orig. lib. duarum homiliar. in Cant. hom. 1. Isai. 55. v. 6.

Digitized by Google

quando jam filius ei aderat, & quem absentem alloquebatur, *osculetur me osculo oris sui*, jam præsentem sentiret: *Quia meliora sunt ubera tua vino*, ac proindè mysticè combinavit Spiritus sanctus desideria Sponsæ, & complementum eorum, quò spem nostram firmaret, & edoceret, quòd idem sit sperare in Deum, & rem speratam possidere, quocirca etiam optimè consonant O, O, & desideria veterum Patrum cum effectu, & complemento eorumdem, & bene conveniunt Evangelium sancti Lucæ agens de Incarnatione Filij Dei, & desideria, seu ferventissima suspiria, quibus Patriarchæ veteris legis ad illam anhelabant.

7. At quàm differentes, & fallaces sunt fiduciæ, quæ mundanis desideriis innituntur, quæ rantùm absunt, ut etiam nos, in præsentissimâ occasione, suo effectu frustrentur. Ponderate arrogantissima illa verba, quibus jactabundus populus Hebræorum gloriabatur, existimans, quòd hóc modo explodebat cæteras nationes: *Deuter. 4 v. 7. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Oleaster explicans hunc locum, dicit, non videri verba illa esse vera, quia Gentiles habebant Deos sibi præsentes, quos adorabant, & à quibus, quidquid omni tempore, & momento petebant, ad nutum impetrabant: *Oleaster hic. Scrupulo non caret, quomodò sit verum, eos exteris gentibus Deum habere propinquiorem, cùm etiam gentes penès se habuerint idola sua, & sibi respondentia ad ea, quæ ipsi ab eis petebant.* Duas responsiones adhibet Oleaster huic dubitationi, sed quæ magis intento nostro quadrat, hæc est: *3. Reg 18. v. 26. & seqq. Posse dici Idola sæpius non respondisse consultanti bus, & multa mendacia illu dixisse, quod Deus Israëlitarum non faciebat. Clamabant enim servi Baal à manè usque ad vesperam illum invocantes, ut sacrificium absumeret, neque absumpsit.* Non immeritò gloriabantur Hebræi, quòd Deum suum penès se haberent, quia quocumque tempore eum quærebant, inveniebant, & quoties cunque eum invocabant, præsto erat, & numquam irrito, seu frustrato labore eum interpellarunt, quin è vestigio illos non exaudierit, & cuncta pro votis concesserit: Econtrà verò falsi Gentilium Dij in opportunitate rogati, officio suo deerant, clamabant gentiles ad eos, & surdâ aure tacebant, consulebant eos, & non respondebant, beneficia ab eis petebant, & nulla conferebant. Quæ omnia exemplo Baal dilucidè compro-

bantur sicut vani, & mendaces Panes, de quibus egregiè cecinit Poëta, quòd plurimi, promittant, & nihil donent:

Spem mentita seges. *Horatius*

Tales igitur Dij, inquiunt Israëlitæ, sunt falsi, non propinqua, sed elongiti, & quantumvis eos habeant appropinquantes sibi ad adorandum eos, remotissimi tamen sunt ad patrocinandum, & opitulandum eis, & omnis spes in eis posita, teste Sapiente, est vana, falsa, & sunt somnia ficta, & velle illis confidere est manibus umbram apprehendere, & ventum persequi: *Eccles. 34. v. 1. Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum.* Hoc est, oleum, & operam perdere, quemadmodùm Hugo à prato florido interpretatur: *Hugo de prato florido. Qui apprehendit umbram, nihil tenet, qui persequitur ventum, cùm apprehendit illum, nihil habet; sic qui attendit ad visa mendacia, quia vana sunt, nihil possidet.* Rectè igitur Hebræi, & dicunt: *Non est alia natio tam grandis, &c.*

8. Nisi quis posset seriò persuadere hominibus, ut totam suam spem in solo Deo collocarent, & effectum eiusdem prosperum experirentur, & non in mundo, seu rebus terrenis, ubi semper suo frustrantur conatu. *Ephraim pascit ventum, Osea 12. v. 1. & sequitur æstum: totâ die mendacium, & vastitatem multiplicat, & fœdus cum Assyriis injecit, & oleum in Ægyptum ferebat.* Scio quidem gloriosum Doctorem sanctum Augustinum declarare hæc Oseæ verba in sensu mystico, seu spirituali, & per eos, qui ventum pascunt, intelligere peccatores, quorum peccata, sunt esca diaboli, quódque hic videns illos tam stolidè errantes, ipsos irrideat, & ludibrio habeat: *D. Aug. l. 2. contra Faustum. Quid est aliud ventos pascere, inquit sanctus Doctor, nisi dæmones pascere? hoc est, errando ipsis esse voluptati, atque derisui.* Attamen, salvâ veniâ tanti Doctoris, intelligenda sunt cum quodam moderno Commentatore in sensu litterali historico in hunc modum, quasi diceret Deus: Populus meus frustrà sperat in Ægyptiis & Assyriis & quasi ventis pascitur, quia tota ejus spes, & fiducia in ventos, & fumos evanescet: *Ribera hic. Et sequitur æstum, qui est contrarius floribus & omnia exsiccat, & destruit, notante sancto Hieronymo: D. Hier. hic. Sequitur æstum, qui est contrarius floribus, & germinantia cuncta dispergit.* Nullum ex similibus amicis fructum percipere potest, nisi ruinam, & destructionem, & quantò plùs sperat in illis, tantò plura mendacia, & er-

errorum falsitates sibi congregat. Non vult tandem mutare consilium, neque spem suam figere in Deo, neque considerare, quanto jam tempore adhæserit Ægyptiis, & assyriis sine ullâ prosùs utilitate, aut commodo, qui potiùs mendaciis eum decepetint, & quàm benè semper hactenus illi fuerit mecũ toto tempore, quô in me speravit, & omnia sua desideria mihi cõmendavit, & confidit. Demonstrat Dominus in illis querulosis, sed amantissimis verbis, quantùm deplorandi sint illi, qui spem suam non collocant in Deo, & malunt potiùs cassum, & fruſtraneum laborem impendere mundo, quàm esse certi de præmio cum Deo.

9. Philo Alexandrinus interpretans nomen Enoch, quod variè exponunt sacri Doctores, assumat idem significare, quod *Spes*. Et fundatur in Versione Septuaginta Interpretum, quia, ubi Vulgata nostra legit; *Iste cœpit invocare nomen Domini*, transferunt illi: *Hic speravit invocare nomẽ Domini Dei*. Et addit sacer Textus: *Hic est liber generationis Adam*, vel juxtà Lectionem Septuaginta: *Hic est liber generationis hominum*, quasi generatio hominum primordia sua habuisset ex primo homine, qui novit sperare in Deo, qui fuit Enoch: *Vere enim homini*, inquit Philosophus, *quid magis potest esse proprium, quàm spes, & expectatio possessionis bonorum accipiendorum à solo munificentissimo Deo, quod genus solum, si vera fateri volumus, propriè hominum est tamquàm hi, qui non sperant in Deum, extra naturam rationalem censeantur*. Quia nulla res magis essentialis homini, quàm spes, neq; ulla magis propria, quàm præstolatio bonorum à manu Dei, & solus, qui sperat, est verus homo, &, qui nescit sperare, inter bruta annumerandus est, neque inter homines rationis compotes locum meretur. Hoc mysterium continet, inquit Philo, quòd sacra Scriptura ex hoc antecedente: *Hic speravit invocare nomen Domini*, inferat hanc consequentiam: *Hic est liber generationis hominum probrorum*. Quia scriptum est in libro Dei, quòd solus ille sit verus homo, qui novit sperare in Deo: *Scriptum est enim in Dei libro, solum bene sperantem esse hominem*. A contrario autem sensu, qui nescit sperare in Deo, est homo pictus, & apparens, non verus, neque realis, vel, ut melius loquamur, nihil hominis, nisi nomen habet.

Genes. 4. *v.* 26.

Sept. hic.

Philo Alex. l. quòd detur potentiæ.

10. Homo fuit sanctus Propheta Daniel, quem Angelus cælestis virum desideriorum appellavit: *Vir desideriorum*, dixitque ei, ne timeret, eo quòd esset vir bonæ spei, & magnorum desideriorum. Communem hujus rationem assumunt sancti Patres fuisse, quòd fuerit unus ex præcipuis, qui composuerunt orationes illas deprecatorias, O, O, & qui ferventioribus suspiriis avidissimè adventum Domini mundum à Patre postularunt, quòdque sollicitanti ei libertatem populi ex captivitate Babylonicâ responderit Angelus, & de adventu Messiæ in carnem, certiorem reddiderit: *Septuaginta hebdomada abbreviatæ sunt &c.* verùm aliam rationem suggerit sanctus Gregorius, ideo nempe Danielem vocari virum bonæ spei, quia in solo Deo fidebat: *Ille quippe, qui postmodùm voce Angelicâ vir desideriorum dicitur, priùs in aulâ regiâ carnis in se desideria edomuisse memoratur.* Homo frequentans Aulam, & conversans in palatio, ubi omnia plena sunt ambitione, & potens apud Reges, qui nihil ab eis voluit, sed omnia flocci pendit, & in solo Deo confidit, vir est desideriorum, quasi diceret, hoc est totum, quod desiderari potest, estque per excellentiam homo, quia certam sibi constituit spem, & omnia sua desideria in solum Deum collimans, habebit spem suam absque timore tutam, quêadmodum alibi notavit quidam Philosophus Gentilis: *Ecce, res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei*. Imò in hoc ipsummet Deum superasse videtur, qui securam sibi statuit spem, quia, quod Deus non timet per naturam, habet homo per industriam: *Deus natura beneficio non timet, suo sapiens*. Et quidem dictum Philosophi, quod suas continet falsitates, manifestat tamen conceptum Philosophicum, quòd solus ille securus est, qui sperat in Deo. Verùm his mediis soli Sancti, vel qui sanctitati proximi sunt, uti solent, quemadmodùm diserte dixit sanctus Paulinus, considerans confidentiam, quam aliqui sancti habuerunt in Deo, non utentes aliquibus mediis humanis ad incommoda, fortunæ imminentis propulsanda, sed totam fiduciam suam in Deo collocantes.

Philo. f. sop.

D. Paul. lin. de S. Felicitate Nat. 8.

Non arma sibi, nec muris capienda parabant Præsidia, humanum opibus sperare salutem
Nulla salus, nec enim mortem mortalia pellent.

Supereſt, ut nos omnes illos Sanctos imitemur, & discamus, omnes spes nostras ad Deum, tamquam ultimum finem, & scopum nostrum ordinare, & dirigere, & si hactenus illas, irrito labore, mundo dedicavimus, deinceps cas

Dan. 9. v. 23.

eas omnino ad Deum referamus, & ab illo cõplementum earum quæramus, quia in illo solo sunt stabiles, & securæ, in quo non solum animantur, & confortantur desideria nostra ad sperandum bona futura, sed etiam in præsenti eisdem foventur, & delectantur, quasi jam eis fruerentur, quamvis enim anima nondùm ea videat, tamen jam secura eis gaudet, & fruitur. Hoc videntur indicare verba illa sancti Basilij magni: *Per patientiam enim expectatur futurorum bonorum spes, & quod non videtur, quasi quod videtur, amplectitur.* Et hoc etiam mysterium continet, ut jam ab initio diximus, quod in hac solemnitate, O, seu desideriorum Patriarcharum veteris legis, & expectationis partùs Deiparæ Virginis, utatur sancta Ecclesia Catholica Evangelio sancti Lucæ, in quo agitur de Incarnatione verbi divini, quæ est complementum illorum desideriorum, & omnis rei speratæ consecutio, & possessio. In domo Dei simul currunt, sperare, & possidere. Fortunati, & felices illi, qui omnem spem suam in illo ponunt. Optimè conveniunt vespere, & manè, & O, O, Patriarcharum cum hodierno Evangelio: *Missus est Angelus Gabriel, &c*

D. Basil. Admonit. ad filium spirituel.

Dominus tecum,

Consideratio II.

Nos filii legis gratiæ arctiori debitæ gratitudinis vinculo adstringimur, & obligamur Deo, quam Patres veteris testamenti, quatenus, quod ipsi desiderârunt, & in solis promissis habuerunt, nos reapsè adepti sumus, &, quod illi postulârunt, nos recepimus, quodque illi sperârunt, nos possidemus, & fruimur.

2. Secundus titulus præsentis celebritatis, est expectatio partùs Deiparæ Virginis, & vigiliæ tẽporalis Nativitatis Filij Dei in utero ejus sacratissimo incarnati, quemadmodùm in hodierno Evangelio sanctus Lucas nobis repræsentat. Quæ omnia altiùs considerata, & cum O, O, seu ardentissimis veterum Patrum desideriis (de quibus jam in priori consideratione funè tractavimus) collata, incitant pias, & devotas animas; easque exhortantur ad considerandum, & penitiùs introspiciendum, quantò majori graditudine nos filii legis gratiæ, præ illis, Deo devinciamur, utpotè qui, quod illi ferventissimis votis exoptarunt, solâ promissione impetrârunt, nos verè, & de factò obtinemus, &, quod illi petiêrunt, nos recipimus, quodque sperarunt, jam nos læti possidemus.

2. Rex David quondam sitibundus exoptabat sibi propinari haustum frigidæ ex cisterna Bethlehemitica: *O si quis mihi daret potum aquæ de cisternâ, quæ est in Bethlehem!* contigitque hoc eò tempore, quò Bethlehem numeroso exercitu Philistæorum cingebatur, erantque tres inclyti, intimi Regis amici, quorum nomina juxta S. Hieronymum fuerunt Abisai, Sidab, & Jonathan, qui, audientes desiderium Regis, *Irruperunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisternâ Bethlehem, & tulerunt ad David?* Generosa profectò pectora, & invictum animi robur militum, qui penetrantes cuneos inimicorum hauserunt aquam, quam sibi oblatam respuit Rex, & *Noluit bibere, sed libavit eam Domino* Varias sancti Patres expositiones reddunt hujus facti. Sanctus Hieronymus ait, Davidem adeò illam Domino immolasse, quia ei de tam strenuis regni sui militibus grates referebat: *Sacrificavit eam Domino gratias agens quòd tam fortes veros in Israel aederit* Josephus autem asserit, eam sacrificasse Domino, eò quòd à tam periculoso discrimine illos bellicosissimos pugiles liberaverat: *Libavit gratias agens pro virorum incolumitate* Non mandaverat eis David, neque miserat illos in Bethlehem, sed illi ex amore, quò eum prosequebantur, agnoscentes desiderium Regis, etiam cum discrimine propriæ vitæ, illius votis in re minima, etiam in haustu frigidæ, obtemperare gestiebant. At bonus Rex *Noluit bibere, sed libavit eam Domino.* Quasi diceret: Obsequium adeò perfectum, quale est, servum vitam exponere pro Domino suo, eique in re tam parvâ etiam absque imperio obsequi, pro solo Deo fieri potest. Hoc est: *Libavit eam Domino.* Bellæ sunt hæ rationes, attamen Sophronij meditatio in hunc locum, ingeniosior, & instituto nostro magis accommoda: *David in Regem assumptus spirituali sitis arens, ardensque, salutarem aquam ex cisternâ, quæ est, in Bethlehem desiderabat; aquam autẽ, quã ille mysticè expetebat,*

2. Reg. 23. v. 11.

D. Hieron. in quæst. Hebraic. super lib. Reg.

Joseph. super lib. 1. Para. lib. 11.

Sophron. orat. 1 in nativit. Christi.

Luc. 4. v. 10. *& viva erat, & omnes qui ex eâ bibebant, divinâ virtute vivides efficiebat. Si scires donum Dei, aiebat fons ille vita, & quis est, qui dicit tibi. Cisterna hac sacratissimam Virginem designabat, qua, & uterum gestura, & Deum paritura erat, quod enim hic transigebatur, prophetia & figura erat de Christo, qui est aqua vita omnibus vitam infundens.* Non negat quidem hic Pater, Davidem laborâsse siti corporali, sed ait, altiùs desideria sua extulisse Davidem, videlicet, ad aquam spiritualis cisternæ Bethlehemiticæ, aquam vivam. Cisterna autem illa erat beata Virgo, ex cujus purissimo utero nascituris erat Deus, homo factus, ac proindè ardentissima illa Davidis desideria, vaticinium fuerunt Christi, fontis aquæ vivæ quod hodierno in Evangelio opere completum commemorat sanctus Lucas. Videns igitur in Spiritu sanctus Rex votorum suorum complementum, & omnis spei suæ finem, & possessionem, quam Cisterna illa Bethlehemitica præsignabat, *Noluit bibere, sed libavit eam Domino.* Noluit hôc sacrificii genere se gratũ exhibere Deo pro beneficio recepto, sed haud dubiè majorem gratitudinem ostendisset, si ipsum beneficium præfiguratum actu fuisset adeptus.

2. Quantum fructum, quãtamve utilitatem, & commodum mundo attulerit adventus Christi in mundum, liquidò constat ex solâ spe ejusdem, quæ tot commoda, & utilitates peperit mundo: per solam enim spem Christi venturi, Prophetæ, Patriarchæ, & Sancti veteris testamenti sunt salutem consecuti, & divitias ineffabiles Regni cælorum obtinere promeruerunt. Perpendite igitur, quanta bona pariet mundo ipse realis adventus, & præsentia Christi, quando sola exspectatio ejusdem tot commoda, & beneficia mundo contulit. Singulare hujus testimonium habemus in sancto Paulo, ubi Apostolus loquens de adventu Domini in carnem, ejusque munificentissimis donis, ponderat prærogativam nostram super Patriarchas veteris testamenti, & ita loquitur: *Qui factus est nobis sapientia à Deo & justitia, & sanctificatio*, id est, factus est nostra justitia, 1. Corinth. 1. v. 30. sanctitas, redemptio, gratia, & gloria. Vbi magno ingenij acumine ponderat Theophylactus modum loquendi Apostolicum: Theophyl. hic. Nonnè satius dixisset, quod Dominus Iesus salvavit nos & justificavit? Nequaquã: *Beneficij largitatem ostendens.* Ac si diceret: Voluit sanctus Paulus ostendere magnitudinem beneficij nobis per incarnationem impensi, ideò, ut perfectus Logicus usus est hisce terminis, & vocabulis, sciens, nomina rerum abstracta majorem habere vim significandi, quàm ipsa concreta, ac proindè communiter assumi, ad denotandum alicujus rei excellentiam. Quando soletis, seu vultis aliquem maximè laudare à doctrinâ, seu fortitudine, non solùm dicis, ipsum esse sapientem, seu fortem, sed ad exprimendam ejus eminentiam super alios, additis, quòd sit ipsa fortitudo, ipsa sapientia, ipsa generositas. Ad hunc modum locutus fuit sanctus Apostolus: Prophetæ, Patriarchæ, cæteriquè antiquæ legis Sancti, expectantes advẽtum Domini, justificationem, & salutem sunt consecuti, verùm nos ipsius incarnatione tantò plùs commodi, & utilitatis recipimus, ut non sufficerit Apostolo sancto dicere, quòd nos justificaverit, aut salvaverit, sed, *qui factus est nobis sapientia* &c. *beneficij largitatem ostendens.* Pensate, quanto jure nos excedere debemus in gratitudine omnes Sanctos veteris testamenti, qui solâ pollicitatione, & spe salutem fuerunt consecuti.

4. Duplicem jucunditatem secum adfert res, quæ speratur possidenda, maximè si illa fuerit majoris momenti, & ad quam plures appetibilitatis rationes concurrerint. Prima jucunditas, est spei, ejusque possessionis, quia si certa fuerit, & infallibilis, & res sperata tanti ponderis, & substantiæ, plurimum oblectat, & recreat. Secundà verò jucunditas, est possessionis ipsius rei speratæ, & quando illam actualiter possides, quia si spes ejus tantùm lætificaverit, multò plùs delectat ejus obtentio, & actualis possessio. Audite sanctum Bernardum illa verba Doctoris gentium explicantem: *Gaudete in Domino semper, iterùm dico, gaudete.* Philipp. 4. v. 4. Bone Deus! inquit mellifluus Doctor solito sui ingenij acumine, binam nobis jucunditatem, & lætitiam præcipis, nonnè sufficeret unâ? minimè gentium, sed duplex debet esse gaudium: *Gaudete primùm de promissione, gaudete iterùm de exhibitione.* D. Bern. Quasi diceret: gaudete primò de pollicitatione illius Domini vobis factâ, quâ vestra spes animata fuit ad ipsum certissimè expectandum; iterum lætamini in Domino propter assecutionem rei speratæ, quia si non parùm vos exhilaraverit promissio, plùs vos debet possessio promissi exhilarare.

Existimo, patientiæ speculum, sanctum, Iobum forsitan eò mentis aciem intendisse, quando sanctâ quâdã æmulatione exstimulat videns.

Digitized by Goog

videns prærogativam noſtram ſuper ſanctos veteris teſtamenti, dicebat: *Dies mei tranſierunt, ſicut naves poma portantes.* Communis expoſitio ſacrorum Interpretum ſuper hæc verba, eſt, quòd patientiſſimus Iobus loquebatur de velocitate, quâ dies vitæ noſtræ præterlabuntur, & fundantur in ſimilitudinibus antecedentibus, in quibus aſſerit, dies vitæ ſuæ velocius curſore armillato, ſeu veredario præterfluxiſſe, qui neque dormit, neque unquam quieſcit: Neque tantâ celeritate fugientes, fugam capeſſunt, quorum membra quantumvis timor ſtupefaciat, pedibus tamen calcar, & alas ad volandum ſuperaddit; ad minùs omnes fugientes exoptant ſibi pedes, & velocitatem cervorum: Neque aquila avidiſſima, ſeu famelica tantâ agilitate, & voracitate fertur ad prædam, quam perſequitur: Neque navis onuſta pomis celeriùs accelerat, ſeu feſtinat ad portum, ne poma putreſcant, explicans, omnia vela ſua, & remos ſtudioſè applicans, quibus citiùs ad portum appellat, & fructus, ſeu poma divendat. Eſt hæc explicatio maximè ſenſui litterali conſona, verumtamen divus Gregorius Magnus eadem verba allegorizat. *His qui poma deferentes maria transmeant, ipſi quidem fructuum odore perfruuntur, ſed eorumdem fructuum alium cibum deferunt. Quid igitur antiqui Patres, niſi naves poma portantes. ipſi quidem ſpei odore potiti ſunt, ſed nobis fructum detulerunt: quod enim illi expectando odorati ſunt, hoc nos, cernendo, & percipiendo, ſatiamur.* Quæ verba ad compendium reducta ita ſonant: quemadmodùm nautæ mare pernavigantes, & poma deferentes, ſolo odore gaudent, & ſaporem, ſeu guſtum aliis deferunt, ita etiam antiqui Patres fuerunt naves onuſtæ pomis, inquit ſanctus Gregorius, ſolo odore ſpei Meſſiæ venturi perfruentes, nos verò veſcimur fructu, & pomis, quæ illi de longè portaverunt, &, quod illi odorantes ſperaverunt, noſtra eſca, cibus, & deliciæ ſunt: ac proindè tantò major eſt obligatio noſtra, quàm illorum, quantò excellentiùs eſt manducare, & guſtare pomum, quàm ſolo odore ejus recreari.

Iob. 9. v. 26.

D. Greg. in hunc locum.

6. Quodam tempore Chriſtus Salvator noſter Diſcipulos ſuos hiſce verbis alloquebatur: *Ego miſi vos metere quod vos non laborastis. alii laboraverunt. & vos in labores eorum introiſtis,* hoc eſt, Antiqui Patriarchæ ſeminatores fuerunt, & vos meſſores vos collegiſtis, quod illi ſeminarunt, illi laborem pertulerunt, & vos placidè abſque ullâ moleſtiâ fructum in horreum collegiſtis. Ecquæ ſimilitudo, inquit ſanctus Auguſtinus, inter labores Patriarcharum antiquæ legis, & Diſcipulos Chriſti? aut quæ comparatio inter illos? conſtat enim ex Evangelicâ hiſtoriâ, & ſignanter ex capitulo decimo ſancti Matthæi, quod eſt veluti compendium omnis laboris Apoſtolici, & confirmatur eodē exemplo, ſeu ſimilitudine quâ utitur hic Salvator noſter, quia de veteribus ſanctis dicit, quod ſeminàrunt, ad ſeminandum autem eligit Agricola diem ſerenum, & commodum, ipſumque exercitium agriculturæ frigus temperat, & laborantem ab inclementiâ temporis tuetur, & protegit: Neque etiam opus miniſterii illius eſt laborioſum, arator enim, dum terram ſulcat, lento, & tardigrado paſſu id agit, innixus aratro, ad moroſum boūm ſuorum inceſſum, ita ut hic labor non moleſtus, ſed ſuavis, & delectabilis videatur: quibus refrigeriis, & ſolatiis caret meſſor, quia opus ſuum tempore æſtivo exercet, & magno ſudore ſegetem demetit, quandò totus orbis ardore ſolis exæſtuat, & cuncta ſiccitate nimiâ areſcunt, & volucres cæli præ nimio æſtu moriuntur, & quid dico volucres cæliſſimò, & intemperantiſſimus ſolis ardentis æſtus ſanctam Iuditham viduavit, dum enim vir ejus, tempore meſſis operariis manipulos alligantibus, ſeu meſſoribus aſſiſteret, radiis ſolis exuſtus, & nimio fervore æſtûs ſuffocatus interiit. Inſuper & puerum, quem Propheta Elias reſuſcitavit, ſol meridianus rapuit, & occidit. Et ne longius abeamus, commune eſt, & notiſſimum in aliquibus regionibus, ut in Hiſpaniis *Alēteſo* (quod etiam in hiſce Flandriæ partibus contigit) multos operarios calore æſtivo præfocatos, & meſſorio labore extinctos fuiſſe. Quî igitur dicit Chriſtus Diſcipulis ſuis, quòd miſerit eos metere, quod alii laboraverunt, ſi eos verè ad metendum deſtinaverit, cum metere omnium maximus ſit labor? Ad ſatisfaciendum huic dubitationi recurrendum eſt cum eodem ſancto Auguſtino ad undecimum capitulum S. Pauli ad Hebræos: *Guſtâta requie ſpirituali*, inquit ſanctus Auguſtinus, *in ſpe beatitudinis futuræ, non acceptu promiſſionibus, ſed à longè eas ſalutantes.* Quaſi diceret: Sancti antiquæ legis fovebantur ſpe, & labores, ſeu penſa diurna à longè conſpexerunt, eaque eſt ratio, inquit ſanctus Doctor, cur Chriſtus dixerit diſcipulis ſuis: *Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Tametſi anti-

Iudith 8. 4. Reg. 4.

S. Aug. hic.

Ad Hebr. 11. D. Aug. hic.

Dan. 4. v. 18.

antiqui Patres non tantùm laboraverint, quantùm Apostoli, magis tamen defatigati fuerunt, & Evangelici operarii, licèt plùs laboraverint, & majores subierint molestias, minùs tamen labores, & fastidia persenserunt, quia possessionem, & fruitionem spei suæ eminus contuebantur. Huic cogitationi etiam doctissimus noster Cardinalis Hugo subscribit: *In messe facilitas est, & securitas, & jucunditas de præsenti fructûs. In semine autem multus labor, & diuturna expectatio*, quasi clariùs diceret: Olim Patriarchæ, & Prophetæ, antequàm Verbum divinum humanam assumpsisset humanam, totam spem suam habebant in consolationem mortis, postquàm verò Filius Dei venit in mundum, factus homo in utero sacratissimæ Virginis, *Ave gratia plena*, reliquit nobis mortem in consolationem spei, & fiduciæ nostræ.

Hugo Card. in cap. 4. Ioan.

7. Componite cum S. Joanne Chrysostomo duo loca, unum veteris, & alterum novi testamenti. Patriarcha Jacob in supremo vitæ limine, seu in ipso mortis agone constitutus, hæc postrema expirans protulit verba: *Salutare tuum expectabo, Domine*, id est, adnotante doctissimo nostro Oleastro, morior, Domine, & transeo ex hac mortali vitâ, sed me agonizantem unicè consolatur spes Salvatoris mei, quem avidè expecto: *Salutem tuam expectabo Domine, ut scilicet impleantur hæc omnia, per Messiam, salutem tuam.* Combinate nunc hanc Jacobi spem cum desiderio sancti Pauli vitam cum morte commutandi: *Desiderium autem habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis melius.* Exopto mortem, & cupio dissolvi, ut Christum nanciscì valeam. Et super hæc excipite divini Chrysostomi meditationem: *Illu formidabile, huic melius, ac meritò sanè, olim enim mors ad inferos ducebat, nunc autem ad Christum mors transmittit.* Vult dicere Sanctus, meo judicio, quod Patriarchæ Jacob, & cæteris Sanctis antiquæ legis deserviebat spes in consolationem mortis, S. autem Paulo, & aliis Sanctis novæ legis gratiæ, mors erat in consolationem spei, quia nunc servi Dei unicè exoptant, vitæ suæ terminum, ut, mediante morte, possint frui bono, quod in hac ærumnosâ vitâ sperarunt.

Gen. 49. v. 18.

Oleaster hic.

Philipp 1, v. 23.

D. Chrysost. orat. de SS. Bemice, & prosd.

8. Considerate ergò, quantò major sit honor, & gratia nostra, & ex illâ consequenter inferre, quantò major sit obligatio nostra, quàm veterum Patriarcharum. Absque dubio ex his duplicatis gaudiis etiam nobis duplicantur rationes, & vincula obligationis. Magnum fuit beneficium, quod Deus præstitit populo suo, exhibendo ipsi Scripturas suas, sed singularius fuit beneficium ipsa corporalis præsentia Filii sui, & huc mentis aciem intendere videtur sanctus Paulus, quando scribens Corinthiis, dicebat: *Volui priùs venire ad vos ut secundam gratiam haberetis.* Quæ verba hunc reddunt sensum, quod cupiebat eos visitare, & venire ad commorandum cum eis, ut secundo favore potirentur. Et sanctus Chrysostomus declarans, quis, qualisve fuerit hic favor quærit, *Quid est, secundam? Duplicem, alteram nempe per litteras, alteram per præsentiam.* Duo fuerunt favores unus, quòd scripserit, & alter, quòd venerit ad illos. Primus, fuit magnus, sed secundus, major, hos duos favores fecit Deus populo suo, primum, Patribus antiquæ legis, secundum autem, nobis, multò excellentiorem; illi receperunt litteras, nos verò recitata, & descripta in illis, illi odorati sunt flores, nos autem fructum colligimus. Videte nunc, quinam ex ambobus ad majorem gratitudinem adstringantur.

2. Cor. 1. v. 15.

D. Chrys. hic.

9. Interrogemus S. Bernardum, & ex mellifluo ejus ore responsum ad dubium audiamus. Notavit mellifluus Doctor super verba illa, quæ Sponsa, nomine Prophetarum, & veterum Patriarcharum intonabat in Canticis: *In odorem unguentorum tuorum currimus*, in odorem beneficiorum tuorum, in suaveolentiam medicaminum tuorum, quæ allaturus es in mundum, factus homo, ad curandum vulnera, & plagas peccatorum nostrorum, in odorem eorum à longè currentes venimus: *Quid si ipsam unctionem sentirent*, inquit sanctus Bernardus, *mirum, si non evolarent.* Quid non fecissent, si odorem jam præsentem sensissent, si suavitatem medicinæ experti fuissent, quam Filius Dei, factus homo, & medicus de facto applicabat? Quanto velociores cucurrissent, si præsentem vidissent, & manibus contrectandum scivissent, qui à longè in odorem, & suaveolentiam absentis, & post longa tempora venturi, tantâ celeritate cucurrerunt? mirum foret, inquit S. Bernardus, *si non evolarent.* O Christiani! jam tempus præteriit, quò in solum odorem tam festinanter curreb atur, quia dudum expectatus adest. Quantis igitur, & duplicatis desideriis, & votis debemus omnes currere, & submittere nos tali, tantoque Domino, quem inter nos incarnatum

Cant. 1. v. 4.

D. Bern. hic.

Digitized by Google

tum jam novimus, & post octiduum speramus nos natum visuros. Hoc est mysterium, quod hodierno die recolit sancta Ecclesia, & oculis nostris contemplandum proponit, ut agnoscentes præsentia beneficia antiquis illis tantâ excellentiâ digniora, Deo debitas gratias referre non omittamus. Hoc enim totum nos monet, & hortatur illud: *Missus est Angelus Gabriel* &c.

Ave gratia plena, Dominus tecum.

Consideratio III.

Singulares debentur gratiæ sacratissimæ Virgini hôc die, quô sancta Mater Ecclesia celebrat ferventissima ejus desideria, quæ omnia cordis humani vota, ardore, & fervore longè excesserunt, & superârunt.

1. De vehementissimis suspiriis, & pientissimis desideriis, quibus Sancti, & Patriarchæ veteris legis ad adventum Filii Dei in orbem terrarum, anhelarunt, in secundâ consideratione tractavimus. Jam opere pretium erit, agere de ferventissimis affectibus, & desideriis sacratissimæ Virginis, quibus sancta Ecclesia peculiarem hanc solemnitatem dedicat, consecratque, eò quod fuerunt ardentissima, quæ umquàm in cor humanum descenderunt, quemadmodùm ex jam dicendis evidentissimè inferri potest. Constans est traditio Rabbinorum, & specialiter Petri Alphonsi Hebræi ad fidem conversi, in quodam tractatu, quòd, quando sanctus Gabriel venit ad Virginem Mariam, ad annuntiandum ei Incarnationem Verbi divini, adhuc deerant viginti anni ad complenda quatuor millia annorum à creatione mundi, quibus completis, Filius Dei erat naturam humanam assumpturus. Et symbolum hujus fuit, inquiunt illi quòd Deus solem quarto die efformaverit: *Fecit Deus duo luminaria magna, & factum est vespere, & manè dies quartus.* Manifesta figura veri solis justitiæ Salvatoris nostri qui post decursum quater mille annorum erat in mundo nasciturus. Et hunc etiam reddunt sensum verba illa Malachiæ: *Orietur vobis sol justitiæ* &c. Joannes Toletanus etiam Hebræus magnum detexit mysterium in anticipatione illâ viginti annorum, aitque, quòd, quemadmodum Deus propter peccata hominum accelleravit & anticipavit viginti annos generalis inundationis, & diluvii antè tempus, quod Noëmo statuerat, ut ex sacro Textu manifestum est cùm Deus homini dedisset centum, & viginti annos conversioni, & pœnitentiæ deputatos: *Et erunt dies illius centum viginti annorum*, vix evoluti fuerint centum anni, quando jam misit super mundum, universalem inundationem diluvii, quæ omnes ablumpsit, quia comminatio illa, quæ in quinto capite Geneseos describitur, facta fuit anno quingentesimo ætatis Noë, & ideò capitulum sextum concludit, dicens: *Noe verò cùm quingentorum esset annorum* &c. Diluvii autem contigit anno sexcentesimo ejusdem Noëmi, ut clarè capitulum septimum Geneseos testatur: *Anno sexcentesimo vitæ Noe* &c. *rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ* &c. Quod ideo factum fuit, inquit sanctus Hieronymus, quia noluerunt homines ad meliorem vitæ frugem converti, neque debitam pro suis peccatis pœnitentiam agere: Quia homines pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed, viginti annorum spatiis amputatis, introduxit diluvium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. Quemadmodum ergo propter impœnitentiam hominum acceleratum fuit diluvium, ita etiam, inquit Toletanus, propter merita sanctissimæ Virginis anticipatus fuit adventus Filii Dei in mundum, totidem viginti annis antè completum quater mille annorum numerum, quibus decursis, tandem iperabatur venturus. Altissima profectò, & delicatissima consideratio.

Ioan. Toletan. apud Pennafiel. loc. cit. *Gen. 6. v. 3.* *D. Hier. in quæst. Hebraicis in Gen.*

Hæc potest deservire nobis ad explicandum quemdam locum sancti Matthæi, qui primâ fronte non est adeò manifestus: *Quid nobis, & tibi Jesu Fili Dei?* Verba sunt quorumdam Dæmonicorum ad Christum: *Venisti huc antè tempus torquere nos*, Ecquit hoc idioma significat? sanctus Augustinus, & alii dicunt, dæmones sibi persuasum habuisse, quòd Dominus jam ad judicium veniret, ac proindè timebant detrudi in profundum inferni, existimantes, tempus sibi datum nocendi hominibus jam evolutum effluxisse. At meâ sententiâ, inhærens doctrinæ jam dictæ, ideò conquerebantur, quia juxtâ computum Hebræorum nondum erat tempus completum, seu spatium elapsum

2. *Matth. 8. v. 29.* *S. Aug. apud Pennafiel. eit.*

Petr. Alphons. apud Pennafiel. stat. 3. c. 4. §. 17. *Gen. 1. v. 10. & 19.* *Malach. 4. v. 2.*

sum quater mille annorum, quando Christus fuit natus, quod jam per merita sacratissimæ Virginis fuerat acceleratum. Evangelicus Propheta Isaias loquens de partu Virginis sacræ, & de nativitate Salvatoris nostri (juxtà interpretationem SS. Thomæ, Ildefonsi, Ruperti, Lyrani & Carthusiani) in hæc verba prorumpit: *Antequàm parturiret, peperit.* Prætermissis aliorum Patrum interpretationibus, placet ad propositum cujusdam Moderni docta explicatio, qui curiosam refert lectionem ita sonantem: *Antequàm veniret tempus pariendi, peperit masculum.* Carpite hunc locum, & paulisper declinate mecum ad capitulum decimum tertium sancti Pauli ad Romanos: *Propior est nostra salus, quàm cùm credidimus*, id est, propinquior est salus nostrâ, quam nos fide apprehendimus; accelerata fuit, ante tempus venit, quô nos sperabamus adfuturam; videtur sanè alludere ad locum Isaiæ relatum: *Antequàm parturiret, peperit*, quia per virtutem meritorum Deiparæ accelerata fuit nativitas, & adventus Domini in mundum, ac per consequens, etiam anticipata fuit nostra salus, juxtà dictum sancti Pauli: *Nunc autem propior est nostra salus*, &c.

Isai. ult. cap. v. 7. S. Thom. & alii cit. à Salaz. de concept. c. 8. Pennafiel. stat. 5. loc. cit Rom. 13. v. 11.

3. Unde jure meritò sancta mater Ecclesia eò die, quò recolit memoriam desideriorum, & spei Patriarcharum veteris testamenti, dedicat festum ardentissimis votis, & desideriis divæ Virginis, quæ fuerunt maxima, & quibus nulla, aut fervontiora, aut excellentiora excogitari queunt. Non inficior quin magna fuerint Sanctorum vetetum vota, preces, & suspiria, comparata tamen desideriis beatæ Virginis flaccida fuerunt, imò & gelida, seu tepida in comparatione ad æstuantissima vota illius, quibus tam antè Incarnationem, quàm post eam exoptabat, & gestiebat hunc fœlicissimum diem videre. Omnibus matribus naturale inditum est desiderium videndi fœtum suum in lucem prodeuntem, quem utero gestant, quamvis anxietates, afflictiones, & dolores partus prævideant, imò & supremum vitæ discrimen, quod sæpiùs parientes experiuntur, & nescientes, an sibi in bonum, vel malum, an in commodum seu gaudium, vel an in tormentum & perniciē cedet, nihilominùs naturali quodam desiderio natum videre properant. Sed Sanctissima Virgo secura erat de fœlicissimo successu, & eventu, & certò certius noverat, se pariturum, nedum absque dolore, & afflictione, sed etiam cum jubilo, & gaudio, uti cecinit sanctus Zenon Veronensis: *Partum Mariæ non dolore, sed gaudio.* Et quæ paritura erat Filium talem, tamque tibi commodum bonum, & glorioſum, quibus votis, & suspiriis non anhelaret ad videndum, & amplectendum eum inter brachia sua? Profectò neque intellectus humanus ratione suâ ea comprehendere, neque lingua etiam disertissima verbis exprimere valet.

D. Zenō. veronen. ser. 4. de nativit.

4. Magnum mysterium fuit, quod magnus Evangelista vidit in cœlo, mulierem, videlicet, coronatam stellis, amictam Sole, *&c.* In quâ juxta communem sanctorum Patrum doctrinam tamquàm in typo præfigurabatur Regina Angelorum. Et subjungit sacer Textus: *Et in utero habens clamabat parturiens, & cruciabatur, ut pareret.* Hoc est? videns se gravidam, clamabat parturiens *&c.* Quidam Interpretes, considerantes hæc postrema verba, existimarunt hunc locum non posse, nec debere applicari Deiparæ Virgini, hujus opinionis videtur Dionysius Carthusianus; fundamentum quô ipse & alii moventur, est illud, quòd nempe Beatissima Virgo totis illis novem mensibus, quibus benedictum Filium suum in visceribus gestavit, non senserit pœnam ullam, neque in ipso partu ullum dolorem. His non obstantibus, gravissimi Doctores, & præsertim doctissimus noster Cardinalis Hugo explicantes hunc locum, eumdem totum Beatissimæ Virgini accommodant. Et quoad ultimos clamores, & vociferationes parturientis, dicit Hugo, quòd *clamabat habens in utero Filium, quem sine dolore peperit in nativitate*, id est, vociferabatur, quia portabat in ventre Filium, quem in nativitate, sine dolore peperit. Difficilia sunt intellectu hæc verba, quia manifestam videntur involvere contradictionem. Solent enim passim majores esse dolores actuales in partu, quam illum præcedentes; qui igitur fieri potest, ut Mater Dei senserit tam vehementes antè partum dolores, in ipso autem partu eisdem caruisset, & ab omni angustiâ fuisset immunis, & libera? Noluit dicere eminentissimus Cardinalis, quòd Deipara ante partum passa fuerit dolores, quia fide credimus, eam ab illis fuisse exemptam, sed quòd dolore, & pœnalitate quâdam angebatur toto illo tempore, quô Filius, quem utero gestabat, in lucem non edebatur, ita ut desideria, quibus eum videre natum cupiebat, ipsam affligerent, & angustiæ illæ eam torquerent. Itaque si rectè adverteritis, non dicit, dolores

Apoc. 12. v. 2. Dionys. Carthus. hic. Hugo hic.

Digitized by Google

lores fuisse in tempore ipsius partûs, quò solent parientes vehementissimos pati, sed fuisse, mox ut sensit se gravidam, & Verbum divinum in suis visceribus incarnatum.

Decreverat Deus castigare Evam, tamquàm suæ divinæ legis prævaricatricem, quando pomum vetitum comedit & dedit viro suo, ut ipse pariter ex eò manducaret; maledictio autem, quam ei inflixit, fuit hæc: *Multiplicabo angustiam tuam, & conceptum tuum, in angustiâ paries filios tuos*: Eruditè observavit hôc loco noster doctissimus Oleaster, non fuisse maledictionem mulieris, quòd plures pareret filios, hæc enim propagatio, & multiplicatio, beneficium potiùs est, & favor, quàm maledictio: tota ergò maledictionis pœna, non in filiis, sed in modo eos cum dolore, & angustiâ pariendi, consistebat: *Decreverat enim Deus, ut fœmina suscepto semine, & formato fœtu statim illum emitteret, & non gestaret in alvo ad novem mensis cum maximâ molestiâ, ideò in pœnam peccati multiplicavit tempus. Non solum in gestatione angustiaberis, sed etiam in partu, nec cùm primùm filium emiseris, sed omnes cum angustiâ emittes.* Innatum est mulieri, impatientem esse moræ in desideriis suis, &, volens Deus eam maximo rigore, & severissimâ pœna torquere, non invênit gravius, nec magis asperum supplicium, neque dolorem magis crudelem, quàm dilationem, ideoque eam dilatione punivit, ut novem mensium spatio fœtum in utero gestaret, & tandem non subitò, sed pedetentim, & cum difficultate pareret, ne juxtà votum suum tam citò videret fructum ventris sui, quem optabat. Hoc sonat: *Multiplicabo aerumnas tuas*, tardè, & lentè paries, ut desiderii cui scopus differatur: *ut patiatur in desiderio, in quò vehementissima est*, ita ut dilatio sit tortor ejus, in quò est impatientissima. Desideria autem sacratissimæ Virginis non erant hujus naturæ, seu indolis, quia idemmet Dominus, qui eam liberavit à culpâ, eam à doloribus antè, & in partu, & post eum, eximit, etiam eam ab impatientiâ vehementiori immunem, & illæsam servavit, quæ in mulieribus redarguit imperfectionem, estque effectus culpæ originalis: non tamen idcircò eam amoris desideria videndi filium suum unigenitum minùs angebant, imò magis anxiè torquebant. Itaque erant, incomparabiles amoris angustiæ, quibus urgebatur desiderio videndi, & amplexandi, & inter brachia sua stringendi unigenitum suum, eumque uberibus suis lactandi, ut satis amantissima illa, & omni affectu amoris plenissima Canticorum verba contestantur. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris & deosculer te.* &c. Quæ juxta sonum litteralem videntur quasi adnata, & propriissimè accommodata beatæ Virgini in hocce festo, quò celebramus ejus ferventissima desideria, quibus ad Filii sui ortum & nativitatem adspirabat. *Cant. 8. v. 1.*

Oleaster hic.

6. Et considerando magis singulatim desideria, quæ habuit, postquàm in sacrâ officinâ uteri ejus consummatum fuit opus Incarnationis, & ea, quæ partum ejus antecesserunt, dicunt Contemplativi, magnam fuisse in animâ illâ sanctâ pugnam, & concertationem inter gratiam, & spem, inter laudes, & desideria, quia si ex unâ parte desiderabat, ex aliâ laudabat Deum, & pro beneficio jam accepto gratias referebat, & si ex unâ parte sperabat, ex alterâ, gratitudine beneficium incarnationis Filii Dei, omnis gratiæ fontis in visceribus suis incarnati, compensare nitebatur Pensate, si æquum, & rationi consentaneum sit, ut nostræ gratiarum actiones sese adjungant gratitudini sanctissimæ Virginis, adeò enim fælices, & fortunati existimus, ut in possessione, & fruitione tanti boni ejus consortes, & comparticipes effecti simus.

7. *Et nunc Israel audi præcepta, & judicia, quæ ego doceo te.* Quasi sanctus Moyses diceret populo; hodiè tempus est audiendi verba, & mandata Dei. Oleaster expendens illam advertentiam Moysis, ponderat illud, *nunc*, quodnam tempus, quæve occasio fuerit, quando Moyses hunc sermonem populo dixit? Quamobrem ei visum fuit hoc tempus opportunius, & hæc dies magis accommodata, ad inculcandum populo hanc memoriam? An forsitan Israëlitæ tunc temporis erant magis devoti, magisque dispositi ad audiendum verbum Dei, vel noviter obligati ad obsequendum mandatis Dei, quia monet eos, *& nunc*? Existimârunt quidâ, totalem causam hujus, *nunc*, fuisse ad hortandum eos, ut statim Deo servirent, & faceret eos memores obligationis suæ, quâ adstringebantur, ad non differendam emendationem vitæ in aliud tempus, sed ab hôc instanti temporis instituendam esse vitæ rationem, Dei præceptis, & mandatis consonam, & conformem: Hoc sonat, *& nunc*, quasi diceret, quòd Deus illis non dabat plùs temporis, quàm illud instans, ac proinde seriò animadverterent, quid *Deut. 4. v. 1.*

Oleaster hic.

agerent, & perpenderent pericula, quibus seſe exponerent, & committerent.

8. Simili phraſi utitur ſanctus Paulus in epiſtolâ ad Corinthios: *Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies ſalutis*: Tametſi ſacri Interpretes dicant hîc ſanctum Paulum dixiſſe, & perſuaſiſſe Corinthiis, quòd, cùm jam agnoſcerent veritatèm, & eſſent Chriſtiani, etiam, ut tales, operarentur, & quòd eorum opera forent Deo grata, & accepta; voluit tamen eiſdem verbis inſinuare documentum certum, & quòd modus benè moriendi eſſet, incipere ſtatim ab illô temporis puncto, agere pœnitentiam, & intendere ſerìò negotio ſalutis. Hoc eſt: *Ecce nunc*, ita ut, *nunc*, appellet ſupra, *tempus*, & reddat hunc ſenſum: Tempus acceptabile, & opportunum ſaluti, eſt inſtans, & momentum, *nunc*. Non mea, ſed divi Gregorii Nazianzeni eſt hæc declaratio: *Salutis negotium tua ſemper age, atque omne tempus tibi certum, & definitum* &c. Sed notate ſagacem aſtutiam Dæmonis, quia, cùm videat quanti interſit animabus illud, *nunc*, inquit ſanctus, hoc fœdus paciſcitur nobiſcum: *Da mihi præſens futurum Deo*. Videte, quæſo, quàm doctus Logicus ſit optimè novit, *quod nemo dat, quod non habet*, nos poſſumus illi dare tempus futurum, quia non eſt noſtrum, licèt promittere poſſimus, neque etiam temporis præteriti dominium habemus, ne ad promittendum quidem, ſi ergò contractui, & pacto ſteterimus, & tempus præſens dæmoni ceſſerit, ille omne habebit tempus, & nihil Deo remanebit. Hoc igitur eſt, *Ecce nunc*, & eamdem energiam adnotant quidam Doctores in illo, *nunc*, à ſancto Moyſe prolato.

9. Verùm Oleaſter inſignem addit rationem: *Habebat populus jam quietem aliquam, debellatis duobus Regibus Amorrhæorum, & inceperat jam Dei beneficio terram poſſidere, & aptior erat ad audiendam legem*: *ideò, dicit*: *Et nunc*, id eſt, quando cœperunt potiri terrâ inimicorum, tunc ſingulariter eos hortatur, & prædicat ipſis obſervantiam divinæ legis, quaſi diceret: æquũ eſt, ut pari paſſu currant beneficia divina, & gratiarum actiones humanæ, quia malè vos expedietis à notâ ingratitudinis, niſi vos gratos exhibeatis. Quantò igitur juſtiori titulo, hodiernâ die, poteſt omnibus Chriſtianis hæc memoria commendari: *Et nunc Iſraël* &c. ab hôc die, deinceps vita nova. Et hoc, quid ita? quia habemus jam Deum incarnatum in terris, & poſt octo dies naſciturum. Jam hoſtes incipiunt debellari, quia ab utero Virginis cœpit Filius Dei moliri expugnationem, & ejectionem dæmonum, qui juxtà ſanctorum Patrum doctrinam, in hoſtibus populi Dei præfigurati fuerunt. Sint igitur talia noſtra deſideria, taleſque fiduciæ noſtræ, ut, in hiſce feſtivis diebus, ardentiſſimis Deiparæ Virginis votis, & affectibus adjungi, & aſſociari mereantur.

10. Nonnè vidiſtis in Luzâ, quando Jacob fugiebat in Meſopotamiam, cœlum emittere ſcalam, ut per eam Angeli deſcenderent, ad videndum carnem, quam poſt tot ſæcula tandem aſſumpturus erat Filius Dei, Verbum caro factum. Quî ita, inquit ſanctus Auguſtinus: *Vidit, & in ſomnis ſcalam ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum*: *Angelos quoque aſcendentes, & deſcendentes ſuper eam* &c. Si igitur, ad ſolam umbram ſpei, cœlum reſeratur, & ſi ipſæ ſpes tam à longè, & in ſolâ umbrâ tale jubilum, & lætam jucunditatem promeruerunt, quantâ celebritate erunt recolenda deſideria, & ſpes, quæ tam brevi erunt complendæ. Sit vita noſtra tam compoſita, actiones noſtræ tam probæ & virtutis ſtudioſæ, ut aliquale poſſint eſſe grati animi ſymbolum, quô, ſaltem in parte, debitam pro beneficiis acceptis gratitudinem rependamus, quia tunc Deus verè à nobis laudabitur, & coletur, quando magìs fuerit noſtris obſequiis devinctus, & amore reciproco dilectus. Imitemur Reginam Angelorum, & ſi ex unâ parte, cum illâ complementum ſpei, & deſideriorum, quæ brevì perficientur, exoptaverimus, ſcilicet, Deum noſtrum incarnatum in utero ejus, videre tandem natum in præſepio Bethlehemitico; ex aliâ parte infinitas Deo gratias referamus pro beneficio, quod ſancta Virgo, per ardentiſſima deſideria ſua, nobis impetravit, quia, teſte Angelico præceptore ſancto Thoma, non ſolùm illi, ſed etiam cum omnibus nobis locutus fuit Angelus Gabriel, quando dixit: *Dominus tecum*.

***

Dominus

2. Cor. 6. v. 2.

D. Greg. Nazianz.

9. Oleaſt. Deut. 4.

10. Gen. 28. v. 12. D. Aug. lib. 12. Contra Fauſt. cap. 6. & ſerm. 79. de temp.

Digitized by Google

Dominus tecum.

Consideratio IV.

Venit Deus in mundum ad assumendum humanam naturam, & quærendum homines, novos inhabitatores, & colonos cæli; & plurimi eorum ingrati non agnoscunt tantam benignitatem Domini, neque eum quærere conantur.

1. Accommodatissimè, & propriissimè locutus fuit in hâc materiâ S. Clemens Alexandrinus, quando dixit, quòd, circa reparationem hominis Deus se gesserit ad modum avis, quæ, cum pullus è nido sibi excidit non habens alas, quibus revolet ad nidum, descendit, ut eum reducat, & ab unguibus accipitris periclitantem liberet, neque quieſcit, donec eum in locum, quò exciderat, restituat: *Deus ex multa benignitate, & clementia hominem retinet, & amplectitur, sicut cum pullus è nido excidit, mater ejus è nido advolat, natos charissimos, pignora sua, deflens; Deus autem Pater suum quærit figmentum, & ei, quod lapsum est, medetur, & feram persequitur, & pullum rursus in nidum recipit, & ut rursus advolet, incitat* &c. Videtur Sanctus præ oculis habuisse mysterium Incarnationis Filii Dei, de quò hodiernum tractat Evangelium, &, ductus consideratione suâ, dicit, Deum pari modo nobiscum egisse. Omnes per peccatum originale excidimus è gratiâ Dei, at ipse, factus homo, tempore, ab æterno Patre, constituto, secundùm quòd remedium necessitâtis nostræ postulabat, se præcipitem dedit à cælis in terrâ, ad nos quærendum, & ad paradisum, ex quò per culpam primorum parentum excideramus, reducendum. Vidit miserum, & lamentabilem humani generis statum, in quò per peccatum adeò attenuati, & impotentes, seu debiles relicti fueramus, ut, nisi ipse manum porrexisset, adhuc exules à paradiso mansissemus, absque voluntate, & potentiâ bonum amissum recuperandi; attamen ipse adeò benignus, & clemens fuit, ut, quantumvis offensus, pacem cõposuerit, & nos Deo Patri, sibique offenso reconciliaverit; & nisi tantâ pietate, & misericordiâ nobiscum usus fuisset, numquam homo ex peccati ærumnis, seu culpæ originalis ergastulo liber, & immunis exivisset.

D. Clemens Alexand. Tract. ad Gent.

2. Samson querulus de perfidiâ uxoris suæ, quam contra eum commiserat, deque molestiâ, & nonnullo damno, quò eum affecerat, sacro attestante Eloquio, eâ injuriâ lacessitus, & bile commotus, deseruit illam, & fugit ad domum patris sui: *Iratus ergo nimis ascendit in domum patris sui.* Agnoscens tandem nullatenùs esse fidendum mulieribus, quæ quia naturaliter variæ sunt, & instabiles, nulliusve secreti servandi capaces, ideò ejus contubernium declinavit, obstirmato animi decreto numquam redeundi, ad cohabitandum, aut commorandum cum illâ. At, quæso, videamus, quamdiu hoc firmum animi propositum duraverit. Transactis aliquot diebus, &, sedatâ jam bile, pacatior redditus, *post aliquantulum temporis*, ait sacer Textus, *venit Samson, invisere volens uxorem suam, & attulit ei hœdum de capris.* Studiò venit ad quærendũ, flagrans desiderio videndi eam & insuper attulit ei cupedia & delicias, quibus amorem, & animum sponsæ sibi conciliaret. Quid hoc, fortissime Samson? interrogat doctissimus Abulensis. A quatuor diebus Dalilam indignabundus fastidiebas, & hodiè iterum te ipsi adeò comem, & familiarem exhibes? Heri de perfido modo ejus agendi conquerebaris, & hodie rursus ei, tanta amoris indicia demonstras? Quis hanc sortis mutationem effecit? Merito illa prior debuisset veniam precari, quæ te offenderat, & injuriâ lacessiverat; æquum erat, ut illa prior te quæreret, & consortium tuum sollicita ambiret. Ne existimetis peregrinum agendi modum Samsonis, quia amor omnia potest, omnia vincit, inquit Abulensis: *Et ideò amans non solùm injuriæ satisfactionem ab uxore nolebat, sed ad eam lætificandam, hœdum ei in manus attulit.* Samson tenerrimè diligebat sponsam suam, &, tamquàm amator, venit eam quæsitum, & lætificatum, quasi ipsa foret læsa ab illo, & offensa. Expressa Christi Salvatoris nostri figura fuit Samson, ejusque sponsa, verus animarum nostrarum typus: hæ verè culpabiles, & reæ, ipse verò lætus, & injuriâ affectus hæ offendentes, at ipse offensus, & nihilominùs sollicitus venit eas quæsitum, descendens de cælis in orbem terrarum, & captus amore earum, &, victus charitate suâ immensâ, ut loquitur Sanctus Paulus, locuples donis, & opimus beneficiis dandis, insequitur eas, veluti concilians earum animum & affectum, ut de-

Judicum 14. v. 19.

Abulens. in Judic. quæst. 1.

nuò ad priſtinam redeant amicitiam, & gratiam, jam jam paratus eis tribuere poſſeſſionē gloriæ ſuæ, quaſi ipſe foret reus, & illæ offenſæ. Solus Deus novit, & potens eſt ita amare, quid enim foret de hominibus? jam actum eſſet de illis, niſi Deus deſcendiſſet de cœlis in terram, & veniſſet in ſequelam eorum. Adeò attenuatis viribus, & debilitata remanſit natura humana per peccatum primorum parentum, tam excæcata, tam errabunda, & devia à viâ cæli, ut ægrè potuiſſet ad illud pertingere, niſi Deus, factus homo, veniſſet, ad ſuccurrendum, & porrigendum ei manum, & ad rectam cæli viam reduxiſſet: *Propter hoc enim ad nos illa deſcendit*, ait glorioſus Doctor Auguſtinus, *ut nos ad illum poſſimus aſcendere*, tantaque eſt noſtra cæcitas & ingratitudo, ut Deus veniat ad quærendum nos ad cælum, & nos deviamus & declinamus eum. Deus ſedulò nos inſequitur, & nos perſequentem fugimus.

D. Aug. ſer. 1. de Spir. S. ſuper illa verba: Si quis diligit me &c. 3.

Poſtquàm Deus creaverat Adamum omni cum abundantiâ ad vitæ humanæ ſuſtentationem, & perpetuam illius conſervationem neceſſariâ, ſacro atteſtante Oraculo: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum.* Communis ſanctorum Patrum doctrina aſſerit hoc in loco, quòd mandato illò operandi, *operaretur*, voluerit ei præſcribere medium unicum, & apprimè neceſſarium ad innocentiam conſervandam, quia paradiſus vix illa egebat culturâ: conſtat enim ex ſacro Textu, quòd terra ex ſemetipsâ produceret, quaſi ſpontanèe, optimos fructus; quòd verò ſpinas, & tribulos poſtmodùm germinaverit, pœna eſt peccati. Neque tamen hoc eſt, ad quod ego reflecto, ſed lectionē ſancti Ambroſii alibi relatam premo, qui, ubi vulgata noſtra legit: *Tulit ergo Dominus Deus hominem*, transfert, juxtà ſeptuaginta Interpretes, *Apprehendit Dominus Deus hominem*, id eſt, violentâ manu fugientem retinuit, & quaſi renitentem poſuit in paradiſo, quem ei gratuitò plantaverat. Videte, quàm antiquum ſit, hominem fugere Deum, & creatorem ſuum. In quò, ut apparet, tunc præfigurabatur ſtatus, ad quem ipſe, & nos poſteri ejus, per peccatum eramus deventuri, & ſimul difficultas, & pertinax reluctatio, quâ ad Deum eramus acceſſuri, & tandem præſignabatur ſocordia noſtra, quâ non niſi tepidè & ſegniter eramus procuraturi negotia ſalutis. Profectò enim, niſi ipſe infinitâ ſuâ bonitate adactus deſcendiſſet ad auxiliandum, & niſi nobis manum ſuam porrexiſſet ad ſequendum ſe, numquam eum quæſiviſſemus, neque ullam curam ipſius habuiſſemus. Hęc eſt hereditas, quam à primis parentibus hæreditario jure contraximus, ut ſcilicet ſimus, quaſi ſervi, fugientes conſpectum Domini, & Dei noſtri.

Gen. 2. v. 15.

S. Ambr. hic. Septuag. Interp.

Et hoc adeò manifeſtum eſt, ut Regius Vates Pſalmo 44. conſiderans in ſpiritu Filium Dei incarnatum, formoſum, pulchrum ſpecie, eique congratulans de humanitate aſſumptâ, & novo indumento carnis, hæc inter alia, dulciſſima accinat verba: *Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa eſt gratia in labiis tuis, ſpecie tuâ & pulchritudine tua intende proſperè, procede, & regna: Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam & deducet te mirabiliter dextera tua.* Quàm pretioſus, quàm gratus, & jucundus aſpectus tuus, ô amantiſſime Salvator! quàm gratioſa labia, quæ ſpirant verba omni ſuavitate plena; ſic pergis, ut proſperè procedas: & te Regem, Monarcham totius orbis oſtendis, per veritatem, per manſuetudinem, & per juſtitiam mirabiliter: *Deducet te mirabiliter dextera tua.* Agellius commentans hæc poſtrema verba, ponderat cum ſancto Chryſoſtomo, Regium Prophetam admirari, tamquàm novitatem inviſam, & tamquàm rem inauditam, quòd Verbum divinū fuerit dux ſuiipſius, quodque actiones ſuas direxerit, & ordinaverit ad juſtitiam, veritatem, & manſuetudinem, & ad cætera opera virtutum: hoc enim ſonant hæc verba juxtà opinionem Agellii, cui etiam ſuffragatur D. Chryſoſtomus: *Huic expoſitioni, quam attulimus, beatus quoque Ioannes Chryſoſtomus adſtipulatur; cujus hæc ſunt verba*: Quod dicit, *hujuſmodi eſt. Ipſa tibi ſufficit tua natura ipſa tibi ſufficit tua patientia, & ad ea, quæ facto opus eſt, proſpicienda, & ad finem illa imponendum.* Perpendebat David naturalem hominis propenſionem ad malum, & pertinacem ejus renitentiam ad bonum, & quàm faciles ſimus ad omnia, quæ nos ſejungunt, & ſeparant à Deo, & quàm inviti ducamur, ad quærendum Deum, & ad ea, quæ ſalutem animæ concernunt, ſive ad ea quæ nos ad virtutem dirigunt: Ideò admirabundus (& meritò quidem) exclamat, quando videt, & mentis perſpicacitate contemplatur, Deum, hominem factum, qui, nullo monente, ſeu hortante, ſed ſolâ naturali ſuâ inclinatione impellente, ſpontanèe fertur ad bonum, & rapitur ad virtutem, ac proindè,

4.

Pſ 44. v. 3. 5. & 6.

Agellius hic.

indè, tamquam rem supra naturam hominis, & miraculosam admiratur. Hoc sonat, inquit Agellius, illud: *Deducet te mirabiliter dextera tua.*

F. Combinate duos eventus in sacrâ Scripturâ commemoratos, quorum unus Patriarchæ Jacob, & alter Prophetæ Eliæ contigit. Hic, quando Deus voluit eum rapere ex mundo, & transferre ad paradisum terrestrem, vel ad locum à divinâ providentiâ destinatum, sublatus fuit tempestate grandi, vel vento vehementi, seu

4 Reg. 2. v. 1. turbine & ablatus est à terrâ: *Cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem*, vel, ut ait sanctus Epiphanius: *Nimbo igneo*; Jacob verò fu-

S. Epiph. in vita Elia. giens è domo paternâ in Mesopotamiam, &, cùm eum nox præoccupasset, in viâ dormivit, & vidit in somnis scalam, ex loco ubi jacebat, usque ad cælos pertingentem, in cujus summitate visebatur Deus, quasi ad januam illius gloriæ, & quasi qui portam observabat, & simul Angeli ascendebant, & descendebant per eam:

Gen. 28. v. 12. *Vidit scalam in somnis stantem, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei, ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ.* Et obiter notate cum Ruperto, hoc fuisse symbolum Incarnationis divinæ, ut jam alibi diximus. Expergefactus sanctus Juvenis cœpit vociferari, & dicere: *Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.* Hic sisto, &

Rupert. lib 7. in Gen. cap. 21. interrogo, cur, si Deus volebat Eliam tollere è terrâ, & ad alium locum transferre, non emiserit ei scalam à cœlis ad terram usque pertingentem (sicuti exhibuit Jacob Patriarchæ) per quam Elias potuisset conscendere, sicut per illam Angeli sursum repebant? ut quid nubes, turbines, & nimbi ignei, ut eum tollant ex mundo, & in altum per aera sublevent? existimo ego hoc ideo à Deo sic fuisse decretum, quia si Eliæ scalam è cœlis emisisset, quemadmodùm fugienti Jacob, forsitan idem Eliæ, quod Jacob accidisset. Ecquid fugitivo Jacob evènit? videns cœlos apertos, & scalam paratam ad conscendendum per eam, Angelos quoque promptos ad comitandum eum, non ascendit Jacob, sed videtur expectâsse, ut Deus, qui erat in summitate scalæ descenderet, ad porrigendum ei manum quâ ducente, & præeunte ipse unà conscendisset. Non modicum fundamentum habet hæc ponderatio in doctrinâ Eminentissimi nostri Cajetani, qui indicat, timorem, anxietatem, & angorem Jacob in hôc loco, *pavens, ac tremens*, originem suam duxisse ex incuriâ, quia non ascenderat per scalam, quam à terrâ usque ad cœlos pertingentem viderat. *Timuit considerando seipsum relativè ad præsentiam Dei, & frequentiam Angelorum, ne imputarentur sibi defectus sui: tum quòd locus ille erat domus Dei, & porta cælorum.* Quasi diceret Jacob: Affligor, & timeo plurimùm, quòd nō videam me in somnis per scalam illam sursum repentem, quòd enim cœlum sit apertum, & introitus patens, & Jacob foris, timeo profectò, ne me Deus culpæ arguat, & iustam hujus rationem exigat. Ne itaque eumdem defectum committat Elias, & recogitans molestiam & laborem, quo per gradus scalæ deberet conscendere, negligat paradisum terrestrem, non relinquatur ascensus ejus arbitrio, quia forsitan posset in eumdem errorem, seu favorem præsumptum incidere. Veniat igitur currus igneus, vel turbo vehemens, & ventus, qui eum rapiat è mundo, & veluti violentiâ adactum, & quasi reluctantem, & repentem ducat ad paradisum: ea est enim hominū conditio, & indoles, ut nequaquàm spontaneè, sed non nisi violenter compulsi, Deum quærant. Audite Oecumenium ad rem præsentē: *Elias sursùm ferente vehiculo egens, & equis, qui velocitatem itineris illi pararent* &c. Cajet. hic. Oecumenius hic.

6. Accipite ad propositum insignem divi Petri Chrysologi meditationem, ingenio illius dignam. Positus peccator ille dives, sed avarus, in cruciatu inferni, elevansque oculos, vidit in majus sui tormentum pauperrimum Lazarum in sinu Abrahæ blandè delitescentem, & tam vehemens eum affligebat sitis, ut sibi opus fuerit captivi Patriarchæ opem implorare, & eum obnixè rogare quatenùs dignaretur mittere Lazarum, qui intingeret digitum suum in aquâ, & refrigeraret linguam ejus, & exæstuantis sitis ardores mitigaret: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquâ, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ponderat sanctus Archiepiscopus modum loquendi hujus miserrimi divitis: *Mitte Lazarum.* Quis umquam simile vidit, vel audivit? Non petiit duci ad Lazarum, sed Lazarum ad se evocari. *Adhuc divitem malitia non deserit, quem jam possederat pœna, qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad Lazarum vult deduci.* Nequit major nequitia excogitari, quàm illa hujus divitis avari, quia etiam in medis ignibus inferni antiquam retinet, & conservat superbiam, & quia hactenùs semper fuit malè affectus rebus cœlestibus, & divinis, etiam post damnationem suam parvum suum affectum ostendit, Luca 16. 24. D. Petr. Chrysol. serm. 122.

quô erga virtutem, & res divinas ferebatur, ideò rogat Lazarum ad se mitti, quasi ipse fastidiret laborem quærendi sinum Abrahæ: *Qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci.*

7. Docens Salvator noster Discipulos suos modum orandi, & quid petere deberent, præscripsit eis orationem Dominicam: *Pater noster,* in quâ; si notaveritis, rogamus Deum, ut adveniat nobis Regnum ejus: *Adveniat Regnum tuum.* Quibus verbis sacri Interpretes varias adhibent explicationes. Tertullianus dicit Christum edocuisse orationem, seu formulam precandi, tonditioni humanæ accomodatissimam, utpotè quæ refugit laborem, et ambit quietem, ac proindè hunc reddebat sensum. Rogate Deum, ut brevi pereat mundus, sic vos citò regnetis cum illô in cœlis, & minùs laboretis in terris: *Cùm Regnum Dei quod ut adveniat, oramus, ad consumationem seculi tendat, optamus maturiùs regnare, & non diutiùs servire*, Lyranus autem ait, rectè nos petere, ut nobis adveniat regnum, eò quòd certissimum sit, nos nequaquàm posse tendere ad Deum per gloriam, nisi ipse priùs ad nos per gratiam venerit: *Et benè dicitur, adveniat regnum tuum, quia non possumus ad eum venire per gratiam & gloriam, nisi ipse primo veniat ad nos.* Magnus verò Abulensis luculentiùs ad rem nostram loquitur *Adveniat regnum*, id est, *veniat beatitudo tua in eos, & non dicit, eamus in beatitudinem tuâ, sed ilia veniat ad nos potiùs quàm nos veniamus ad ipsam.* Manifestum est enim, quòd illa potiùs veniat ad nos, & quærat nos, quàm nos illam, ideoque rectè oramus Deum, ut cœlum descendat, & nos, immemores obligationis nostræ, illud curare negligimus. Hoc sonat: *Adveniat Regnum tuum.* Igitur quia Deus hodiè descendit è cœlis in terram, ut nos quærat, teste sancto Evangelistâ Lucâ, non reperiatur Christianus qui deinceps tardet quærere Deum, sed omnes, & singuli solerter, alacriter, & totis viribus cœlum ambiant, Deum & salutem assequi conentur, & allaborent.

Matth. 6. v. 19.

Tertull. in Gloss. ad hunc. locum.

Lyra hic.

Abulens. hic.

8. Verùm quomodo hoc facient illi, qui non nisi solo Christiano nomine gaudentes, nolunt tandem credere hanc veritatem adeò patentem, & cunctis ratione præditis manifestam, videlicet, nos jam habere Deum incarnatum in terris, qui adhuc exspectat, & sperat lucem in tenebris cæcitatis, & obstinationis ipsorum? Optimè quadrat illis dictum Isaiæ: *Onus Duma. Ad me clamat ex Seir, Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos, venit manè, & nox: si quæritis, quærite: convertimini, venite.* Quod declarans sanctus Gregorius Magnus, & quidam Hebræi docti, ad fidem nostram conversi, quos citat Minorita in *Triumpho Christi*, dicunt Iudæos in tenebrosâ nocte cæcitatis suæ has edere voces: ehodum! *Custos quid de nocte? custos quid de nocte?* id est, quæ nova feruntur de Christo? Annè advênit Messias? & respondet excubitor: *Dixit custos, venit manè & nox*, id est, advénit lux, quæ est Christus: *Erat lux vera*, effulsit lux, *& tenebræ eam non comprehenderunt*, & hoc modo venit nox cæcitatis, & obstinationis eorum. Quibus hæc subjungit Rabanus: *De manè custos venit, quia humani generis protector, & manifestus in carne apparuit, & tamen hunc presse perfidiæ suæ tenebris Iudæa non agnovit. Venit manè, & nox, quia per ejus præsentiam, & nova lux mundo inclaruit, & tamen in corde infidelium vetusta cæcitas remansit.* Infælix igitur Iudæa, quando tandem aliquâdo erit nox *Convertimini, venite*, id est, convertite vos tandem, ad Deum, & redite ad lucem Ecclesiæ *Convertimini, venite.* Iam de vobis verificatum est illud Prophetæ eloquium dicentis: *Et repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini.* Quod allegorizans Abbas Rupertus, dixit, vaticinium fuisse diversorum effectuum, quos adventus Messiæ in mundum in Iudæis, & Gentilibus erat operaturus: *Nimirùm adveniente Messiâ, futurum, ut Iudæorum obnubilarentur mentes, Gentilibus verò, quæ foris stabant alienæ, scilicet à verâ fide, splendor veritatis elucesceret.* Iudæi namque excæcandi erant, & Gentiles illuminandi, & professuri Messiam, eumque ut verum Redemptorem supplices adoraturi.

D. Greg. lib. 6. Moral.

Minorita in Triüp. Christ. tit. 4.

Ioan. 1. v. 5.

Raban in cap. 13. Ierem.

Ezech. 10. v. 4.

Rupert. cit. ab Anton. Fernand. visione 1. sect. 2.

Isai. 21. v. 11. & 12.

11. Fatetur Iacob colluctans cum Deo, eumque facie ad faciem videns, solem sibi protinùs illuxisse: *Vidi Dominum facie ad faciem.* Additque sacer Textus: *Ortusque est ei statim sol.* Non abre, inquit sanctus Abbas Rupertus, *dictum est, ortusque est ei statim sol, postquàm transgressus est Phanuël, quod interpretatur facies Dei*, quasi volens significare, quòd, videre faciem Dei, & non oriri solem, vix possibile esset, ac proindè si Iudæi in tenebris versantur, ideò est, quia volunt, non enim vident faciem Dei, quam præsente, & ob oculos positâ non agnoscunt. Vnde

Genes. 32. v. 30. & 31.

sanctus

1.Cor. 16.v.22. ſanctus Paulus tam horrendæ maledictionis fulminandæ occaſionem ſumpſit: *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum; ſit anathema. Maran Atha* id eſt, quicumque dixerit Meſſiam venturum, ipſo facto ſit excommunicatus, hoc enim ſignificat. *Iy Dominus veniet*, quia triſtes illi, & miſeri Iudæi etiamnùm hodie dolorem exilij ſui crebrâ hujus verbi repetitione leniunt: *Maran Atha*, quod, ut ſupra diximus, ſignificat: *Dominus veniet*, quem ſibi Redemptorem, & liberatorem augurantur. Ita refert Beuterus, quòd, ſpatio quadraginta dierum, in memoriam eorum, quibus Moyſes in monte Deo collocatus fuit, voces ad cœlum emittant, inclamantes hoc nomen, *Maran Atha*, & hâc vanâ ſpe mœſtum, ac triſte exilium ſuum alleviant. Huic dicto ſubſcribit Divus Hieronymus, additque adagium, ſeu paræmiam fuiſſe inter Hebræos receptiſſimam, ideoque ſanctum Doctorem gentium eos hoc anathemate ferijſſe: *Sit Anathema, Maran Atha*, quò declarabat omnes eos excommunicatos, qui dicerent, qui dicerent, Dominum nondum veniſſe, ſed venturum annuntiarent: Imò ſubdit illos uſque in hodiernum diem in Synagogis ſuis hanc vocem crebriùs repetere, & Beuterus jam citatus, refert rem ſcitu digniſſimam, quòd nempè infæliciſſimi Iudæi pro confeſſo habeant, nullum omninò poſſe delictorum ſuorum veniam conſequi, niſi in hujus vocis virtute, & efficaciâ, *Maran Atha*, quæ nomen Meſsiæ, ejuſque Matris, Ieſum, ſcilicet, & Mariam in myſtico illo nomine, *Maran Atha*, incluſos exprimit, propter ſignificationem litterarum, juxta quam ly *Maran*, & *Atha*, idem ſonat, quod *Maria*, quæ, ut clarè videtur, ſunt nomina Ieſu, & Mariæ. Infortunatiſsimi igitur, & perditiſsimi Iudæi totis quadraginta diebus ea in montibus, & Synagogis inclamantes, repetunt, & magnâ veneratione, neſcientes occultum, quod in eis latet myſterium, religioſè colũt, totâ vitâ Meſſiam jam incarnatum ſperantes adhuc venturũ.

Ant. Beuter. in annot. ad S. Script.

D.Hier. Epiſt.ad Marcel.

10. Neque tantoperè admiranda eſt cæcitas intellectûs eorum, ubi tanta eſt carentia amoris in voluntate ipſorum, ſi enim Deum amarent, per portas voluntatis eis irradiaret lux, & notitia veritatis illuceſceret, juxtà illud Eccleſiaſtici: *Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.* Et quia Deum non amant, & voluntas eorum frigeſcit, ideò eum non agnoſcunt, & intellectus eorũ obtenebratur: Et ad hoc illuſiſſe videtur ſanctus Paulus in verbis jam relatis. *Si quis non amat Dominũ noſtrum &c* referens omnem cauſam incredulitatis in defectum amoris, impoſsibile ſiquidè foret, non credere in Dominum Ieſum, ſi eum debitè amarent, & diligerent.

Eccleſiſt. 2.v.10.

11. Deas ponderationes ad hoc propoſitum obſervavi ex Hugone Cardinale, & ambas excellentiſsimas. Quarum prima eſt circa verſum illum Davidicum. *Guſtate, & videte, quoniã ſuavis eſt Dominus.* Vbi Regius vates priùs commẽdat, ut guſtemus, & deindè videamus. Videntur primo intuitu verba inverſo ordine prolata, nullus enim eſt, qui non priùs videat rem, antequàm guſtet, ita enim mater noſtra Eva priùs vidit, deindè comẽdit, & tunc denique dedit pomum viro ſuo: *Vidit igitur mulier, quia bonũ eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile* & poſt hæc *comẽdit, deditque viro ſuo.* At vero comedere ſine præmiſso viſu rei comedendæ, & videre poſt comeſtionem peractam, haud dubiè res nova eſt, & inaudita. Ecquod igitur myſterium nobis inſinuare contendit Regius Pſaltes in illis propheticis verbis? Reſpondet eminentiſsimus, ſimul, & doctiſsimus noſter Cardinalis: *Guſtare priùs affectu, & ſecundò videre intellectu, quia guſtatio ſpiritualis facit videre.* Supponit Propheta familiarem quamdam correſpondentiam inter ſenſus corporis, & potentias animæ, hoc eſt, quòd oculi correſpondeant intellectui, & guſtus voluntati, & ſic verba ejus hunc reddunt ſenſum: in Philoſophiâ cæleſti prior eſt dilectio, quàm intellectio, ac proindè ſi vis intelligere, & noſſe Deũ incipe priùs voluntate ipſum amore proſequi, cujus oppoſitum in rebus terrenis reperitur, de quibus olim dixit Philoſophus, *nihil volitum, quin præcognitum.* Idcircò David priùs poſuit verbum *guſtate*, & deindè, *videte*, quaſi diceret: mox ut Deum ſincero corde amaveritis, etiam ſtatim intelligetis, & credetis in eum.

Pſal. 33. v. 9.

Gen.3. v.6.

Hugo Card. ubi ſuprà

12. Quemadmodùm contigit Sponſæ ſanctæ in Canticis, cujus hæc ſunt verba: *Sub umbrâ illius, quàm deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Sed ſciendum eſt, quem contemplabatur: illa ipſa fatetur, *quem deſideraveram*, quem jam pridem amaverat, nunc tandem contemplatur. Et quid indè? *Et fructus ejus dulcis gutturi meo*, id eſt, promerui, ut intellectum meum illuminaret, & doctrinâ, & ſapientiâ me repleret. Ita denuò hunc locum interpretatur Hugo Cardinalis: *Fructus eius, id eſt, legis intelligentia, & doctrina.* Idque ob hanc cauſam, quia priùs ſtudui amare, *quem deſideraveram*, & *Cant.2. v.3.*

Hugo Card. hic.

nisi amasset, numquam cognovisset: *Qui non amat, in tenebris est.* Idcircò Iudæi adhuc sperant, quia in tenebris ambulant, neque vident, & ex carentiâ amoris provenit, & nascitur eis cæcitas, ne credant, aut intelligant Messiam jam incarnatum, in mundum adveniſſe.

13. Salvator mundi ad cœlos ascensurus, inter cætera, quibus tristes, & lugentes Apostolos solaretur, jamque discedens eis valediceret, hoc unum fuit, ne sua mors eos affligeret, aut contristaret, quia licèt cæteris mũdanis moreretur, non tamen ideò amantes se clarâ, & distinctâ

Ioannis 14. v. 21. sui visione orbarentur: *Ego diligam eos, & manifestabo eis me ipsum.* Discipuli, qui eò tempore adhuc rudiores erant, & rerum divinarum ignari, observàrunt dictum Magistri, & curiositate quâdam moti, quomodo res humano judicio impar fieri posset, interrogaverunt eum, dicentes: *Magister, quid factum est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo?* Qui hoc fieri potest? Replicat Christus: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit*, id, est, qui me amaverint mandata mea custodient. Non hoc, ô bone Iesu, interrogant discipuli tui (inquit quidam doctus Modernus) non postulant scire, quid facere debeant, qui te dilexerint, sed quid tu facturus sis eis, ad manifestandum te ipsis solis, & non mundo, seu cæteris? Hoc ipsis difficile apparet, neque capere possunt, quod ipsi soli te videant, & non mundus: *Si quis diligit me, sermonem meũ servabit.* Ac si diceret Servator noster, nulla alia ratio præter hanc excogitari potest, nisi quòd soli servarunt mandata mea. Sed estne possibile, Domine, quod hoc ad te videndum sufficiat?

Laurea Evang. super serm. Domini in monte. Ita sanè. Quia visionem Dei, & cognitionem arcanorum ejus solus amoris defectus impedire potest, & ubicumque amor viguerit, quilibet potest videre, credere, & intelligere Deum. Idcircò Salvator noster certos reddit cunctos se amantes, quòd hoc ipso, quòd mandata servaverint: *Sermonem meum servabit*, clarè, & manifestè Deum intuebuntur, & videbunt: & eodem privilegio Iudæi fruerentur, si ipsum amarent, & juxtà obligationem suam, ei servirent, & obsequerentur, &, quia id facere nolunt, semper spe vanâ pascuntur, neque ad credendum veritatem Catholicam de adventu

Luc. 1. v. 26. & 28 Messiæ per S. Lucam relatam, adduci possunt: *Missus est Angelus Gabriel à Deo. Ave gratiâ plena, Dominus tecum.*

Ave gratiâ plena, Dominus tecum.

CONSIDERATIO V.

Omnia bona nostra, in Deum, tamquam omnis gratiæ fontem, & scaturiginem, omnisque boni principium, & authorem referre debemus.

QVidam Interpretes existimant, hæc verba hunc reddere sensum: gratiâ plena, quia Dominus tecum, quasi diceret Angelus, ideò plena es gratiâ, ô Maria, quia tecum est Dominus, omnis boni causa efficiens. Fundatur hæc meditatio, in quadam D. Bernardi doctrinâ, quâ utemur ad explanandum quemdam locum Canticorum Salomonis, ubi Sponsus alloquens Sponsam suam beatissimam Virginem, ejus pulchritudinem Lunæ comparat, & assimilat *Pulchra, ut Luna.* Ecquid Domine? Nonnè Sanctissima Mater tua pulchrior Lunâ? Nisi profectò sit illa formosior valdè exigua, & limitatâ est ejus pulchritudo. Millies lucidior est cunctis planetis, & pulchritudine suâ omnes stellas firmamenti excedit, & superat, attamen dicit eam pulchram ut lunam (quam comparationẽ ita intelligo) ut sit similis venustati lunæ, non in qualitate, sed modo, & quomodò luna suam habet elegantiam, & pulchritudinem. Rectè S. Bernardus cernens, vocans lunam, *mutuatũ lumen*, id est communicatum ab alio quemadmodùm Possidonius etiam ex Laertio refert: *Lunam proprio quidem carere lumine, sed id à sole mutuare*, quia non ex intraneis, & propriis, sed à sole sibi gratis concessum participat. Talis est pulchritudo Matris meæ, inquit Dominus, similis claritati lunæ, quia gratia, virtus, & decor animæ ejus est, lumen. quod ego sol divinus ei liberalissimè cõmunico, & hoc, est, quod hodiè sanctus Gabriel ei annũtiavit: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum*, id, est, omnis illa pulchritudo, omnis decor, & gratia tua tibi ex præsentiâ Domini profluit, qui est omnis boni fons, & origo: *Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet*, ajebat David: Quæ verba explanans sanctus Augustinus, elicit ex illis conceptum instituto nostro apprimè deservientem:

1. *Cardin. vigur. in concord. Chord. 1. c. 21. D. Bern. serm. de S. Ioann. Bapt.*

Cant. 6. v. 9.

Laertius lib. 7.

Cum

D. Aug. hom. 5. sup. Psal. 36. *Cum à Domino gressus directi fuerint, tunc viam ejus volet, cupiet enim, qui à Deo dirigitur, Christum & desiderabit permanere semper in Christo.* Ægrè poterit miser homo operari bonum aliquod, vel in viâ virtutis progredi, nisi Deus ei manum porrexerit, ideoque opus est, ut ipse ducat, & dirigat gressus ejus in viam virtutis, & salutis. Quasi manifestiùs diceret; absque Deo homo nihil boni efficere valet, & intantùm solummodò bene agit, inquantùm Deus per illum operatur. Quarè, constitutâ hâc veritate, non ad propriam virtutem, aut ad vires humanas, sed ad Dei gratiam auxiliatricem referenda sunt bona, quæ homo operatur, si enim amat Deum, si ei serviat, si mandata ejus custodiat, si non deviet, seu aberret à recto virtutis tramite, ideò est, quia Deus eum dirigit: *A Domino gressus hominis diriguntur, tunc viam ejus volet,*

2. Non parvâ dignum est ponderatione responsum illud, quod sanctus Ioseph propositioni sibi factæ à Rege de somnio interpretando dedit: *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni.* Cùm enim Deus jam ipsi interpretationem dandam revelasset, addidit tamen, *absque me &c.* ac si diceret; sine interventu meo, in hâc declarationes absque eô, quòd ego hîc personâ aliquam repræsentem, *respondebit Deus prospera Pharaoni*, & hic videtur sensus illorum verborum. Verùmtamen Eminentissimus noster Cardinalis Cajetanus existimat, hoc verbum, *absque me*, plùs significare, quàm sonet, & non solùm denotare personam Ioseph nudè, & simpliciter consideratam, sed etiam ejus merita complecti, ita ut, *absque me*, idem valeat, quod, *præter mea merita*, favetque ejus considerationi Interpres Chaldæus, ita legens: *Non ex sapientiâ meâ, sed à facie Domini respondebitur pax Pharaoni*, quasi diceret sanctus Adolescens: Deus est, qui hîc operatur, neque Ioseph aliquid ex suis confert, ac proindè idem est, Deum me, tamquàm instrumento, uti ad benefaciendum Pharaoni, quasi ipse solus per semetipsum cuncta operaretur; illius unicum, & singulare est beneficium, illi soli referendæ sunt gratiæ, illi soli tota laus, & gloria, tamquàm omnium bonorum perenni fonti, & principio, debetur.

Gen. 41. v. 16. Cajet. hîc. Chald. hîc.

Amplissimum honorem, & maximam dignitatis famam consecutus est David ex gladio, quô incircumcisi Philistæi caput amputavit, de quô licèt dicat sacer Textus, quòd fuerit Gigantis occisi, quia tamen in justo bello sibi conquisivit, rectè gladius Davidis nuncupatur. Vixdù victoriam consecutus, ingressus est portas urbis Ierosolymitanæ, manu gestans gladium, & in cuspide ejus caput Philistæi erectum, & ecce, accurrit undique populus ei summo cum applausu aggratulaturus. Mulieres in citharis; & canticis incessanter ei victoriam acclamant, & generosum animi robur collaudantes, propter tam insignem victoriam, ei gloriosè triumphâti hoc lætum carmen accinebant: *Saul percussit mille, & David decem millia.* Quod, (omissis aliorum explicationibus) juxta interpretationē Nicetæ Commentatoris sancti Nazianzeni, idem fuit, ac dicere, quod Philistæus adeò potens, robustus, ac perniciosus populo fuerit inimicus, ut ipse pro decem millibus valuerit: *Quia Philistæus ille, suo dolo, & fraudibus tam multiplex erat, ut non unus, videretur, sed decies millenus.* Ecquid verò egit David de gladio, quò hostem interēmit? Sacra Pagina ita narrat, *Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo*, id est, in tabernaculo Domini, ut jam alibi diximus, & liquidò constat ex eodē Textu, ubi refertur, quomodò sacerdos Achimelch eumdem dederit Davidi, quando inermis, Saülem fugiens persequentē, ad eum cōfugerat: *Ecce, hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle terebinthi &c.* Quod motivum, quamve intentionem habuit David, indagat Abulensis, portans gladium ad tabernaculum Domini, eumque ibidem appensum, Deo consecrans? Consultiùs enim videretur, ut eum continuò in sui defensionem secum deferret, erat quippè adeò acutus, ut impetu uno præciderit caput Philistæi; & hoc denotare videtur, *ly percussit*, id est, unico ictu caput ab humeris divisit, verùm nō illum sibi reservavit, sed Deo dedicavit: *Indicans per hoc, quòd ipse non hic intendebat, habuisse victoriam hanc à se, sed à Deo, ideò dabat hoc illi in munere*, ne vanâ gloriâ extolleretur ob tam præclaram victoriam. Itaque hæc apud semetipsum meditabundus dicebat, agnosco imbecillitatem meam, & imparitatem virium mearum, ad prosternendum montem illum carneum, ad interficiendum, dico, ferocissimum illum Gigantem, fortius brachium & vires maiores hoc præclaræ fortitudinis opus præstiterunt: dignatus est Deus me vili, & pauperculo pastore, uti tamquam instrumento, quo, populo afflicto libertatem restitueret, & honorem ejus læsum vindicaret. Non igitur mihi laus victoriæ decantetur, sed illi pro tam singulari munere grates rependantur, &, in hujus veritatis testimonium, remaneat victor

1. Reg. 18. v. 7. Nicetas. 1. Reg. 17. v. 45. 1. Reg. 21. v. Abul.

ille gladius in tabernaculo, & in manu illius fortissimi prælioratoris, qui auxilio suo hostem populi occidit, profligavit.

4. Sed quid tantoperè mirandum, eum cunctis hostis hostibus suis fuisse superiorem, & tot, tantaque mirabilia perpetrâsse, qui Deum jugiter secum habebat? Nullum bonum deficere potest in consortio, & societati boni, quod omnia bona in se complectitur: *Vides, quanta bona in uno bono?* sicuti dixit sanctus Ambrosius: Neque potest non esse plena gratiâ anima illa, in quâ Deus commoratur, quemadmodum fuit anima Beatissimæ Virginis, omnigenæ gratiæ receptaculum: *Ave gratia plena, Dominus tecũ.* Et si convenientissimum fuit, hanc memoriam refricare sanctissimæ Virgini, quantò potiori jure consultum erit cuilibet Christiano, hanc eamdem in memoriam revocare, ne umquam vanæ gloriæ lenociniis seducatur, neve aliquid boni præsumptuosiùs sibi ipsi adscribat. Invitabat quondam anima sancta Sponsum divinum ad thalamum, & cubile suum, exhibens ei lectulum floridum: *lectulus noster floridus,* replicat autem ille, & se florem campestrem, & lilium convallium prædicat: *Ego flos campi, & lilium convallium* Non apparet formale responsum, inquit sanctus Bernardus; respondere, enim debebat, se vel venturum ad cubile ejus, vel se nullatenùs ambire ejus contubernium, & non dicère: *Ego flos campi, & lilium convallium.* Ast observate hîc rationem Divi Bernardi, utpotè excellentissimam: *Demonstrat, cui nitorem, & suæ violentiam lecti debeat deputare,* quasi Sponsus Sponsæ suæ replicaret: Memineris, dilectissima mea, quòd flores illi, quibus lectulus tuus jucundè exornatur, & ad quos me tuâ humanitate compellis, mei sũt, ego illos contuli, atque ita me non tuis, sed meis impensis excipere satagis; quia omne bonum tuum, id est, gratiam, dona, virtutes, quibus conscientia tua abundè ditata est, beneficio, & favore meo recepisti.

D. Ambr in Epist. 1

Cant. 1. v. 17.

D Bern. serm. 7. in Cant.

4. Non caret mysterio, quòd Deus introducturus populum Hebræum ad terram promissionis, ei polliceatur terram illam fertilissimam, quam daturus erat ei, non fore similem terræ Ægypti, quæ aquis irriguis humectabatur: *Terra ista, non est sicut terra Ægypti, ubi, jacto semine, aqua ducuntur irrigua &c, sed expectans pluvias de cœlo.* Estne possibile Domine Deus? exclamat Oleaster, quod qualifices beneficium populo præstandum, dicendo eis, quod terra illa fœcundissima non irrigabitur, sed expectabit pluvias è cœlo? Ita profectò, inquit Oleaster, quia maximum beneficium fuit, hoc ei bonum negare; quod ideò fecit Deus, quia Hebræi erant maximi ejus amici, & dilecti, & contingere poterat, ut, si habuissent aquam irriguam in domo suâ ad irrigandum terras suas, facilè obliti fuissent quærere Deum, & benefactorem suum: *Quâm re pulchrè docemur, tantò nobis melius esse, quantò fuerimus ad oculos Domini suspensi. Terra enim, qua imbrem de cœlo expectat, magis timet Deum offendere, ne pluviam prohibeat terra opportunam.* Voluit Deus tale ipsis beneficium conferre, ne Dei obliviscerentur, & si ipsi aquam ad manum habuissent, facilius Deum oblivioni tradidissent, quia qui minàs expectat, minùs timet, & qui magis sperat, plùs timet, ac proindè considerantes, Deum ipsis tempore opportuno posse negare aquam cælestem, arctius adstringerentur, ad vivendum cautiùs, & nullatenùs, contra eumdem Dominum, ullum peccatum committendum. Bella ratio hujus Doctoris. Auderem tamen dicere, non hanc fuisse totalem causam, sed Deum hôc pacto voluisse populo suo declarare, quod omnia bona illi è cœlo adventura erant, non solùm spiritualia, sed etiam temporalia, ut, dum viderent terram pensum suum persolventem, & se ex frugibus terræ divites, & opulentos perspicerẽt, agnoscerent tandem omne bonum de sursùm venire, & ex propriis illam nihil penitùs habere; & consequentur, ne fertilitatem terræ, & abundantiam frugum industriæ suæ attribuerent, sed soli cœlo, è quo, & ros, & aquæ emanânt, quæ ipsam fructificant, vel ut meliùs dicam, soli Deo, qui omnium rerum supremus Author est, & principium: *De cœlo expectãs pluvias* Quod nedum de terrâ materiali, sed etiam spirituali, quales sunt animæ nostræ, intelligendum est, quibus ab alto omne bonum spirituale communicatur: *De cœlo expectans pluvias.*

Deuter. 11. v. 10.

Oleast. hic.

6. Accuratissimè observavit Oleaster modum, quo Noemus filio suo Sem benedixit: *Benedictus Dominus Deus Sem.* Non dixit benedictus sis à Deo, fili mi Sem, sed benedictus sit Dominus Deus Sem. Nova apparet benedicendi norma, in quâ Deus, & non Sem est benedictus, verumtamen ne extraneum seputetis modum, inquit Oleaster: *Non benedicit filium, sed filij Deum ut discamus bona opera nostra esse potiùs Dei, qui ad ea facienda, & animum, & vires dedit.*

6.

Genes. 9. v. 26.

Oleast. hic.

Digitized by Google

dedit. Non casu, sed datâ operâ S. Patriarcha hanc in benedictione filij formam observavit, ut non filio, sed ipsi Deo benedictionem impertiretur; quô nos instrueret, omnia bona opera, quæ agimus, non esse nostra, sed Dei ea in nobis operantis. Quasi diceret Noe, fili mi Sem, faciat te Deus servum suum, recordare tamen, ut omnia bona, quæ quocumque tempore tibi obvenerint, Deo, tamquam Authori, studiosè attribuas, quia ab illo omne nobis bonum profluit, omniaque auxilia ad serviendum ei, & opera bona virtutum faciendæ ab eô originem ducunt: *Bonus vir sine Deo nemo est*, dixit pulcherrimè Seneca, licèt gentilis.

Seneca Epist. 41.

7. Ponderate, quæso, responsum, quod Salvator noster probo illi diviti, & honesto adolescenti reddidit, qui media ad sanctitatem consequendam à Christo Domino sciscitabatur, & absque dubio jam ille honestis moribus præditus, ad normam præceptorum Dei, vitam componebat. Hoc siquidem videtur indicare sanctus Marcus, quando de illô verba faciens, dixit, Christum jam certiorem redditum, quòd mandata legis observaret, ipsum amasse: *Iesus autem intuitus eum, dilexit eum*. Verba autem, quibus à Christo viam perfectionis petiit, hæc fuerunt: *Magister bone, &c.* cui respondit Dominus: *Quid me interrogas de bono? unus est bonus, Deus*, id est, nullus est bonus, nisi solus Deus. Premite animo hoc Christi responsum, quod primo intuitu non videtur consonum interrogationi; adolescens enim vocat eum bonum, & interrogat eum de mediis ad bonitatem obtinendam non verò quærit, quis sit, vel non sit bonus. Vt huic dubitationi respondeamus, serviet nobis curiosa ponderatio sancti Augustini illud Psalmi Davidici explicantis: *Introibo in potentias Domini, memorabor justitiæ tuæ solius*: hoc est, quando in me alicujus boni speciem conspicatus fuero, recurram ad potentiam tuam, & solum tuæ sanctitatis reminiscar. Vbi ingeniosè sanctus Augustinus: *Hoc solius, quid addit rogo vos?* Ecquod mysterium continet ly *solius*? Quid addit, vel demit? quid addit, vel derogat Deo, aut justitiæ ejus, quòd David asserat, se illius solum memoriam habiturum? *O solius! sufficeret, memorabor justitiæ tuæ*, ac proindè supervacanea videtur adjectio, *solius*. Non frustrà, inquit sanctus Pater, sed prudenti consilio addidit verbum illud: *Solius, inquit, prorsùs; ubi meam non cogito*. Ac si diceret; solius tuæ justitiæ recordabor, quia si forsitan aliqua in me reperta fuerit non erit meritum, meum, sed bonitas tua, non virtus mea, sed tuæ potentiæ effectus: *Vt, quando infirmus sum, tuo potens sim: & tu in me fis potens, quoniam memorabor justitiæ tuæ solius*. Idcircò optimè dixit David, teste sancto Augustino, quòd solius justitiæ Dei velit esse memor. Ex hâc doctrinâ elicio solutionem dubij jam anteà circà responsum, quod Christus adolescenti reddidit, propositi: *Quid me interrogas de bono? unus est enim bonus, Deus*. Et arbitror, idem fuisse, ac si omnibus, & singulis nobis dixisset: Quando te, ô Christiane, bonum nuncupaverint, ne cogites, neque putes, quòd tecum loquantur, non enim te bonum dicunt, sed interrogant, quisnam sit bonus, tu vero responde: *Vnus est bonus, Deus*, & dic cum Davide: *Memorabor justitiæ tuæ solius*. Quando, Domine, illecebrosa vanitas fortissimum mihi bellum moverit, scutum, seu clypeus, quô me defendam, erit tua potentia, & bonitas, & incessanter profitebor, te solum esse bonum, justum, & sanctum *justitia tua solius*, adeò ut etiam in me sis bonus: *Vnus est enim bonus, Deus*.

Marci 10. v. 12. Matth. 19. v. 16. & 17.

Pſal. 70. v. 16.

D. Aug. hic. Concione 1. in fine.

8. Probè cognorat hanc veritatem Sanctus Moyses. Considerate duo, quæ illi contigerunt: videlicet, quòd viderit lucem, & splendorem in manu Dei, & non viderit eamdem lucem in capite seu vultu suo refulgentem. Et ad hoc conferte id, quod Deus in Deuteronomio ait: *In dexterâ ejus ignea lex, dilexit populos*, & id, quod S. Pagina de eodem Moyse testatur: *Et ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini*, vel, ut legit Tygurina: *Moyses autem nesciebat, quòd radios jacularetur cunctis facies ejus ex colloquio divino*. Quid ita? Moyses lucem, & splendorem conspicis in manu Dei, & non in facie tua? Quid Moyses ad hoc responderet, si à quopiam interrogaretur? Dicant alij, quod sentiunt, existimo ego, ipsum procul dubio hôc modo responsurum; video splendorem in in manu Dei, & non in facie meâ quia non consîdero beneficia, & dona Dei quatenùs in me resident, sed quatenùs ab eô prodeunt. In Deo agnosco illa, ut munera & in me, ut debita solvenda, ideoque ea, non mea, sed ipsius æstimo. Tam profundâ humilitate se exinaniebat servus Dei, tamque vilem, & humilem se reputabat, ut humilitas omne bonum exinaniret, ne in superbiam efferretur, & gratitudo, cuncta in Deum referret, ad ei in omnibus obsequendum, & serviendum. Hâc eâdem similitatis viâ incessit sacratissima Virgo, dum ab Angelo salutaretur:

Deuter. 33. v. 3.

Exod. 34. v. 29.

Tygurina.

Ave gratia plena, Dominus tecum. Protinus enim respondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Et postmodùm cognatæ suæ Elisabethæ replicavit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Omnia beneficia, gratias, & excellentias, quibus largiter dotata erat, in Deum referebat, ne in superbiam elata periclitaretur. Noluit sibi laudes, aut præconia decantari. sed cuncta Deo, tamquàm fonti, & omnium bonorum scaturigini, referenda censuit, & reddenda judicavit.

P. Decreverat sanctus Doctor gentium Paulus luculenter demonstrare, quòd omnia bona totius mundi originem à Christo traherent, idque verbis alibi à nobis jam explanatis, comprobavit: *Factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio*, id est, Christus Jesus fuit Author omnium bonorum nostrorum, quia ipse est sapientia nostra, justitia nostra, sanctificatio nostra, redemptio nostra, &, ut verbo dicatur, ipse est totum nostrum, & omnia. Ad hunc modum elucidat hæc Apostoli dicta sanctus Ambrosius: *Sive quòd redempti sumus, sive quòd sanctificati, sive quòd sapientes, totum hoc, beneficium Dei est per Christum*, &, ex his præmissis ita explicatis, hanc formalem deducit consequentiam: *Ut, quemadmodum scriptum est qui gloriatur, in Domino glorietur*, alludens ad dictum Jeremiæ Prophetæ: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, quia ego Dominus, qui facio*: In quibus, tamquàm certum, supponit Propheta, quod nos in hâc consideratione probare allaboravimus. Hoc est, quòd omne bonum hujus mundi emânet à Deo, veluti principio, cui proindè ex justitiâ debetur omnis gratia, laus, & gloria: Et quia idem spiritus, qui movit linguam Jeremiæ, etiam direxit calamum sancti Pauli, ideò addit, omnia fieri per Christum, ipsumque esse, qui replet animas nostras gratiâ, & donis cælestibus, ipsique soli gratias referendas: *Ave gratia plena, Dominus tecum.*

1.Cor.1. v. 30.

S. Ambr. hic.

Jerem. 9. v.23.

Maximè necessaria est hæc cognitio cuilibet Christiano, & hâc de causa Deus per Ezechiëlem monebat Regem Tyri, vel primum Angelum, ut acutè notavit Franconius Abbas hisce verbis: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, &c. & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt.* Dicit, se cum omni lapide pretioso adornasse, id est, omni genere excellentiarum, & virtutum, & singularizat singulos lapides nomine proprio, ut hâc metaphorâ multitudinem perfectionum, & gratiarum abundantiam designet, quibus eum largissimè ditavit, & exornavit; Additque, quòd foramina, quibus lapides illi pretiosi fuerunt inserti, etiam ipsi fuissent donata, quemadmodum, & cætera, id est, quòd illa nequaquam ex propriis habebat, Verba sunt Franconii: *Hujus ergo foramina in die conditionis, non à seipso, sed manu conditoris sunt præparata, per quæ, divinitùs infusa sapientia, Tyrum Principem erudiret, divina sibi gratia collatum esse, quod ad similitudinem Dei refulgeret.* Quasi diceret Vates: Omne bonum tuum, Dei est, illique soli totum debes, non est tuum, neque industriæ tuæ lucrum, non est meritum tuum, sed misericordissimæ manûs Dei beneficium, & munus, illum, uti Authorem omniû, gratus agnoscere debes, quia tu ad nihilum vales, excellentiæ tuæ, illius misericordiæ sunt, cui proindè gratitudinis vinculo devinceris ad ei gratificandum, & serviendum in omnibus, Non soli Virgini loquebatur sanctus Gabriël, quando eamdem huisce verbis salutavit: *Ave gratia plena, Dominus tecum, &c.* sed etiam ad nos, tamquàm magis indigentes hac memoria, fuerunt directa, ut, agnoscentes vilitatem conditionis nostræ, cuncta bona nostra ad Deum, fontem, & Authorem omnium, grati referamus: *Quia Dominus tecum.*

Ezech.28 v.13.

Franconi. Abbas tom.1. de gratiâ.

Ave gratiâ plena, Dominus tecum.

CONSIDERATIO VI.

Fas, & licitum est Regibus, Prælatis, & Dominis majora conferre beneficia, & potiori honore afficere subditos, & servos, qui cæteros obsequiis, & meritis excedunt, & superant.

CONtrovertunt Theologi, quotuplex detur plenitudo gratiæ, & unanimi consensu in triplicem distinguunt: quarû, *una est, superabundans alia sufficiês, alia prærogativæ.* Prima plenitudo gratiæ superabundantis, soli Christo Redemptori nostro, propter divinitatem, competit, in quô, teste sancto Paulo, *inhabitat omnis plenitudo divinitatis.* Secunda plenitudo gratiæ

1.

Ad Coloss. 2. v. 9.

gratiæ sufficientis, communis est omnibus Sanctis, & hâc specialiùs repleti fuerunt sancti Apostoli, & Protomartyr Stephanus. Tertia deniq; plenitudo gratiæ est, quæ dicitur prærogativæ, affirmatque Seraphicus Doctor, ex quô desumpta est hæc distinctio, Christum Dominum habuisse primam plenitudinem gratiæ, secundam sanctos, tertiam verò beatissimam Virginem Dei Matrem, estque hæc gratia prærogativæ, minor primâ, multò tamen major secundâ, & de hâc prærogativa loquebatur sanctus Angelus quando B. Virginem per antonomasiam gratiâ plenam salutabat, id est, reliquis sanctis superiorem, quinimò, & ipsis Angelicis spiritibus excellentiorem: Itaque æquum erat, ut, quam Deus in Matrem elegerat, cunctos excederet; dignitas quippè maternitatis Dei, teste Divo Thomâ, infinitatem quamdam habet, quia Filius, ad quem relationem dicit, infinitus est, ad tantam igitur dignitatem cæteris sublimiorem, major gratia conferenda erat. Quibus addi potest, quod, quia Beatissima Virgo inter cæteras mulieres majori gratiâ, & meritis excelluit, ideò etiam præ illis electa fuerit, & ad supremam maternitatis Dei dignitatem evecta. Nullum fortius dari potest testimonium meritorum Beatæ Virginis apud Deum, quam tanta æstimatio, tantusq; amor, quô eam Deus prosecutus est, ut eam eligere in Matrem, & ex eâ nasci dignatus sit, factus homo. Discursus hic est Angelici Præceptoris S. Thomæ: *Ratio nabiliter creditur, quòd illa, quæ genuit unigenitum à Patre plenum gratia, & veritate, præ omnibus majora privilegia gratia receperit, undè Angelus, ut legitur Luca primo dixit, Ave gratia plena.* Hoc etiam subindicat sanctus Joannes Damascenus: *Solo Deo excepto, cuncta superior existit*, ita ut ipsa sola tam militantem, quàm triumphantem superexcedat Ecclesiam. Fateor quidem, nec inficias eo, ô sanctissima Virgo, reliquam partem Ecclesiæ tecum comparatam, te superare extensione, & multitudine personarum verum tu omnes simul intentione & multitudine gratiarum, quibus cumulatissimè replera fuisti, longè excellis: *Ave gratia plena.* Ideoque jure merito cæteris in honore es prælata: *Dominus tecum.* Ex quibus evidenter infertur, licitum esse Regibus, Prælatis, & Dominis, majoribus cumulare beneficiis, & singularibus prævenire honoribus subditos illos, qui promptiori voluntate, & benigniori obsequio, & pluribus meritis inter reliquos eminent, & elucent. Ad exemplum Regis Regum, qui hoc modo assolet in universali suo regimine procedere.

D. Thom. 3. p. q. 27. art. 3.

S. Ioan. Damasc. orat. 2. de Assumpt.

2.

Hoc sonare videntur verba illa Canticorum crebriùs repetita: *Recti diligunt te*, juxtà expositionem sancti Gregorii Nysseni, & aliorum, id est, boni, seu justi amant te. Existimat Sanctus, hæc fuisse verba sodalium Sponsæ: &, ubi legit Vulgata nostra, *Recti diligunt te*, transferunt Septuaginta Interpretes: *Rectitudo dilexit te*, hoc est, justitia, bonitas, virtus, sanctitas amat te, vel amavit. Res ita se habuit. Videntes filiæ Jerusalem laudes, quibus Sponsus Sponsam honorabat, & cognoscentes amoris prærogativam, quâ eam condecorabat, & quòd illam præ cæteris singulari honore sublimares, firmiter sibi persuaserunt, quod haud dubiè esset adamata, & favoribus cohonestata à tali Sponso, qui non propter respectus, sed propter merita, & virtutes diligebat, ac proindè firmum, ratumque habuerunt illam dotibus, & gratiarum perfectionibus esse cæteris excellentiorem. Ideò unanimi voce ejus laudes, privilegia, & excellentias palàm deprædicant his verbis: *Rectitudo dilexit te.* Audite Nyssenum, Theodoretum, & Commentarium triũ Patrum: *Rectitudo ipsa, ô Sponsa, & Regina, & magistra, dilexit te. quòd si ipsa rectitudo dilexit te, docet, & nos pendere ex te.* Nos omnes tibi cepimus palmam virtutis, & meritorum, quia adeò adamata es à Sponso tuo, adeoque animum ejus tibi devinxisti, qui est ipsa justitia: *Iesus autem rectitudo est.*

Cant. 1. v 3.

Septuag.

S. Greg. Nyssen. orat. 1. in Cantica. Theodor. Comm. 3. patrum.

3.

Curiosiùs observárunt aliqui Spiritum sanctum apparuisse in specie Columbæ super caput Christi Salvatoris nostri: *Et vidit Spiritum sanctum Dei descendentem sicut columbam, & venientem supra se*, ait sanctus Matthæus. Et in sensu morali hunc locum explanantes, varias excogitarunt rationes, & proprietates hujus avis. Rabanus relatus à sancto Thoma, inter alias, hanc columbæ naturalem affingit indolem, & proprietatem: *Meliora grana eligit* non sed dejicit, ut quævis grana obvia colligat, sed minùs bona præteriens, melora eligit. Hâc doctrina suppositâ, id mysterii videtur continere descensus Spiritus sancti super Christum in figurâ columbæ, & non super caput Joannis Baptistæ, aut super alios circumstantes, quia Christus designatus à Joanne, cæteris melior erat, & præstantior ideoque Pater æternus acclamat eum Filium suum, publicâ illâ honoris ostentatione, & ut talem, vult eum à mundo

Matth. 3. v. 16.

Rabanus in catenâ D. Thom.

cognoſci, & adorari : Pariformiter licitum eſt nobis hodiè Philoſophari de adventu ejuſdem Spiritûs ſancti, ſuper ſacratiſſimâ Virginê: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te*, & affirmare, idcircò illam (iuxtà rigorem Theologicum loquendo) ad tantam honoris dignitatem ſibi aditum, & viam ſtruxiſſe, quia, inter cæteras filias Adæ, plenitudine gratiæ, virtutum, & meritorum excellentiâ pollebat, quemadmodùm enim primum dignitatis gradum obtinuit poſt Chriſtum, ita etiam in gratiâ, & donis Spiritûs ſancti, cæteriſque virtutum ornamentis ſecundum habuit.

4. Inter ſeptem filios, quos patriarcha Iacob habuit, teſte ſacro Volumine Geneſeos, fuit Ioſeph ſingulari amore, obſervantiâ, & honore ab eò habitus, & affectus. *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum.* Et hic videtur ſenſus litteralis, eò quòd parentes, hortante naturâ, ſeu innata quâdam propenſione, magis ament, & diligant filios in ſenectute procreatos. Attamen doctiſſimus noſter Oleaſter, juxtà morem ſuum, ſequens lectionem Hebraicam Pagnini, transfert verba relata hôc modo. *Filium ſenectutum ipſe ei*, id eſt, ideò eum amabat, quia omnia in ipſo erant ſenectus, & ſenium, matura, & ſenilia. Idemque Paulus Burgenſis, Ioſephus, & & alii affirmant: *Non quia prater eum in ſenectute genuerit, nam potiùs dicendum foret, plus eum amaſſe Benjamin natum multò poſt Ioſeph; ſed quia genuerit eum in ſenectute, hôc eſt, ſimili prudentiâ praditum.* Ergo hæc verba ad mentem Burgenſis non ſunt intelligenda in ſenſu grammaticali, *eò quòd in ſenectute* &c, ſic enim Benjamin junior fuiſſet præferendus, quocircà neceſſe eſt dicere, Ioſeph potiùs fuiſſe dilectum à patre, quia puer ætate, moribus, prudentiâ, & virtute, ſenioribus æquipollebat. Hâc de causâ ſic fatur Chaldæus: *Iſrael diligebat Ioſeph, eò quòd eſſet filius ſapiens ſibi.* Cui etiam accinit Divus Ambroſius hiſce verbis: *Propterea pra cateris dilectum, quia majora in eo virtutum videbat inſignia, ut non tam filium pater pratuliſſe videatur, quàm prophetæ myſterium.* Fratres ſuperabat virtute, & probitate morum, & ideò palmam tulit amoris, & primas habuit in benignitate, & favoribus paternis, unde amor Patriarchæ potiùs fuit propheticus à Spiritu ſancto diſpoſitus, quàm paternus ex carne, & ſanguine natus, ſeu exortus.

Geneſ. 37. v. 3.

Oleaſt. hic. Pagnin.

Paulus Burgenſ. Ioſeph. l. 2. Antiquit. cap. 2.

Chald. hic.

D. Ambr. de Ioſeph. cap. 2.

Confirmat ſanctus Doctor Doctrinam ſuam myſticâ ſignificatione illius verſicoloris tunicæ, quam ei parens confecit: *Fecitque ei tunicam polymitam, quo ſignificaret, eum diverſarum virtutum amictu fratribus præferendum.* Manifeſtum ſymbolum, quòd cœlum propter eximias ipſius virtutes erat eum fratribus prælaturum, qui non in ſolo amore patris erat reliquis præpoſitus, ſed etiam honore, & dignitatibus adauctus, & exornatus. Ex his facilè intelligetur benedictio, quam Patriarcha Iacob jam morti proximus filio ſuo Ioſeph eſt impertitus: *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens.* Repetitâ vice vocat eum *accreſcentem*, unde etiam videtur ſecunda repetitio ſupervacanea. Primâ enim voce ſatis ſuperque ejus incrementa declarata erant, ad quid igitur altera repetitio? Appoſitè reſpondet noſter Card. Hugo: *Accreſcens ſecundùm virtutem accreſcens ſecundum dignitatem.* Non abs re, ſed ex induſtria duplicavit Patriarcha verbum, *accreſcens*, vel quia in fine vitæ ſuæ voluit indicare injuriam illatam Ioſepho, & ſatisfacere querimonis, quibus aliquando cæteri obmurmuraverant contra patrem, eo quòd Ioſeph natu juniorem omnibus prætuliſſet, & tenerius dilexiſſet, vel quia volens eorum animos provocare, & allicere ad virtutem amplectendam, declaravit eis cauſam, quarè Ioſeph præ cæteris ad tantum dignitatis gradum, eſſet promotus, videlicet, Deum id ita diſpoſuiſſe, ut merces meritorum, & virtutum ejus, foret ampliſſima dignitas, & ut, qui ſtudioſius virtuti operam dediſſet, etiam præ cæteris præmium ferret virtutis, eximios honores; illos enim conſuevit Rex gloriæ majoribus favoribus, & honorum titulis ornare, qui potiori virtute, & ſublimiori ſanctitate excellunt.

Geneſ. 37. v. 3.

Hugo Card. hic

6. Poſt celebrem illam, & adeò glorioſam Petri confeſſionem, propter quam ad ſummum Eccleſiæ principatum promoveri à Chriſto meruit, ait ſanctus Matthæus, Chriſtum dixiſſe, ſe daturum illi claves Regni cœlorum. *Tibi dabo claves regni cœlorum.* Ponderate illud, *Tibi*, integritatis, & candidæ ſinceritatis, quâ Chriſtus beneficia ſua diſtribuit, ſignificativum, & ſimul etiam declarativum rationis, ob quam illi tantum honoris gradum conferebat; verumtamen videtur hæc electio ſuas inſtantias admittere, quia procul dubio non deerant in collegio Apoſtolico alia ſuppoſita magis digna, aliique Apoſtoli magis meriti ſanguine illuſtriores, Chri-

Matth. 16. v. 19.

Digitized by Google

Christo consanguinitate conjunctiores, magis experti, & versati in materia regiminis, quibus supremum Pontificatum tribuere, & arduam Ecclesiæ suæ provinciam demandare potuisset, potiùs quàm rudi, ignaro, & humili piscatori, qui non nisi artem piscandi in lacu Galilææ didicerat? Glossa Ordinaria desideratam nobis suggerit responsionem: *Qui pra cæteris confessus est, pra cæteris donatur clavibus*: Vult dicere (loquens in persona Christi) licèt plures habeam discipulos, *Tibi*, trado Ecclesiam meam gubernandam, tibi piscatori, tibi ignobili sanguine nato, tibi, rudi & ignaro, tibi, in opinione hominum minimo Apostolorum: *Tibi dabo claves regni cælorum*, quia enim conditione inferior, actum tam heroicum confessionis fecisti, & clarissimum divinitatis meæ testimonium reddidisti, cæterosque in fervore tantæ fidei excessisti, ideò etiam illis anteponi promeruisti: *Tibi dabo claves regni cælorum*. Tu es successor, & Vicarius meus in terris? qui enim virtute fidei excelluit, dignus est, qui etiam reliquis præpositus summum occupet dignitatis locum.

Glossa ordin. hic.

7. Recordamini, ni fallor, mysticæ illius contentionis inter Ioseph, & patrem ejus Iacob, super benedictione, quam ille desiderabat dari à sene filiis suis Ephraim, & Manasse; delineans sacer Historicus modum, quo illam impertivit, observat, eum manus commutasse: *commutans manum*, id est, dexteram imponens capiti junioris, sinistram verò capiti senioris, quantumvis Ioseph seniorem ad dexteram, & juniorem ad sinistram collocaret. Ubi Vulgata legit, *commutans manus* suas, habet Lectio Hebraica: *Intelligere fecit manus suas*. Novus herclè modus loquendi, qui maximâ declaratione indiget: Unde Vatablus exponit illa verba *id est, scitè, & doctè posuit manus suas*. Vocat sacer Textus, inquit hic Interpres, commutationem manuũ Iacob, intelligentiam, quia hâc commutatione manus tam intelligentes, & doctæ evaserunt, ut in dandâ benedictione neutiquàm se affectui paterno accommodaverint, sed singulorum mysterio se conformârint: &, ut paucis dicam, in hâc distributione benedictionis, & favoris, nullius fuit habita ratio, nisi meritorum utriusque, neque perdidit Manasses, quia junior, neque Ephraim melior effectus, quia senior, sed ad solam excellentiam majorum vel minorum virtutum, & meritorum uniuscujusque animadversum fuit, hoc ita cælesti providentiâ disponente, ut manifestum constaret, quod in hâc consideratione prosequimur, id est, licitum esse parentibus, Dominis, & superioribus majori cohonestare præmio, & favore filios, servos, & subditos, qui, præalis, obsequio, observantiâ, & probitate morum excelluerint.

Genes. 48. v. 71.

Lect. Heb

Vatab. hic.

8. Sed heu! non hoc est, quod nunc in mundo exercetur. Testem advoco gentilem Senecam: *Aureum sæculum, quando honores meliori dabantur*. Nostrum verò lamentabile sæculum, ferreũ voco, in quo deterioribus, & minùs idoneis dignitates conferuntur. O utinam liceret libertate Christiana hanc doctrinam seriò Regibus, & Principibus hujus ævi prædicare, qui tantopere ea indigent! Valdè diligebat Patriarcha Isaac filium suum Esau, quocirca etiam omni conatu gestiebat cum ante Iacob benedictionis beneficio prævenire. *Et benedicat tibi anima mea, antequam moriar*. Admirantur sacri Interpretes vehementiam amoris erga filium, in quò tamẽ, licet seniore, ponea virtutis, & probitatis indicia, quæ in Iacob, experiebatur. Theodoretus accusat in hôc patrem alicujus singularis respectûs: *Auxit amorem occasionem, quòd officiosus erat patri; venatio enim illius ei erat in cibum*. Non rectè ordinabat Isaac amorem suum, diligendo potiùs Esau peccatorem, quàm Iacob procum, sanctum, & pium: Et causa in promptu est, quia non merita, & virtutes singulorum, sed proprium suum commodum considerabat, & perpendebat. Erat Esaũ venator dexterrimus, & maximus, qui adferebat patri perdicem, cuniculum, & omne genus ferarum, quæ patris palato placebant, & præsentia officia in oculis paternis cum omni favore, & honore dignum reddebant: *Quia venatio in ore ejus*, legit Pagninus. & Oleaster, studebat palato, & gustui patris satisfacere, & venatio erat in ore Isaac, ideò ne miremini ipsum esse gratum parenti. Habeatis, & vos offerenda, & danda, etiam si fueritis rustici ignari, & pessimo Esaũ deteriores, benedictionem vitæ, probo, & prudenti Iacob facillimè surripietis. Et utinam hoc pessimum foret! quia adeò hoc malum serpit in mundo, & sæculo præsenti, ut nedùm parentes particulares, sed etiam communes, & Reipublicæ, & Regnorum Gubernatores hoc vitio contaminentur.

Seneca Epist. 91.

Genes. 27. v. 4.

Theodor. quæst. 77.

Pagni. & Oleast.

9. Quibus propriissimè accomodari possunt verba illa Zachariæ: *Quercus Basan*, loquitur Propheta Principibus, & Rectoribus Israëlis. Et sic legit Paraphrastes Chaldæus: *Satrapæ Provinciarum*. Restat sciendum, quam proportionem,

Zacharia 11. v. 2.

Paraphr. Chald.

tionem, seu convenientiam habeant Principes, & Gubernatores Hebræorum, cum arboribus, quarum hîc meminit Propheta? Elegantissimè adnotavit sanctus Hieronymus: *Ergò quercus fructus aliquos fecerint, immundorum animalium sunt alimentum, & non hominum.* Absque dubio hæc metaphora est optimè fundata, estque appositissima comparatio; quia sicut fructus istarum arborum non est cibus hominum, sed brutorum, videlicet glandes, porcorum immundorum alimenta, ita etiam isti non pascunt homines, sed bestias, sicut notavit Philosophus Crates: *Similes in ficubus, quæ in altu, præruptisque nascuntur. è quibus homo fructum non accipit, sed corui tantùm, & milui.* Hoc est, non favent bonis, nec præmiant benè meritos, quinimò favent pejoribus discolis, & exaltant indignos, & viliores honore afficiunt, & incapaces beneficiis onerant! Hi sunt Patres, & Rectores Judæorum, vel, ut meliùs dicam, hi sunt Tyranni populi Israël, hostes boni communis, & virtutis destructores, quia certum est, nullum virtutis capessurum viam, ubi præmia defecerint. Solet enim præmium calcar esse virtutis, unde rectè Juvenalis.

Quo enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Et ad idem allusit Martialis.

Sint Mæcenates non dèrunt, Flacce, Marones.
Virgiliumq; tibi, vel tua rura dabunt.

Faxit misericors Deus, ne umquam hos imitentur, aut similes sint illis Reges, & principes Christiani, sed potiùs ii, penès quos potestas fuerit, faveant bonis, & abhorreant malos, ne hâc temporis tempestate valeat moneta, quæ in mundo solet esse usitata, ut nempe negligantur, & postponantur bene merentes, & viles, seu indigni digniora occupent loca, quod gemebundus deplorabat Boëtius:

Perversi residentque celso
Mores solio, sanctaq; calcant
Injustâ vice colla nocentes

Et clarius noster Lusitanus: *Ninguem ja tem pumas valia; que quem com mau razaon valer devia*, sed meliores augeantur donis, & plùs promeriti, in honore præferantur, & eximii virtutibus, favoribus cumulentur. Ponderabat Ascanius dictum sacræ Scripturæ, quòd Deus post creationem solis, lunæ, & stellarum, ad dividendum diem à nocte, &, ut secundùm cursum illorum distinguerentur dies, menses, & anni, eas posuerit in cœlo, ut ibi lucerent, & curiosè indagat rationem, cur Deus eos in firmamento collocaverit? *Posuit eas in firmamento.* Nonne poterant manere viciniores terræ? quare igitur voluit Deus, eas esse à nobis tam distantes, & elongatas? Notare responsum authore suo dignum: *Antistibus Regibus, & Imperatoribus maximum statuit hôc loco documentum, ut ediscant excelsos, sublimioresque viros, in excelsis, sublimioribusq; dignitatibus collocare.* Desideratis scire, cur Deus tam nobiles creaturas in tam sublimi statuerit loco? ut essent documento omnibus superioribus, & ex iis edocerentur, præstantiores meritis, excellentioribus præmiis exornare. Et addit præfatus Doctor: *Prognosticum funerum, & exitiale est, quando ignita impressiones, faciesque æthereæ, volantes adinstar stellæ ad superna efferuntur, ut sunt cometæ. At certè indicium quoque est cladis humanæ maximè pertimescum, cùm in Ecclesia sancta Dei, sola carnis, vel mundi dumtaxat habita ratione, non digni, neque idonei ad purpuram, ad mitras, cæteraque eminentiores dignitates efferuntur.* Verba hæc adeò clara sunt, ut nullâ prorsus egeant expositione, sicuti enim funesta sunt omina cometæ in cœlis, quia exhalationes, & vapores terreni ascendunt, & commorantur in cœlis quasi stellæ, ita etiam præsagiũ gravissimorum malorum est in Ecclesiâ, quando vel Magnates indigni, vel consanguinei inidonei ad præcipuas evehuntur dignitates Ecclesiæ Dei, & nulla meritorum ratio habetur.

S. Hieron hic.

Genes. 1. v. 17.

Ascanius in Glossa.

Crates apud Lipsium lib. 4. polit. c. 11.

Martialis.

Boëtius metro. 5. lib. 1.

Camoes. cant. 6.

II.

Hæc, meâ quidem sententiâ, ratio fuit, quarè sanctus Lucas enarraturus Incarnationem Verbi divini in utero purissimæ virginis, tam exactè singulas ejus dotes, virtutes, & merita recensuerit, quæ in eâ catervatim concurrerunt, eamque ad dignitatem Maternitatis Dei, ceu aptissimam, sublimârunt. Si enim nobilitas sanguinis requiratur; ex regio stemmate est oriunda: *De domo David.* Si puritas virginalis sit necessaria, est per excellentiam virgo: *Ad Virginem.* Si clausura, & recollectio exigatur: *Ingressus Angelus ad eã.* Si sanctitas, & gratia divina postuletur, est plena illâ: *Ave gratia plena.* Si securitas, eam nunquam perdendi desideretur, Dominus, & Author gratiæ illi assistebat: *Dominus tecum.* Si velitis eam amabilem, & cunctis gratam, erat inter cæteras benedicta: *Benedicta tu in mulieribus.* Si oporteat eam esse pudicam, verecundam, & modestam: *Quæ*

Luc. 1. v. 27. & seq.

Digitized by Google

cum audiſſet, turbata eſt in ſermone. Si virginalis pudicitiæ zelus, & cuſtodia debeat adeſſe, adeò zelata eſt virginitatem, ut etiam cum aliquo ejus detrimento noluiſſet eſſe Mater Dei: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.* Si baſis omnium virtutum humilitas decet Matrem Dei: *Ecce, ancilla Domini.* Tandem ſi perfectâ opus eſt obedientiâ: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et, ut coronidem imponam, conſtituit eam Deus receptaculum, & theſaurum omnium virtutum, & abyſſum omnium gratiarum, habuitque gratiam *prærogativæ*, & fuit ſuperior omnibus ſanctis, & nobilitate ſanctitatis Angelicos ſpiritus longè ſuperavit: *Ave gratia plena.* Et hoc maximè decet fuit, ut omnibus præferretur, & excelleret omni honore, quæ totius ſanctiſſimæ Trinitatis erat futura ſacrarium. Spiritûs ſancti quidem: *Spiritus ſanctus ſuper veniet in te.* Patris autem: *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Filii denique: *Ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Rogemus igitur illam gratiâ plenam, ut nobis impetret perſeverantiam in illâ, quatenus cum ipsâ mereamur participes fieri in glorià. Ad quam &c.

AMEN.

TRACTATUS IX.

IN FESTO PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundùm legem Moyſi tulerunt Ieſum in Ieruſalem, &c. Lucæ 2. cap.

QUamvis præſens Feſtum appelletur Purificationis Beatæ Virginis, eſt tamen etiam Præſentationis, ſeu oblationis filii ejus; & hæc duo myſteria celebrat hodiè ſancta Mater Eccleſia, Purificationis quidem Beatiſſimæ Virginis quadrageſimo die à partu ſecundum legem Moyſi, & præſentationis parvuli Ieſuli, quem mater hoc die ſimul obtulit, ut faceret ſecundùm, quod alia lex à Moyſe præſcripta recitabat. Totum itaque Evangelium eò collimat, ut duas illas leges, & cæremonias veteres declaret, & ſimul nobis proponat exactam obedientiam, quâ Ieſus, & Maria Mater ejus, eas ſedulò obſervârunt. Prima lex erat, ut mulieres, quæ maſculum pepererant, quadraginta diebus eſſent immundæ, & tamquàm irregulares, toto illo tempore Templum ingredi non poſſent. Secunda erat, ut deferrent ſecum ad Templum, agnum, & columbam, vel duas turtures, & duos pullos columbarum, maximè ſi egeni eſſent, & pauperes. Quorum una pars, juxtà S. Patres, & Scripturam, offerebatur Deo in holocauſtum, & tota comburebatur coram Deo, & altera pars conſecrabatur in ſacrificium pro peccato, quô pacto ipſi ſacrificantes Mater & filius ſe peccatores coram Deo profitebantur. Obſervantia harum legum tantò fuit myſteriis plenior, quantò minùs rationi conſonum erat, ut eas Mater, & filius adimplerent, quia ſi filius erat impeccabilis per naturam, Mater erat innocens per gratiam, in quâ fuit

Digitized by Google

confirmata; & si Filius ex lex, & immunis erat, etiam Virgo eodem privilegio gaudebat, quia ambobus favet, & ambos eximit à lege clausula illa: *Mulier si susceperit semine peperit*, quæ conformiter ad doctrinam Sanctorum Patrum solas matres viâ, & modo communi patientes, & naturali ordine concipientes complectitur, & solos filios naturali modo nascituros comprehendit; unde Mater, & Filius exempti erant à lege. Offert, & suggerit nobis præsens Evangelium copiam, & materiam moribus accommodandam, &c. *Ave Maria.*

Postquàm impleti sunt dies purgationis ejus.

CONSIDERATIO I.

Venit ad templum sacratissima Virgo, ut purificet non personam, sed famam suam, quia curam habuit & sui boni nominis, & nobis præbendi exemplum, quo nos instrueret, & edoceret, non esse satis, quòd simus justi coram Deo; talis siquidem debet esse vita nostra, & tam bonus odor famæ, & nominis nostri, ut omnibus ædificationis præbeat materiam, & exemplum.

Ex

SAnctus Paulus scribens Thessalonicensibus, inter cætera, eaque Salutaria documenta, & consilia, quæ eis commendat, ut tutiori modo salutis negotium peragere valeant, hoc fuit: *Ab omni specie mala abstinete.* O Discipuli mei charissimi, velut Pater vos amans, & velut Magister, qui profectum vestrum in virtute, & sanctitate exoptat, hortor, & seriò vos admoneo, ut fugiatis omne id, quod speciem mali habet: ita equidem legit Oecumenius cum aliis: *Ab omni specie mali.* Et Angelicus noster Doctor sanctus Thomas: *Dicit speciem, quia etiam, quæ habent similitudinem malitiæ, vitare debemus, quæ scilicet non possumus servare coram hominibus absque scandalo eorum.* Notate, inquit Sanctus, quòd sanctus Apostolus non moneat, ut abstineant à malo, & peccato, sed ut evitent omne illud, quod licèt verè sit malum, nihilominùs tale apparet, & ut peccatum judicari, seu æstimari potest. Pari modo commentatur eadem verba S. Clemens Romanus: *Fuge malum, & quidquid speciem, & similitudinem mali habet.* Quasi clariùs diceret: Duplici debito obstringimur omnes Christiani, & binâ obligatione omnes filii Ecclesiæ devincimur, ut videlicet Deo interiùs, & mundo exterius satisfaciamus, & tam arcto vinculo hæc duo inter sese colligantur propter mutuam dependentiam unius ab altero, ut contingere possit, hominem Christianum optimè Deo internè in animâ suâ satisfacere, & tamen propter externum agendi modum, æternum damnari, eò quòd, internum, mundo non innotescat per externas operationes, & hoc est, quod Doctor gentium tam studiosè commendans; dicit: *Ab omni specie mala abstinete vos.* Non sufficit, ut verè sitis boni, & justi, sed opus est, ut etiam tales appareatis. Hac doctrinâ breviter enucleatâ, liquidò constat, & facilè intelligitur mysterium præsentis solemnitatis, quâ Ecclesia Catholica celebrat Purificationem Dominæ nostræ, & præsentationem dilectissimi filii ejus in templo, ad obtemperandum legibus, quas Deus per Moysen populo suo statuerat; cùm tamen Mater, & Filius legi nequaquàm essent obnoxii, ut clarè ex sacro Textu liquet, Filius quidem, ut diximus, ratione divinitatis exemptus erat, neque pari modo cum cæteris filiis conceptus, aut natus fuerat, Mater verò liberata erat à lege, utpote, quæ absque læsione, & detrimento virginalis castitatis eum pepererat, manens virgo semper intacta, præter ordinem cæterarum parturientium. Purificatur igitur Mater, & præsentatur Filius, ut suo nos exemplo instruant, ne solùm fugiamus malum, sed etiam omne id, quod similitudinem malitiæ habere videtur. Exempta erat purissima Virgo ab obligatione legis, impletis tamen quadraginta diebus purgationis suæ, voluit templum adire ad se purificandum, quæ ipsis stellis purior erat, non ut purificaret personam, sed famam suam, vel, ut explicatiùs loquar cum Clichtoveo, voluit purificari: *Ne scandalum proximis inferret, qui ignorantes mysterium virginalis ejus partûs, reputassent eam legis prævaricatricem, si non observasset ritum Purificationis.* Obviavit suspicioni hominum, ne se legis prævaricatricem temerè judicarent. O quàm insignè documentum cunctis Chri-

Thess. 5. v. 22.

Oecumen. hic: D. Thom. hic.

D. Clem. lib. 2. constitut. Apostol.

Clichtov. in hunc loc.

Digitized by Google

Christianis apprimè necessarium! non enim sufficit solas animas purificare, sed etiã famam mundam, & puram servari necesse est.

2. Premens doctissimus Abulensis ingenij sui acumine mysticam illam luctam Iacobi cum Angelo, curiosè observat, quòd postquam totâ nocte consertis brachijs strenuè colluctati fuissent, jam illucescente aurorâ, Angelus rogaverat Iacob: *Demitte me.* Cui replicavit Iacob: *Non dimittam te nisi priùs benedixeris mihi.* Ac si dixisset, inquit Ambulensis: *Ostende me benedictum*, id est, Angele bone, tuere honorem meum, vindica injuriam famæ meæ, quia injustè mihi mundus detrahit, manifesta mundo innocentiam meam, & quòd Dei, & cœlesti providentiâ tot sim bonis temporalibus affatim ditatus, & auctus, hoc enim in phrasi sacræ Scripturæ benedictio sonat. Desiderabat igitur Iacob, ut Angelus cunctis notum faceret, se cum bonâ, & tutâ scientiâ præripuisse benedictionem fratri suo Esau, de quo quispiam sinistrè tamquàm furtivè benedictionem intercepisset, suspicari, & præsumere poterat. Nonnè satis erat Iacobo, se justo titulo, scilicet, ex divinâ voluntate eam possidere? Minime gentium. Quia titulus ille solam conscientiam ejus purificabat, Iacob verò hâc nequaquam contentus, etiam famam suam purificatam optabat, & nomen bonum in hominum opinione cupiebat. Hoc sonant: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, ostende me benedictum.*

Gen. 31. v. 26.

Abulens. hic.

3. Combinat sanctus Isidorus Pelusiota duo loca sacræ Scripturæ, unum ex veteri, & alterum ex novo Testamento, quæ primo intuitu nonnullam videntur involvere contradictionem. De Pharisæo illo, qui cum Publicano ascendit in templum ad orandum, dixit Salvator noster per sanctum Lucam, quòd Encomiasticam suarum virtutum litaniam contexuerit, totque in propriam laudem effutiverit, ut adhuc nondùm finem dicendi fecerit: *Deus gratias ago tibi, quia non sum, sicut cæteri hominum, raptores, injusti adulteri, velut etiam hic Publicanus.* Quasi verbulo dixisset; sum cæteris melior, & omnium optimus, cæteri omnes peccatores, & ego solus bonus. Et quid inde lucri reportavit, Christus sententiam protulit, & ille condẽnationẽ sibi accersivit. Accipite nũc sanctum Iobum, qui pari formâ, & tenore videtur loqui de se ipso. Audite qualem panegyricam orationem, suarum virtutum, bonorum operum, & laudum suarum declamet: *Justicia indutus sum, & vestivi me, sicut vestimento, & diademate, judicio meo, oculus fui cæco, pes claudo, pater eram pauperum.* Ab ineunte ætate, & à puero sanctitatem colui, & vestivi me justitiâ, &, ut compendio dicam, fui omnibus, omnia factus. Hoc sonat: *Oculus fui cæco* &c, & nihilominùs Spiritus sanctus eum justificatum pronuntiat: Qui hoc ita fieri potest? inquit sanctus Isidorus, ut, ibi Iob salutem consequitur, ubi Pharisæus illam miserè perdat? & damnetur Pharisæus, ubi Iob salvatur? Mysterium profectò maximum! Pharisæum perdidit arrogantia verborum, Iob verò, qui in suis magis excessit, & plura de se præclara gesta evulgavit, quàm Pharisæus, illis verbis honoratior evasit, respondet sanctus Isidorus: *Pharisæus ille, quia nemine concitante, & stimulante magnifica de se prædicabat, altiusque quàm universus terrarum orbus de se sentiebat, meritò in Dei offensionem incidit, siquidem superbiæ morbo laborabat; at qui in gloria, & splendore est virtutes suas occultat, cùm autem maledictis incessitur, ut allatas criminationes propulsat, easdem commemorando (quemadmodùm clarus ille, atque omni laude præstantior Iobus fecit) ab omni culpa remotus est.* Pharisæus nullâ causâ impellente jactabũdus talia de se prædicabat, qualia numquàm in mentem alicujus venerant de ipso, ac proindè offendens Deum peccato superbiæ, interiit, & periit; sed justus, & bonæ famæ, & nominis, occultat virtutes suas, nisi injustè ab aliis verbis ignominiosis lacessatur & honor eius, seu fama lædatur; tunc enim exponit vitam suam mundo, ut hoc pacto injuriam propulset, & hostium linguas refellat, qui eius famam commaculare, & viperinis scommatibus ejus æstimationem labefactare contendunt, quemadmodùm generosè fecit sanctissimus virorum Iob, nullam inde contrahens labem peccati, quinimò magnam inde sibi concilians opinionem, & meritum, ita ut Pharisæus propter vanam, & insolentem superbiam incurrerit damnationis sententiam, & Iob propter zelum boni nominis sui, & purificationem famæ suæ, honorem, & gloriam sibi promeruerit. Et forsitan peccasset, quia obligabatur, sicut nos omnes, habere curam boni nominis, & famæ suæ, quia, ut docet sanctus

Luc. 18. v. 11.

S. Isidor. Pelus. lib. 3. Ep. 278.

Paulus, non sufficit in mundo solam conscientiam habere rectam & justam ; de solis enim exterioribus judicat Ecclesia.

4. *Cant.* 1. v. 16. *hoc. hujus.* Ponderate verba illa Canticorum, quia sunt considerationè digna : ***Tigna domorum nostrorum cedrina, laquearia nostra cypressina***, ait Sponsa ad Sponsum suum. Propiemori intelligentiâ supponendum est cum sacris Interpretibus, Spiritum sanctum hic per os Sponsæ loqui de dotibus, gratiis, & virtutibus, quibus anima sancta exornari, & condecorari debeat, ut divino Sponso grata placeat ; idque similitudine ædificii declaratur, in quo omnia ligna tam interiora, quàm exteriora ex hâc duplici lignorum specie constant, quòd hæc sint, inter ligna, pretiosissima, & pluris æstimentur; quia non solum laquearia, & apparatus exterior, sunt ex cypariſſo incorruptibili, & odoriferâ, sed etiam tigna, seu trabes laquearia sustentantes interiùs sunt cedrinæ, & eisdem gaudent conditionibus: ambabus enim his arboribus, teste nostro Soromajor, ex Plinio, natura similes indidit proprietates. Dicit ergò hic divus Gregorius Nyssenus : ***Danda igitur opera est, ut exemplo Sponsæ ea præstemus, quæ tum coram Deo, tum coram hominibus præclara sunt.*** Vult, ut juxtà normam Sponsæ vitam nostram componamus, utque mores nostri, nedum hominibus, sed etiam Deo placeant, quia non sat est esse verè bonos, sed etiam necesse est, ut proximum ædificent. Hoc indicare voluit Sponsa, dicens, ligna domûs suæ esse incorruptibiha, & odorem spirantia, quia anima, Sponsa Dei, non solùm debet esse immunis à corruptione culpæ, sed etiam debet esse boni nominis, & famæ fragrans odore. Aliud exemplum suggerunt nobis verba illa Sponsæ, quòd non sola tigna, quæ sustentant laquearia erant ex materiâ incorruptibili, & odoriferâ, & non sola interiora quæ non videbantur, & occultabantur, sed etiam exteriora, omnium oculis patentia, eisdem gaudebant perfectionibus; ad insinuandum nobis, quòd in ædificio spirituali animarum nostrarum etiam interiora, & exteriora debeant maximè esse conformia, ut si simus boni coram Deo, etiam omni conatu studeamus similes apparere coram hominibus, & pro viribus laborare, ne bona fama, seu nomen bonum exteriori deformitate in nobis obtenebretur. Hoc est habere domum constructam ex Cedro, & Cypariſſo: ***Tigna domorum nostrarum Cedrina, laquearia nostra cypressina.***

Soromaj. hic D. Greg. Nyss. cit. apud Soromaj.

Res notissima est in sacris Litteris, duos illos conjuges Tobiam, & Annam non minùs fuisse pauperes, quàm sanctos: ideoque labore manuum victitabant, neque plùs, quam facultates permitterent, consumebant. Accidit quadam occasione, ut Anna hædum, seu agnum vivum coemisset, quem & domi suæ alebat, fortuitò audivit maritus ejus hædum balantem, & accersivit uxorem suam, dixitque ei: ***Videte, ne fortè furtivus sit.*** Egerrimè hoc tulit Anna, graviterque offensa maximam reputavit sibi allatam injuriam à marito, qui, post tot annorum probam conversationem, ei videbatur diffidere, & ut verbo dicam, non parum exasperata, de marito conquesta dolebat. Nihilominùs tamen Doctissimus Lyra censet, Tobiam non excessisse modum correctionis, neque ullâ injuriâ affecisse uxorem, eo quod inter gentem furtis deditam commoraretur, & in terrâ, ubi plurimæ fiebant rapinæ, & depræ- dationes; & quia furto ablata viliori solent pretio divendi, poterat contigisse, ut ipsa, nacta similem occasionem, à prædone viliori pretio emisset, maximè, quod illa egena, & pauper, hujus pretii aliam arripuisset. Itaque advertendum est, illum non affirmasse, quod esset alienus, seu furto conquisitus, ***sed videte, ne fortè sit furtivus***. Quòd facile accidere poterat: ***Pauper erat, propter quod erbaria non consueverat habere in domo sua.*** Erat Tobias pauper, & mensa ejus frugalis, facultatibus ejus conformis, non solebat hœdis, aut cupedis deliciorib. vesci, neque splendidis ferculis satiari, quia si tam opiparum prandium habuisset, jam mensa ejus, non pauperis, sed divitis, & opulenti fuisset, & pauper, qui deliciosè, ut dives, epulatur, occasionem præbet suspicandi, quòd mensa ejus ex prædis, & furtis sternatur, & impleatur. Dicit igitur Tobias, non permittat Deus, ut de me dicatur, quod ex furtis, & alienis victitem: ***Videte, ne fortè furtivus sit.*** Et si conscientia eum non accusat, ut quid innocens timet? Dicteria hominum metuebat. Usque modo, ait bonus Senex, dignatus est Deus conservare nostram bonam famam, & hactenùs homines bonam de nobis opinionem conceperunt, ne igitur demus occasionem aliis sinistrè de nobis suspicandi, si hœdus est furtivus, jam bona fama exulat è domo nostrâ, neque soli Deo debitores

5. *Tob.* 2.

Lyra hic.

Digitized by Google

bitores sumus, sed etiam mundo, neque sufficit purificare personas nostras, sed etiam oportet nos famam servare illæsam.

6. Cant. 5. v. 14. Ad hoc propositum enucleat Guilielmus Abbas verba illa Sponsæ in Canticis: *Manus ejus tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.* Scio quidem, illa laudes esse, quibus Sponsa collaudat manus Sponsi divini: & sensus litteralis horum verborum, notante nostro Sotomajor, est laus manuum à blanditiis, & suavitate quasi tornatiles, variis annulis ornatæ, cujus lapides inserti erant hyacinthi, cærulei coloris. Intentum igitur Sponsæ fuit declarare, quòd Sponsus ejus erat totus cæruleus, & cælestis, non solùm in interiori, sed etiam in exteriori, inquit Guilielmus Abbas, ex quibus infert, qualia debeant esse opera Christiani hominis in manibus Sponsi adumbrata: *Manus debent esse aureæ, hoc est, apud Dominum auro charitatis præfulgidæ, debent esse plenæ hyacinthis, id est detenti, & quasi gemmeâ quadam actionis specie, etiam fortè colorata; Duo enim sunt, quæ actionem commendant, animus agentis, & exterior species actionis.* Non satis est, ut opera nostra placeant Deo, quòd in charitate fundentur per aurum significatâ, & quòd bona sit intentio, quâ fiunt, sed etiam exterior species eorum debet esse bona. Hæc duo simul exiguntur, ut sint rectè facta, neque unum absque alio quidquam prodest: *Bona intentio commendat opus apud Deum, honesta operis superficies commendat illud apud homines; quando nihil est à puritate charitatis alienum in radice actionis, & nihil indecens in superficie actionis, tunc manus non est tantùm aurea, sed etiam plena hyacinthis cærulei coloris, quia tunc innotescit hominibus, talium conversationem esse in cælis, & in eorum operibus sic glorificatur Pater cælestis.* Hæc verba Abbatis clarissima sunt, ac nullâ prorsus egent expositione, sed ad normam eorum vita nostra instituenda, & mores nostri componendi sunt. Ad hoc admiti debet quilibet Christianus, quod etiam Christus nobis seriò commendatum reliquit.

Sotomaj. hic. Guiliel. Ab. apud Martin. Delrio hic.

7. Levit. 21. v. 7. Lex habetur in Levitico sacerdotibus statuta: *Scortum, & vilè prostibulum non nubet uxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito.* Interrogant sacri Interpretes, quarè non permittatur Sacerdos contrahere matrimonium cum muliere repudiatâ, sed eodem modo ei prohibetur, sicuti cum scorto, & meretrice? Nonnè noverat Deus facilitatem, quâ aliqui viri dimittunt uxores suas, & ob leviſſimam causam eas nauseant, & repudiant, ut nequidem eas videre, aut aspicere dignentur? Nonnè perspectas sibi habebat tricas, & nugas, quas aliqui excogitant, & stratagemata, quæ aliqui adinveniunt, ut saltem sibi apparente fuco, & specie mali eas repudiare valeant? Omnia probè noverat Deus, sed voluit consulere honori, & dignitati sacerdotali, inquit Procopius. *Non enim sacerdotis est, ut fugiat manifesta mala, ut scortationem, sed detinet illa mala, quæ famam nostram fugillant: siquidem suspecta est, mulier repudiata.* Sacerdos, qui ex officio suo dedicatus est Dei ministerio, nedum cognita mala, quale est mulier publica, sed etiam mala apparentia evitare debet, quæ bonam famam offuscant, vel obnubilant, & licèt mulier repudiata quandoque sit bona, habet tamen nescio quid mali, eò quod sit repudiata, & militat contra eam præsumptio, ideò non consentit Deus, ut Sacerdos similem ducat uxorem, & si duxerit illam, manebit in domo suâ absque ullâ famâ, seu æstimatione: *Siquidem suspecta est, mulier repudiata.* Et ne existimetis, legem illam solos Sacerdotes comprehendere, dico vobis, quòd etiam omnes, & singulos obliget, quoad hoc enim omnes Christiani eodem obligationis vinculo constringuntur, juxtà illud dictum Apostolorum Principis: *Vos autem regale Sacerdotium, gens sancta.* Et, ut tales, omnes debent adniti, ut odore bonæ famæ sint grati hominibus, &, in opinione mundi, magni æstimentur. In hoc quippe perfectio virtutis consistit, ut eleganter cecinit quondam gentilis Poeta:

Procop. hic. 1. Petr. 2. v. 9. Ovid. lib. 7. metamorph 2. 8.

Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ.

In capitulo secundo suæ Canonicæ agit Apostolorum primus de S. Loth, & extollens ejus virtutes, asserit eum fuisse justum: *Aspectu, & auditu.* hoc est, in visu, & auditu quod explicat Angelicus præceptor hoc modo: *Vel alieno: quia nihil injustum in eo videbatur*, non loquebatur sanctus Petrus solùm de auditu, aut oculis propriis, sed de alienis, quia esse verè justum, non consistit in hoc, quòd sit talis coram Deo, sed ut etiam talis hominibus appareat. Et Ratio est manifesta, quia bona conscientia nobis solis servit, bona verò fama etiam aliis prodest ad ædificationem; & ideircò non sufficit, ut vita sit proba, & virtutis studiosa, nisi etiam comitem habuerit bonam famam,

2. Petr. 2. v. 8. D. Thom. hic.

& æstimationem. Utrumque habebat sanctus Loth, *Aspectu enim, & auditu justus erat.* Valdè notandæ sunt regulæ bene vivendi, quas sanctus Paulus omnibus Christianis præscribebat in epistolà ad Titum: *Sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc sæculo,* id est, quilibet Christianus, ut suæ obligationis debito satisfaciat, omnes tres conditiones ad amussim, & exactissimè observare debet. At quæro, nonnè sufficiet ad perfectionem, ut quispiam vel sobriè, vel justè, vel piè vivat? Nonnè poterant verba illa disiunctivè legi? Non. Ergone necessariò copulativè sunt enuntianda? Maximè, inquit Angelicus Doctor, quia ex illis tribus collectivè sumptis perfectus cõponitur Christianus. *Ostendit, quid boni faciamus:* Et hoc quonam modo est capiendum? *Sobriè quantùm ad te, justè, ad proximum, piè ad Deum,* id est, quoad te, conformiter rectæ rationi, & passiones refrenando, easque regulæ, & dictamini rationis subjiciendo, *sobriè,* quantùm ad te, quoad proximum verò *justè,* id est, nihil operando, quod ei occasionem scandali præbeat, sed potiùs, quod eum ædificet, quodque, tamquàm laude dignum, approbare possit. *Piè,* tandem *ad Deum,* id est, exercendo opera sancta, & religiosa, & exactissimè ejus mandata legis observando. Ad hoc nos hortatur sanctus Paulus, ut sobriè ergà nos, justè ergà proximum, & piè ergà Deum vivamus, & totis viribus conemur bonum nomen acquirere, & famam bonam conservare.

Ad Tit. 2. v. 12.

9. Quemadmodùm egit sanctus senex Simeon, quem sanctus Lucas narrat, fuisse justum, & timoratum: *justus, & timoratus.* Ubi eruditè Stella: *Itaque fuit justus ergà proximum, & timoratus ergà Deum, per timorem divertit à malo, & per justitiam fecit bonum.* Hæc faciendo, ædificavit proximum, & mala evitando, placuit Deo; eademque nos facere debemus, sicuti hodiè Regina Angelorum exemplo suo nos docuit, præsentans in templo, & semetipsam, & Filium suum, non ut personam, sed famam suam purificaret; quô demum nos instrueret, quod non satis sit vivere sobriè quoad nos, & piè ergà Deum, sed insuper requiri, ut justè ergà proximum agamus, quatenùs fit odor bonæ famæ, & nominis redoleat, & sit cunctis ædificationis materies.

Luc. 2. v. 25.

Stella hic

* * *

Postquàm impleti sunt dies purgationis &c.

CONSIDERATIO II.

Purificatur sanctissima Virgo ipsis Angelicis spiritibus mundior, & purior, ut suo exemplo nos edoceat, quòd etiam maxima perfectio coram Deo, sit imperfecta, & immunda, ut quòd toto tempore, quò in hac lacrymarum valle vitam ducimus, etiam perfectissimi quique semper habeant aliquid emendandum in vita sua, & aliquid in moribus, seu operibus suis purificandum.

1. Prima pars considerationis.

MAgnum Ecclesiæ lumen sanctus Augustinus de hâc materiâ differens, ita ad Orosium scribit: *Sancti, cujus participatione justi sunt, ejus comparatione nec justi sunt.* Loquitur de Deo, qui summa bonitas est, aitque sanctos qui ab illo sanctitatem participant, in comparatione ejus nec sanctos esse, nec apparere. Fundatur autem hæc doctrina in testimonio quodam sancti Pauli, ubi creaturas speculum nuncupat: *Ambulamus per speculum,* & vult dicere, quòd si comparaverimus nosmetipsos cum creaturis, comperiemus, nos esse majores, quam simus, & justos, secùs verò, si nosmetipsos in Deo consideraverimus, ipse enim est *Speculum sine macula,* ac proindè, quò magis ad eum appropinquaverimus, nos minores apparebimus, & minùs de nobis cogitabimus, & solus ipse nobis vilitatem & abjectionem nostram manifestabit, ut agnoscamus tandem aliquando vanam, & inanem præsumptionem nostram. Comparo ego creaturas speculo chalybico, seu ex terso chalybe composito, Deum verò speculo crystallino, illud numquàm refert faciem paris magnitudinis, sed semper majorem repræsentat, tales sunt creaturæ: *Ambulamus per speculum.* Crystallinum verò æquam magnitudinem refert, & exhibet, hoc sonat: *Speculum sine maculâ.* Et quia in hôc sensu sese considerant sancti, non reputant se justos, sed imperfectos. Hoc sonant verba S. Augustini: *Sancti, cujus participatione justi*

D. Aug. apud Pineda in cap. 4. Iob. v. 16. n. 2.

1. Corint. v. Sap. 7. v. 12.

justi sunt, ejus comparatione &c.

2. Optimam hujus veritatis confirmationem habemus in mysticâ illâ visione Isaiæ, in quâ apparuit illi Deus sedens in throno sublimi, & excelso: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum* &c. *& ea, quæ sub ipso erant, replebant templum.* Et subjungit Evangelicus Vates, quod Seraphim faciem, & caput eius duabus alis obtegebant, & aliis duabus pedes velabant, aliis verò duabus volabant: *Sex alæ uni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Vbi vulgata nostra legit: *Duabus velabant faciem eius,* transferunt doctissimi magistri nostri Forerius, Pagninus, & Oleaster ex Hebræo: *Velabant faciem suam*, fateor quidem in rigore loquendo, omnia in idem coincidere, velantes enim Seraphim alis suis faciem Dei, consequenter etiam faciem suam velabant, eâdem siquidem actione utrumque præstabant. Verùm enucleando hunc locum in sensu mystico, non parvum deprehendo mysterium, in eô, quòd Seraphim stantes coram Deo cooperiant facies suas, oppositum enim videbatur faciendum, ad clariùs, etiam linceis oculis Deum contemplandum, & beatificâ illius visione fruendum. Quid ergo? Videntes Angeli Deum gloriâ & majestate circumdatum, considerabant infinitas ejus perfectiones, & avertentes oculos suos à Deo, eosque supra se reflectentes, animadverterunt se coràm eô adeò imperfectos, & inferiores, ut confusi deinceps coram eô apparere, seu videri non præsumpserint. In horum symbolo etiam perfectissimi Sancti adumbrati, non comparent coram præsentiâ Dei, existimantes se indignos, qui à Deo videantur; ideoque, præ confusione attoniti, seipsos abscondunt. Hoc videntur insinuare verba Galfridi super hunc locum: *Quòd si aliter faciem velare intelliguntur, quasi ne videant timor, & pudor possunt non convenienter intelligi, metuunt enim, & erubescunt ad vultum gloriæ magni Dei.*

Isai. 6. v. 1.

Forer. Pagnin. Oleast. hic.

Galfrid. apud Scherleg. antiloquio 2. in Cant. sect. 7.

3. Simile quid contigit Prophetæ Eliæ: videnti ventum fortem, & validum, qui evellebat lapides, & petras confringebat: *Et non in spiritu Dominus*, neque in hôc vehementissimo flatu apparebat Dominus, dein audivit turbinem horrendum: *Et non in commotione Dominus*, neque adhuc Dominus veniebat. *Et post commotionem ignis, & non in igne Dominus*, nondum se Dominus ostendebat: *Et post ignem sibilus auræ tenuis*, & ecce, iam Dominus apparebat. Àdditque facer Textus: *Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio.* Propter reverentiam operuit Elias faciem suam. *Et ecce vox ad eum* &c. Ponderat sanctus Gregorius, Eliam, Deo pertranseunte faciem suam abscondisse, asseveratque, id Prophetam non ob solam reverentiam divinæ majestatis fecisse, sed etiam propter vilitatis, & humilitatis suæ agnitionem. Benè in divinâ Scripturâ subditur: *Cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio* &c. *vultum suum Propheta pallio operuit, quia, in ipsâ subtilissimâ contemplatione veritatis, quantâ ignorantiâ homo contegatur, agnovit.* Ac si diceret S. Pontifex: Rectè egit Elias, quia quantò quis viciniùs ad Deum accesserit, tantò magis sibi ipsi displicebit, quia lux, quam divina præsentia ei communicat, vilitatem, & scientiæ eius inopiam detegit, & manifestat; hic enim est visionis divinæ effectus, ejusque vicinitas solet in perfectissimis Dei amicis maximam propriæ vilitatis, & abjectionis cognitionem causare, & producere, ut, quales sint, agnoscant.

3 Reg. 19. v. 11. & segq.

D. Greg. Magn. lib. 5. Moral. cap. 26.

4. Magnus Evangelista in suâ Apocalypsi fatetur, se Deum in mirabili formâ conspexisse inter septem candelabra, seu faces ardentes, & insigni vestitu circumamictum, & cinctum zonâ aureâ: *Vestitum podere*, vel, ut transferunt Septuaginta: *Ad pedes usque demissam, & præcinctum ad mamillas zona aurea*, oculos ejus quasi ignem spirantes: *Oculi eius, tamquam flamma ignis*, & in manu ejus sceptrum stellatum. *Habebat in manu stellas septem*, in ore ejus gladium ancipitem: *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus*, audivitque vocem, quasi furentem tempestatem; *vox illius, tamquàm vox aquarum multarum*, & tandem pedes ejus, quasi igne ardentes: *Similes aurichalco.* Et protinùs, ut eum vidit, cecidit exanimis ante pedes ejus: *tamquàm mortuus.* Ratio litteralis hujus deliquii, & exanimationis in Ioanne, fuit nimia lux, quæ eum obcæcavit, & terror tantæ majestatis, quæ eum attònitum reddidit, ait Commendator Lusitanus: *Germana igitur, & literalis ratio, cur Ioannes pene exanimatus, & instar mortui concidit, ea est, quia eximiam viri illius majestatem, splendoremque ferre non potuit.* Verùm alia mihi mystica Hugonis de S. Victore occurrit quæ firmissima est

Apoc. 1. v. 13. Septuag. apud Vieg. hic.

Viegas hic sect. 71.

Digitized by Google

est nostri instituti probatio: *Mens humana*, inquit Hugo, *quantò perfectiùs invisibilia cognoscit, tantò amplius ipsa sibi vilescit, & quantò sublimiùs creatoris potentiam contemplatur, tantò magis ad semetipsum humiliatur.* Ideò igitur amantissimus Christi Discipulus coram divinâ majestate Deique omnipotentiâ, quæ ei in visione illâ fuerunt revelata, & exhibita, cecidit ad pedes ejus exanimis, quasi mortuus, existimans etiam locum illum abjectissimum, esse nimis sublimem, propter demerita, & vilitatem suam, quam ipse jam penitùs considerabat; quia coram præsentiâ Dei etiam mundissima virtus, mille patitur defectus, & maculas, & maxima innocentia, culpæ obnoxia reperitur. Hoc indicat deliquium animi in Ioanne: *Cecidi ad pedes, tamquàm mortuus.*

Hugo cit. Viet.

Iob. 42. v. 5.

D. Greg. lib. 35. moral. cap. 2.

5. Duo quondam protulit verba patientissimus Iob, loquens Deo, quæ nobis juxtà explicationem sancti Gregorii, insignem considerationis nostræ confirmationem suggerunt: *Auditu auru audivi te, nunc autem oculus meus videt te*, id est, quondam, Domine, solam notitiam abstractivam tui habebam, & ex solo auditu te noveram, nunc verò te propiùs agnosco, & intuitivam tui notitiam habeo, & idcircò reprehendo, & corrigo defectus meos: *Idcircò me reprehendo, & ago pœnitentiam in favillâ, & cinere*: Ubi eleganter iterum sanctus Gregorius: *Quantò quisque se minùs videt, tantò sibi minùs displicet, & quantò majoris gratiæ lumen percipit, tantò se amplius reprehensibilem cognoscit.* Quasi diceret: Ex visione tuâ, Domine, me recognoscere cœpi, & statim, ut te agnovi, meipsum despexi, & ex eò vilitatem meam intuens, me cinerem reputavi, qui ad nihilum valet, & coram Deo, ejusque gloriâ, & pulchritudine Majestatis, etiam formosissimæ animæ deformes sunt, & nullum splendorem, aut decorem habent.

Cant. 1. v. 6.

S. Bern. hic.

6. *Nolite me considerare, quod fusca sim quia decoloravit me sol*, Verba sunt animæ sanctæ propulsantis calumnias sodalium suarum, quæ invidentes ejus honori, & prærogativæ, nihil aliud potuerunt ei objicere, quam quòd nigella, & decolor esset, existimantes dedecere Reginam, quòd pulchrior colore non niteret. Ita interpretatur hæc verba noster Sotomajor, explicans illud: *Quia decoloravit me sol.* Quasi diceret, inquit sanctus Bernardus: *Decoloravit me sol, sua nimirum comparatione splendoris, dum appropians illi, ex eo me obscuram deprehendo & nigram invenio. Cæterùm alias quidem formosa sum; quid fuscam dicitis, solium Solis pulchritudini succumbentem?* Ac si diceret, postquàm viciniùs approximavi ad solem, illicò me fuscam sensi, non tamen ideò pulchra esse desino, sed formosior vobis reputanda sum, nulli enim cedo, nisi soli pulchritudini Solis, cui comparata, cæteras excellens, nigra, & decolor, & fusca apparco. Idipsum evenit sanctissimis, & munditissimis animabus, quæ licèt maximo decore virtutum refulgeant, in comparatione tamen Dei, ejusque infinitæ bonitatis, imperfectæ apparent, quamvis alias cum Sponsa mille virtutibus, & perfectionum dotibus abundent. Hoc est: *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decoloravit me sol.*

Iob. 4. v. 17.

Pineda hic. & D. Greg. et D. Aug. apud ipsum cit.

Numquid homo, Dei comparatione, justificabitur, aut factore suo purior erit vir? ajebat Eliphaz Themanites, unus ex amicis Iobi, quibus verbis varias varii apponunt explicationes. Sensus litteralis est: daturne casus, quòd aliquis homo sit justus coram Deo, seu in comparatione ejus appareat justus? vel an potest quispiam purior esse suo creatore? Commentator Iobi reputat magis litteralem expositionem SS Gregorii, Augustini, & aliorum eos sequentium: *Humana justitia*, inquit divus Gregorius, *divinæ comparata, injustitia est, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur.* Non secùs virtus alicujus viri perfecti comparata aliis minùs justis, est fax, seu candela accensa, quæ lucet in tenebris, collata tamen cum divinâ, est lux candelæ coram luce solis, quæ non plùs refulget, quàm si extincta foret.

Lev. 14. v. 36.

8. Judicavit Philo Alexandrinus, legem illam antiquam Levitici esse maximè conformem rectæ rationi, quâ præcipiebatur, ne leprâ infecti in aliquâ domo, ut tales, haberentur, aut immundi reputarentur, quousque Sacerdos domum illam fuisset ingressus: *At ille præcipiet, ut efferantur universa de domo, priusquàm egrediatur eam, & videat, utrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt.* Cur, inquit Philosophus, antè ingressum Sacerdotis in domum, omnia in domo erant munda, & pura, & intrante domum illam homine sancto, & puro, cuncta inficiuntur, & redduntur immunda? Quare domus leprosi per introitum Sacerdotis reputatur immunda, & infecta? Verisimilius videretur contrarium, ut etiam antea à infecta, per præsentiam ejus mundarentur,

& in-

Philo Alexand. lib. Quod Deus sit immutab

& ingressum ejus meliora fuissent reddita? *Contrarium videbatur verisimilius, ut ad præsentiam viri sancti res in meliorem statum mutarentur, & ex impuris puræ fierent*, hic verò oppositum accidit, non enim res in suo naturali statu subsistunt, sed deteriores fiunt, *& nec nunc in eâdem conditione permanent, sed, supervenientè Sacerdote, deteriora redduntur.* Bellè quidem quæstio proposita, sed non minùs accommodè ad intentum nostrum enodata. *Equidem incunctanter dico, nihil esse tam conveniens, quàm ad introitum Sacerdotis contaminentur, quæ in domo sunt; donec enim divinum Verbum in animam nostram, tamquam domum, quamdam, non ingreditur, nihil, quod hæc facit, culpatur*, remanent omnia immunda, non propter contagium conversationis ejus, sed propter excellentiam vitæ, & virtutis ejus; tantâ enim probitate, & sanctitate debet splendere, ut præsentiâ suâ omnia offuscet & obtenebret. Manifesta hujus rei tessera est, quòd, quamdiu Verbum divinum non intraverit in animas nostras, quemadmodum ingrediebatur domum Sacerdotis, nihil in eis pulchri, aut decóri inveniri possit. Indicat Philosophus, Sacerdotem repræsentasse Deum, ac proindè eum oportuisse adeò esse purum, ut cuncta coram eò immunda, & imperfecta apparerent; sicut in præsentiâ Dei animæ etiam innocentissimæ non vacant culpâ, & perfectissimæ laborant vitiis, & defectibus. Hæcque fuit causa, ob quam Mater Dei Angelis purior & immaculatior hodiè venerit ad templum, ad se purificandum, ut hóc suo nos exemplo edoceret, absolutissimam etiam virtutem suos pati defectus, & vitam probatissimam plurima habere purganda, corrigenda, & emendanda.

9. Plotinus lib. 6. de pulchrit.

Hæc jam est secunda pars considerationis nostræ, ad cujus probationem magnoperè nobis deservit dictum Plotini Philosophi a tot sæculis celeberrimi: *Agè, te revoca in te ipsum, statuarium imitabere, qui statuam partim abscindit, dirigit, expoliturus abradit, lavigat, absterget, donec in statuâ speciem exprimat speciosam.* Magnâ curiositate singulatim exprimit Philosophus omnes operationes ad artem statuariam pertinentes, ut singula consideranti patebit. Abscindit, dirigit, dolat &c. ut hôc exemplo, & simili nos instruat, quomodò cuique nostrûm in elaborandâ statuâ suâ id est, in perficienda animâ suâ, totis viribus adnitendum sit. Accipite iterum verba ejusdem Gentilis Philosophi: *Ita & tu tolle supervacua, obliqua dirige, obscura purgando illustra, nec desinas circà statuam tuam elaborare* Vult nos omnes statuarios, & ut pari labore, quò statuarius statuam suam expolit, eodem vult nos statuam animæ nostræ elaborare, videlicet, non necessaria, & vitiata resecando, immunda, & obscura illustrando &c. Videte, quæso, quàm operosè sit agendum, & quantò sudore sit laborandum, quousque tandem speciosa efformetur statua, quâ tamen perfectâ, statuarius ab omni labore quiescit, quia in materiâ mortuâ laboravit: nulla verò quies in elaborandâ statuâ animæ nostræ nobis conceditur, quia vivam expolimus materiam, & postquam jam exsculpta fuerit, denuò, & majori quidem studio, & conatu admitendum est, ut eam conservemus, ne silvescat, & in monstrum mutetur. Totâ ergo vitâ, incessanter, & irrequieto labore agendum est &c.

10. *D. Bern. serm. 58. in Cant.*

Hoc est, quod disertissimè dixit mellifluus Doctor sanctus Bernardus: *Quis unquam ad unguem omnia à se superflua resecavit, & nihil se habere dignum putatione invenit.* Quæ planta dari potest, quæ putationis beneficio non egeat? quæve anima adeò expolita, quæ non habeat aliquod resecandum, seu abjiciendum? quæ tandem voluntas adeò recta, & conformis regulæ rationis, quæ non habeat ramum aliquem arescentem, seu non necessarium amputandum? Non est dubium, quin vitiata natura semper, licèt putata, repullulet, caroque, & sanguis ad sua ferantur desideria in inclinationes; ideoque operæ pretium est numquam ferrum è manu deponere. Unde subjungit sanctus Abbas: *Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita denuò excitantur.* Cùm enim malitia ex naturali suâ propensione sit valdè importuna, non facilè foras ejicitur, ac proindè putata denuò repullulat, & semel expulsa iterum redit, & semel sopita denuò excitatur. Quid igitur remedii? quodve scutum contra tales hostium impetus? Quod denique munimentum adversus malum tam importunum, & domesticum? Audite sanctum Bernardum ita concludentem & consulentem. *Parum ergò est, semel putâsse, sæpè putandum est, imò, si fieri potest, semper, quia semper, quod putare oporteat, si non dissimulare, invenio.* Cùm hoc negotium sit tanti ponderis, & momenti semper oportet

falcem putatoriam habere ad manum, semper uti ferro ad resecanda renascentia mala, ad amputandos pampinos silvescentes, nam persaudere sibi, quòd in hâc vitâ mortali vitia ita penitùs extirpentur, ut non reviviscant, manifestus est error: *Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis compressa, velis, nolis, intra fines tuos habitat lebusæus, subjugari potest, non exterminari.* Falleris, Christiane, si vitia tua mortificata, mortua reputes, etiam, te nolente, irrêpet inimicus, & nisi ei continuò caput obtuderis, eique fortiter restiteris, non te deseret, imò quantumvis te ei opposueris, novas molietur insidias, & numquam obsidionem solvet. Quare numquàm deponenda sunt, arma pœnitentiæ, neque ullæ cum hostibus induciæ ineundæ, quia cùm sint familiares, & domestici sunt periculosiores, juxtà illud Micheæ dictum: *Inimici hominis domestici ejus* à quibus homo ægrè sibi vel in excessibus, vel in vanitatibus *&c.* cavère potest.

Mich. 7. v. 6.

11. Hæc doctrina sancti Bernardi confirmari potest ex aliâ sancti Gregorii ponderantis locum illum Numerorum, ubi mandabat Deus Levitis ut abraderent omnes crines, & pilos corporis sui: *Levita radant omnes pilos carnis suæ: Levita, quippe assumptus vocatur, oportet ergò Levitas omnes capillos carnis radere, quia ii, qui in obsequiis divinis assumitur, debet antè Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus, mundus apparere*, id est, debet omnes cogitationes noxias repellere qui enim Dei ministerio est deputatus, ab omnibus illecebris carnis debet esse immunis. Notat insuper sanctus Antistes, quod maximè quadrat instituto nostro, Deum mandasse, ut Levitis raderent pilos, non autem evellerent: *Ipsi Levitarum pili radi præcepti sunt, non avelli.* Et ratio est, quia præcisis, seu abrasis pilis adhuc remanent radices in corpore, & denuò renascuntur: *Semper enim caro superflua generat*, ut vobis significetur, quòd, quantumvis aliqui sint maximè justi, & electi à Deo, semper remaneat in radice, id est, ex peccato originali infectio quædam naturæ, seu vitiata quædam propensio, quæ neutiquàm eradicari potest: *Semper enim caro superflua generat*, ex quâ consequenter repullulant cogitationes lascivæ, & profanæ, quæ continuò in electis Dei putandæ sunt, cùm radicitùs exterminari nequeant.

Numer. 8. v. 7. D. Greg. lib. 5. cap. 23.

Nulla imago, quamvis pulchertima, debet umquam reputari absolutis numeris perfecta *Si ignoras te, o pulcherrimas inter mulieres, egredere* &c. Vox est Sponsi Sponsam à pulchritudine laudantis. Notat sanctus Bernardus, & premit dictum Sponsi quòd eam pulcherrimam appellet, sed inter mulieres, & ex eo grande eruit mysterium: *Pulcherrima inter mulieres, ex eo quòd adhuc in corpore vivit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac proinde non pulchra omnimodè, sed pulchra inter mulieres, id est, inter animas terrenas, & quæ non sunt, sicut ipsa, spirituales, non autem inter Angelicas beatitudines*, id est, licèt anima viatrix, & peregrinans in hôc mundo, existat perfectissima, & pulcherrima, & vitam spiritualem colat, omninò à passionibus carnis expedita, semper tamen aliquid ei deficit ad consummatam perfectionis pulchritudinem, neque potest absolutè dici inter omnes pulcherrima, quia manet adhuc unita corpori, & carni corruptibili, sed solum cum restrictione, *inter mulieres*, id est, inter animas terrenas minùs spirituales, *non autem inter Angelicas beatitudines*, quæ iam in patriâ, & termino sunt, & visione beatificâ cum Angelicis virtutibus fruuntur: cum illis enim nullatenùs comparari potest *Pulcherrima inter mulieres.* Et, ut compendiosiùs eloquar, ex hâc divi Bernardi doctrinâ manifestũ fit, quòd durante vitâ in hâc lachrymarum valle, nullus sit adeo perfectus, quin habeat aliquid emendandum in moribus, & purificandum in operibus suis nullus enim adeò immunis, & liber est, quin ad minus habeat aliquos defectus, saltem veniales.

12. *Cant. 1. v. 8.* *D. Bern. serm. 38. in Cant.*

In Psalmo illô nominatissimo: *De profundo clamavi* &c. repræsentat Regius Vates Deo confidentiam, & fiduciam, quam semper habuit in eô, quia videns se elongatum, & exulem à gratiâ ejus, submersum in profundissimâ peccatorum abyssô, semper tamen clamavit ad Deum, petiitque, ut vocem deprecationis suæ exaudire dignaretur. Et hæc ejus oratio, teste Parapharaste nostro Hispano, tres habebat circumstantias, & conditiones, quæ eum justificabant, quia invocabat Deum de profundo cognitionis miseriarum suarum, de profundo peccatorum suorum, & de profundo debilitatis, flebilis, & lugentis vocis suæ. Hæc est triplex profunditas, ex quâ David clamat ad Dominum, & confidit certò

13. *Psal. 129. v. 1.* *Andreas de Cære. Epist. Asterganen. in Psal. huna.*

Digitized by Google

certò certiùs, se exauditum iri, si voces eius ad aures Dei pervenerint : *fiant aures tuæ intendentes* &c. Ac si diceret : Ea est vox mea, eaque suspiria & lacrymæ meæ, & tales preces meæ, ut te, Domine, obligent ad exaudiendum me, quia particulariter, *Si iniquitates observaveris* (hic est communior sensus hujus loci) *Domine quis sustinebit?* Si solus David, vel solus unus peccaret, posses, ô Domine, illum punire in aliorum exemplum, & tunc non miraret, quòd non exaudires, sed, cùm omnes simus peccatores, nimius videtur justitiæ rigor, quod omnes castigemur, & puniamur. Notate cum Incognito modum loquendi Prophetæ mysterio plenum. Vsque modò egerat singulariter de suâ personâ, nunc verò de omnibus generatim loquitur.

Incognitus hic. *Nisi indulgeas, nullus homo justus reperitur. Si iniquitates observaveris, scilicet ad puniendum, quis sustinebit? id est, quis justitiam sustinebit? quasi dicat nullus.* Nisi te misericordem ostenderis, quis rigorem justitiæ ferat ? Nullus remanebit superstes, omnes peribimus, fietque generalis totius mundi desolatio, & non parvum damnum inferetur cœlo, quia nullus supererit, qui ad illud ascendat, aut eius gloriâ potiatur, quam hominibus adeam creatis promisisti : *Domine, quis sustinebit* ? Si quidem si tantâ severitate, & rigore singulorum delicta puniantur, & omnes simus peccatores, nullus audebit apparere coràm Deo, aut eius judicio se sistere. *Quis justitiam sustinebit? quasi dicat, nullus.* Neminem excepit David, sed omnes sub propositione universali comprehendit, ut cuncti certò certiùs sciant quòd omnes, hic plus, alter minùs, Deum offendimus, & omnes necessariò purificatione indigemus.

14. Interrogantibus Apostolis Christum, ut se formam orandi doceret, teste sancto Lucâ, hanc eis observandam præscripsit : *Pater noster* &c, in quâ continetur, clausula quædam difficilis, quia commendat Salvator noster, ut petamus a Patre æterno remissionem peccatorum: *Et dimitte nobis debita nostra.* Quæro egò, nonnè contingere potest, ut multi reperiantur innocentes, qui hâc oratione utantur, qui tamen nullius peccati conscientiam ream habent ? vel, etiam alii sunt, qui peccata præterita per pœnitentiam expiârunt, & existentes in gratiâ orant juxtà hanc precandi formulam. An igitur illi sub hâc continentur?

Luca 11. v. 2.

Ita sanè. Qui igitur, dicit Salvator noster, ut hanc methodum cuncti observent, *Et dimitte nobis debita nostra* ? Audite sanctum Titum bellè difficultati obviantem : *Hoc etiam additum est necessario, puto, quod nullus sine peccato reperitur.* Non frustrà addidit Christus hanc clausulam orationi quam docebat, sciens, nullum inter filios Adæ, quantumvis perfectum, esse omnis peccati expertem. Noverat hoc optimè David iam antea relatus, quando audacter in hæc verba prorumpebat : *Non est, qui faciat bonum non est usque ad unum*, id est, vivimus in terrâ adeò infæcundâ, & sterili fructibus bonorum operum, ut, quando homo reputat, se plurima pro Dei amore heroica perpetrasse, deprehendat, merita sua esse adeò exilia, & tenuia, ut vix unum perfectum opus excedant. *Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum*, hoc est, juxtà interpretationem Origenis: *Neminem fecisse bonitatem hoc est, à nullo eam ad perfectum & ad integrum eam summatam esse.* Non egreditur perfectio in hâc vitâ limites principii, nulla datur virtus perfecta, quia si quispiam illam attigisset, absque dubio exemptus foret ab omni culpâ, etiam levi, & veniali, quò privilegio soli beati gaudent, ac proindè soli illi purificatione non egent.

Psal. 13. v. 2.

Origenes lib. 3. in cap. 3. ad Roman.

15. Non parvam aliquando reperi difficultatem in admonitione illa quam tam seriò sanctus Paulus commendabat Corinthus circà examen conscientiæ, quo animas suas purificare deberent ad dignè suscipiendum sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum : *Probet autem seipsum homo* &c. Indago enim, si daretur homo adeò immaculatæ vitæ, & moribus tam compositis, qui nulla sui probatione egeret, quia nullatenus eum conscientia alicuius criminis redarguit, quomodo poterit hic consilio, seu mandato Apostolico obtemperare ? Dubitationi huic satisfacit sanctus Anselmus : *Probet seipsum homo, qui etiam ex eo, quòd homo est, sine peccato non est.* Probè noverat Apostolus, quod mandaret, ac proindè omnibus & singulis hoc examen præcipit faciendum, quia enim homines sunt, omnes peccato obnoxii sunt. Ad hâc non abluit divus Clemens Alexandrinus hisce verbis : *Sed fi vehementius urgeas, dicâ, quëcumque hominë nomina veris, eâ esse hominë, justum autem, Deum nullus enim est mundus, ut dixit quispiâ, à sorde.*

1. Corint. 11. v. 28.

D. Anselmus hic.

D. Anselmus. hic.

D. Clemens Alexandrini. 5. stromat. lib. 4.

16. Apud ſanctum Ioannem comparavit Chriſtus ſemetipſum viti, ſeu vineæ: *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat*, id eſt, ego ſum vitis, & vos Diſcipuli mei eſtis palmites, & quemadmodùm agricola ſolet putare vitem, & luxuriantes pampinos præſcindere, & corrigere ſarmenta, quæ uvas proferunt, ut fructum plùs afferant, ita etiam Pater meus &c. Reſtat ſciendum, quali putatione indigeat vitis, quæ fructum multiplicem profert, ad quid falx putatoria ei applicanda, quæ abundè fructificat? Nodum quæſtionis ſolvit Angelicus Doctor noſter ſanctus Thomas: *Quis enim in hac vita ſic mundus, ut non ſit magis magisque mundandus.* In juſtis auferet & Deus imperfectiones, quæ ipſis ſunt impedimento, ne ad cœlum tendant, & remoram injiciunt, ne ad perfectionis faſtigium pertingant: nullus enim caret imperfectionibus. Quando Pampini putantur, non radicitùs extirpantur, ſed ſola ſuperflua reſecantur, quæ, cùm ad nihil proſint, obeſſe poſſunt; idem contingit juſtis, & perfectis Chriſtianis, in quibus, dum in hâc vitâ peregrinantur, quædam deprehenduntur, quæ nocumento eſſe poſſint, & idcircò opus eſt, ut divinus Agricola falce, ſeu ſcirpicula ſua malo illi medeatur. Si quis diligenti curâ opus aliquod perficiat, facilè duorum dierum ſpatio totius operis forma, & figura deſtruetur, & evaneſcet: verbi gratiâ, videbis Hortulanũ magnâ, curioſitate mille figuras ex flexili myrto, nunc leonis, nunc equitis, nunc ſerpentis efformantem, & paucis poſt diebus totum opus in nemus confuſum ſilveſcit, quia radix in terrâ latens, totum, quod ars induſtriâ ſuâ effinxerat, illicò diſſolvit: non ſecùs videbis hominem ex concione auditâ omninò compunctum, in equitem armatum contra vitia commutatum, at verò, quia voluntas, quæ eſt radix, viva remanſit, inopinatè cor ejus in ſilvam mutatum reperies, & qui anteà eques armatus videbatur, jam dumus eſt, & ſenticetum. Omnes toto tempore, quò in hâc ærumnoſâ vitâ peregrinamur à Domino, radices firmas habemus in terrâ, & qualiacumque opera virtutum fecerimus, ſi parumper neglexerimus ſcirpiculam, ſeu arma pœnitentiæ poſt quatuor dies toti ſilveſcimus. Undè plurimùm refert, ne Hortulanus forcipem dimittat, neve divinus Agricola falcem putatoriam deponat, quia ſemper ad minùs aliquid in nobis putandum inveniet.

Ioan. 15. v. 1. & 2.

D. Thom. hic.

17. Valdè ponderandum eſt reſponſum, quod Patriarcha Abraham dedit diviti Epuloni, quando petiit ab eo, ut Lazarum dimitteret ad infernum, & intingeret extremum digiti ſui in aquâ, ut refrigeraret linguam ejus ad alleviandos dolores, quibus in flammis illis cruciabatur: *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala.* Sanctus Anaſtaſius Nyſſenus ſequens ſanctum Epiphanium, ait, verba illa hunc reddidiſſe ſenſum: *Obſignata enim ſunt promptuaria, & impletum fuit tempus, peractum eſt certamen, & data ſunt corona. Dum viveres, fili, poteras ſperare refrigerium animæ tuæ per guttas pœnitentiæ, videlicet lacrymas, ſed, elapſa jam occaſione pœnitentiæ, non remanet tibi tempus pœnitendi, neque ulla ſupereſt refrigerii ſpes, quia poſt eſt occaſio calva.* Hæc eſt communis loci hujus explanatio, & litterali ſenſui conformis. Attamen Theophylactus magis ad rem noſtram premit verbulum illud; *recepiſti*, quo Abraham miſero illi diviti reſpondit: *Recipere de eis dicere ſolebas, qui ſuſcipiunt, quod eis debebatur*, & in hôc ſenſu ſignificavit Chriſtus Servator noſter mala pœnæ, quæ Lazarus in hâc mortali vitâ pertulit, illi fuiſſe debita: *Et Lazarus ſimiliter mala.* Et ſi mala pœnæ, ſicuti dicunt Sancti, ſunt correlativa culpæ, ſequitur per formalem conſequentiam, quòd Lazarus aliqua peccata commiſerat, propter quæ Deus eum puniebat. Audite Theophylactum: *Fortaſſis enim Lazarus unum, vel duo mala commiſerat, & propterea dolorem illum ſuſtinens, dignam factis mercedem recipit.* Veriſimile igitur eſt, eum propter defectus aliquos fuiſſe à Deo caſtigatum. Si autem Lazarus eſt ſanatus, & talis à Chriſto prædicatur, quomodò dici poteſt de illô, quòd peccaverit? Manifeſta eſt hæc ſecundæ partis conſiderationis noſtræ confirmatio, quòd nimirum defectus, & imperfectiones adeò ſint familiares huic vitæ mortali, ut nullus, quantumvis juſtus, reperiri poſſit in hâc valle lacrymarum degens, qui non habeat aliquid reſecandum in moribus, & in operibus ſuis purificandum. Atque hoc adeò verum eſt, inquit Theophylactus, ut etiam Lazarus, quem fide tenemus, & credimus ſanctum, à Deo fuerit plagis, & ulceribus percuſſus, quibus

Luc. 16. v. 15.

D. Anaſtaſ. hic. quæſt. 10. in ſcript. ex D. Epiph.

Theoph. hic.

Digitized by Google

quibus anima ejus saltem à levibus, & venialibus peccatis expiaretur, & purificaretur, quæ ipse in hâc ærumnosâ vitâ, solvens commune pensum filiorum Adæ, tributarius peccati admiserat. Quis igitur hærebit, aut dubitabit, se purificare, quando Mater Dei purissima, purificationem non recusat, ex lex, & à præcepto purificationis exempta sese illi submittit? *Postquàm impleti sunt dies Purificationis ejus* &c.

Et postquàm impleti sunt dies &c.

Consideratio III.

Expectavit sanctissima Virgo, & Mater Dei adimpletionem temporis à lege præscripti, priusquàm se cum Filio suo benedicto præsentaret in templo, ut ejus exemplo addiscamus, & conemur priùs esse Christiani, quàm devoti.

1. POterat beatissima Virgo antè tempus à lege statutum purificare se, & offerre Filium suum in templo, siquidem cæremoniæ illæ sanctæ non erant in eâ actus alicujus obligationis, sed propter hanc eamdem causam expectavit complementum temporis statuti, nempè quadraginta dierum, antequàm idipsum faceret: Et mysterium hujus fuit, quòd, cùm determinatio temporis esset de præcepto alicujus peccati mortalis, & afferre Filium suum ad templum esset actio libera, sacrificium, & opus supererogationis, voluerit priùs servare ea, quæ erant præcepti, & posteà illa, quæ erant supererogationis, ut suo nos exemplo doceret priùs esse Christianos, & posteà devotos.

2. Manifestum est ex sacris Litteris, Patriarcham Abrahamum maximum fuisse receptorem hospitum, & peregrinorum (ut jam alibi diximus) hæcque illi unica erat cura, & occupatio. Contigit, ut Deus illi præciperet filium suum unigenitum immolaret: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac.* De nocte ei præcepit Deus, & ipse è vestigio, non expectato manè, sine ullâ dilatione accinxit se itineri, & Dei jussa executioni mandavit. *Igitur Abraham de nocte consurgens*, ita ut, sacro attestante Eloquio, cognitâ Dei voluntate, mox obtemperârit. Videtur profectò nimis accelerata executio Patriarchæ, consultiùs enim tempus matutinum expectasset, & egressum è domo distulisset, juxtà morem, & consuetudinem suam, quâ solebat exire, & discurrere per plateas, ad conquirendos, & excipiendos peregrinos, & non tam facilè intermisisset exercitium charitatis, quod illi tam familiare erat, & maximè, quando Deus illi non præfixerat tempus, neque terminum statuerat, quò filium suum immolaret, solummodò enim indeterminatè præceperat ei sacrificium immolandum, ac proindè liberum ei erat, priùs unum, & posteà aliud facere absque ullâ jacturâ, seu diminutione, & forsitan cum cumulatione meriti sacrificii, siquidem actus ille ex charitate provenisset. Nihilominùs sanctus Basilius Magnus perpendens hoc factum, indicat illud summâ laude dignum, asseveratque, nos in illo habere documentum apprimè necessarium, & imitandum: *Qui, cùm unicum, quem habebat filium fortissimo atque æquissimo animo immolaret, eâ in re magnificam sibi gloriam quærebat, quòd Dei jussis nihil haberet antiquiùs: qui etiam tabernaculi sui fores assiduè usque apertas tenebat, ut qui assiduè semper paratus esset ad suspiciendos hospitio, quoscumque ad eum accederent.* Non frustrà sanctus Senex tam promptâ obedivit voluntate, probè sciens, se non in vanum servire Deo, & certus de honore, & gloriâ, quam sibi erat acquisiturus per sacrificium filii immolandi, ac proindè nihil adeò ipsi familiare erat ac Deo obedire mandanti, hæc illius tota cura, & sollicitudo præ cæteris Dei obtemperare præcepto. Fateor quidem, ipsum virtute hospitalitatis excelluisse, qui quotidiè stans in ostio tabernaculi sui quoscumque prætereuntes peregrinos excipere satagebat. Carpite postrema illa verba sancti Basilii: *Qui etiam tabernaculi sui fores* &c. Videtur sanctus Doctor verba commutasse, cùm enim Abraham priùs peregrinos susceperit, quàm filium immolaverit, dicere debuisset ipsum fuisse tantæ charitatis ergà peregrinos, ut ejus domus esset quasi xenodochium generale, ipsumque etiam fuisse tam obedientem, ut ad parendum divinæ voluntati non dubitaverit proprio filio vitam auferre: verùm non ita, sed inverso ordine verba enuntiavit, & obedientiæ primum, & charitati secundum locum dedit, non enim dixit: *Qui etiam unicum, quem habebat, filium* &c. sed, *qui etiam tabernaculi sui fores &c.* Ac si diceret: Quòd

D. Basil. serm. de abdicat. jaculi.

Gen 22. v.2.

eatenùs Abraham sollicitè à manè usque in vesperum hospites excipiendos conquirebat, quatenùs Deus ipsi nondùm suam divinam de offerendo filio voluntatem revelaverat; ast ubi audivit Dei præceptum, omnem diligentiam, quam hactenùs peregrinis excipiendis impenderat, mox convertit in obedientiam, & in promptam divini mandati executionem. Et ratio fuit, quia primum, erat opus charitatis, quod ex devotione præstabat; secundùm verò, actus justitiæ, ad quem jure tenebatur. Et servi Dei, quando concurrunt opera Consilii simul cum obligatione præcepti, priùs attendunt ad ea, quæ sunt præcepti, & posteà ad ea, ad quæ pietas inclinat, antiquior est in illis observantia legis divinæ, & præceptorum, quàm opera meræ devotionis. Hoc sonant verba sancti Basilii: *Quòd Dei jussis nihil haberet antiquius.*

3. Promittit David sub persona populi Deo, se iturum domum ejus, & oblaturum sacrificium in templo ejus: *Introibo in domum tuam in holocaustu, reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt &c.* Quæro, nonne sacrificia illa gratuita, & devotionis, æquè benè fieri poterant in oratorio, seu in loco aliquo secretiori, decenti, & apto, actui tam sancto, & pio? Non, sed debent fieri in domo, & templo Dei: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester &c.* Hæc populus apud se meditabatur: sacrificia à nobis offerenda debent esse in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, suntque sacrificia gratuita, & devotionis, sed ut talia sint grata Deo, oportet ea immolare in domo ejus, juxtà præscriptum legis ejus, ita ut populus Israëliticus judicaverit, devotiones suas non fore acceptas Deo, nisi in observantiâ mandatorum divinæ legis fundarentur: *Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea &c.* Et si mihi objeceris, quòd Deus aliquando acceptaverit sacrificia etiam extrà templum oblata, ut videre est in multis sacræ Paginæ testimoniis, & præsertim in primo libro Regum, ubi narratur quòd Samuel in Ramatha erexerit altare ad sacrificandum: *Ædificavit ibi Altare Domino.* Ad hæc respondebo, inquit Abulensis: *Id factum est dispensatione divinâ, quia virus sanctus, & Prophetus, qualis erat Samuel, multa licuerunt, quæ alius non licebant*: Ad probationem verò hujus adducit Abulensis id, quod contigit Eliæ in monte Carmelo, ubi descendit ignis è cælo, qui visibiliter devoravit, & abstulit sacrificium: *Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocaustum &c, ut constaret populo de ejus integritate*, in signum, quòd Deus illud, tamquàm sibi gratum, acceptaverat, ut jam alibi diximus. Res equidem sic se habuit: cùm sciret populus, legem Dei præcipere, ne ulla sacrificia extrà templum immolarentur, neque sibi constaret de dispensatione divinâ specialiter factâ Prophetæ Eliæ, ad sacrificandum hôc modo, nisi Deus hôc peculiari miraculo honorem, & creditum ejus indicasset, remanebat Elias expositus dicteriis hominum vulgarium, qui eum facilè transgressionis mandatorum, seu legis divinæ redarguere, ac proindè famam ejus labefactare potuissent. Itaque non habet locum instantia objecta contrà doctrinam propositam, sed semper manet indubitatum, quòd fundamentum, cui devotiones nostræ inniti debent, ut Deo placeant, sit observantia divinæ legis, & custodia mandatorum Dei legislatoris, & Domini.

Ps.5.v.8. & 65. v.13.

Deut.12. v.5.

1.Reg.7. v.17.

Abulens. hic.

3.Reg.18. v.38.

4. In capitulo tertio Levitici (ubi agitur de holocaustis, quæ Deo gratis, & ex devotione offerebantur) præcipitur, ut super altare concrementur seu igne consumantur. *Adolebunt ea super Altare.* Vel, ut legunt, & interpretantur Pagninus, Brixianus, & Oleaster conformiter ad fontem Hebræum: *Offerent holocausto præcedente unà cum illo, vel post illud juge sacrificium, quod quotidiè offerebatur, ut innuat holocaustum illud juge omnia alia antecedere debere*, hoc est, ne ullum offerretur sacrificium particulare, nisi post sacrificium juge, seu quotidianum, quod lege præcipiebatur fieri priùs, vel saltem cum illo, volens Deus hâc cæremoniâ innuere, quòd nulla oblatio particularis Deo sit grata, nisi illam sacrificium legale præcedat, quasi ab hôc valor, & meritum sacrificii voluntarii, & meræ devotionis omninò dependeret.

Levit.3.

Pagnin. Brixian. Oleast. hic.

5. Invitat nos Regius Vates ad Dei laudes decantandas, hisce verbis: *In psalterio decem chordarum psallite illi, cantate ei canticum novum.* Ingeniosè adnotavit sanctus Rupertus Abbas, Regem Davidem præcipere, ut priùs in psalterio decem chordarum psallamus Deo, & deindè ut cantemus ei canticum novum: contrarium enim videbatur consultiùs, quòd priùs cantica nova ei caneremus, *cantate ei can-*

Psal.32. v.2. & 3.

Digitized by Google

ei canticum novum, & postmodùm in Psalterio decem chordarum, instrumento antiquo, cum collaudaremus: *In Psalterio &c*, quia nova communiter magis delectant. Rupertus per hoc decachordum intelligit decalogum decem præceptorum divinæ legis: *Decem quippè præcepta legu sunt*, & per cantica nova, devotiones novas: quasi diceret David, tunc fore obsequia nostra grata Deo, quando ea, observantia mandatorum legis antecesserit, & tunc cantiones novas, id est, devotiones particulares futuras Deo recreationi, & acceptas, quando priùs antiquas cantaverimus, & exactè præcepta legis observaverimus: ac si clariùs diceret, quòd nos vellet priùs Christianos, quàm devotos: *In psalterio decem chordarum psallite illi, cantate ei canticum novum, id est, admirabile, non adhuc auditum, & insolitum*, ait Agellius, super hæc verba.

Rupert. apud Vieg in Apoc.

Agellius hic.

6. Ponderat sanctus Augustinus raram illam animi resolutionem Zacchæi, quàndo Christus Dominus dignatus est ejus domum intrare, & suâ præsentiâ cohonestare: *Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus*, id est, ex nunc cedo bonis meis, & dimidium eorum pauperibus in eleëmosynam elargiendum dono. Quid ita Zacchæe? convertere ad Deum, & non cedas facultatibus tuis. Non approbo tuam conversionem, qui enim solam medietatem bonorum suorum donat, videlicet solùm semiconversus, neque perfectè vult sequi Christum imitando paupertatem eorum, qui dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*: & hoc ipsum videtur fuisse consilium Christi, quando adolescenti illi probo, & diviti, quærenti, quid ad consequendam perfectionem facere deberet, respondit: *Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*; egregiè tamen tuetur sanctus Augustinus partes Zacchæi, dicens: *Etsi audias eum dicentem, Domine, dimidium &c, ne credas, non totum dedisse, aliud enim dimidium bon sibi reservavit, sed ut haberet, unde debita solveret.* Ad quid igitur dimidium non dedit? *ut haberet, unde debita solveret.* Primò restituit, & postèà eleëmosynas distribuit. Quasi diceret Zacchæus: primo agamus ea, quæ à nobis lex exigit, id est, priùs restituamus aliena, & reddamus cuilibet suum, & ex residuo pauperibus benefaciamus, & sic priùs satisfaciemus operibus justitiæ, & præcepti, & postèà attendemus ad ea, ad quæ pietas singularis, & mera devotio nos inclinat, & incitat.

Matth. 19. v. 27.

D. Aug. in Ps. 125.

7. Volens Salvator noster persuadere nobis concordiam, & pacẽ & proximo, in hæc verba effatus est: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adversùm te: relinque ibi munus tuum antè altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo. & postèà veniens offeres munus tuum*, id est, si accideret, ut Sacerdos aliquis bonâ fide pergens ad sacrificandum, & sacris jam indutus ad celebrandum, *ibi recordatus fuerit* &c. (& valdè premendum est, *& ibi* &c. casu quo autem malâ fide & deliberato animo accessisset, sciens, se offendisse proximum suum, non tantoperè miraret Christum mandantem, ut talis à sacrificando supersederet; sed quòd hucusque oblitus, etiam in hoc puncto temporis recordans, cogatur desistere magna severitas præcepti apparet; sed ita jubet & vult Dominus Salvator: *Relinque ibi munus tuum antè altare.* Siste gradum, ne perficias sacrificium, sed priùs reconciliare proximo tuo. Domine, & redemptor mi, inquit S. Chrysostomus, quid tuâ interest, quòd sacrificans priùs reconcilietur fratri suo? sacrificium, quatenus te concernit, tam protestativum est honoris tui, oblatum pro reconciliatis, quàm pro illis, qui sunt participantes. Accipite responsionem Sancti: *Vide misericordiam Dei, quomodo hominum utilitates amplius aspicit, quàm suos honores; plus enim diligit concordiam fidelium, quam munera. quamdiu enim fideles homines aliquam dissensionem habuerint; munus eorum non suscipitur, oratio enim non exauditur.* Notabilis excellentia divinæ bonitatis magis se boni nostri zelosum exhibet, quàm sui honoris, magis ambiens unionem, & concordiam suorum fidelium, quàm sacrificia sibi oblata; & ideò discordium non acceptat oblationes, neque eorum preces exaudit. Quasi clarius diceret: ut Deo placeat sacrificium devotionis fidelium, necessarium est, ut associetur sacrificio observantiæ mandatorum Dei, & quia unum ex illis est amor proximi (*hoc mando vobis, ut diligatis invicem*) nisi fideles fuerint reconciliati, & mandata observaverint, & in illo statu sacrificia obtulerint, frustrabuntur merito suo, quod aliàs habere possent, quia non proderit eis sacrificium devotionis, si defuerint obligationi mandatorum. Ne igitur hoc eis contingat: *Vade priùs reconciliari fratri tuo, & postèà veniens, offeres munus tuum*, præmittant præcepta, & postea devotioni satisfaciant spontaneæ.

Matth 5. v. 23.

D. Chrys. in catena D. Thom.

Ioan. 15. v. 17.

Obser-

Digitized by Google

8. Observavit doctissimus noster Oleaster in illâ lege Levitici, qua postquàm Deus mandaverat, ut sibi omnis generis pecus, sive ex devotione, sive ex obligatione offerretur absque ullâ maculâ, seu defectu, quòd addiderit, quotiescumque non foret aliud ad manum, dissimularet imperfectionem illius in sacrificio ex obligatione, seu præcepto: *Bovem, & ovem, aure, & cauda amputatu, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solvi non potest.* Et indagat Oleaster, quam ob causam Deus hoc ita disposuerit? & respondet: *Permittit hic Dominus defectum aliquem in spontè oblatis, quem non permittit in devotis, ut nos doceat, debita meliùs, quam voluntaria solvere. Libet hic parumper excedere: Sunt multi, etiam religiosi viri, qui pensum divini Officii negligentissimè solvunt, preculas verò, quas ex præscripto suo offerunt, summa devotione, cùm devota voluntariis præstare deberent, quemadmodùm hic statuit lex,* volens nos docere, quòd sacrificia obligatoria debeant esse ex melioribus & selectioribus, & quòd, si in aliquo admittendus sit defectus, ille debeat esse in spontaneis, & merè voluntariis oblationibus; vel, ut apertiùs dicam, voluit nos Deus hòc exemplo exactiores, & solertiores esse in observantiâ mandatorum suorum, quàm in particularibus preculis: magis quippè necessarium est, ut simus observatores legis Dei, & minùs necessarium, ut habeamus singulares devotiones. At eheu! inquit Oleaster, quotnam reperiuntur etiam Ecclesiastici maximè reformati, qui sunt negligentissimi in officio divino, persolventes illud frigidè, & absque ullâ attentione, & in preculis, seu exercitiis particularibus valdè devoti, & ferventes, cùm tamen æquius, & magis rationi consonum foret, ut ea, quæ sunt præcepti, & obligationis antecederent illa, quæ sunt meræ devotionis, ut divina lex statuit, & ordinat. Cum eisdem loquitur sanctus Bernardus hisce verbis: *Ingratum est Spiritui sancto, quidquid obtuleris, neglecto eo, ad quod teneris.* Ingrati animi indicium est, deficere in iis, quæ sunt justitiæ, & quæ jure teneris Deo persolvere, propter ea, quæ pro beneplacito, & merâ voluntate ei offerre statuisti, ideoque nulla placet Deo devotio, si defueris in eis, ad quæ ex præcepto, seu jure teneris.

Levit. 22. v. 23.

Oleast. hic.

D. Bern apud Theolog. in mater. de voto.

9. O quàm sanum consilium, & quàm salutare, & necessarium documentum aliquibus Christianis, qui, obliti suarum obligationum, omnem curam, & diligentiam impendunt particularibus devotionibus. Quidam enim non servantes jejunia Ecclesiæ, diebus Sabbathinis ad honorem Beatæ Virginis exactissimè jejunant. Alii sæpiùs flocci facientes pensum diurnum officii divini, nullatenùs omittunt Rosarii lectionem. Alii numquam intermittentes singulis diebus audire Missam, nullo die de solvendis debitis, aut restituendo alieno cogitant. Alii demum aliis devotionum exercitiis occupantur, & quieti in peccatorum suorum cæno, & sordibus volutantur; quemadmodùm ille, qui aperto marte Deum offendens, omnem sibi securitatem pollicetur ex oblatione, quam Deo ex furto, & rapinâ facit, nesciens talem oblationem displicere Deo, & esse ingratam, juxtà dictum sancti Petri Chrysologi: sacrilegium enim potiùs est, quàm sacrificium. *Audeo dicere, qui de fraude Deo offert, cumulat crimina, non emundat*, ita ut sacrificans ex alieno, non expiet peccatum, sed potiùs novum accumulet. Non in vanùm conquerebatur Ieremias superiis, qui effrenes ad omnis generis peccata laxabantur, & ex criminibus illis magnam sibi fiduciam, & pacem pollicebantur, &, ut dici solet, lætam ducebant diem: *Furari, occidere, adulterari &c. Et venistis, & stetistis coràm me in domo hac.* Estne hoc tolerabile, quòd vos quotidiè peccata peccatis accumuletis, & audeatis ea ferre in domum meam? In qua lege hoc scriptum continetur? *Numquid ergò spelunca latronum facta est domus ista?* Ex quibus verbis liquidò constat, Deum non solum conqueri de iis, qui se in domo, & templo suo offendunt, sed etiam querelas deponeret contra eos, qui se extra templum peccatis lacessunt, & criminibus suis aggravati coràm se comparêre præsumunt. Et ratio est manifesta, quia latrones, & viarum obsessores non prædantur in spelunciis suis, sed prædas suas exercent in patente campo, seu viarum compitis, & ex illis prædam ad latibula sua reportant, in quibus sibi securitatem spondent, & spolia dividunt. Annè vobis tantum videtur, quòd peccatis, & sceleribus minimùm onusti ad templum refugiatis? *Et diximus liberati sumus, eo quod facerimus omnes abominationes istas.* Existimatisne, sacrificia in illò statu oblata esse sufficientia vobis ad salutem consequendam? Ad hunc modum explicant prædictum Textum Lyra, & Hugo de sancto Victore, qui, per abominationes, sacrificia intelligunt, juxtà usitatum morem sacræ Scripturæ, in qua sæpiùs

D. Petr. Chrysol. ser. 54.

Ier. 7. v. 9. & 10.

Lyran. Hugo de S. Vict. hic.

peccata

Digitized by Google

peccata vocantur sacrificia, quæ pro illis offeruntur, seu abominationes, quæ pro abominationibus Deo immolantur. Sacrificavimus, dicitis; ergò omnia salva, & tuta, nihil restat timendum. Fallimini profectò, & turpissimè erratis, & contrarium omninò ei, quod cogitastis, vobis eveniet; quia talia mihi non placent obsequia, nec talibus delector sacrificiis. Certi estote, quòd hâc viâ non solùm nihil apud me meriti habebitis, sed potiùs vobis pœnam, & condemnationem accietis. Ejicite foras, & valedicite peccatis, observate legem meam, & tunc tandem securi accedite domum meam, & agite devotiones vestras, atque ego ex nunc illas mihi tunc fore gratas, & acceptas prædico, & promitto.

10. Aliam expositionem etiam admittere possunt hæc verba, ita ut querelæ, quas DEUS contra eos habuit, hæ fuerint, quia ei sacrificia offerebant ex lucris, & fructibus, quos sibi conquirebant, quod Deus semper, ut sibi displicens, plurimùm detestatus est, atque ad illud evitandum mandabat in Levitico, ut omne sacrificium omni fermento careret: *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet.* Idipsum allegorizans Seraphicus Doctor sanctus Bonaventura dicit: *Absque fermento usura, rapina, furti, & cujuscunque acquisitionis injustæ.* Volens hôc pacto Deus ostendere, quantùm sacrificia ex furtis, & sudore pauperum sibi oblata displicerent, ut potiùs vindictam, & indignationem suam contra eos provocarent. Quæ cùm ita sint, emundate prius animas vestras, corda vestra cum Deo componite, & postquàm mandata, & præcepta ejus custodieritis, tunc devotiones vestras, & gratuitas oblationes ei sacrificate. Convenerunt quondam Athenienses, & communi voto solemne quondam sacrificium Diis suis immolandum statuerunt, & rogarunt Philosophum Phocionem, ut, juxtà facultatem suam, aliquid operi tam pio, & justo contribueret, scandalum enim populi foret, nisi ipse etiam pro viribus unà cum aliis allaboraret, & impensis suis concurreret. Respondit Philosophus in hæc verba: *Puderet me injustitiæ, si ad rem sacram, eleemosynam tribuerem, & huic (offenso creditore) nihil redderem*, indigitabat autem Calliculum creditorem suum, ibi præsentem. Existimabat gentilis Phocion, quòd id, quod in aliis erat virtutis opus, in se foret peccati crimen, si propriam retinens pecuniam, ex illâ pro solemnitate contribueret, & non potius creditori debitum persolveret. Nihil commendabilius, aut perfectius facere potuisset verus Christianus, qui ita solet disponere actiones suas, ut ea, quæ justitiæ, & præcepti sunt, præferat, & anteponat iis, quæ sunt supererogationis, consilii, & meræ devotionis: Quemadmodùm hodie egit Mater Dei expectans adimpletionem temporis à lege taxati, ut templum Domini ingrediatur: *Postquàm impleti sunt dies Purgationis* &c.

Levit. 2. v. 11.

D Bonavent. dict. salut. tit. 2. c. 7.

Paul. Manut lib 4 apophteg.

Tulerunt illum in Ierusalem.

CONSIDERATIO IV.

Debemus quærere Deum, eique sacrificia offerre, ubi ipse voluerit, mandaverit; non autem ubi nostra trahit voluptas, aut propria inclinat voluntas.

CAusa ob quam Deipara tulit Filium suum in Ierusalem, eumque Deo obtulit, teste Guilielmo Parisiensi, fuit, *Eò quòd Ierusalem erat locus sacrificii.* Et extrà urbem illam nulla volebat Deus sibi immolari sacrificia: hôc exemplo nos edocens, quòd, ut sacrificia nostra sint Deo accepta, debeant fieri, ubi ipse fienda præceperit, non verò ubi nostra suaserit voluntas. Cui potuisset venire in mentem, quòd Moysi cum Deo familiarissimè in monte conversanti ipsemet Deus præciperet descessum ex monte? Nihilominùs, si sacrum Exodi volumen pervolveritis, comperietis, quòd, postquàm populus, absente Moyse, in gravissimum Idololatriæ crimen prolapsus fuisset, ei Deus mandaverit: *Descende, peccavit populus tuus*: Recede, Moyses à me, quia populus tuus me offendit. O Domine, inquit Oleaster, quò tristis abibit Moyses, quando eum tuâ dulcissimâ privas societate, & alloquio? quarè non permittis eum tuâ desideratissimâ frui visione, & præsentiâ? quid ita eum ad occasionem pœnæ, doloris, & tormenti relêgas, & remittis? Præbete aures Oleastro nodum dubitationis dissolventi: *Nihil jucundius divino colloquio, hos tamen privatur Dux ob populi peccatum.* Omni illo bono orbatur Dux in monte

1. *Guiliel. Paris. serm. hoc festo.*

Exod. 22. v. 7.

Oleast. hic.

Digitized by Google

ſuaviter Deo fruens propter ſubditorum ſcelera. Si licuiſſet ſervo Dei, ibidem totâ vitâ ſuâ libentiſſimè delituiſſet, omnium oblitus, & ſolius gloriæ, quam abſorptus videbat, reminiſcens; in illâ etenim omnia bona, quæ deſiderare, aut concupiſcere poterat, experiebatur. Sed hôc, ipſo, quòd tantâ in monte delectabâtur conſolatione, ut ſi ei liberum fuiſſet, voluiſſet perpetuam figere manſionem, ideò mandavit illi Deus, ut protinùs deſcenderet. *Deſcende, peccavit populus tuus.* Ac ſi diceret: Optares quidem, ô Moyſes perpetuò remanere cum Deo, ejuſque divinam jugiter contemplari Majeſtatem, ſed muta locum ſacrificii, relinque Deum pro Deo. Si hactenus ejus præſentiâ tibi in ſolitudine frui conceſſum eſt, deinceps ſollicitè eum inter tumultuantes populos quære, neque tibi perſuadeas, te Deum, ubi optaveris, amplexurum, ſed ubi ejus divina voluntas diſpoſuerit, vel in monte, vel inter homines, ubicumque tibi præceperit, ut eum quæras, & voluerit, ut invenias, tibi eum tibi faventiorem, & familiariorem experieris; non relinquitur tuæ poteſtati electio loci, ſed ab ejus beneplacito cuncta dependent. *Deſcende, peccavit populus tuus.*

2. Fugiens Elias perſecutionem, & tyrannidem Iezabelis, abiit in deſertum, ibidemque in ſpeluncâ, latitavit, rogabatque Deum, 3. *Reg.* 19. *v.* 13. qui eum inviſens ita interrogat: *Quid hic agis Elia?* Tertullianus reputat magnum hoc fuiſſe beneficium præſtitum Prophetæ Eliæ, & combinans hanc interrogationem cum illâ quâ Deus protoparentem noſtrum, poſt primum peccati lapſum, interrogavit: *Adam ubi es?* effatur in hæc verba: *Multò amicior eſt iſta vox, quàm Adam ubi es? illa enim paſto homini minabatur, iſta jejuno blandiebatur.* Non pari modo egit Deus cum Eliâ, & Adamo, ambos viſitavit, ambos interrogâvit, ubi eſſent, & quid facerent, verùm hunc comminatione mortis terruit, quia jejunium ſibi præſcriptum, & abſtinentiam ſibi indictam violaverat, illum verò blandè, & amanter eſt allocutus, quia quadraginta diebus jeiunaverat. Eſtque hæc doctrina communis plurimorum Patrum, & ſacræ Scripturæ Interpretum. *Gen.* 3. *v.* 10. *Tertull. lib. de jejun.* *Lyra hic.* Abulenſis autem, & Lyranus oppoſitum opinantur, conformiter ad rem noſtram, aſſeruntque verba illa, quibus Deus Eliam in ſpeluncâ latitantem allocutus eſt, aſperam continere reprehenſionem, quâ eum redarguebat: *Quaſi diceret: Non eſt adhuc tempus perfectæ quietis, ſed laboris pro ſalute proximorum, cùm neceſſitas hoc requirit.* Ambulenſis autem ſic commentatur: *Quia Deus non miſerat eum, ſed ipſe venerat proprio motu.* Conveniunt igitur hi Doctores, quòd Deus non immeritò reprehenderit Eliam, eò quòd ipſe volebat Deum habere ad nutum ſuum, & in loco à ſe conſtituto, & non ubi, & uti Deus diſpoſuerat. Gratiſſimum erat Deo obſequium Ionæ, quando prædicatoris munus obibat, & populum rudem, & ignarum inſtruebat, qui ſummoperè ejus doctrinâ indigebat, & in illo munere ei aſſiſtebat, tuebatur, & defendebat; ipſe verò proprio motu ſine Dei juſſione, ſeu præcepto abiit in deſertum, divinæ contemplationi aptiſſimum locum. Itaque dicit ei Deus: Non mihi placet, Elia, nolo te hîc in latibulo dulciter deliteſcere. *Quid hic agis Elia?* Regredere ad civitatem, in eâ labora, in eâ concionare, & tibi meritum ibidem conquirito. Noli Deum quærere, ubi tu deſideras, ſed ubi ipſe mandat, ordinat, & diſponit.

3. Inter rationes, quas ſanctus Hieronymus cogitavit ſuper primâ fugâ, quâ Ionas fugit in Tharſis, dum Deus illi prædicationem deſtructionis Niniviticæ commiſiſſet: *Et ſurrexit Ionas, ut fugeret in Tharſis à facie Domini,* *Iona.* 1. *v.* 3. una eſt, quod Ionas dolenter ferebat, ſe mitti prædicatorem ad Gentiles, ubi alii Prophetæ remanebant, ad prædicandum populo Iſraël: *Videns Ionas Prophetas ſuos mitti ad oves perditas domus Iſraël, ut ad pœnitentiam populum provocarent; Balan quoque de ſalute populi Iſraelitici prophetaſſe, dolet ſe ſolum electum qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſrael.* *D. Hieron. hic.* Maluiſſet Ionas etiam prædicare pœnitentiam Hebræis, & non mitti ad Ninivitas, & in hôc ſita fuit ejus ruina, & perditio, quia ſi obediviſſet Deo, & paruiſſet ejus mandato, magnum ſibi conciliaſſet meritum; at verò quia fuit inobediens, & ſecutus fuit propriam voluntatem, ideò eum caſtigavit Deus, & niſi animi propoſitum correxiſſet, ſeveriùs cum Deus puniviſſet. Non debet ſervus Dei velle ſervire Deo ad libitum, & commoditatem propriam, ſed quomodocumque voluerit Deus, vel in Ninive inter Aſſyrios, vel in Ieruſalem inter Hebræos, Deus eſt, qui ei locum deſignare debet, non enim nobis licitum

Digitized by Google

licitum est, Deum habere, ubi nostra voluntas inclinaverit, sed ubi divina voluntas determinaverit; quærere siquidem Deum sine Deo, est error manifestus, & permittere se duci, & dirigi ab eô omnium utilissimum.

4. Mandabat Dominus Deus, ut omnes tertiò in anno ascenderent Ierosolymam ad celebrandum Pascha. Verùmtamen non parvum poterat ex hôc oriri periculum, quòd scilicet civitates remanerent desolatæ absque præsidio, quod eas defendere, & propugnare potuisset, maximè cùm omnes, & singulæ essent undique ab hostibus circumvallatæ, ac proindè facilè potuissent ab adversariis superari. Tantò hujus Deus præbuit majorem securitatem, quantò certiora sunt præsidia, & fortiora munimenta obedientiæ, quàm humana, dicens: *Nullus ingredietur terram tuam, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Ita declarat hunc locum Oleaster: *ut nihil sibi defuturum putet, cùm curaverit ea, quæ sunt Dei sui.* Quia verè nulla potest securior custodia rerum temporalium dari, quàm obedientia Dei, multò magis assecurata sunt vestra bona, hâc fiduciâ, quòd nihil velitis acquirere, aut conservare contra Dei voluntatem, quàm cum omnibus hujus mundi præsidiis, ita ut ne quidem inimici illa appetere possint. Bella est hæc explicatio, & conformis multis Patribus antiquis, sed ad propositum nostrum magis accommodata est expositio cardinalis nostri Cajetani dicentis, hanc non fuisse pollicitationem securitatis, quam Deus eis dederat, sed dispensationem pro tempore belli. Ac si diceret eis Dominus: *Præceptum apparendi ter in anno non obligat tempore suspecti belli*, id est, lex ascendendi ad templum non obligat tempore belli, sed ego dispenso in illâ, & si quis voluerit deserere domum, & familiam suam, cunctaque bona, quæ possidet, ad adeundum templum tuum, nonne erit tibi gratum, Domine? Nequaquàm ait, Cajetanus: *Quamdiu enim secura non erat regio, rationabile non erit, ut omnes masculi ter in anno relinquerent urbes, & oppida, regionemque circum circà inermem*, hoc est, gratius mihi erit sacrificium remanere domi, & operam dare defensioni, & remedio eorum, qui curæ vestræ sunt commissi: imò declaro, non esse necessarium, ut bellum de facto exerceatur, sed sufficit timor, & suspicio illius ad dandum privilegium, seu dispensationem non veniendi ad templum meum: hocque est sacrificium, quod pluris æstimo, & mihi gratius est, & non id, ad quod vestra voluntas inclinat, in illo etenim casu volo, ut meum templum sit vestra domus, & quæratis Deum, ubi vobis statuero, non ubi vos optaveritis, aut voluntas vestra desideraverit.

Exod. 34. v. 10. Oleast. hic.

5. Ponderat glorioſus ſanctus Bernardus responsum illud, quod Sponsus sponsæ dedit scisciſtanti, & quærenti locum quietis ejus in meridie: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie?* Sponsus verò ei replicavit in hæc verba: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Et quamvis Theodoretus, Beda, & Commentarius trium Patrum intelligant per *Murenulas*, monilia, seu torques, aut quodlibet aliud genus ornamenti collo adornando adinventum, sanctus tamen Bernardus arbitratur eas esse inaures, & ornamenta aurium, per quas ingreditur fides, & doctrina Evangelica, & enucleans responsum Sponsi in has voces erumpit: *Aliud cupit Sponsa, & aliud accipit, & nitenti ad contemplationis quietem, labor prædicationis imponitur, & sitienti Sponsi præsentiam, filiorum Sponsi pariendorum alendorumque sollicitudo injungitur: aliâ enim vice cùm Sponsi amplexus, & oscula suspiraret, responsum est ei, quia meliora sunt ubera tua vino*, id est, non obtinuit Sponsa, quod quærebat, sed quod conveniebat, illa quietem ambiebat, & in eum finem sollicitabat indicari sibi locum Sponsi, ubi cubaret, & quiesceret: *Indica mihi ubi?* ut ibidem contemplationi vacare posset, Sponsus autem remisit eam ad laborem, & curam habendam filiorum suorum spiritualium, demonstrans ei illud esse, *ubi*, & locum, in quô ab eâ reperiri cupiebat. Et ut apertissimè videatis quam appositè probem meum intentum, ne putetis, in hâc solâ occasione ipsi sic fuisse responsum, quia dum anteà ad oscula, & præsentiam Dei superaret: *Osculetur me osculo oris sui*, Sponsus replicavit: *quia meliora sunt ubera tua vino*, quasi relegans eam à se, neque concedens ei dulcissimum contemplationis exercitium, quando aliæ animæ necessitate laborantes, ejus remedio, & auxilio indigebant: Quasi Sponsus ei diceret, video, ô Sponsa mea, quòd me quæras in me; hoc in præsenti non decet, sed quære me in meis, hæc siquidem est voluntas, & votum meum, ut taliter sis contemplativa,

Cant. 1. v. 17.

Theodoret. Beda. Commēt 3. Patrū.

D. Bern. serm. 41. in cant. v. 1.

Cant. 1.

& ſtudeas tuo particulari commodo, quòd non obliviſcaris eorum, qui tuæ curæ ſunt commiſſi, quære me in illis, & ibi me invenies, ſervias mihi, ubi ego mandavero, quia ibi me ſemper tibi præſentem, & faventem experieris.

6. Poteſt hæc explicatio D. Bernardi confirmari, ex alià noſtri Cardinalis Hugonis ſuper alia verba canticorum, quorum interpretatio, plurimùm torſit ingenia expoſitorum: *Averte oculos tuos à me, &c.* Opinatur hic Doctor, verba illa eſſe prolata à Sponſo, & dicta Sponſæ, quibus mandat ei, ne oculos in ſe conjiciat, Quis non miretur attonitus, Sponſum divinum tam inhumaniter, & torvè alloqui Sponſam ſuam? tanta enim incivilis aſperitas, indecens videtur ergà dilectiſſimam. Quarè obſecro non licebit Sponſæ intueri Sponſum? vel, cur avertet oculos ab illo, quem unicè, & toto corde diligit? Audite Hugonem, in perſonâ Sponſi, reſpondentem: Curæ, ſcilicet, ſubditorum intendens, *ſic melius me videbis.* Non hoc modò à te exigo, ô ſponſa, & anima ſancta, ſed oculos tuos converte ad eos, quorum tibi cura demandata eſt: hoc ſcias mihi gratiſſimum, ut te totam illis impendas. Et ut noveris hoc mihi præ cæteris placere, ex nunc tibi præcipio, ne taliter mecum agas, ut aliorum obliviſcaris, ſub pœnâ gratiæ meæ amittendæ, & certiorem te facio, quòd numquam plùs promereberis, neque umquam jucundiùs meâ fruêris præſentiâ, & ſocietate, quàm quando te meæ accommodaveris voluntati, & iveris, quò ego te duxero, & non, quò te tua traxerit voluptas.

Cant. 6. v. 6.

Hugo Card. hic.

7. Scitu digniſſima eſt cauſa, ob quam Chriſtus Servator noſter obſequium illius, quem apud Geneſarenos curaverat, ſibi oblatum reſpuerit, uti refertur apud ſanctum Lucam: *Rogabat illum vir, de quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet.* Quarè non admittit eum ad ſuum collegium, qui gratus pro beneficio ſanitatis accepto, mundum deſerere, & fluxas hujus vitæ delicias perdere paratus erat propter ſocietatem, & obſequium ejus? quî igitur eum tam inurbanè à ſe dimiſit, & tam juſtæ petitioni ejus non annuit? cùm idemmet Evangeliſta paulò antè dicat, quòd alterum invitaverit ad ſuam ſequelam: *Dixit alii, ſequere me.* Quidnam vidit Chriſtus in homine illo, quò demeruit ab ipſius conſortio repelli? Plures adferunt rationes ſacri Doctores, ſed Gregorii Magni meditatio formaliſſimè intentum noſtrum probat: *Ut ex dilati amoris deſiderio, meritum retributionis augeat.* Id quod aliquis ſeveritatem judicare poſſet, in hoc ipſo ſummum favorem Chriſtus ipſis exhibuit. Sed utique dicetis mihi, in quò ſitum fuit, quòd Chriſtus voluerit eum ſuo deſiderio defraudatum, majori merito fuiſſe cumulatum? Uni dixit, ſequere me, alterum verò à ſe dimiſit; quod enim hic, ſequendo Chriſtum, promeruit, alter amando abſentem, lucratus fuit. Permittite vos duci per ſemitas, per quas Deus vos ducit, ipſe novit, quid vobis expediat. Sacrificate Deo, ubi ipſe mandaverit, & non, ubi vos propria voluntas incitaverit.

Luc. 8. v. 38.

D. Greg. Magnus, lib. 10. moral. c. 12.

In quò putatis ſitam fuiſſe ignorantiam ſancti Petri in monte, quando Evangeliſta Lucas dixit: *Neſciens, quid diceret.* Affirmarem ego, nullum umquam familiarem Regis magis urbanè poſtulationem ſuam propoſuiſſe: Petit ſiquidem pro mortuis digniora loca, & pro ſenioribus famulis familiæ meliores commoditates, & majores dignitatis honores; juſta profectò videbitur cuipiam hæc petitio, & in maximâ charitate fundata, dicit tamen ſanctus Evangeliſta: *Neſciens, quid diceret.* Vel, ut inſignis quidam Politicus modernus prudentiſſimè dixit, tam aliena fuit hæc petitio à non lucro, & favore pro mortuis, ut potiùs plena fuerit adulatione, & proprii commodi ſollicitatione; poſtulabat enim tabernacula pro duobus, quos videbat Chriſto proximiores, & ejus gloriæ, & Majeſtatis participes: *Viſi in Majeſtate*, inquit ſanctus Marcus. Rogare autem in favorem eorum, qui auctoritate, & gratiâ pollent apud magnates ſuſpectum eſt, & propriæ utilitatis, ſeu lucri indicium: quia dare aliquid potenti, & emere quidpiam pro familiari, ſeu intimo Regis non eſt petitio, ſed cauta negotiatio: vel, ut melius videtur ſancto Bernardo, error, & inſcitia ejus fuit, velle contrahere, ſeu limitare gloriam Chriſti ad pauciores, quàm ipſe omnibus præparaverat, quod abominabile eſt apud Deum: *Neſciens quid diceret, quia viſa Majeſtate, commune bonum, inter ſuum privatum, viſus eſt concluſiſſe.* Bellæ ſunt hæ rationes, huic tempori accommodatiſſimæ, attamen excogitatio cujusdam nominatiſſimi Concionatoris familiæ noſtræ Dominicanæ maximè inſtituto noſtro eſt conformis. Vultis ſcire, inquit, in quò conſtiterit

8.

Luc. 9. v. 34.

Querved. in Polit. c. 14.

D. Bern. de vita ſolitar. ad fratres de monte Dei.

Digitized by Google

terit ignorantia ſancti Petri? In eò quòd ibidem Deo frui ambiebat: *Hic eſſe*, locus ille ipſi placebat, & deſiderio ejus commenſuratus erat: *Hic eſſe*, in hôc erravit Apoſtolus, & in hôc manifeſtavit ſuam in virtute ruditatem, & imperfectionem, & quòd nondum ad ſummum perfectionis apicem pertigerat: ſumma enim virtutum, in ſolâ conformitate cum Dei voluntate conſiſtit, ita ut omnes ejus actiones ab illâ, tamquàm omnium menſurâ, regulentur, & ut prætendat ſolùm locum ab illo deputatum. Hic uſui venit illud Alciati: *Quò Dii vocant, eundum.* Pingebat Mercurium, viam demonſtrantem cum hâc teſſerâ, ſeu ſymbolo eorum, qui ſe à Deo duci, & dirigi ſinunt, ejusque in omnibus ſequuntur ducatum. Adducit ad hoc propoſitum ſanctus Auguſtinus verſus illos Senecæ, ſeu Cleantis: *Duc me, ſumme Pater, & alti dominator Poli, quocumque placuerit, nulla parendi mora eſt, adſum impiger &c.* id eſt, paratus ſum, ô Domine, ad ſerviendum tibi, quocumque duxeris, præſto ſum, nullam excuſationem prætexo, jube, manda, & impera, tua in omnibus ubique fiat voluntas. Si ita egiſſet ſanctus Petrus, non tam ſeverè reprehenſus, neque tali fuiſſet cenſurâ notatus, at quia ipſe non volebat frui, & ſervire Deo, ubi eum ipſe deſtinaverat, videlicet in Eccleſiâ, quæ extendenda erat per univerſum orbem, ſed in ſolo monte Thabor, ubi ipſe ſolus Dei conſortio erat potiturus, ideò eum redarguit ignorantiæ, & egregiè adnotavit ſanctus Ephrem Syrus: *Simon miſſus eſt ad ædificandum in mundo Eccleſiam, & facere vult in monte tria tabernacula, adhuc enim Chriſtum humano modo attendebat, & cum Moyſe, & Elia collocabat.* Allaboremus pro viribus, ne in ſimilem errorem prolabamur, & conemur omni ſtudio imitari Reginam Angelorum, quæ ſuo exemplo nos docet modum quærendi Deum, ipſumque inveniendi. *Tulerunt illum in Ieruſalem &c.*

***

Petrus Calvus hom. in dom. 2. quadrag.

Alciatus emble. 7.

S. Aug. lib. 5. de Civ. Dei cap. 5.

D. Ephræ. ſerm. de Transfig.

Et ut darent hoſtiam, ſecundùm quod ſcriptum eſt, in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

Consideratio V.

Rex cælorum contentus eſt, ut ipſi offeramus, quæ poſſumus juxtà facultates noſtras; Reges verò terreni exigunt plùs, quàm facultates noſtræ patiantur, etiam ea, quæ non habemus.

1. Qui verſati eſtis in lectione ſacræ Scripturæ, comperietis, quòd, ubicumque Deus populo ſuo leges ſtatuit, & ceremonias obſervandas præſcripſit, ſemper ſe Dominum appellaverit: *Ego Dominus Deus veſter. Ego Dominus.* Omnes libri Exodi, Levitici, & Deuteronomii pleni ſunt hôc modo loquendi, veluti notat Oleaſter: *Præmittebat Dominus verba hæc, cùm leges traderet, ut ſcirent, eum poſſe leges præſcribere, quaſi ſervus.* Ac ſi diceret Deus; cuſtodite hæc præcepta, & obſervate hos ritus, quia ego ſum Dominus Deus. In quô benè perpenſo, occurrit dubitandi ratio, quarè videlicet Deus, quando hôc officio legislatoris functus eſt, ſeipſum titulo Domini inſigniverit? *Ego Dominus. Ego Dominus.* Quæſtio hæc plures poteſt habere reſponſiones, ſed mihi præ cæteris placet illa ex ſancto Chryſoſtomo deducta, qui affirmat, ex præceptis, & legibus manifeſtè cognoſci, quis ſit Deus, &, quis ſit diabolus: *Per præcepta ſolùm Deus, diabolumque monſtrantur.* Ecquæ differentia legum, ex quâ in cognitionem legislatorum, ſeu Dominorum devenitur? In eô quòd Deus ponderat vires noſtras, & eisdem leges ſuas attemperat, & commenſurat, & ideò numquàm nobis aliquid ultrà vires faciendum imponit, ſed ſolùm mandat, quod facili negotio peragi poteſt, onus enim, & jugum ſuum accommodat fortitudini portantium. Sed diabolus, quia eſt Princeps tyranni, & intruſus (idemque dico de Principibus terræ, qui ei ſunt ſimiles) ita aggravat, & obruit ſubditos ſuos, tamque gravia onera imponit humeris

Lev. 20. v. 7. & 8.

Oleaſt. in cap. 18. Levit.

D. Chryſ. hom. 6. in Act.

eorum, ut non sint ferendo, sed gemant sub pondere, & quasi exhausti pereant, & moriantur. Hoc sonant verba Chrysostomi: *Per præcepta solium Dei, diabolique monstratur* Præcipiebat Dominus in lege, ut potentes sibi agnum immolarent, inopes verò, & qui tantùm juxtà facultates suas nequirent: *Par turturum, aut duos pullos columbarum.*

Levit. 12. v. 8.

2. Ex quibus colligo, Regem cœlorum non non plus exigere, quàm habemus, neque aliquid ultrà vires nobis imponere; Reges autem terræ, cùm desideria sua soli voluntati propriæ commensurent, & non facultatibus subditorum, non sunt contenti donariis, & contributionibus subditorum opibus portionatis, sed etiam exigunt, & volunt, quod ipsimet subditi non habent. Ponderavit Oleaster modum, quò Moyses usus fuit in imponendâ populo contributione, ad fabricam tabernaculi, & cæterorum ad id pertinentium necessariâ: *Omnis voluntarius offerat aurum, & argentum, & æs, & hya inthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum.* Duo hic observat Oleaster, primum, quòd Moyses ex parte Dei rogabat populum, non obligabat; & secundum, quòd non præcipiebat, offerri hoc, vel illud determinatè, sed cujuslibet electioni, seu potestati relinquendo, quisque quod ex istis haberet, offerret. *Noluit eos Dominus ad obligationem cogere, aut oblatum limitare, ne potiùs exactorem, aut tyrannum agere videretur, quàm Regem, aut Patrem.* Intentum igitur Dei fuit, ne populus eum latronem, sed Patrem æstimaret, & hoc pacto eos obligabat etiam ad ultrà vires voluntariè offerendum, & ei serviendum, idque tam profusâ liberalitate præstiterunt, ut fuerit necessarium eis prohibere, ne amplius pro necessariis tabernaculi contribuerent. Hinc addiscant Reges, & Principes terreni non vexare subditos suos, neque eos cogere ad dandum ultrà id, quod eorum facultates patiuntur,

Exod 35. v. 5. Oleast. hic.

3. In Deuteronomio prohibebat Deus Israelitis seminare in vineis: *Non seres vineam tuam alio semine.* At quæro, si terra foret adeò fertilis, & fœcunda, ut alios fructus producere posset præter uvas, quarè non erit licitum agricolæ aliud semen inferere vineæ suæ? Audite responsum Theodoreti: *Et inexplebilem cupiditatem amputat, & agricolis ipsis providet; terra enim sata diversis seminibus exiliores fructus producit.* Ac si diceret; nimium gravatur terra tributis, & si agricolæ plus ab illâ exigant, quàm possit reddere, tandem nullos proferet fructus.

Deut. 22. v. 15. Theod. quæst. 23.

Moralizat sanctus Augustinus id, quod Davidi contigit cum armis Saulis. Volebat hic pessimus Rex per Davidem vindictam sumere in gigante illo Philistæo, qui tot injuriis lacessebat, & infestabat regnum suum, ideoque mandavit Davidem regiis suis armis vestiri: *Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput ejus, & vestivit eum loricâ* Et pauper adolescens, onustus armis regiis non poterat se movere, nec ad gressum unum progredi: *Non possum sic incedere, quia usum non habeo.* Ut enim Sauli prædixerat, se numquam vitam militarem, sed pastoritiam fuisse professum, ita etiam insolitus erat ludere, seu præliari armis illis, solâ fundâ, & pedo pastoritio exercitatus. Meliùs dixisset David Sauli, quam immeritò mandabat ei servire suo modo, & non secundùm possibilitatem propriam, volens, ut tenue corpusculum unius adolescentuli coextenderetur tantæ moli corporis sui, de quò sacra Pagina testatur: *Erat altior universis ab humero, & sursùm.* Perperam egit Saul cum Davide, quid enim insulsius, aut magis rationi dissonum excogitari potest, quàm quòd procèrus Saul noluerit vestimenta, & arma sua accommodari corpusculo pygmæi Davidis, sed potiùs prætenderit, exile, & gracile corpus Davidis extendi, & altitudini suæ commensurari. Vox est sancti Augustini: *Volebat Saul, ut quoniam David ætate impar erat, quasi armis par esset,* id est, volebat Saul æqualitatem procedere non ex abbreviatione, seu diminutione armorum suorum, sed ex extensione membrorum Davidis. Nolebat impius Rex condescendere possibilitati, & potentiæ subditi sui, sed hunc volebat confirmari voluntati suæ. In quò manifestè declarabat, se jam non esse Regem electum, & constitutum à Deo, sed reprobum, & æternum à gratiâ ejus ejectum, & exulem. Et tales sunt, qui sequuntur vestigia ejus, neque se accommodant viribus subditorum suorum, sed potiùs eos emungunt, & sanguinem pauperum, & sudorem egenorum exsugunt: quod Deus semper ægerrimè tulit, neque aliam ob causam tam severas leges statuit in veteri testamento contra Reges, & populi Hebraici Rectores, & simul etiam contra Principes Christianos.

1. Reg. 17. v. 38. D. Aug. ibid. homil. 50.

Hoc

5. Deut. 22. v. 10.

Hoc præfiguratum dedit in lege illâ Deuteronomii, quâ prohibebat, ne sub uno, eodemque jugo unirentur bos, & asinus: *Non arabis in bove, & asino simul.* Apparet sanè hæc lex tantò mutilior, & minùs necessaria, quantò est de rebus minutissimis, & nullius momenti. Quodnam enim est inconveniens, vel absurdum, quòd bos, & asinus simul colligentur ad arandum? Vel quid voluit Dominus hôc exemplo nos edocere? Rem acutè tetigit doctissimus noster Oleaster: *Pietatem insinuat, docetque imparia non esse conjungenda, neque ab omnibus servis aquale exigendum, sed ab unoquoque juxtà vires suas.* Non est attendendum ad factum, sed ad denotatum; dedit Deus hic pietatis documentum Principibus, & Prælatis, quomodò cum subditis suis agere debeant, ne bovem cum asino conjungant, hoc est, ne jumento debili tantum onus quantum bovi forti, & robusto imponant, hoc enim esset miserum asinum occidere; neque tantùm exigere possint ab egeno, & minoris fortunæ, quantùm à divite, & opulento, quia nequit pauper, & inops æquiparari potentibus, & copiâ rerum affluentibus. Neque rationi consentaneum est, ut Regno jam exhausto, & potentiâ destituto, tanta imponantur tributa, quanta benè anteà, dum abundaret omnibus, & vigens opibus floreret, hoc enim erit debilitatem asini colligare cum fortitudine bovis. Et si Deus tantâ providentiâ prospexit brutis animantibus, ut nollet ea importabilibus oneribus aggravari, quantomagis debent Reges, & Principes terreni se accommodare facultatibus subditorum suorum, & non ultrà vires eorum aliquid extorquere ab eis. Hoc sonat: *Non arabis in bove, & asino simul* Faxit Deus, ne Reges & Principes Christiani ita agant, neve eorum regna, & provinciæ ad tam lamentabilem miseriæ statum deveniant, in quô Propheta Ieremias civitatem Ierusalem, & regnum Israelitarum gemebundus deplorabat.

Oleast. in Deut. 22. in illa verba. Nõ seres vineam.

6. Thren. 5. v. 1.

Audite lugubrem ejus lamentationem: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi vidua. Aquam nostram pecuniâ bibimus, ligna nostra pretio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur, & lassis non dabatur requies.* Fateor quidem, inquit tristis Propheta, ea, quæ justè patimur, esse peccatorum nostrorum flagella, sed tu, ô Domine, respice non culpam nostram, sed pœnam, quâ affligimur, noli attendere ad peccata nostra, quibus te, gravissimè delinquendo, offendimus, sed converte misericordes oculos tuos ad miserias nostras. *Et recordare, quid acciderit nobis, hereditas nostra versa est ad alienos &c.* Carpite paulisper postrema illa verba: *Cervicibus nostris minabamur, & lassis non dabatur requies.* Quidam exponunt illa ad hunc modum: non solùm dolebamus propter præsentia mala, quæ de facto sentiebamus, sed dolorem nostrum augebant mala, quæ nobis futura, & imminentia minabantur, & quæ singulis momentis jam jam nobis affligenda timebamus. Vix unum ærumnosum laborem evaseramus, & statim afflictis nova addebatur afflictio, vixdum tributum unum cessaverat, quin aliud illicò succederet, unumque vectigal alteri succedens nos opprimebat. Alii autem Interpretes moderni sequentes divum Hieronymum, longè diversam excogitârunt declarationem, ita ut verbum illud, *minabamur*, dicant derivari à *mino, minas*, ac proindè debeat intelligi, *de minatione, qua jumenta minantur*, juxtà illud Exodi: *Cùm minasset gregem*, &, secundum hanc explicationem, hunc reddunt sensum; quasi jumenta fuissemus, sic nos onerabant, neque ullatenùs nobis compatientes, tot, tantaque onera accumulabant, donec jam oppressi, & tanta onera importabilia sustinere non valentes in terram corruereamus.

D. Hierõ. apud Petr. Figueroa, Exod. 3. v. 1.

Confirmatur hæc expositio ex Lyrano super verba illa sequentia: *Et lassis non dabatur requies*, id est, sine ullâ laboris intermissione: *Quia Babylonii cogebant eos ad laborem, ultrà modum*, ita ut irrequieto labore, quasi forent infatigabiles, vexarentur, cùm tamen jam præ lassitudine ampliùs pedibus subsistere nequirent: *Et lassis non dabatur requies.* Legit autem Hebræus; *Labor non relinquitur nobis*, id est, non permittitur nobis proprius labor, *Hoc est*, inquit Rabbi Salomon, *laboramus ad acquirendum aliquid, sed nihil relinquitur nobis, sed omnia auferunt sibi inhumani Domini, quibus servimus.* Exaggerat Propheta crudelitatem captivitatis Babylonicæ, & tyrannicum regimen, & injustitias eorum, quibus serviebant. Prima siquidem eorum injustitia erat, quòd non solverent mercedem laborantibus, neque

7. Lyra hic.

Lect. Hebraica, Rabbi Salomon hic.

Digitized by Google

neque ullatenùs sudorem servientium compensarent. Secunda verò erat, quòd ultrà laborem, & sudorem captivorum, etiam sanguinem, & panem, quem plurimo corporis sudore, & afflictione spiritús sibi, & prolibus suis conquirebant, ipsi tyranni exigerét, ita ut quidquid, servientes, sudore comparabant, hoc Domini tyranni auferebant, & quod illi immenso labore acquirebant, hoc Domini manducabant, & devorabãt. Avertat Deus ne nos propter peccata, & scelera nostra similibus suppliciis affligamur, neque permittat Regibus, & Principibus Christianis ita suos vexare subditos, aut tali opprimere tyrannide populum sibi commissum, quemadmodùm Babylonii persecuti sunt Hebræos. Imò rogo Deum, ut dignetur ipsis principibus talem concedere gratiam, ut sint amantissimi patres, & non severi Domini, aut latrones suorum subditorum, utque ad exemplum Dei, qui tantâ benignitate providit brutis animantibus, ejus imitentur vestigia, & sint benevoli, & misericordes ergà subditos, sintque eorum suavissimi legislatores, qui leges, & exactiones suas viribus, & facultatibus subditorum attemperent, neque ultrà quod secundùm rectam rationem contribuere possunt, extorqueant, si enim secùs fecerint, resuscitabunt leges Dragonis, cujus Plutarchus meminit in vitâ Solonis, unius ex septem sapientibus Græciæ: is refert de antiquo quodam legislatore, cui nomen Drago, de cujus legibus, communi adagio, dicebatur, *Sanguine esse scriptas*, quia nihil, præter sanguinem, mortem, & rigorem justitiæ, continebant, & tam crudeles decernebant pœnas, ut homines quodammodò ad impossibilia compellerent: Non ita divinus noster legislator.

Plutarch in vita Solonis.

2.

Appositissima est huic proposito advertentia quædam sancti Gregorii Papæ, relata à Doctore nostro Angelico sancto Thomâ super illa verba, quæ Christus turbis se sequentibus dixit: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*, id est, vestiat nudum, & succurrat egeno: *Idcircò, de dividendu cum proximo duabus tunicis, datur præceptum, quoniam si una dividitur, nemo vestitur.* Non præcepit Salvator, ut unicam habens tunicam, eam dividat cum mendico, sed qui duas habuerit, unam det, & alteram sibi reservet, quia si una divideretur, nec unus, nec alter fuisset cooperitus: non enim DEUS exigit à nobis, ut necessaria nobis subtrahamus. O si quis hanc doctrinam cordibus Regum, & Principum imprimere posset, maximè necessariam iis, qui aliorum curam, & regimen administrant, si enim eam observarent, querelas, & clamores subditorum evitarent, quos, unam tunicam habentes, cogunt eam exuere, & vendere, ut sibi debita persolvant. O Pater mi! Rex premitur magna necessitate, & distrahuntur ejus facultates, & divitiæ ad multa, & nequit tot necessitatibus mederi, nisi subditi ipsi contribuant, & bonis suis auxilientur. Optimum remedium suggero, decurtet, & abbreviet Saul arma, & vestimenta sua, quod facilè fieri potest, neque velit, ut David pusillæ staturæ se illius altitudini coæquet, quod est impossibile fieri.

Luc. 3. v. 11. D. Greg. in catena D. Thom. ibid.

Declaro mentem meam doctrinâ quâdam Abulensis, qui curiosam monet quæstionem, an Noë, in Arcâ, ad quam recepit, ex Dei mandato, animalia: *Bina, & bina ex omni carne, in quâ erat spiritus vitæ*, etiam providerit alimenta carnivoris animantibus, verbi gratia ferocileoni, tigridi, urso, & cæteris hujusmodi animantibus, durante illâ generali inundatione diluvii. Et respondet in hunc modum: *Quædam animalia sunt, quæ solas herbas comedunt, ut pecudes, quædam, quæ solas carnes, ut leones, & animalia ferocia, licèt ista aliquando propter magnam famem herbas comederint, sicut creditur factum fuisse in Arca Noe tempore diluvii*, ita ut asserat Abulensis, quòd aliquando omnia animantia comederint herbas tempore famis, in signum, quòd tempore afflictionis, quando mundus totus opprimebatur miseriis, & calamitatibus, voluerit DEUS, ut etiam animantia moderarentur escas, & victum suum. Sed nonnè leoni, regi eorum deferetur respectus? Minimè gentium. Sit licèt, Rex communi animantium alimento, herbis scilicet, debet esse contentus. Volo dicere, quòd tempore, quò mundus exardet, & exæstuat bellis, & totum regnum extenuatur, & consumitur, ut oculis nostris videmus, tempore, quò tot infortunati casus, & eventus, & toties repetita infortunia occurrunt, uti quotidiè experimur, non velit Deus, ut leo comedat carnes, aut mensam sibi sternat delicatiorem, sed ut abstineat, & appetitum suum refrenet, & herbas comedat, quemadmodùm cætera animantia sibi inferiora, quodque nec patiatur, ut

9.

Gen. 7. v. 15.

Abulens. q. 34. in Gen.

Digitized by Google

ut tantum insumat ferculis quotidianis, aliisque superfluis, & excessibus, sed ut in mensâ, cæterisque personam suam concernentibus observet parsimoniam, & sobrietatem Christianam, quò sic melius possit defectibus Regni sui mederi, & sublevare gravamina subditorum suorum, ne sit necessarium onerare illos, tamquàm boves fortes, quando jam illi extremâ laborant necessitate, & in supremo vitæ discrimine versantur. Quòd si ita egerint, divino erunt similes Legislatori, de quò refert sanctus Lucas, quòd ditioribus, & opulentioribus mandabat, ut offerrent agnum, inopioribus verò, & pauperioribus duos turtures, aut duos pullos columbarum: *Et ut darent hostiam* &c.

Et cùm inducerent puerum Iesum parentes ejus.

Consideratio VI.

De Purificatione beatissima Matris Dei, & de sacrificio, quod hodierno die obtulit Patri æterno, & de titulo, quo communiter hæc solemnitas, candelarum nuncupatur.

1. Prima pars considerationis.

Recordor, me (cùm in Tractatu de Præsentatione beatæ Virginis egi de obsequio, quod illa præstitit Deo, offerendo illi promptâ, & libera voluntate omne suum esse, omnesque suas potentias, & perfectiones, quas habebat, & ab illo receperat, eique se voto perpetuæ virginitatis consecrando) ibidem dixisse, quàm gratum fuerit coràm oculis divinis illud sacrificium; verùm jam acturus de sacrificio, quod beata Virgo hodierno die obtulit, constanter affirmo, hoc multò acceptius fuisse DEO, quàm Præsentationis sacrificium. Ratio autem differentiæ est: quia sacrificium Præsentationis continebat sola merita puræ creaturæ, quæ, quamvis maxima, semper sunt finiti, & limitati valoris; hoc verò, quia comprehendit non solùm merita creaturæ, sed simul etiam Creatoris, sunt infiniti, & illimitati pretii. Ingenti debito erat mundus Deo obæratus, neque pensum suum ei persolvere potens erat, id est, maximo ære alieno obstricti eramus, neque debita solvere poteramus, neque omnes facultates nostræ sufficientes erant, ad compensandum debita tam magna, quia numquam æquivalens rependere poteramus; at sacrificium, quod hodie beata Virgo obtulit Deo Patri, æquivalens fuit, & de rigore justitiæ eidem satisfecit, quia tantum valet, quantùm Deus ipse, cum hâc tamen differentiâ, quòd nos illum totum à Deo recepimus, ipsa eumdem Deum, & hominem hodiè repræsentat; nos solum recipimus Creatorem, & ipsa simul exhibet eum, uti Salvatorem. Fuitque hoc sacrificium tanti meriti, ut sacrificio crucis æquivaluerit, propter voluntatem, quâ eum Mater, & ipse semetipsum Deo Patri obtulit, & immolavit.

Sacrificavit Iephte filiam suam Deo, fuitque voluntas bona, & recta, secundùm opinionem sacrorum Interpretum, ideoque judicârunt filiæ, & virgines Palestinæ æquum, & rationi consonum, hoc sacrificium solemni, & festivo die celebrare. In hôc siquidem sensu intelligenda sunt verba illa Judicum: *Exindè mos introvit in Israel, & consuetudo servata est, ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Jerusalem, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.* Ad hoc autem ejegerunt diem mortis ejus, sed diem, quâ ipsa se morti voluntariè consecravit, & licentiam à Patre postulavit, ut sodalibus suis valedicere posset. *Dimitte me, ut duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis* Ita insinuat doctissimus Abulensis: *Exinde id est, ex fletu, quem fecit filia Iephte, antequàm occideretur, plangendo duobus mensibus virginitatem suam super montes, nata est consuetudo, quòd quolibet anno plorent eam puellæ Israel, sicut ipsa se cum aliis puellis ploravit.* Ecquid motivum habuerunt virgines Palestinæ ad celebrandum potiùs hoc tempus, & hunc diem, quàm diem mortis ejus? consultiùs enim videretur factum, si solemnitatem illam in tempus mortis ejus transtulissent; in die siquidem obitûs celebrat Ecclesia Martyrum festa. Ratio ergò, propter quam elegerunt diem, quâ deliberato animo acceptavit mortem, fuit hæc, quia jam mors relationē dicebat ad hunc actū, & hæc deliberatio animi ejus mortem respiciebat, & propter eandem rationem, sacrificium, quod Filius DEI hodiè sui ipsius fecit, est

Judic. 11. v. 40.

Abulens. quæst. 15.

æquivalens oblationi crucis, quia hodiè statuit, & spontaneè decrevit, imò & obtulit se Deo Patri, ad moriendum pro nobis, ac proindè sacrificium crucis quamdam relationem, & respectum ad hunc actum dicebat; & hoc decretum Christi, ad illud crucis sacrificium fuit ordinatum, & directum. Est consideratio hæc beati Thomæ de Villa nova.

D. Thom. de Villa nova ser. de hoc festo. *Ecce, in die nativitatis, cùm esset Deus, apparuit inter homines factus; in die circumcisionis homo peccator apparuit, cauterio peccatoris admotus; hodiè homo peccator, servus apparet venumdatus ad altare. In die Parasceve homo peccator, servus, & iniquus apparebit inter latrones suspensus, & cum iniquis deputatus.* Carpo illa verba, hodiè homo peccator, servus venumdatus apparet, id est, fuit oblatus ad altare, & à matre suâ redemtus, & ad hunc tam heroici amoris actum, & ad tantæ humilitatis profunditatem, iam dies mortis eius respiciebat, & hoc incruentum sui sacrificium, quò se hodiè Patri æterno offerebat, ad cruentam crucis oblationem disponebat, & quemdam ordinem relationis dicebat. Iam Redemptor noster præsentem intuebatur diem, quâ ut homo, servus, & iniquus inter latrones erat crucifigendus. Hoc est: *In die Parasceve homo peccator, servus, iniquus apparebit, inter latrones suspensus &c.*

3. Iam facilè intelligetis verba illa Paulina ad Hebræos. *Introivit semel in sancta, æternâ redemptione inventâ.* Quæ, meâ sententiâ loquuntur ad litteram de ingressu hodierno Christi in templum, quando inter brachia Matris suæ defertur in Ierusalem, & sistitur Domino, juxtà Prophetarum oracula, quæ jam dudum antè insonuerant: *Ad Hebr. 9. v. 12.* *Malach. 3. v. 1.* *Statim veniet ad templum suum.* De hôc introïtu interpretatur verba hæc, sancta mater Ecclesia, ea in Missâ diei adducens. Ego autem pondero postrema illa verba sancti Pauli dicentis: *Æternâ redemptione inventa.* Videntur enim significare, quòd ingrediente hodiè Christo in templum, & sese Patri æterno offerente, protinùs inventa fuerit redemptio, quod non parvam patitur difficultatem, quia in solâ cruce nostram operatus fuit redemptionem, quando pretiosum suum sanguinem pro nobis largissimè profudit; ita enim sponsa ejus Ecclesia in celebratissimo illo cantico profitetur: *In cantico Te Deum.* *Te ergo quæsumus tuis famulis subveni quos pretioso sanguine redemisti.* Qui igitur hæc doctrina sancti Pauli subsistere potest? *Semel introivit in sancta, æterna redemptione inventa?* Recurrite ad ea, quæ iam dixi, & mysterium intelligetis: sacrificium, quod hodiè suimpsius facit Salvator, jam ordinem, & relationem habebat ad id, quod post triginta tres annos erat peracturus, quando iam non in templo, sed extrà portas Ierusalem in arâ crucis erat offerendus. Itaque idem fuit, Paulum videre ipsum hodiè oblatum in templo, ac contemplari eumdem arbori crucis affixum, & ubi redemptionem nostram incœptam vidit, quasi iam consummatam sibi persuasit: *Semel introivit in sancta, æterna redemptione inventa.* Plurimùm igitur Deo devincti manemus in hôc die præsentationis ejus, quia tanti valoris fuit actus hic amore nostrum plenissimus. Egregiè ad rem præsentem disseruit Cluniacensis: *Raulin. serm. 1. hujus festi.* *Bis oblatus fuit Christus in vita, primo, hac die purificationis, secundò, die passionis. Prima oblatio fuit sacrificium matutinum, secunda vespertinum. In prima, offertur in civitate, & templo, in secunda, extra civitatem oblatus est: In prima, inter brachia Simeonis; sed in secunda inter brachia Crucis. In prima, redimitur, sed in secunda, non est redemptus, sed redemit sanguine proprio. In prima, à paucis parentibus, & amicis oblatus est, sed in secunda, ab inimicis, & multis, & ferè omnibus clamantibus. Prima facta est in tempore nativitatis suæ, sed secunda in plenitudine ætatis.* Quæ verba adeò clara, & dilucida sunt, ut nullâ prorsùs enucleatione, seu expositione indigeant, & manifestè intentum nostrum confirment.

4. Reflexi tamen peculiariter ad verba illa: *In primâ, à paucis parentibus, & amicis oblatus est, sed in secunda, ab inimicis.* Et videtur præfatus Doctor verbis illis indicare, sacrificium ist-hoc quodammodò gratius fuisse Deo, quam sacrificium crucis, quia in hodierno sacrificio Filius Dei fuit a matre oblatus, in illo vero fuit à Iudæis crucifixus. Et si hæc fuerit ejus intentio, subtilissima simul, & excellentissima fuit ejus meditatio, & locutus fuit more Theologorum, fundatus in quâdam doctrinâ Magistri sententiarum, dicentis, *Magister sentent.* duo fuisse in Passione Christi, actionem videlicet, & passionem quorum *Actio fuit odiosa, passio gratiosa.* Pati Christum, & offerre æterno Patri vitam, & sanguinem suum, res fuit

fuit maximæ æſtimationis apud Deum, miniſtros verò Sathanæ eum crucifigere, & morte eum condemnare valde ingratum, & exoſum fuit Deo. Ac ſi clariùs diceret; quòd ſi modo, aut viâ aliquâ potuiſſet ſacrificium iſtud minùs placere Deo, utique id fuiſſet propter peccata crucifigentium Dei Filium, ac proindè non dicit Cluniacenſis, quòd unum ſacrificium plùs Deo placuerit, quam aliud, quia hic foret error manifeſtus: utrumque enim quoad ſubſtantiam unum, & idem eſt, ſed ſi dare poſſet caſus, quòd unum eſſet minus gratum Deo, foret utique crucis, propter peccata crucifigentium, quæ in illo intervenerunt, à quibus immune, & liberum fuit ſacrificium in templo oblatum, quia ſola ſanctiſſima Mater fuit miniſtra ejus, & annoſus Simeon ab Evangeliſtâ Sanctus acclamatus: Et tali ſacrificio in terris oblato, quidni Deus in cœlis placaretur?

5. Cant. 1. v. 12. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Verba ſunt Sponſæ, quibus ſacri expoſitores varias aſſignant declarationes, quæ videri poſſunt in commentatore noſtro Soto Major. Verùm inter cæteras mihi magis arridet illa, quæ eadem de deſcenſu Filii Dei per Incarnationem, & per humanitatem aſſumptam intelligit, & de humilitate, qua in mundo verus Deus, in formâ ſervi, & peccatoris apparere dignatus eſt: *Poſſumus per accubitum Sponſi, intelligere Verbi divini incarnationem, & apparitionem ipſius in carne noſtra mortali, id eſt, exinanitionem, ſeu humilitatem ipſius, qua propter nos, cùm in forma Dei eſſet, exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Ita ut accubitus, & ſinus ejus fuerint brachia, inter quæ hodiè oblatus æterno Patri, merum hominem, & filium Adæ ſubjectum legi, ejuſque obſervantiæ ſe mancipatum exhibebat. Hunc ſenſum reddunt priora illa verba Sponſæ ideſt, Eccleſiæ; in ſequentibus autem, *Nardus mea dedit odorem ſuum*, indicat profundiſſimam humilitatem, quam ſacratiſſima Virgo in hâc actione oſtendit: eodem ſiquidem tempore, quò filium obtulit, ſemetipſum, veluti peccatricem, & cæteris mulieribus ſimilem purificavit, ut, teſte ſancto Thomâ, filio ſuo in humilitate aſſimilaretur. Itaque omnia verba ſimul hunc reddunt ſenſum: Dum Rex cœlorum, Sponſus meus dilectiſſimus delitesceret in accubitu, & ſinu ſuo, id eſt, ferretur inter brachia Matris ſuæ, tum nardus mea fragrantiſſimum ſpiravi odorem ſuum. Nardus, teſte Ruperto, herbula quædam minima eſt, ſed maximo fragrans odore. Vult itaque Eccleſia ſancta inſinuare, quòd numquam Mater Dei, nardo comparata, ſuaviorem reddiderit fragrantiam, ſeu redolentiam Deo gratiorem, quàm quando Sponſus divinus inter brachia ejus commorabatur, & ipſa eum in ulnis ſuis deferens ad templum, Patri offerebat, & ſeipſam legi purificationis ſubjiciebat, quaſi cum cæteris puerperis eidem legis præcepto ſubdita foret. Quod egregiè inſignis Mariæ cultor ſanctus Ildephonſus decantavit: *Humilitatis gratia legale voluit exequi præceptum, adimplens illud Sapientis, quanto major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Quando Deipara ſe ad ſupremum dignitatis faſtigium ſublimatam conſpexit, quando ſe Matrem Dei effectam agnovit Angelicis ſpiritibus purior, majora profundiſſimæ humilitatis indicia oſtendit, ut juxtà conſilium Sapientis major meritis, minor fieret humilitatis virtute: hocque eſt Deo gratiſſimum ſacrificium.

Ruperti. hic. D. Ildephon. ſer. huius feſti in Bibliot. homiliarum.

Suarez. hic.

Enucleans ſanctus Abbas Rupertus voces illas Sponſi in canticis: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, cypri cum nardo &c. cum univerſis lignis libani*, advertit, quòd Sponſus comparans amantiſſimam Matrem ſuam, & Dominam noſtram (de hâc enim interpretatur verba hæc) horto conſito florum, & omnis generis herbarum odoriferarum pleniſſimo, & cunctis plantulis pretioſioribus adornato, duo conjunxerit extrema maximè diſſita, quia meminit herbarum inter omnes odoriferas minimarum, nempè nardi, & ſimilium, & ſimul mentionem facit arborum, inter omnes plantas, altitudine eminentium, videlicet, cedrorum montis Libani, quæ celſitudine omnes ſuperant, & excedunt. Quare non videtur adeò genuina hæc comparatio. Audite elegantiſſimam Ruperti ſolutionem: *Pulchra valde varietas huius paradiſi noſtri, ubi & altitudo lignorum Libani, & humilitas aromatici germinis, ſpectaculum commune præbuit.* Concinna hæc varietas paradiſi noſtri, Mariæ amœniorem, jucundioremque reddit, quia Deo nullũ ſpectaculũ delectabilius eſt, quam anima, quę ſublimis, & excellẽs virtute, & humilitate minima,

6. Cant. 4. v. 13. & 14.

Ruperti. hic.

& quæ eſt arbor excelſa montis Libani, honoris dignitate, & ſimul abjectiſſima nardus, propriæ æſtimationis vilitate, hoc eſt, MARIA concepta cum gratiâ, & exempta à legibus communibus, eas tamen, uti peccatrix, obſervans quaſi puri hominis, ordine, & modo naturali concepti, & geniti Mater foret. Hic eſt paradiſus voluptatis, & deliciarum Dei, ex quô hodiè ſingularis odor, & maxima virtutum in eô conſitarum fragantia prodiit, & emanavit; quemadmodùm in combinatione minimarum herbarum, & maximè humilium, cum excelſiſſimis montis Libani arboribus deſignatur: *Cypri cum nardo, & univerſis lignis Libani.* Hoc ergò modo optimè potuit eſſe, quòd oblatio, quam Mater fecit, filii ſui, adjuncto profundiſſimæ ſuæ humilitatis ſacrificio, acceptior fuerit Deo, & pluribus titulis gratior, quia abſque dubio propter conformitatem arborum, Matris ſcilicèt, & filii, in humilitate ſublimius, & excellentius reddebatur ſacrificium, ſicuti plantæ odoriferæ paradiſi Sponſæ (ut jam alibi adnotavimus) ſuaviorem ſpirabant odorem, quia binæ, & binæ juxtà convenientiam, & ſympathiam naturalium inter ſeſe adunabantur: *Cypri cum nardo, nardus, & crocus.* Talis erat Deipara Virgo in templo purificata, in ſocietate Filii oblati, & jure maximo præſentati, quia obtulit hodiè beatiſſima Virgo præſtantiſſimum donum in ſacrificium, quod terra, aut cœlum unquam immolare, ſeu donare potuit. Quidni ergò Deus mundo reconciliaretur, & ira ejus contra peccatores placaretur.

7. Ita igitur, in hôc die ſuæ purificationis, prometuit ſibi Deipara titulum Advocatæ peccatorum, quia hodiè rogavit Deum, ut iram ſuam mitigaret, furorem, & indignationem ſuam deponeret, condonaret peccatoribus, infernum clauderet, cœlum reſeraret, & hoc cum terrâ indiſſolubili fœdere unitum remaneret. Ad hoc autem impetrandum obtulit ei ſacrificium, quod non poterat non eſſe gratum, ſcilicèt, Filium ſuum benedictum, Patri æterno æqualem, & conſubſtantialem. Quando filii Iacob, conſumpto pane, quem obtuleram ex Ægypto & jam neceſſitate famis compulſi, decreviſſent redire in Ægyptum, ad emendos denuò panes, ſacro atteſtante Eloquio, conſulit eis pater, ut munera expretioſiſſimis terræ fructibus in gratiarum actionem pro priori beneficio accepto, Proregi Ægyptiorum ſecum adſportarent: *Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera.* Summoperè laudat, & approbat prudentiſſimum Patriarchæ Iacobi conſilium, hiſce verbis: *Mira eſt hujus ſenis prudentia.* At in quô hæc ſenis prudentia ſita fuit? *Nam, quia noverat, quam benè negotium cum fratre cefferat ob munera promiſſa, docuit filios hoc modo, rem ſuam apud Ægypti Principem expedire.* Feliciter cum fratre ſuo Eſau, muneribus, & donis negotium ſuum egerat; eumdem igitur negotiandi modum ſuggeſſit filiis ſuis, quô apud Principem Ægypti cuncta pro votis ſuis impetrarent. Gen. 43. v. 11. Oleaſt. hic.

8. Omnibus paſſim notum, & manifeſtum eſt id, quod, teſte ſacrâ Paginâ, contigit Patriarchæ Iacob cum fratre ſuo Eſau, dum dives, & opulentus rediret in patriam ſuam unà cum Rachele, & Lia uxoribus ſuis, cæteràque familiâ ſuâ, quomodò ipſe valdè timuerit Eſau fratrem ſuum, propter benedictionem ſibi ſurreptam, & omni conatu ſtuduerit ejus iram placare, & exulceratum ejus animum ſibi conciliare, & qualiter in hunc finem, præmeditatâ operâ, ſejunxerit, & diviſerit Liam cum filiis ſuis in unam turmam, & in alio loco formoſiſſimam Rachelem, parvulum Ioſeph inter brachia ſua geſtantem, collocârit: *Liam verò, & filios ejus in ſecundo loco, Rachel autem, & Ioſeph noviſſimos*, inquit ſacer Textus. Symbolum fuit hoc (teſte Trugillo) divinitſimi noſtri Ioſephi, inter ulnas ſacratiſſimæ Matris ſuæ reclinantis, ad generale jubileum nobis elargiendum. At quando efferatus Eſau, & maximè indignatus fratri ſuo Iacob, conſpexit pulcherrimam Rachelem, tenerrimum infantem inter brachia ſua portantem, protinùs in lacrymas prorumpens, amplexatus eſt fratrem, & crebris eum amplexibus ſtringens, dixit ei, ſe nihil ultrà deſiderare, quàm ſe comitem ei præbere, & in omnibus ſervire, neque deinceps ſe ullam præteritorum memoriam habiturum: *Habeo plurima, ſint tua tibi.* Manſuefiebat, inquit Trugillo, aſpectu formoſiſſimæ Rachelis, & infantis, quem ſecum deferebat, ita ut tota ferocitas leonina Eſau deferveſceret, & in manſuetudinem agninam commutaretur. Verè figura, & ſymbolum præſentis, & hodierni myſterii: ingrediente namque ſacratiſſimâ Virgine templum cum parvulo Gen. 33. v. 2. Trugillo hom. de purif. ad Prim.

Digitized by Google

parvulo Iesu inter brachia sua, eumque Patri æterno in sacrificium offerente, Deus gladium furoris sui erat in vaginam conversurus, cœlum reseraturus, & inferni claustra occlusurus. Et ut ad id, à quo digressi sumus, pedem referamus, existimat Oleaster noster, quòd præsentatio bonorum suorum, quam Iacob obtulit fratri suo Esau, fuerit causa reconciliationis amborum: *Accipe munusculum de manibus meis.* Rogante enim Iacob, ut aliquam partem ex sibi oblatis acceptare dignaretur, confestim pacis concordia, & amicitiæ fœdus denuò est restauratum. Neque hoc alienum est à mente Trugillo, utrumque enim rectissimè dici potest. Verè quidem sacer Textus narrat, ultimos, qui supplices veniam petierunt ab Esau, fuisse Ioseph infantulum, & matrem ejus Rachelem: *Extremi Ioseph, & Rachel adoraverunt.* Nusquam tamen legimus, Esau statim fuisse placatum, aspectu eorum, aut protinus pacem cum Iacob iniisse, sed potiùs interrogasse eum: *Quanam sunt illa turma, quas obviam habui?* Cui illicò respondit Iacob, ea esse bona sibi à Deo donata, quæ omnia libenti animo, & promptâ voluntate ei ad usum & obsequium offerebat. Dicit ergo nunc Oleaster, quòd, quando filii Iacob iteratâ vice repetiérunt Ægyptum ad emendos panes, eis consuluerit pater, ne vacuis manibus eò pergerent, sed munera secum deferrent, idque prudenti consilio; longâ enim experientia edoctus, in fratre suo Esau noverat munera perfringere rupes, ut sonat adagium Hispanicum: *Dadivas quebrantan penas*, & optimum negotiandi modum esse, dare, utpotè, qui tantum inimicum, fratrem suum Esau furiis invectum, muneribus subornaverat, corruperat, & totum in alium hominem affabilem commutaverat. Non aliter beatissima Virgo, ipso die, quò cœpit agere partes nostras apud Deum, ut cuncta pro votis succederent, & res nostræ prosperum haberent eventum, nomine omnium nostrûm defert ei munus tanti valoris, & pretii, ubi, absque dubio, intuitu ejus quidquid petierit, sit impetratura, & Deus ipsi omnia pro voto largissimè sit concessurus. Recordabatur beata Virgo, quanti Deus temporibus antiquis fecerat, & æstimaverat solas figuras, & umbras hujus sacrificii, & repræsentationes hujus muneris quod ipsi hodierno die offerebat; meminerat, inquam, omnium beneficiorum, quæ Deus intuitu ejus jam mundo contulerat; & si solæ umbræ, seu picturæ Dei incarnati, & inter brachia Matris suæ oblati, tantùm efficere potuerunt, quid non efficiet realis existentia adumbrati, & figurati præsentia?

Oleast. hic. & suprà cit.

Psalmus, qui incipit, *Memento, Domine David*, juxta id, quod refert Incognitus ex Rabbi Salomon, est ipsius Davidis, & ab eò prophetice in favorem filu sui Salomonis compositus, prævidens ea, quæ ipsi futuris temporibus erant eventura. Res ita se habuit; Volens Salomon transferre ad templum quod ædificaverat, arcam testamenti, quam solemni processione introducebat, ubi ad templum pervénit, subitò portæ illius per se fuerunt occlusæ, neque apertæ fuerunt, quousque Sacerdotes hunc Psalmum intonârunt, nam protinùs ut hunc versiculum decantârunt: *Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui*, subitò portæ fuerunt reseratæ, & arca Domini introducta in Sancta Sanctorum; David enim Deum rogat in illis verbis, ut propter se, id est, propter amorem Messiæ, & Matris ejus ex familiâ suâ orituræ, & eorum, qui per arcam illam, & manna præfigurabantur, dignetur sibi favere, tamquàm Regi Israel recèns inuncto: & ecce subito, cantantibus Sacerdotibus hunc versiculum, portæ templi reserantur, & arca Domini solemniter in locum suum introducitur. Verba autem Incogniti hæc sunt: *Et quando fuerunt ad illum versiculum: porta templi à se ipsis se aperuerunt, & arca Domini fuit introducta, & in locum suum collocata.* In signum, quòd portæ cœlorum erant seipsas aperturæ, & omnes thesauri misericordiarum DEI toti mundo patefaciendi, quando vera arca, & verum manna essent ingressura templum Ierosolymitanum, & in eò Iesus, & Maria seipsos forent oblaturi. Et ut videatis, quàm bellè figura correspondeat figurato, audite sanctum Ambrosium ingeniosè differentem: *Arctam, quid nisi sanctam Mariam dixerimus?* & si curiosiores mihi objeceritis, quòd non videatis in arcâ hac Verbum Dei, neque tabulas legis, quæ tamen in aliâ continebantur: Huic quæstioni doctissimè respondet sanctus Doctor, dicens quòd si in arcâ testamenti continebatur Verbum Dei, etiam beata Virgo habet verum Dei verbum, scilicet, Verbum divinum, & si in illa asservabatur lex scripta, & mortua, in hâc habemus legem vivam, & exactissimè observatam, cùm tamen

9. *Psal. 131. v. 1. Incogniti ex Rabbi Salomon.*

D. Amb. apud Mendoza in 1. Reg. c. 4.

Digitized by Google

(ut jam diximus) esset ex lex, & ab omni prorsùs lege immunis: *Siquidem arca intrinsecùs portabat testamenti tabulas, Maria ipsius testamenti gestabat haredem; illa intra semet legem, hæc Evangelium retinebat; illa Dei vocem habebat, hæc verbum.*

10. Aliam antiquiorem hujus mysteri figuram, & umbram adinvênit Cluniacensis, qui dicit, diem hunc purificationis longè anteà prævidisse sanctum Noëmum in figurâ: *Vidit eum Noe in figura. Nam columba emissa ab arca rediit ad vesperam, portans ramum olivæ cum virentibus foliis, & intellexit Noe, quòd cessasset aqua diluvii: sic in vespere mundi, in novissimo diebus emissa columba, Virgo Maria, super omnes pulcherrima, nata ex Tribu Iudæorum ad templum rediit, portans ramum misericordiæ de paradiso, & intellexit Simeon, quòd cessasset ira Dei super genus humanum, & gemitus, & suspiria Patrum.* Figura manifesta hujus mysterii: quemadmodum enim Noëmo clarum fuit indicium diluvii, & mundationis completæ, columba potans ramum olivæ, ita etiam Simeoni certum fuit præsagium divinæ misericordiæ, in hâc ultimâ mundi ætate, Virgo Maria, columba sanctissima: ita enim eam appellat Spiritus sanctus *Columba mea*, ingrediens templum, & portans ramum olivæ, seu misericordiæ de paradiso. Intellexit namque Simeon &c.

Paulin. loc. cit.

Gen. 8. v. 12.

Cant. 2. v. 14.

11. Eamus paulò longiùs, & recurramus ad primordia creationis mundi. Sanctus Rupertus Abbas, & cum eo eminentissimus noster Cardinalis Cajetanus, ubi Vulgata nostra habet, *Faciamus hominem*, legunt ipsi in futuro. *Faciemus hominem.* Et quid hic opus consilio, si ad nullius alterius rei creationem eô usus fuit? Respondet prædictus Abbas, quòd nostro modo intelligendi, & loquendi, rogabatur Deus in illo instanti, in quo omnia sunt præsentissima, peccatum, & omnia, quæ ipsi summas molestias erant illatura, ut crearet mundum, & quia nonnihil vallicabat *paululùm subsistens*, in hæc verba prorupit: *faciemus hominem*, constet, quidquid contiterit, eveniat, quod voluerit, patiatur totum, quod ei acciderit, volo ego creare hominem. Refert Petrus Galatinus ex Rabbi Hecados magnæ authoritatis viro apud Hebræos, quòd, respondens cuidam interrogationi ab Antonio consule Romano propositæ, dixerit; Deum, dum prævideret peccatum hominis, non solùm noluisse hominem, sed neque etiam mundum creare: *Agnoscens Deus Adam peccaturum, & totum orbem infecturum, nolebat mundum creare*: At Verbum divinum instanter mundi creationem urgebat: *Verbum autem Dei instabat, esse creandum*; Ideoque supplicabat Patri æterno, ne ad peccata hominum attenderet sed ad Filium suum incarnatum, hominem factum, ejusque sanctissimam Matrem oculos converteret. Acquievit illi Deus, & mundum, & hominem, propter amorem JESU & MARIÆ, ex nihilo produxit, & creavit, & nisi illos considerasset præsentes, nequaquam mundum, aut hominem efformasset: *Videns verò Deus benedictus ex Israel excidendam esse illam Petram, ex qua Messias futurus erat, hujus petræ dilectione (quæ Mater Messiæ est) & Messiæ mundum condidit, quod arcanum, dictum est Ieremiæ trigesimo tertio*; continetur autem mysterium hoc verbis illis: *Nisi pactum meum stetisset, diem, & noctem, leges cœlo, & terræ non posuissem.* Addit-que Galatinus rem curiosissimam, in hujus doctrinæ confirmationem, quòd videlicet ista duo nomina JESUS, & MARIA eumdem faciant numerum in Hebræo, quem nomen Hebraicum positum loco verbi illius, *pactum*, constituit, verbum autem est, *Berich*, quod numerum sexcentesimum duodecimum designat: *Quasi dicat Ieremias. Nisi pactum meum esset, id est, nisi Maria & Iesus essent, nisi illud pactum meum cum natura humana esse deberet, mundum neutiquam condidissem.* Ac si clariùs Propheta sub personâ Patris æterni dixisset: nisi merita Mariæ, & Iesu interveniissent nullatenùs mundum creassem. Et ratio est manifesta, quia propter hominem fuit mundus creatus: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*, & homo propter beatitudinem æternam fuit à DEO efformatus. Introitus autem gloriæ æternæ, per peccatum protoparentis Adami, fuit impeditus, & occlusus, & nisi sacratissima Deipara, & ejus Filius impedimenta removissent, & obstacula abstulissent, & tanto malo medentes, liberum transitum, & viam tutam reddidissent, exules perpetuò remansissemus, neque Deus umquam mundum condidisset. Videte, quàm antiquæ sint obligationes, quibus Matri Dei devincimur, nedum enim ei debemus utilitates, & commoda, quæ per Incarnationis & Redemptionis beneficium per eam obtinuimus, verum etiam totum esse nostrum, quod per creationem accepimus, ei debemus.

Gen. 1. v. 26. Rupert. & Cajet. hic.

Petr. Galatin. apud Oseam. serm. 3. de concept.

Ierem. 33. v. 25.

Psal. 8. v. 8.

Quid

Quid igitur mirum? si hodiè intrans templum ad se purificandum, & inter brachia sua deferens Salvatorem mundi, eumque sacrificans Patri æterno, mitiget iram divinam pacem inter cœlum, & terram firmet, & stabiliat, tollat interdictum cunctis filius Adæ impositum, & portas cœlestis Ierusalem aperiat, quæ tot sæculorum decursibus fuerant obfirmatæ, si per tot millia annorum antè Incarnationem Filii Dei in visceribus ejus, & antè adeptam Maternitatis divinæ dignitatem, solo intuitu meritorum ejus, quæ quia Deus prævidebat, jam tot, tantaque hominibus beneficia conferebat.

D. Eligius hom. 2.

12. Secunda pars cõsiderationis. D. Bern. serm. 2. hujus festi.

Transeamus ad secundam partem considerationis cum sancto Bernardo, qui secundum Sermonem suum in hoc festo hisce exordiur verbis: *Gratias Redemptori nostro, qui tam copiosè prævenit nos in benedictionibus dulcedinis, infantiæ suæ sacramento, gaudia nostra multiplicans.* Prostratis genibus corda nostra elevantes in cœlum, gratias agamus Salvatori nostro, qui nos tam munificè donis, & gratiis suis dotavit. & gaudia nostra, infantiæ suæ arcanis adauxit: post celebratam enim Nativitatem, & Circumcisionem ejus, postque Apparitionem Magorum addidit festum Purificationis, & Præsentationis suæ in templo, & mirabilia, quæ sanctus Simeon Propheta iustus, & Anna Prophetissa, vidua sancta plenis buccis prædicarunt, annuntiantes eum verum Messiam in lege promissum, & tot sæculis ab omnibus desideratum, & expectatum: *A quatuor celebrata est processio, qua per quatuor orbis climata solemnibus hodiè gaudiis ad memoriam revocatur.* Quatuor processionem hanc suâ præsentiâ cohonestârunt, Sanctus Simeon, Anna, beata Virgo & sanctus Ioseph, ideoque per quatuor mundi partes in memoriam illius, ubicumque Christo altaria eriguntur, solemnis processio, & festum candelarum benedictarum celebratur. Estque hæc solemnitas, & ritus tam antiquus in Ecclesia Catholica, ut Canisius cum aliis, quos allegat, affirmet, illum cum ipsis incunabulis primitivæ Ecclesiæ incepisse, ad exterminandam consuetudinem prophanam, & diabolicam cæremoniam Gentilium, qui Cererem, & Proserpinam singulariter mente Februario, & hôc die maximis jubilis, canticis, & candelis accensis colere consueverant: *Vt mos ethnicus cum Christiano ritu commutaretur* Eidem opinioni suffragatur sanctus Eligius Episcopus, & subjungit sanctam Ecclesiam celebrare hoc mysterium cum luce, & candelis accensis, ad denotandum, quòd nullus possit suspicari aliquem defectum, seu maculam peccati in Purificatione beatæ Virginis fuisse, imò asserit, sacram Scripturam, eam appellare solem, lunam, & lucem ad demonstrandum ejus puritatem, & splendorem, & ad significandum, in eâ nullam fuisse obscuritatem, ipsamque licèt hodiè sicuti aliæ mulieres accesserint ad templum, nullatenùs tamen fuisse eis similem: erat namque amicta sole, tota lucida sine tenebris peccati, tota pulchra sine maculâ imperfectionis. Valdè accommoda est hæc ratio sancti Antistitis; considerando tamen hanc devotissimam processionem candelarum, & examinando mysterium, propter quod nos eas manibus gestamus, videtur mihi, principalius motivum Ecclesiæ fuisse in hâc sacrâ cæremoniâ. ut, dum eas in manibus deferimus, recordaremur in simili die, quondam sanctum Simeonem portasse puerum Iesum, lumen accensum, & ardens, qui erat illuminaturus omnes gentes, totamque terram densissimis tenebris offuscatam, juxtà Prophetæ dictum: *Dedi te in lucem gentium &c.*

Isaiæ 49. v. 6.

13. Iosephus apud Epist. Monopolis. hom. de Purif.

Narrat Iosephus, Iudam Macchabæum, quando Iudæi mandaverant templum Dei, quod inimici eorum prophanaverant, eosque devicerant, & dispersérant, mandasse, ut quotannis celebrarent diem renovationis templi, id est, diem, quô fuerat purificatum: hoc autem festum appellabant luminarium, seu candelarum, eo quòd illis apparuisset lumen divini cultûs, quando illi minùs cogitabant. *Et statuit Iudas Macchabæus, ut singulis annis celebraretur festum renovationis templi, quod appellabant festum luminarium, eò quod splendidissimum lumen divini cultus inspectò apparuisset.* Quantò potiori jure diem Purificationis beatæ Virginis, quæ est templum vivum veri Dei, vocat Ecclesia Catholica festum candelarum, in memoriam, & repræsentationem divinæ illius, & veræ lucis: *Ego sum lux mundi* Tali enim die, sicut hodiè venit Iesus in templum, cujus apparitione omnia sacrificia, cæremoniæ, Sacerdotes, & omnia, quæ in ipso erant, fuerunt renovata, & ad meliorem formam reducta. Verùm accipimus etiam manibus candelam accensam, ut agnoscamus, & intelligamus, quòd post exortum, & introitum hujus divini lucis in mundum, nefas sit

Ioan. 8. v. 12.

Petr. Canis. lib. 4. cap. 12.

nobis,

Digitized by Google

nobis, & illicitum, ambulare in tenebris peccatorum, quòdque exterior claritas noſtrorum operum, debeat eſſe ſignificativa fidei animabus noſtris impreſſæ. Ratio hæc, eſt ſancti Eligii à Caniſio relati: *Illud fidei lumen, quod in cordibus fulget, deſignari aſſerit, ſimulque nos moneri in cæremonia, ut cum Domina noſtra gloriosa Chriſtum offeramus, puritate mentis, & lucidis virtutum operibus ſplendidi.*

D Eligi' cit. apud Caniſ.

Sed neſcio, an multi ex nobis, qui hodiè hanc proceſſionem candelis accenſis comitamur, non habeamus animas noſtras tenebris involutas, & nobis contingat hodiè, quod ſancto Paulo ante converſionem ſuam accidit. Eſt ponderatio S. Bernardi exponentis illud Actuum Apoſtolorum, quando ipſe furiis invectus contra Chriſtianos ibat in Damaſcum, & circumcinctus fuit luce divinâ: *Subitò circumfulſit eum lux de cœlo.* Quid myſterii habuit, quòd Deus eum luce cœleſti circumcinxerit? Vel, quid cœlum hòcce facto prætendit? Animam illuſtrare opus erat, & neceſsè, ad quid lux exterior? Attamen reſpondet melliſluus Doctor: *Illuſtrat cœleſti fulgore, vel à foris, intus adhuc luminis incapacem. Qui necdum infundi poterat, divina ſaltem circumfunditur charitate.* Et in hòc oſtendit DEUS, ſe eſſe lucem per naturam, & eſſentiam, procedens, quaſi non foret in ejus poteſtate ſe cohibere, aut non communicari, etiam cum ſui detrimento, & exinanitione, reſpectu eorum, qui malè luce illà uterentur: cujus inſigne teſtimonium erat hic præſens ſucceſſus, reperiens ſiquidem animam interiùs hujus lucis incapacem, ſaltem exteriùs circumcinxit corpus ejuſdem lucis claritate. Quot ibunt hodiè cum candelis accenſis in hàc proceſſione Deiparæ Virginis, qui externâ luce circumcincti, interiùs habent animas tenebris offuſcatas; neque tandem aliquando intelligunt, ſingulari beneficio eſſe ſibi datam hanc lucem deſuper, ut unà cum eâ hunc ſanctum actum cohoneſtent, & conſiderantes myſterium per illam figuratum, adaperiant portas animæ ſuæ ad recipiendam lucem divinam, & taliter componant mores, & vitam ſuam, ait ſanctus Eligius: *Vt cum bonorum operum lampadibus, immortali Sponſo occurramus*, ut cum prudentibus Virginibus, acceptis lampadibus, Sponſum animarum noſtrarum comitari, & cum eo, ad nuptias gloriæ cœleſtis introire poſſint. Sequamur omnes prudentiſſimum conſilium hujus ſancti Doctoris, & acquieſcamus hodierno die divinis inſpirationibus, quæ in præſenti ſolemnitate, & in cæremoniis ejuſdem nobis offerantur. Induamur luce, & teneamus manibus candelas accenſas, juxtà præceptum ejuſdem Sponſi: *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris*, id eſt, opera ſancta virtutum, proprio labore, & ſudore parta, ita ego intelligo hæc verba. Candela ſubminiſtrat lumen propriis impenſis, & jacturâ ceræ ſuæ, ita & vos dare debetis ex propriis, & cum jacturâ bonorum, & ſubſtantiæ veſtræ. Hòc modo deferebant candelas ſuas ſenex, Simeon, & Anna vidua, & ſanctus Joſeph, & ſacratiſſima Virgo. Simeon non minùs, quàm vitam dabat, pro reparatione generis humani, Anna conferebat plurimos annos, quos in Dei cultu, & ſervitio conſumpſerat, & offerebat cor, erumpens in laudes parvuli JESU, Joſeph retribuebat amorem cordis ſui, & offerebat Deo obſequium educationis Filio ejus præſtitum, ſanctiſſima tandem Virgo reddebat, & imolabat Deo proprium Filium in ſacrificium pro ſalute generis humani.

Act 9. v.3.

D. Bern. in converſ. S. Pauli. ſerm.1.

D. Eligi' ibi ſup.

Luc.12. v.35.

Apprehendite igitur manibus veſtris candelam hanc, ut videntes, eam ardere, totamque vitam, & perfectionem ejus conſiſtere non in integritate propriâ, ſed in diminutione, & conſumptione ſui (ſi enim vellet integra manere, jam mortua foret) tandem agnoſcatis, totum veſtrum vivere, omnemq; perfectionem Chriſtiani conſiſtere in ardere, & pati. O quanto cum animi dolore idipſum declaravit S. Simeon ſacratiſſimæ Virgini! ô quàm citò omnes ejus delicias, & jucunditates amaricavit, quando, tranſiens à cantu ad planctum, cœpit ei prædicere: Domina mea, videſne infantulum tuum, quem hodiè cum tam ſolemni pompâ, & jubilo ad altare deferimus? fruere illo modò, quia veniet tempus, eheu! quò videbis eum jam grandævum, & hominem factum, duci, & deferri, non à me, ſed à crudeliſſimis, & immaniſſimis tortoribus ad altare crucis, cui affigetur. Viden, Domina mea, vultum illum jucundiſſimum, *In quem deſiderant Angeli proſpicere*, qui eſt ſpeculum, & deliciæ Angelorum, vemet, eheu! tempus, quò videbis eum ſputis illitum, alapis cæſum, ſpinis coronatum, ſanguine adeò obtenebratum, ut nullus, eum hominem eſſe, dignoſcere poſſit. Conſpiciſne manus illas parvulas cœlorum fabricatrices! easdem aliquando videbis acutiſſimis clavis

15.

1. Pet. 1. v.12.

clavis perforatas, & durissimo crucis ligno affixas. Intuerisne corpusculum illud inter omnia humana formosissimum: *Speciosus forma præ filiis hominum*? Scias aliquando futurum, ut visura sit idipsum diro lanceæ ferro terebratum. Eheu! & millies eheu! quia dolor ille, veluti gladius, animam tuam transverberabit: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quæ devotissimus Bernardus paucioribus complexus, ait. *Veniet quando non in templo offeretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra civitatem inter brachia Crucis.* Fratres mei dilectissimi, hôc modo arsit Christus: *Et hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*, Notate illud, *suam*: hôc modo arsit Deipara Virgo, eodemque omnes Martyres arserunt, quia nullatenùs cò integri sine ardore perveneruntsed gladiis occisi, in craticulis assati, igne, & ferro consumpti, & millenis tormentis vexati. Hôc modo, & nobis optandum est intrare, quò Christus, & cæteri dissecti, & distenti intrârunt. Et quarè putatis, statim à nativitate in die baptismatis manibus vestris candelam ardentem imponi? nisi, ut vobis documento sit, quòd tota vita vestra debeat esse continuus ardor, vel charitate, & claritate bonorum operum, vel injuriarum tolerantiâ, Et quarè denuò in hora mortis vestræ, seu agone eamdem candelam iteratò ad manus vestras reponunt? nisi ad animandum vos, & dandum vobis confidentiam videndi: quemadmodum enim candela illa, dum consumitur, etiam ellychnio mortuo, lux semper vergit sursum, ad sphæram, & centrum suum, scilicet ad concavum lunæ, ita etiam vos confidistis, quòd dum hic ardentes per gratiam, licèt per transitum mortis, ellychnium corporis vestri extinguatur, & mortuum remaneat in terrâ, lux tamen, & lumen animæ vestræ sursum ascendet ad sphæram ignis, ad centrum suum connaturale, quod est gloria. *Ad quam nos perducat &c.*

D. Bern. serm. 2. hujus festi.

Luc. 24. v. 26.

TRACTATUS X.

IN FESTO COMPASSIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Stabat juxtâ Crucem Jesu, Mater ejus.

Ioannis cap. 19.

CElebrat hodiè sancta Ecclesia festum beatæ Virginis de pietate, seu festum pietatis, & compassionis beatæ Mariæ Virginis, quam ergà Filium suum benedictum exhibuit, assistens juxtà crucem, cui affixus erat. Hoc sonat: *Stabat juxtà crucem Jesu Mater ejus.* Major fuit hæc pietas Deiparæ Virginis, quam Apostolorum, & cæterarum mulierum, quæ ad pedem crucis eam comitabantur. & ratio est manifesta, quia ardentior, & ferventior erat amor ipsius, quàm aliorum quamvis enim Magdalena, & Apostoli plurimùm dilexerint Christum, longè tamen aberat eorum amor ab amore perfecto, & verè christiano, qui principaliter amat Christum Deum, & totum, quod est humanitatis, diligit in ordine ad divinam naturam, quæ est principale charitatis objectum, & consequenter dolor, qui ab amore, ut Filius, emânat, non erat tam vehemens, & intensus, compassio non erat tam sensibilis,

bilis, neque pietas tam perfecta. Sola compassio, & pietas Virginis, & Dominæ nostræ erat præ cæteris excellens, quia solus ipsius amor fuit maximus, ideoque soli illi sancta Ecclesia singulare festum dedicavit. Excellentia autem pietatis Deiparæ eminuit tam in sequendo Christum usque ad crucem, eique assistendo juxtà crucem, & sentiendo omnia, quæ ipse patiebatur, quàm etiam in offerrendo promptâ voluntate proprium Filium Patri æterno in remedium, & medelam generis humani, idque tanto charitatis ardore, tantoque pietatis affectu ergà redemptionem mundi, ut assistens ad pedem crucis, videnséque eum innumera tormenta patientem, non cessaverit continuò offerre Patri æterno patrem; quam in Christo habebat. Quâ de causâ etiam Virgini competit titulus B. Virginis de pietate *Ave Maria.*

Stabat juxtà crucem Iesu, Mater ejus.

CONSIDERATIO I.

Assistens sacratissima Virgo amantissimo Filio suo agonizanti, & stans juxtà crucem ejus, maximam cordis sui pietatem manifestavit.

1. COnsiderans doctissimus, simul & Sanctissimus noster Albertus Magnus Magister nostri Angelici Doctoris, Sancti Thomæ beatam Virginem in eò statu, quò eam nobis facer Chronicus Ioannes in Evangelio exhibet, & repræsentat, in has præcipuè prorumpit voces: *Fuit adjutrix Redemptoris per compassionem.* Audeo dicere absque ullâ temeritatis notâ, B. Virginem per compassionem fuisse adjutricem Redemptoris. Non vult dicere Sanctus, quòd sancta Virgo adjuverit ad nos redimendum, aut quòd in redemptione nostrâ partem habuerit, sed quod fuerit adjumemo Redemptori nostro, pietate suâ leniendo, & diminuendo dolores ejus, quos patiebatur, non inquam, quòd fuerit adjutrix redemptionis nostræ, ad hanc siquidem non fuit cooperata, neque aliquit contulit ulla creatura, sed solius personæ divinæ potentia, & opus fuit. sed quòd fuerit adjutrix Redemptori Christo suâ cum præsentiâ confortando, & consolando, tamque vehementes, vnà cum Filio dolores, sustinendo, ut, quòd præ nimiâ cordis angustiâ ibidem juxtà crucem spiritum non exhalarit, solius divinæ providentiæ fuerit opus. quæ eam in solatium mœstorum Discipulorum Domini, superstitem conservabat.

D. Albertus Magnus cit. à Monopol. Com de plàntu Virg.

Apparuit Deus Moysi, & de medio rubi eum allocutus est: *Apparuit ei Dominus in flammâ ignis de medio rubi.* Inquirunt sacri Interpretes, cur Deus hic non apparuerit Moysi inter flores, & rosas; in illis enim delectatur, *Qui pascitur inter lilia*, & lectus ejus ex odoriferis floribus componitur: *Lectulus noster floridus.* Vel quarè non apparuerit ei in throno excelso, seu solio majestatis, in quò aliquando potentiam suam ostentavit; Consultius enim fuisset, tunc ei sic apparere, quando eum ad elatum, superbum, & insolentem Ægypti Regem mittere statuebat? Prætermissis variis Doctorum placitis, arridet mihi præ ceteris Theodoreti meditatio, pro cujus intelligentiâ supponendum est id, quod sacra Historia in primo capitulo ejusdem libri commemorat, Ægyptios nempè lethali odio Israelitas persecutos fuisse, & crudelissimis vexasse tormentis: *Affligebant eos, illudentes eis*, vel, ut Oleaster refert ex Hebræis: *Spinis punctis sunt filii Israël*, i. omni immanitatis genere lacessebant Israelitas, & spinis pungebant, quando pensum suum diurnum exactè non persolvebant, flagellis, & vepribus eos adeo crudeliter cædebant, & vexabant, ut etiam sanguinem elicerent. Hoc igitur enucleans, dicit Theodoretus: *Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & clamorem eorum audivi. Universus ille locus demonstrat, Deum esse, qui apparuit in rubo*, &c. Quasi diceret: Vultis scire, quid significat Deum apparere inter spinas, & vepres? idem fuit ac dicere. O Moyses, *vidi afflictionem populi mei &c*, ad te venio, ut agam tecum de libertate ejus, iam iam faciendâ, interim sciant, me hic inter spinas versari, quibus ipsi crudelissimè ab Ægyptiis affliguntur, & quòd illi non sunt soli, qui patiuntur; neque ego eos desero, sed simul cum illis patior easdem miserias, & afflictiones, & ideircò venio ad liberandum eos à servitute tyrannicâ, ut meipsum una cum eis patientem, & afflictum liberem, & expediam. At quarè Deus se adeò compatientem populo exhibuit, ut ejus mala, & ærumnas, quasi proprias, senserit? Quia erat quasi mater Israelitarum, & ipsi filii ejus.

2. *Exod. 3. v. 2.* *Cant. 2. v. 16.* *Cant. 1. v. 17.* *Exod. 1. v. 13.* *Oleast. hic.* *Theodoret. quæst. 6. super Exod.*

Nonnè

Nonnè recordamini amoris illius tenerrimi, quò eos prosequebatur, vocans Israelem filium suum ? *Filius meus primogenitus Israël.* Propriis uberibus lactatos, *portabam eos in brachiis.* Vti Mater ergò amantissima tenebatur cõpati malis Filii sui dilecti, & non solùm ei assistere in afflictionibus, quibus cruciabatur, accipiens in se partem doloris ejus, sed simul debebat publicâ ostentatione demonstrare affectum doloris, & pietatis suæ indicium, quemadmodum etiam reapsè ostendit. Et notate, quæso, quòd Deus nequaquam poterat captivitate comprehendi, neque divinitas ejus impassibilis poterat ullis pœnis affligi, sicut rectè dixit S. Paulus, & doctè explicavit S. Ambrosius: *Ut sine Deo, pro omnibus gustaret mortem, id est, quòd creatura omnis, sine passione aliquâ divinitatis, Dominici sanguinis redimenda sit pretio*, id est, mortuus est Christus quoad humanitatem, absque ullo divinitatis detrimento; verumtamen, quia primogenitus ejus affligebatur, etiam ipse per compassionem, & pietatem fuit cruciatus. Aderat Mater, ubi Filius patiebatur & inter lateres coquendos in Ægypto morabatur Deus toto tempore, quò Israelitæ ibidem captivi detinebantur. Ægrè igitur fieri poterat, ut beata Virgo crucem desereret, in quâ Filius patiebatur; pietas enim materna eam, ad assistendum ei, & compatiendum, urgebat. Et hòc pacto Deipara se veram Matrem Christi monstravit, quia nihil magis testatur amorem paternum, & consequenter veram maternitatem alicujus, quàm pietas, & compassio ergà filios, quando doloribus, & miseriis tribulantur.

3. Exod 4. v. 22.

Osea 11. v. 3.

Hebr. 2. v. 9.

4. Dum se duæ matres illæ præsentarent coram Rege Salomone, litigantes super infante vivo, protulit ipse sententiam: *Dividatur infans*, & quælibet partem capiat, replicavit vera mater, malle se potiùs infantem vivum in potestate alterius, quàm mortuum in suâ. Quod audiens sapientissimus Rex, adjudicavit illi infantem vivum: *Hæc est mater ejus, date illi infantem vivum.* Ex quô colligis, prudentissime Rex, hanc, & non alteram esse veram matrem? Optimè ad rem Dionysius Carthusianus: *Qui optimè consideravit ex quô fundo, & fonte cordis utraque mulier loquebatur, prout patefecit materna compassio.* Ac si diceret: Dolor matrem manifestat. Nondum gladius distringitur, & iam pavida tremit, & dolet, ergò vera mater est, & ex dolore venit in cognitionem amoris; materna enim pietas, quia filium in utero suo portavit, neque dissimulare dolorem, aut afflicto malis non compati, & hisce indiciis se veram matrem ostendit, sacro enim attestante eloquio, *Commota sunt quippè viscera ejus super filium suum.* Talis fuit omnino, hàc in occasione, sanctissima Virgo. Potuisset aliquis calumniosè dicere, illam non esse veram Matrem Christi; venturi erant hæretici, qui objicerent, Dominum Iesum non verum, sed phantasticum corpus assumpsisse, sed convincitur hodiè hæreticus, & refutatur blasphemus, quia pietas, & compassio, quam manifestavit beata Virgo, juxta crucem, ergà Filium suum, ipsam veram Matrem declarat, eumque Filium ejus naturalem contestatur, uti sanctus Eucherius de Matre illius infantis effatur: *Per quæ viscera pietatis, vera Mater agnoscitur.*

3. Reg. v. 27.

Dionys. Carthus. art. 5. in hòc cap.

D. Eucher lib. 3. in lib. Reg. 5.

Gravissimè, & amarissimo animo tulit David mortem amici sui Ionathæ in montibus Gelboë, & volens explicare amorem suum ergà eum, ne admirarentur planctum suum, & inordinati doloris sui excessum, hæc addidit: *Sicut mater unicum amat filium, ita ego te diligebam.* Enucleans hæc Davidis verba, addit sequentia doctissimus Episcopus noster Monopolitanus: *Et absens inconsolabiliter lamentabatur illum, cujus amorem, non matris erga filium suum esse dicebat, sed ei similem.* Tanto cordis dolore sentiebat David infortunatam mortem Ionathæ, ut nullam admitteret consolationem, neque ullus irremediabiles lacrymas ejus abstergere poterat, cùm tamen amor ejus non esset matris; sed ei similis. Quasi diceret, tantò intensior fuisset dolor ejus, quantò major, & amarior fuisset pœna, si amicum coram oculis suis morientem conspexisset? & si amor ejus non erat matris, sed similis, quantò major erit veræ matris pietas, & affectus? Ex quò infert præfatus Doctor maximam pietatem, & compassionem Deiparæ Virginis juxtà crucem, non solùm propter communem rationem matris, neque solùm propter filium unicum, neque solùm quia propriis oculis videbat eum patientem, sed quia unicus erat in dotibus, & meritis, & propter singularem amorem, quô ei, ob tot, tantaque merita, afficiebatur.

2. Reg. 1. v. 25.

Episc. Monopol. hic.

6. Mystica sunt, & mysterio plena verba illa Pauli ad Romanos, ubi loquitur de instanti sollicitudine Spiritûs sancti, quâ pro hominibus intercedit: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Ad hujus loci intelligentiam sciẽ-

Rom. 8. v. 29.

Digitized by Google

dum est, nos duos habere Advocatos, qui incunctanter apud Patrem æternum causas agunt, & misericordiam hominibus sollicitè procurant. Primus postulat misericordiam titulo justitiæ, secundus verò eamdem sollicitat titulo pietatis, & compassionis. Primus advocatus, qui prætendit misericordiam titulo justitiæ, est Christus Redemptor noster, qui in eum finem ostendit vulnera sua, & exhibet Patri æterno omnia ea, quæ in satisfactionem peccatorum nostrorum perpeti dignatus est. Secundus, qui titulo pietatis eam sibi donari confidit, est Spiritus sanctus, quia cùm illi attribuatur bonitas, & amor, ad illum videtur directè pertinere sollicitatio actuum misericordiæ, & compassionis, quæ ex his duobus principiis emânant, & procedunt. Hôc posito, si examinaverimus modum, quô Spiritus sanctus instanter postulat hanc misericordiam, comperiemus, verum esse dictum Paulinum, quòd eam petat gemitibus, suspiriis, & lacrymis inenarrabilibus. Verùm illicò occurrit ratio dubitandi: nonnè Spiritus sanctus perpetuâ fruitur gloriâ, & gaudio? Ita mehercle. Nonnè Spiritus sanctus incapax est omnis tristitiæ, & doloris? Absque dubio. Quamobrèm igitur præsumit dicere sanctus Paulus, Spiritum sanctum postulare misericordiam lacrymis, & suspiriis? Varias adhibent sacri interpretes rationes. Mea autem hæc est; quia ita vivaciter repræsentat miserias, & angustias nostras, famem nostram, vincula, & carceres nostros, tribulationes, persecutiones, & tormenta nostra, quemadmodùm repræsentaret, si ipsemet eadem pateretur: Et hoc undè habet Spiritus sanctus? Vndè? Quia est quasi mater hominum, & subit vices matris. Nolite admirari hunc loquendi, mundum tamquam peregrinum & inauditum, quia fundatur in doctrinâ sancti Hieronymi, qui constanter, asserit, Spiritum sanctum in sacris Litteris appellari nomine suavissimæ, & amantissimæ matris hominum; additque hoc, in Evangelio Nazaræorum, expressum haberi, in quô Christus seipsum loquentem introducit: *Modò e tulit mater mea, Spiritus sanctus.* Igitur, si Spiritus sanctus est quasi mater nostra, quidni compassionem nostrûm habebit? Quarè mala nostra, tamquàm propria, non lugebit, quasi ipsemet verè in illis versaretur, & torqueretur? Mater est, necesse est, ut condoleat, mater est, ergò filiis compati debet, eisque pietate suâ succurrere, ubi eos malis affligi conspexerit.

D. Hier. in c. 40. Isaiæ.

Hoc est: *Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Cum sacratissimâ Virgine etiam astitit juxtà crucem Christi Servatoris nostri. *Stabat juxtà crucem Jesu.*

Appositissimus est intento nostro locus sancti Pauli ad Corinthios, ubi condolens afflictis, & persecutionem tolerantibus, ita scribit. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Quis ægritudinem, aut corporis incommoditatem patitur, & ego non infirmor? Verùm hoc ego flocci facio, quia non est aliud, quàm eisdem passibus congredi: Vlteriùs me extendo. Quis scandalizatur, & ego non uror, & consumor pœnâ, & dolore? Notate, amabò, quòd major sit dolor Pauli, quàm ipsius tormenta, aut quodvis malum patientis; ideoque, dum minimum videret afflictum, dissecabatur cor ejus dolore, & amore proximi urebatur. Interrogo, undè in Paulo tantus doloris sensus? Vndè tam vehementes, & extremæ commotiones animi procedebant? Existimo ego, omnium horum effectuum unicam fuisse causam id, quod ipse ad Thessalonicenses scribit: *Tamquàm si nutrix foveat filios suos.* Estis filii mei, & ego mater vestra. Expendit divus Ambrosius, quòd Apostolus non se comparet nutrici alienæ prolis, sed matri, quæ proprios lactat filios: *Filios suos.* Et ratio in promptu est, quia nutrix, licèt foveat, & nutriat filios, si alieni sunt, potiùs id spe lucri quàm amore agit, at verò in matre nullum majus lucrum, aut commodum excogitari potest, quàm desiderium alendi, ex amore emânans, qui omnem lactandi laborem dulcem, & suavem efficit: *Alienos quandoque nutrit mulier pro mercede, non ex amore, proprios verò ex dilectione.* Itaque si S. Paulus est mater, & habet amorem maternum, quid admirandum, quod sentiat, & condoleat, ut mater? Equidem si amor, & dolor pari passu currunt, qui fieri poterit, ut amantissima mater non sentiat mala filiorum suorum, quæ perpetiuntur, cùm planum sit, dolorem esse ad mensuram amoris? Egregiè illud, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* consonat huic, *Tamquàm si nutrix foveat filios, suos.*

7. 2. Cor. 11. v. 29. 1. Thes. 2. v. 7. D. Ambr. apud magist. sent. in Psalm. 8.

Super prophetica illa dicta sancti Simeonis: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Excogitârunt Sancti devotissimos mentis conceptus, & plerique conveniunt in hôc, quòd beatissima Virgo habuerit excellentiam martyrum, quamvis non in proprio, sed Filii sui sanguine, fueritque Princeps inter martyres, juxtà hæc

Luc. 2. v. 35.

Digitized by Google

hæc prophetica verba, quibus sanctus Sacerdos prædixit quòd Filius erat futurus gladius doloris, qui transverberaturus erat animam ejus: amanti enim, gladius est crudelissimum genus doloris. Et ingeniosè observavit quidam Doctus, quòd propriissimè sanctus Senex vocet eum, gladium, & non cultrum doloris; & ratio est, quia alii filii sunt matri suæ culter doloris, quia sunt medii filii, id est, patris, & matris, & idcircò dolor inter illos duos dividitur, & sola unica acies cultri attingit matrem, ac proindè filius est solùm culter doloris: At verò Christus, qui non erat semifilius Virginis, & Josephi, sed integer Virginis, illa, teste, sancto Lucâ, *peperit Filium suum*, meritò vocat suum, quia non est, sicut Baptista, qui est Zachariæ, & Elisabethæ, & per consequens, cùm esset solùm Filius Mariæ, & non Josephi, cumque dolor, & amor sit indivisus, duplici, & ancipiti acie attingitur, & læditur beata Virgo, quâ de causâ, non culter, qui unicâ acie scindit, sed gladius doloris appellatur: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quod fuit atrociſſimum martyrii genus, non solùm animæ Filii, sed etiam Matris suæ viscèribus illatum, quia anima potiùs est, ubi amat, quàm ubi animat. Anima Virginis inerat vulnerato corpori patientis Filii, ita ut unà cum illô fuerit martyrio affecta, & de jure ipsi debeatur prærogativa martyrii doloris, & pietatis, quam ergà Filium habuit. Et rectè appellant Sancti hoc graviſſimum martyrii genus quatenùs sæviebat in animam, absque læsione corporis, causabatque in illâ crudeliſſimos effectus, quemadmodum fulgetrum, seu fulmen conterit, & in cineres minutiſſimos convertit ossa, absque eô, quòd vestimenta ullatenùs lædat, & absumit laminam, seu folium gladii, vaginâ remanente intactâ. Sanctus Ambrosius vocat corpus hominis, *anima vestimentum*, quia animam custodit. Et Tertullianus dicit: *efflatus sui vagina*, quia cooperit illam. Dicit itaque Doctor ille, martyrium beatæ Virginis, quia erat martyrium ignis, videlicet, amoris, fuisse sicuti fulmen, quod illæso corpore animam pertransivit: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Fortassè idipsum voluit dicere sanctus Epiphanius, quando loquens de beatâ Virgine, ita fatur: *Ipsa est nubes tonitrui formu, quæ fulgur interiùs in utero gestat*, id est, puriſſima Virgo, quæ in utero suo gestat Verbum divinum incarnarum, est veluti nubes gravida portans fulmen in utero.

Pennafiel ærat 5. mundi. c. 4. 6. 7.

Luc. 2. v. 7.

D. Amb. Tertull.

D. Epiph. ſerm. de laud. B. Virg.

Ex his facilè agnoscetis causam, quarè Sancti attribuant sacratiſſimæ Virgini aureolam martyris, quia licèt non fuerit passâ mortem violentam in virgineo corpore, acerbiſſimam tamen pertulit in animâ suâ sanctiſſimâ. Hoc epithetum martyris attribuunt illi SS. Bernardus, Hieronymus, & Anselmus, quorum ultimus affirmat super relata verba Simeonis, gladium dolo ris, qui animam ejus pertransivit, fuisse majorem, atque acerbiorem dolorem, quàm omnes martyres perpessi sint, non enim solum corpus, utì in illis, transverberavit, sed etiam animam penetravit, *Tuam ipsius animam*, vel, ut congruentiùs loquamur, penetravit duas animas, suam nempè, & benedicti Filii ejus, ideoque cùm dixisset, *tuam*, repetivit sanctus Simeon, *ipsius*, quò animam Filii denotaret. Ac si notanter dixisset: Advertite, ô animæ devotæ! quòd gladius ille doloris duas pertransivit animas: Et tantò atrocius fuit hoc pietatis, & compassionis martyrium, quantò magis suppressit dolorē, stando juxtà crucem magna animi fortitudine, & constantiâ absque ullo deliquio animi, aut spasmo; quod egit, propter dominium, quod habebat, suarum actionum, quodque significavit sanctus Joannes, dicens: *Stabat juxtà crucem Jesu, Mater ejus.* Et hoc magis aggravavit pœnam, & exacerbavit martyrium ejus, eò quòd omnis dolor ad cor contrahebatur, & omnes vires suas in solam animam exercebat. 9.

D. Bern. ſerm. de ſigno magno. D. Hieron. ſerm. de aſſumpt. D. Anſel. lib. de excellent. Virg. c. 5.

Hoc unum, necessarium est, ut imitemur sacratiſſimam Virginem, & ex toto corde, totisque viribus benedictiſſimum ejus Filium diligamus, quem nobis hodiè sanctus Evangelista repræsentat crucifixum, ut animæ nostræ, potiùs illi, quàm corporibus nostris inhæreant, & consequenter ad hæc cum ipso patiamur dolores ejus, & ipsius tormenta magis, quàm propria, sentiamus. Observatio fuit hæc Origenis super illa verba, quæ Christus Dominus per Evangelistam S. Matthæum enuntiavit, se dicturum justis, quando eis præmia esset elargiturus, & donaria pauperibus, & egenis facta esset remuneraturus, videlicet in extremo judicii die: *Ejuravi, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere, nudus eram, & cooperuistis me.* Non sufficit, neque contentus est Salvator dicere, quòd illi dederint cibum, & potum, sed addit, se, & famelicum, & sitibundum fuisse. Nonnè sufficeret, dixisse *dedistis*, ad quid ergò additur, *ejuravi*? appositè Origenes: *Ostendit suam com-* 10.

Matth. 25. v. 35.

Origen.

in extend. D. Thom.

passionem in suis. Voluit Salvator mundi, ut suus cunctis erga homines amor innotesceret ex effectibus, quos operabatur, quique illum adigebat ad sentiendum mala hominum, veluti propria. Et anima ipsius potiùs erat in illis, quos amabat, quàm in sacro corpore, quod informabat, idcòque tanta erat ejus compassio, & pietas ergà egenos, ut ipse esset indigens: *Esurivi* &c. Et addit sanctus Salvianus, quòd Christus incomparabiliter magis patiebatur, quàm ipsimet persecutionem patientes, quia aliqui ipsorum hôc, aliqui illô modo fuerunt passi. Quidam enim paupertatem absque exilio, & quidam exilium absque paupertate pertulerunt, &c. At verò Christus collectivè passus est totum, quod cæteri divisivè, & pœnæ, & dolores, qui in servis ejus fuerunt divisi, in Christum omnes coaluerunt. *Ego plus addo aliquid, Christum non solùm egere cum cæteris, sed plus multò egere, quàm cæteros, &c. Et ideò quantùm ad pietatem illius pertinet plusquàm cæteri, eget: Omnis enim egestuosus pro se tantùm, & in se eget, solus tantùm modò Christus est, qui omnium pauperum universitatem mendicet.*

Salvian. lib. 4. in Eccles.

11. Amemus igitur hunc Dominum, & ei vices amoris rependamus, quia amor amore solvitur. Assistamus cum Deiparâ Virgine juxtâ Crucem: triste enim, & tragicum hoc spectaculum potens est ad commovenda corda nostra, eaque ita emollienda, ut per compassionem ei succurramus, &, cum sanctissimâ Virgine condolentes, sentiamus tormenta, quæ ipsius Filius pro nobis pertulit. Indagat Aristoteles, quarè in magnis iracundiæ motibus, præsentia amicorum, licèt sileant, alleviet, & soletur animum tristem, & iracundiæ passionibus præpepitum? & duobus, sed obscuris verbis respondet: *Dolor est gravissimum onus.* Hoc est, juxtà explicationem sancti Thomæ, quia sicuti, qui magno aliquo onere gravantur, sublevantur, quando aliqui eis porrigunt manum, vel humeros supponunt, eò quòd dividatur onus inter plures, & plures sint, qui portant pondus, ita etiam, quando homo quispiam tristitiâ, aut mœrore acerbiori affligitur, amici cum invisentes, & tribulationi, seu adversitati ejus compatientes, videntur manus applicare, humeros supponere, & dolorem lenire, quia dividunt afflictionem inter se, & animatur mœstus, & afflictus, quasi minore pondere, & onere gravatus. Hâc similitudine etiam utitur Cassiodorus, vel Theodoricus per illum; *Divisum onus sub communione, subjectos certum est non gravare, pars enim extrema ad unumquemque radit, cùm summa universos incluserit.* Hoc cum exemplo capietis nunc id, quod Divus Albertus Magnus dixit: *Fuit adjutrix Redemptoris.* Stabat beatissima Virgo juxtà Crucem, vulnerata gladio doloris, quem Simeon prædixerat, & ad conspectum tormentorum, quæ in amantissimo Filio suo videbat, rumpebantur viscera, & præcordia ejus præ dolore, & partiebatur Christus dolores suos cum illâ, & quantò magis vis doloris, & passionis in illâ crescebat, tantò magis diminuebatur passio in Christo: participabat enim Deipara non minimam partem dolorum Filii, & hôc modo vocat sanctus Doctor sacratissimam Virginem adjutricem Redemptoris, propter pietatem, & compassionem, quâ Filio jam crucifixo condolebat. *Stabat juxtà Crucem Iesu, Mater ejus.*

Aristot. Ethicor. 5. cap. 11 D. Th. 1. 2. q. 38. art. 3.

Cassiod. lib. 5. cap. 41.

Stabat juxtà Crucem &c.

CONSIDERATIO II.

Iusti aspirantes ad perfectionem, non sunt contenti iis, quæ casu fortuito patiuntur pro amore Dei sed studiò, & ex industriâ quærunt occasiones magis patiendi, quò sibi majora accumulent merita.

1. OPrimum hujus veritatis argumentum, & testimonium ex beatissimâ Virgine desumitur, quam contemplans Bernardus de Bustis ita effatur: *Quando antè oculos suos cernit ipsum crudelissimè mactari, tunc maximè dolet.* Vera etenim est illa: Poetæ sententia.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm, quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse tibi tradit spectator.

Bern. de Bustis serm. 2. de compass. Virg.

Horatius

Ac si diceret: Si beata Virgo fuisset absens, & alibi ex solo auditu mortem, & passionem Filii sui percepisset, minùs graviter doluisset; porrò ex industriâ, & datâ operâ voluit esse præsens tam tristi & tragico spectaculo, ut indè acerbioris planctûs, & doloris occasionem sumeret; quia certissima est sententia dicentis, quòd audita, non tantam, quantam, visa causent in animo alterationem. Cui etiam favet ratio philosophica:

Digitized by Google

sophica: quantò enim visus est subtilior, & delicatior auditu, tantò etiam res immissa per ipsum majorem in animâ impressionem, & motum efficit; Undè etiam volens Deus altiùs imprimere miseriam captivitatis Babylonicæ animis eorum, qui illam sufferebant, præcepit Jeremiæ, ut intraret per portas Jerusalem, & totus vinculis, catenis, manicis ferreis, & compedibus onustus discurreret per forum, & compita civitatis: *Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo &c.* ut, cùm populus videret virum tantæ authoritatis, ferro gravem, adeoque deformem, captivitate jam sibi imminente vehementiùs moveretur. Hæc igitur causa fuit, ob quam beata Virgo anteà remotior, & longiùs distans à Christo Salvatore nostro cum aliis sanctis, & devotis mulieribus: *Stabant noti ejus à longè*, protinùs, ut eum crucifixerunt, accurrit propiùs, & astitit ad pedem crucis: *Stabat autem juxtà crucem.* In signum evidens, quòd justi, & servi Dei non sint contenti solummodò pati pro amore ejus ea, quæ casu fortuito toleranda occurrunt, sed etiam ex parte suâ ambiant pro viribus crudeliores pœnas, & intensiores dolores, quibus cumulatiora sibi merita conquirant.

Jerem. 27 v. 2.

2. Dum sævus cacodæmon, singulari Dei permissione, contrà sanctum Jobum omnes furoris sui sagittas ejaculatus esset, & cuncta tentationis suæ arma, irrito conatu, explosisset, putans se jam victorem esse, & penitùs profligasse Jobum, eumque jam tentamentis suis succubuisse, erectiori animo constantior factus, sacro attestante Eloquio: *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua.* Porrò examinandum restat, quid patientiæ exemplar hoc facto intenderit? Jam Sathan cum cunctis bonis, quæ possidebat, despoliaverat, abstulerat ei oves, boves, camelos, domos, filios, &, ut verbo dicam, omnia ejus igne consumpserat, & devastaverat, & circumvallatus tot persecutionibus, pauperem tunicam sibi superstitem tristis dilacerat? Ita sanè, inquit Origenes: *Sic itaq; admirabilis Iob conscindens vestimenta sua, atque omnia deponens impedimenta, nudus, atque audax stetit in spirituale prælium.* Probè noverat Jobus hostem omni astutiæ, & technarum genere, sibi bellum parare, utq; agnosceret adversarius, illũ nondũ esse devictũ, sed penès eum stare victoriã, discindit vestimenta sua, quò Sathanæ palmam præriplat. Quasi dixisset: extrema tentasti, & cuncta tibi à Deo permissa molitus es, nullum non movisti lapidem, & si posses, plura in me attentares; nihil mihi, nisi fragile, & caducum corpus unà cum vestimentis, quibus illud coôperirem, reliquum permisisti, ait ego, ne quidem illa reservare volo: *Scidit vestimenta sua.* Ecce, do illa in manus tuas dilacerata, & in minutissimas partes dissecta, ne corpus meum illis ulteriùs coôperiri possit, sicque inclementiæ aëris, frigori, æstui, morbis, & miseriis magis expositum remaneat, ut ego hisce mediis, multiplicando pœnas, congerendo afflictiones, exacerbando dolores, & accumulando materiam patiendi pro Deo, crebriora mihi merita coacervem.

Iob. 1. v. 20.

Origenes hic.

Non aliam ob causam positus in sterquilinio, percussus ulcere pessimo, totus æger, & leprâ insanabili afflictus, nullam aliam corpori suo medicinam adhibuit, neque ulla alia dolorem lenientia, aut defensiva pharmaca applicuit, neque mollioribus linteaminibus ulcera sua expurgavit, quàm testâ fragili, & asperâ: *Testâ fluentem radebat.* Si libet arcanum hujus mysterium indagare, consulamus glorioſum Gregorium Magnum, qui cùm tot, tantaque de hoc sancto Patriarchâ curiosè disseruerit, facilè reperiemus in illo verbum aliquod, ad confirmationem instituti nostri, deserviens. Primò igitur dicit sanctus Pontifex, Jobum cogitatione, & memoriâ mortis commotum, quâ se lutum vile considerabat, hoc egisse; quasi diceret. Testa, & corpus meum ejusdem sunt materiæ brevi tempore, eò fruimur, & sensim omnia in terram commutabuntur: *Pensabat quippe vir sanctus, undè sumptum fuerat, quod gestabat, & fragmento vasis fictilis, confractum vas fictile rodebat.* In capitulo verò undecimo ejusdem Libri, altiùs prosequitur mysterium actionis ejusdem, aitque, quòd sanctus Jobus, patientiæ speculum, in spiritu jã seipsum cum terrâ consolabatur (idem enim est caro, & terrâ) quam Verbum divinum, aliquando caro factum, erat assumpturum: *Quid enim aliud testa in manu est, nisi caro ex nostra substantia luto sumpta?* Et meritò quidem, si etenim pulvis, in quem exspuit Christus, fuit collyrium cæco, quidni etiam lutum Adæ, unitum Divinitati, erit vulneribus exulcerato medicamen? Bellæ rationes, sed non tam litterales, quàm piæ, & devotæ. Tertia igitur ratio, quam sanctus Papa assignat in præfato capitulo quarto, aptissimè probat intentum nostrum, estque magis litterali sensui genuina, & con-

3.

Iob 2. v. 8.

D. Greg. l. 3. c. 4.

D. Greg. eodem l. cap. 11.

Digitized by Google

conformis: *Testâ saniem radebat, ut de extensione vulneris sumeret curam mentis.* Idcircò vulnera sua curabat fragmento testæ, quia non erat remedium sanans ulcera, sed potiùs eadem suppurans, & in peius pus convertens; & quia ille non sanitatem corporis, sed animæ curationem ambiebat, ideò testâ saniem radebat, ut ulcera sua magis exacerbaret, & plagas adaugeret. Verè heroicum factum justi, qui, tantùm aberat, ut corpus doloribus subtraheret, ut etiam remedia, ad eos provocandum, sollicitè quæreret.

4. Psal. 34. v. 1. Psalmus, qui incipit: *Judica, Domine, nocentes me*, in sensu litterali, & historico recenset molestias, & persecutiones, quas David ab inimicis suis perpessus est, quamvis in sensu prophetico etiam de Christo clarissimè loquatur: *Ego autem*, ait Regius Vates, *cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. humiliabam in jejunio animam meam*: Novi quidem, hæc verba varias admittere explicationes, juxta diversas Lectiones Septuaginta Interpretum, Brixiani & Genebrardi, quas omnes Agellius vult, summatim hoc sonare; quòd nempè David bonum pro malo inimicis suis retribuebat, & molestias, quas hostes ipsi inferebant, pœnitentiâ pro illis factâ, compensabat: *Cùm mihi molesti essent, ac dolorem inurerent, ego in vicem illorum, salutis adeò cupidus eram, ut pro eorum malefactis, ac molestiâ, quâ me afficiebant, orarem, ac supplex à Deo peterem, ne illis tantum peccatum ascriberet.* Non reprobo hanc expositionem, utpote sanctorum Patrum doctrinæ conformem, & maximè consonam, sed sequor modò mentem cujusdam docti Moderni, cujus hæc sunt verba: *Non contentus, videlicet, hostium molestiis, mihi ipsi hostis eram ego ipse, & molestissimo cilicio ex animalium setis contexto me macerabam.* Dum adversarii pretiosiores vestes meas dilacerarēt, ego asperrimo cilicio corpus meum mortificabam: *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.* Imo & plura faciebat; *Humiliabam in jejunio animam meam*, id est, *præter hostis insidias, ego mihi cibum subtrahebam, & jejunio animales, corporeasque vires debilitabam.* Itaque duo persequebantur sanctum Regem, hostes, & inimici ex unâ, & ipsemet ex altera parte, & quanto plùs illi fremebant, ipsumque majoribus injuriis lacessebant, tanto plùs ipse semetipsum emacerabat, & corpus proprium jejunio domabat, ut indè sibi sumeret ansam plùs patiendi, ac per consequens majora sibi merita adscisceret. Existimem ego, Davidem in verbis illis alludere ad egressum illum celebrem, quando urbe Ierosolymitanâ exivit, ubi, adnotante Abulensi, securus erat, & tamen spontaneâ, & liberâ voluntate fugit ad desertum, operto capite, & nudis pedibus, & fugiens de monte in montem, &c. *Scandens, & flens, & nudus pedibus incedens, & operto capite, ascendebat plorans.* poterat, si voluisset exire civitatem, insidere equo phalerato, & decenti, regiam Majestatem, famulantium catervâ stipatus abscedere, sed dedita operâ voluit hanc fugiendi normam servare: *Non enim tam fugam celebrem, quàm molestam, & laboriosam inibat* Non studebat vitæ conservationi, aliàs enim eques fugisset, sed volebat, augeri sibi tolerantiæ occasionem, & materiam, quâ consequenter majora sibi merita acquireret.

Abulensis apud Pined citat.

2. Reg. 15. v. 30.

Septuaginta. Brixianus. Genebrardus. Et Agellius hic.

Pineda in Iob c. 1. v. 10. num. 6.

Dum Filii Israël pergerent ad terram promissionis, Sacro attestante Textu, pervenerunt ad locum Marath, &, quia delassati erant ex itinere, quærebant refrigerium apud fontem, qui unicus erat in deserto illo, & haurientes aquas illius, repererunt eas tam amaras esse, & inpotabiles, ut sibi potiùs afflictioni fuerint, quàm recreationi, molestissimamque sitim magis provocarint, quam restinxerint: videnséque Moyses angustiam sitientis populi, apprehendit lignum, illudque in aquas immisit, ad dulcorandum eas: *Quod cùm missum esset in aquas, in dulcedinem versa sunt.* Scisitantur sacri Interpretes, quale genus ligni fuerit, quod Moyses injecit fonti, & quam vim, aut efficaciam habuerit ad dulcorandum aquas illius? Rabbi Salomon asserit ex constanti Hebræorum traditione, fuisse, *Adelpha*, nativâ vi suâ amarum, ita ut nedum non haberet naturalem virtutem edulcandi amaritudinem aquarum, sed etiam nativam proprietatem eas amaricandi. Si recurrerimus ad sacrum Textum, cōperiemus, Deum hîc tentasse, seu probasse populum suum, & voluisse experimento addiscere, quales illi essent: *Non potuerunt bibere aquas, & ibi tentavit eos.* Quod enucleans Philo Alexandrinus appositissimè dixit: *Est certissimum experimentum animæ in labore, atque amaritudine.* Dispositi Deus, ut ipsi in gratum saporem in aquis deprehenderent, quatenùs ex effectu illos probaret; & hoc vocat Spiritus sanctus tentationem. Ac si diceret Deus, seu Moyses, pro illo populus hic valdè tardigradus est in viâ virtutis, quia tam levem difficultatem amaritudinis

5. Exodi. 15. v. 25. Rabbi Salomon hic. Philo Alexandrinus hic.

Digitized by Google

nis aquæ vix perferre potuit. Scitote, quòd tunc proficietis in viâ virtutis, & crescetis in Dei servitio, quando laborem labori, & tribulationem tribulationi, vel aquis amaris lignum amarulentum superaddideritis.

6. Clarissimum hujus Doctrinæ exemplum habemus in ipsomet Deo. Valdè ponderanda sunt munera, quæ Magi obtulerunt Christo Domino, quando paucis pòst diebus à Nativitate Domini, eum in præsepi Bethlehemitico proni adorârunt, *& apertis Thesauris suis*, inquit Sanctus Evangelista, *obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Non tantoperè admiror, aurum ipsos obtulisse, quod regiam significat potestatem, quam Dominus super terram erat exerciturus, neque etiam incensum mihi admirationem parit; in signum enim, quòd hic Dominus verus erat futurus Sacerdos, offertur; verùm carpo, & cogitatione meâ premo, ipsos etiam myrrham præsentasse: hæc enim supervacanea videtur oblatio, quia, uti dicunt Sancti, hæc sepulturam ejus præfigurabat: ecquis non judicabit insulsum, & inconveniens, statim decimo tertio die à nativitate, ei exhibere symbolum, & memoriam mortis, ac passionis suæ? Attamen si rem pentiùs inspexerimus, mysterium illius detegemus, memores proverbii Horatiani à Sancto Hieronymo relati, & approbati: *In silvam non ligna ferat.* Pretiosissimum munus, quod Magi obtulerunt Domino, fuit myrrha; hic siquidē erat thesaurus, quem Dominus quæsiturus advenerat in mundum, & hæ solæ erant divitiæ, & opes, hæc sola monilia, quæ ei in cælis deërant. Ibi enim aurum abundantissimum, quia plateæ cælestis Jerusalem auro mundissimo sunt stratæ, & pavimenta ejus hôc metallo affatim exornata: *Ipsa verò civitas aurum mundum.* Ibi etiam incensum copiosissimum, juxta quod dicitur in eâdem Apocalypsi: *& data sunt illi incensa multa.* Soli dolores, miseriæ, amaritudines, & tormenta ei in cælis deficiebant, hæc sunt monilia, hicque exquisitissimus thesaurus, quem divinus mercator venit ad terram omni sollicitudine quæsiturus. In hoc sensu explicat Psellius verba illa Canticorum: *Vadam ad montem myrrhæ &c.* Ubi, sub personâ Sponsi animarum, dixit, se venturum ad montem myrrhæ. Ast, ô Domine, nonnè consultiùs expectares, quousque te eò ducerent, tunc ipsemet ibis absque prævio ductu aliorū? Ita profectò, inquit Psellius; *In hu cruciatus, & Cantinno Mariale.*

Matth. 2. v. 11.

D. Hier. lib. 3. adversùs Pelag. & Epist. 134

Apocalyp. 21. v. 18.

Apocalyp. 8. v. 3.

Cant. 4. v 6.

Psellius

mors Salvatoris. Hoc enim tu per montem myrrhæ intellige. Et si mihi objeceritis, quòd sufficientes pœnas, & amaritudines sufferebat Dominus in gloriâ cœlesti residens (in sensu, quò dici potest, Deum pati) cum quotidianis hominum peccatis exacerbetur, & offendatur, ad hoc respondeo, me nullatenùs posse inficias ire, quin Deus tot hominum criminibus lacessitus, amaro animo ferat injuriam suæ infinitæ bonitati illatam, verumtamen audeo dicere cum sancto Augustino, Deum non fuisse contentum iis, quæ in cœlis tolerabat, ideoque in mundum venisse, ad assumendum humanam naturam passibilem, & mortalem, in quâ verè pati posset: *Ad hoc carne indutus est, ut sine flagello non esset.* Floccipendebat Deus meus omnia, quæ ante Incarnationem perpetiebatur, ideò statum passibilem, amore nostrùm adactus, assumere decrevit. Et quia hoc motivum, eum cælos deserere & terram invisere compulerat, existimârunt Magi à Spir. S. cælitùs illustrati, nullum ipsi gratius, aut jucundius donū, aut munus futurum, quàm si illi myrrham, mortis illius symbolum, & sepulturæ tesseram exhiberent, & offerrent. Huic cogitationi non parvam præbuit occasionem D. Petrus Chrysologus hisce verbis: *Magus dum credit Deum, sentit Regem, intelligit humani generis amore morituram.* Ubi adnoto, quòd si omnes Christi actiones sint nostra instructio, & doctrina, idem fuit, ad invenire modos, & quærere occasiones patiendi pro nobis, ac nos omnes, & singulos adstringere ad par pari referendum ob ejus obsequium, & amorem, id est, ne simus contenti iis, quæ fortuitò patimur, sed ex industriâ, & præmeditatò quæramus occasiones aliquid pro illo tolerandi.

apud Theodoret.

D. Augustin. li. de past.

D. Petr. Chrysolog. serm. 5. Epiphan.

Narrat dilectissimus Christo Evangelistarū Aquila Joannes de Salvatore nostro pendente in cruce, obediente Patri æterno, & sufferente omnia, quæ de ipso ordinata, & dispositа erant, quòd, cùm omnia vaticinia, mortem, & passionem ejus cōcementia jam consummata essent, protinùs querulosè sitim suam manifestaverit: *Sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit, sitio.* Alludit Sacer Evangelista ad illud Davidicum: *Et in siti meâ potaverunt me aceto.* Ubi regius Vates prædixit, Salvatorem felle, & aceto amarissimo potandum. Pensiculatiùs enucleantes hunc locum sacri Expositores, indagant quonam modò sacræ Litteræ dicant, *Sciens, quia omnia con-*

v.

Joannis. 19. v 6.

Psal 68. v. 22.

ſummata ſunt, cùm tunc nondùm omnia executioni eſſent mandata. quove modò verificari poſſit dictum S. Ioannis, *omnia conſummata ſunt*: videntur enim manifeſtam involvere contradictionem, cùm nondùm tunc fuiſſet felle potatus? Rupertus Abbas, per allegoriam quamdam, propoſitæ quæſtionis nodum ſolvit, aitque ſpiritualiter hoc etiam fuiſſe adimpletum, quatenùs ſacra Scriptura fel, & acetum appellat, ingratitudinē populi Hebraïci, cujus fidem, & ſalutem aviditſimè ſitiebat Redemptor noſter, ad modum, quò ad puteum Sichar converſionem peccatricis Samaritanæ ſitiebat; illi verò loco potûs tam ardenter deſiderati porrexerunt ſitienti fel, & acetum obduratæ ingratitudinis, & poculum amariſſimæ mortis: *Mortis illi miſcuit amaritudinem*, inquit Tuitienſis, *cùm debuiſſet offerre dilectionis dulcedinem*. Itaque rectè dicit ſanctus Evangeliſta *Sciens, quia omnia &c.* Porrò novam patitur hæc doctrina inſtantiam, ſiquidem ſi omnia ſunt adimpleta, ut quid dixit Chriſtus, *Sitio*? Vt conſummaretur Scriptura? *Impleta eſt non ſolùm ſpiritualiter, ſed etiam litteraliter Scriptura, quæ dicit, dederunt in eſcam meam fel.* Res ita ſe habuit. Noluit Salvator ſolùm ſpitituaiiter adimplere vaticinium Scripturæ, ſed etiam litteraliter. Ego itaque dicerem in confirmationem eorum, quæ modò proſequimur, Chriſtum non fuiſſe contentum ſatisfacere prophetiis, quoad ſufficientiam veritatis ſacræ Scripturæ, ſed etiam quoad extremum potentiæ ſuæ, hoc eſt, voluit addere pœnam pœnæ, & dolorem dolori, ſuperaddens odio Iudæorum fel, & acetum, ex quò materiam plùs patiendi, & dolendi caperet. Et quia verba Pſalmi etiam hunc ſenſum litteralem ſonabant, voluit ſibi etiam verum fel, & acetum præberi. Et quia miniſtri Sathanæ obliviſcebantur hoc illi inferre tormentum, illos memores reddidit, dicens, *Sitio*. In hoc etenim ſenſu explicat ſanctus Auguſtinus hanc vocem, *Sitio, ideſt, hoc mihi fociſti*, quaſi oblitis vellet in memoriam revocare tormenti adhuc intermiſſi, ac ſi dulciſſimus Ieſus diceret: vos mihi non præbetis, poculum amaritudinis, quia obliti eſtis, ego vero vos memores facio, & illud à vobis poſtulo: *Hoc mihi fociſtis*. Et ſi mihi replicaveritis, inquit melliſluus Doctor, quod Redemptor noſter in horto Gethſemani nauſeaverit calicem, eumque noluerit bibere; *caput pavere, & tadere*

Rupert. lib 13. Ioan.

Ioan. 19. v. 28.

D. Auguſt tract. 119.

D. Bernardus.

Marci

reſpondebo utique, quòd, *ante paſſionem, calicem Patri à ſe transferri orabat, ne quis putaret, illum, ut verum hominem, ejus amaritudinem non ſenſiſſe; ſed poſteà dicēs, ſitio, ſuæ erga nos dilectionis magnitudinem commendavit.* Hoc eſt: In horto Gethſemani natura humana ad nauſeam uſque tormenti refugiebat, in cruce autem amor habuit ſitim eorumdem, ita vt, quando Salvator maximam erga homines dilectionem oſtendit, tunc novas quæſierit occaſiones patiendi pro illis, vel tunc illos plùs amaverit, quando pro illis plura toleravit. 14. v. 33.

Conformemur igitur omnes Chriſto Magiſtro noſtro, & addiſcamus lectionem, quam è Cathedrâ Crucis nos docuit. Non ſufficiat nobis pati ſolummodò ea, quæ nobis caſualiter toleranda obveniunt, ſed ſtudiosè patiendi occaſiones captemus, & ambiamus, ut plùs dolendo, plùs mereamur; quemadmodùm ſanctiſſima Virgo, quæ dum longiùs eſſet diſtita à cruce Filii ſui, datâ operâ illam quæſivit acceſſit, & ſteterit juxtà illam, ut plùs compatiens, plùs mereretur: *Stabat juxtà crucem Ieſu, Mater ejus.* 2.

Iuxtà crucem Ieſu, Mater ejus.

CONSIDERATIO III.

Solet Deus majores amicos ſuos ponere in cruce afflictionum, & tribulationum, ut eminentia virtutis, & perfectionis eorum manifeſtius agnoſcatur: neque unquam Deus ſe benigniorem, & amantiorem exhibet Patrem, quam quando eos majori auſteritate, & rigore proſequitur.

SI quis intimè noverit indolem & benevolam conditionem Dei, nullatenùs admirabitur dilectiſſimum Filium ejus cruci affixum aut ſacratiſſimam ejus Matrem ſtantem juxtà illam. *Iuxtà Crucem*, quia familiare eſt Deo, ſingulariores amicos ſuos gravioribus tribulationibus affligere, ut excellentia virtutis eorum probetur, & eluceat. Quemadmodùm enim paſtillus igni impoſitus, ſuaviorem ſpirat odorem quem antea non emittebat, ita etiam virtus flammis calamitatū, & tribulationum immiſſa, 1. *Prima pars conſiderationis.*

Digitized by Google

missa, purificatur, & velut aurum in fornace probatur, & gratissimum exhalat odorem, qui nullatenus in prosperitate, & secũdo vento ejusdem dignosceretur, aut revelaretur. Considerat gloriosus S Ambrosius Iobum in duplici temporum differentia, & in duobus statibus diversis, antè tentationem videlicet, & post omnes ejus calamitates, & persecutiones: Non est dubium, inquit Sanctus, quin Iob anteà fuerit magnus servus Dei, eique charissimus, & sanctus approbatus. *Numquid considerasti servum meum Iob &c.* nondũ tamen mundo innotescebat probitas virtutis ejus, poteratque sãctitas ejus adhuc in dubium vetri: *Probatus erat, victor non erat* Antea solùm erat probus in prosperitate pacis, sed postquàm per tribulationes fuit examinatus, tunc demum in prælis victor evasit, & ab universis, vt verus justus, & constans, agnitus. tunc tandem in illo excellentia, & summa virtutis ejus perfectio eminuit. Et hoc adeò certum est, vt sanctus Augustinus gravissimè stomachetur in eos, qui hanc doctrinam non credunt esse triviale Alphabetum in Schola Dei, additque non esse Christianum, qui hanc ignoraverit veritatem.

Iob.1.v. 8.

D. Ambros. l.4. in Lucam cap.4.

2. *Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis ergà eum cor tuum?* Continent hæc verba quæstionem, quam sanctus Iob Deo proposuit, & mox extollens magnitudinẽ amoris divini erga homines subjungit: *Visitas eum diluculò, & subitò probas illum*, hoc est, inquit noster Hugo Cardinalis, *Humilitas permittendo tentari, quod sit misericordiæ.* Ambobus modis tractat eum Deus, ceu filium, cui laxat, & contrahit habenas, quem deliciis fovet, & castigat, nedum ad majus meriti ejus incremẽtum, sed etiam, ut agnoscat se Filium Dei, legitimum, & hæredem. & non servum adulterinũ. Nunc capio causam, ob quam David justum palmæ assimilaverit: *Justus, ut palma, florebit*; quia de illo idem dici potest, quod de palma referunt Aristoteles, Plutarchus, & alii: hæc enim, quò majore pondere deprimitur, eò magis in auras exurgit, & ramos suos extendit, ita ut onus superpositum occultam ejus nativam virtutem magis manifestet.

Iob.7 v. 17:

Hugo Card. hic

Psal.91. v.13.

3. Magno ingenii sui acumine ponderavit Sanctus Augustinus petitionem, quam Regius Propheta Deo supplex exhibuit: *Judica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sanctâ*: Non dixit, *discerne pœnam meam* inquit Ecclesiæ lumen, *sed causam meam*. Potest enim piorũ, & impiorum esse similis pœna, sed non similis causa. Ac si diceret: vult David discernia malis non pœnam suam, sed causam, & cor suum quia prima potest esse æqualis, non tamen secunda, id est, finis, & motivum. quod Deus habet in tribulationibus malorum, & justorum diversissimum est, sicuti & causa earum, ex qua procedunt; in illis enim origo est culpæ, & peccatum, suntque peccatoribus digna pœnitentia, & promeritum supplicium; his verò materia majoris meriti, & occasio probationis virtutis, utque talis eorum perfectio ab omnibus agnoscatur, & examinata approbetur.

Psal. 42. v 1. D. August. Epist. 60.

Considerate altiùs locum illum Exodi, jam anteà ad alium finem ponderatum. Quando Filii Israel repererunt in deserto fontem illum Maria, lætabundi existimarunt, se jam refrigerium aliquod, & sublevamen itineris invenisse, verum ubi aquas ejus experimento amariores gustarunt, summo dolore affecti, animo considerum, atque facer Textus: *Constituit ei præcepta, & ibi tentavit eum.* Et advertite obiter modum eloquendi prophetæ; dicit siquidem, Deum eis posuisse præcepta; estque nostra naturalis propensio talis ergà prohibitum, ad illud appetendum, & desiderandum, ut nequeat dari vehementior tentatio, quàm præcipere nobis, ne id agamus, juxtà illud tritum Poetæ carmen.

Exod. 15. v.25.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Ovidius lib. de arte amandi.

Hoc itaque voluit dicere Moyses, condidit eis leges, & præcepta, & in illis, absque eò quòd aliud quidquam faceret, *Tentavit eos*, repererunt illi tentationem, & enatum fuit desiderium mandata transgrediendi; Vel quia per præcepta debet intelligi (ut quidam relati ab Oleastro autumant) quod Dominus, ibi per Moysen explicuerit eis præceptum cæremoniale de observantiâ Sabbathi, de quò agitur in capitulo sequenti, & simul aliqua præcepta judicialia, juxta normam, quorum in Ægypto, ante promulgationem generalem legis, regebantur; Vel, vt opinatur Oleaster tamquã magis probabile, fuerunt præcepta obediẽtiæ eos obstringentia ad servanda statuta, & leges divinas, quibus etiã illi promiserunt exactam obedientiã absque ullo murmure, & obloquio eas audiẽdi, & ad amussim observandi, quæ omnia in sacra historia fundamentum habent: *Postquã*

Digitized by Google

Oleaſter hic.

enim dixerat ibi, inquit Oleaſter, *poſuit illi ſtatutum, & judicium, ſequitur, & dixit; ſi audiendo audieris, &c.* Hæc quantùm ad præcepta. Verùm accedendo propiùs ad tentationẽ ibidem commemoratam, quæ magìs ad rem noſtram deſervit, exiſtimat Philo Alexandrinus quòd Deus amaritudine aquarum hìc populum ſuum tentaverit, quia unuſquiſque, qualis eſſet, illico oſtendit: *Eſt certiſſimum experimentum animæ in labore, atque amaritudine alioquì non facilè, quò vergat, diſcernitur.* Ne videatur peregrina interpretatio mea, inquit Philo, quia res certiſſima eſt quòd lapis lydius, quô excellentia virtutis in animâ probatur, ſint afflictiones, & tribulationes, & donec hiſce non examinatur, aut tentatur, nequit diſcerni, an ejus virtus ſit probata. At videte, quã egregiè meum confirmo conceptum: *Nam multi nimìs citò defeſſi ſunt, non ferentes laborem gravem & adverſarium, manus pra languore dimittentes, ſicut Athleta, qui deſperant de victoriâ, alii autem progreſſi ſunt, &c.* Id eſt, aliqui vixdum pedem fixerant, & protinùs deſides, & vecordes retrò ceſſerunt, alii autem animoſiores, quô pede cœperunt, patienter labores pertulerunt, & Deo gratias agentes alacri pectore perrexerunt, & invincibili fortitudine iter ſuum ſunt proſecuti; Ideoque dicit ſacra Pagina, hìc illos fuiſſe tentatos, & in hâc occaſione quiſque ſe, qualis eſſet, iners, vel conſtans exhibuit.

Philo Alexand. hic.

5. Cant. 6. v. 9.

Deſcendi in locum nucum, ut viderem poma convallium. Abii in hortum meum, ut aſpectu, & viſu arborum oblectarer, & virentium foliorum pulchritudine ſenſus meos paſcerem, ſimulque viderem, num fertiliorem fructuum copiam promitterent, quia jam tempus æſtatis inſtabat: porrò ſingillatim oculos conjeci in arbores nucum, num fructibus abundarent, ſunt enim arbores, quæ in vallibus conſitæ ſolent uberiores fructus proferre, eaque de causâ communiter in hortis irriguis plantantur. Diſſentiunt Interpretes in expoſitione horum verborum; quidam enim ea Sponſæ applicant, attamen Rabbi Salomon, & plures Catholici cum eô arbitrantur, ea fuiſſe à Sponſo prolata, & per hortum nucum intelligunt Eccleſiam ſanctam, ejuſque fideles, quorum fructus præſtolabatur, tamquam ſibi ex juſtitiâ debitos, utpote, qui eum coluerat, & aquis ſuæ divinæ gratiæ irrigaverat. Eaquæ ratio, ob quam Sponſus animarùm eas comparat arbori, cujus fructus neque odorem emittit, neque ſaporem, ſicuti cæteri, habet? Congruentiùs eas aſſimilaret aliis fructibus, qui ſunt viſui gratiores, olfactui ſuaviores, & guſtui ſapidiores, & non nuci, quæ omnibus huſce dotibus caret. Nihilominùs dicit Rabbinus, myſticam eſſe comparationem: *Quia nux tota lignea eſt, nec, quid in medio ejus ſit, antè notum, quàm eam frangas. Tunc enim reperitur plena nucleis edulibus.* Nucem, inter cæteros fructus, natura putamine, & culeolâ, ſeu operculo taliter veſtivit, & obtexit, ut ad percipiendum ejus nucleũ interiorem, neceſſarium ſit, eam frangere, eâque perfractâ, nucleus an ſanus, & integer, vel an putridus ſit, tunc demùm dignoſcitur. *Ita Iſraëlitæ humiles ſunt, modeſtæque eorum opera. Sapientes autem, qui inter illos ſunt, latent, nec eorum laudes magnoperè celebrantur; atqui ſi ſcruteris, multos in eis invenies ſapientiæ theſauros.* Pari modò contingit in veris filiis Iſrael, non cognoſcitur in eis virtus, & probitas vitæ, niſi experimento, & occaſione patiendi probentur, tunc enim, qui anteà ignoti erant mundo, opulentiores theſauros virtutum propalabunt, quibus omnes divitiæ, viſceribus, & concavitati terræ incluſæ, æquiparari nequeunt, tunc, inquam, apparebunt veri lapides pretioſi, qui, quò plus poliuntur, majorem valorem & pretium oſtentant: vulnera inter rotas meliorentur, quia tribulatio eſt magna ſanctitatis occultæ emundatrix. Tempore incendii Trojani apparuit invictum animi robur Hectoris toto mundo celeberrimi, quemadmodùm cecinit quondam Poeta:

Rabbi Salomon apud Sotomajor.

Hectora quis noſſet, ſi Troia fuiſſet?
Publica virtutis per mala facta via eſt.
Quæ latet, inq; bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq; malis.

Ovid. de triſt. lib. 4. elegia 3.

Niſi inter Romanos, & Carthaginienſes fuiſſent bella adeò ſanguinolenta, nulli fuiſſent Cæſares, Hannibales, aut Pompeii. Si nullæ in mari darentur periculoſæ navigationes, ſcyllę, charybdes, rupes, tempeſtates, hoſtes, & piratæ, nullatenùs dexteritas proretæ, ſeu naucleri dignoſcerentur. Niſi reperirentur tenebræ, non foret adeò grata lux oculis, neque formoſa pulchritudo ſtellarum appareret. Niſi tyrannos mundus peperiſſet, nullos Eccleſia martyres habuiſſet: ita etiam, ut quorumdam virtus, & probitas mundo innoteſcat, permittit Deus tentationes aliorum, quarè non abs re juſti arboribus nucum comparantur. *Deſcendi in hortum nucum.*

Neque

Digitized by Google

6. Neque deficient exempla novi testamenti (si ea quæsiverimus) quæ magnam conferent auctoritatem huic doctrinæ Indubitatum est apud Theologos, sufficientissima fuisse miracula Christi, ad comprobandam ejus divinitatem. Vita ejus erat adeò integra, & immaculata, opera ejus tam sancta, ut magis divinitatem, quàm humanitatem redolerent; quibus etiam adjungi potest testimonium æterni Patris, eum, ut legitimum, & dilectissimum Filiũ suum declarantis: *Hic est Filius meus dilectus* Luca. 3. v. 22. Hôc suppositô, enarrat S. Evangelista Joannes, quòd, postquàm Salvator lavisset pedes discipulorum suorum, & instituisset sanctissimum Sacramentum, propriumque corpus, & pretiosissimum Sanguinem suum eis porrexisset, & pro coronide totius actionis concionem, & exhortationem salutarem addidisset, tandem concluserit, dicens: *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite eamus hinc.* Joan. 14. v. 31. Ac si diceret: ut sciat mundus totus, me esse verum Filium Patris mei, debet videre, inter me, & illum nullam esse repugnantiam, sed omnimodam, & promptissimam esse obedientiam, ideò surgite & eamus hinc. Si interrogaveritis sacrum Evangelistam, quò pergat, vel ad quem locum vadat? inquit Rupertus Abbas, dicet vobis, quòd ad hortum Gethsemani, & si causam hujus suscepti itineris scire volueritis, ipse vobis indicabit: *Quasi quæreres, cur illuc introierit? sciebat eum, & Judas, qui tradidit eum.* Rupert. hic. Causa igitur hujus profectionis, inquit Evangelista, & tantæ accelerationis fuit, quia erat locus, in quô Judas sciebat, se eum certô certiùs reperturum, eratque locus, ad quem Salvator noster oraturus cum discipulis suis communiter declinabat, & noluit Judam frustrari occasione sese tradendi, ita ut hæc profectio Salvatoris nihil aliud fuerit, quàm perfecta conformitas, & obedientia prompta, ad exequendum Patris æterni mandatum, & voluntatem. Sed liceat mihi, ô benignissime Redemptor! hanc tibi proponere interrogationem. Qualem dependentiam habet cognitio mundi, quam debet habere tui, & amoris ardentissimi ergà Patrem tuum, ab executione tam acceleratæ obedientiæ, quòd dicas, *ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem. Surgite eamus*? Nonnè mundus te probè novit sanctum? Nonnè agnoscit vitam tuam inculpatam, & innocentem? Nonnè vestri charissimi Apostoli, Spiritu sancto eis revelante, te verum Messiam, & Redemptorem mundi, Filium Dei, æqualem, & consubstantialem Patri profitentur? Ita sane. Ut quid ergò tam celeri opus est obedientiâ? Quæstionem hanc proponit D. Eusebius Emissenus, & solvit in hunc modum: *Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, factus sum obediens Patri usque ad mortem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* D. Euseb. Emissen. hic. Quasi diceret Christus Dominus: novit quidem mundus, quòd Pater meus me diligat, & quòd sim Filius ejus dilectissimus, porrò volo ego, ut cognoscat amorem meum reciprocum, quô ego ipsum redamo, & fateatur, me non deesse obligationi filiali; *Filius meus dilectus*. Ipse etenim est etiam à me summè amatus, *quia diligo Patrem*, nequè ullatenùs hunc amorem meum reciprocum manifestare queo, nisi in omnibus ipsi obediendo, quia solum patitur multùm, qui non parùm amat, imò in nullâ aliâ re potest melius cognosci excellentia amoris, quàm in non excusando obedientiam adeò difficilem, & gravem, & ultrà hoc, in spontaneè quærendo occasiones patiendi. Quocircà optimè dictum est: *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem.* Vult dicere: hæc est occasio, in quâ homines me debent agnoscere, ut amicum Dei, quando plura, ad obediendum ei, perpetior, & suffero.

7. Potest hæc Emisseni explicatio confirmari testimonio quodam sacræ Scripturæ. Quando Iacob venit ad patrem suũ cum cocto illo ferculo hædi, volens Isaac ipsi benedictionem impertiri, dixit: *Accede huc, ut tangam te, fili mi, & probem, utrum sis Filius meus Esau, an non!* Genes. 27 v. 21. Doctissimus quidam Modernus carpit dictum Patriarchæ, quò dicit filio suo, ut accedat ad tangendum eum, & sciendum, an verè sit filius suus. Manifesta figura eorum, quos Deus sibi elegit, & quibus suam daturus est benedictionem, quos priùs tangit, ut videat, si veri sunt filii sui, vel non: & lapis lydius hujus, est immissa tribulatio, & patientia, quâ ipsi correspondetur: *Tangere est affligere*, inquit Philippus Abbas. Et videtur uti metaphorâ valis vitrei, quod dum crudum, & incoctum est, nequit virtutem suam ostendere, aut tangi, sed postquàm igne coctum est, tunc per sonitum integritas, vel fractura ejus comprobatur juxtà dictum Poetæ Persii:

Percussa maligne
Respondet viridi non cocta Fidelia limo.

Iure igitur merito censuit Salvator noster, ser-

Marquez. consid. 2. super Psalm. In convertendo. Philip. Abb. super illud Iob: Manus Domini tetigit me. Persius satyrâ 3.

vis ſuis eſſe tam neceſſarias tribulationes, ut cognoſcantur à mundo, quòd etiam ipſe noluerit ſeipſum excipere ab illâ regulâ, nec eximi ab illâ generali penſione. Fallitur, qui reputat, aliquem poſſe eſſe juſtum, & amicum Dei, abſque eô, quòd priùs per examen tribulationum tranſiverit: *Ego Abel eſſe non ſuſpicor, qui Cain non habuerit*. ajebat ſanctus Gregorius: qui enim non paſſus eſt adverſa, nondum oſtendit, quis, qualiſve fuerit.

8. Expendit Beatus Drogo id, quod refert S. Lucas de Chriſto, quando ſe finxit obvium diſcipulis euntibus à Jeruſalem in Caſtellum Emaus, ipsâ die reſurrectionis ſuæ. Ibat Salvator mundi, docens eos, & explicans Scripturas ad reducendum eos. & notanter advertit S. Evangeliſta, quòd, *oculi eorum tenebantur, ne eum cognoſcerent*. Appropinquantes autem ad caſtellum, *cognoverunt eum in fractione panis*. Quærit S. Drogo quam virtutem habuerit hic panis, ad aperiendum oculos diſcipulorum, qui veluti excæcati eum dignoſcere nequibant? Et dexterrimè reſpondet ad propoſitum noſtrũ, quòd, videlicet, panis iſte Chriſtum Salvatorem noſtrum, vulneratum, & crucifixum ſignificabat, quodque per vulnera, & cicatrices corporis ſui fuerit Dominus noſter perfectiſſimè cognitus; ex illis enim tunc clariſſimè fuit manifeſtata excellentia amoris illius: *Verè, Domine, non cognoſceris, niſi in fractione panis. Panis, caro tua eſt, fregiſti corpus, quod foris apparebat, & oſtendiſti medullam, quæ intùs latebat, niſi patiaris, non cognoſceris*. Dicit itaque hic devotiſſimus Pater, quòd amor, qui in pectore Chriſti vivi, glorioſi, immortalis, & impaſſibilis quodammodò occultabatur, in Chriſto mortali, paſſibili, flagellato, & crucifixo fuerit toti mundo manifeſtatus. Tunc juſtus, & innocens Abel fuit agnitus, quando impius, & crudelis fratricida Caïn in illum, furorem ſuum exercuit; & idcircò Deus etiam ponit ſervos ſuos in cruce tribulationum, ut forti, & invictâ animi conſtantiâ, quâ eas generosè tolerant, eorum virtus purgetur, exaltetur, & toti mundo innoteſcat. Hocce myſterium continet, ſtare ſacratiſſimam Virginem juxtà crucem Filii ſui, ut ejus heroïca animi fortitudo cunctis propalaretur. *Juxtà crucem Jeſu*.

Luca 24. v. 35.

S. Drogo Epiſcop. Oſtienſis.

9. Secunda pars conſiderationis.

Secunda pars conſiderationis probandum ſuſcipit, Deum numquàm ſe benigniorem, aut amantiorem exhibere nobis, quàm quando nos maximâ auſteritate, & rigore exagitat, & quòd maxima amoris, & benevolentiæ divinæ indicia ſint adverſitates, & ærumnæ, quibus nos atterit, & affligit. Multa exempla ſuggerit nobis ſacra Scriptura, ad hanc veritatem comprobandam. Perpendit Divus Petrus Chryſologus colloquia illa inter Abrahamum, & Iſaac, quando jam vicinior erat loco, ubi filium erat immolaturus. Et ſingulariter ponderat, Iſaac filium, in hâc occaſione, ſanctum ſenem appellare patrem, & Abrahamum, eum reciprocè filium nuncupare: *Ubi eſt victima, Pater mi?* Hæc vox eſt filii: *Dominus providebit ſibi victimam, fili mi* Ecce verba patris. In quibus, inquit ſanctus Doctor, cognoverunt ambo arctiſſimum cognationis vinculum, quô ſibi mutuò adſtringebantur. Quod non caret myſterio, ſi ſingulæ temporis, & loci circumſtantiæ attentiùs conſiderentur, certum enim eſt, Abrahamum brevi diſtricturum enſem, ad feriendum collum Iſaaci, quem in eum finem ſecum duxerat, & Iſaac ligna holocauſti portárat. *Hinc Iſaac patris ſuper ſe gladium cùm videret, hoſtiam ſe eſſe cum horrore, cùm dolere poterat, eſt gaviſus*. Lætabatur Iſaac, videns gladium patris ſuper ſe, & quando jam triſtitia verè locum habebat, & dolor, & anxietas trepidantem excuſare poterat, tunc exultabat in corde ſuo, eò quòd patrem videret ſuum paricidam futurum. Quaſi diceret Sanctus: cùm videret Iſaac diſtrictum enſem in manu paternâ, non fuit tam potens penetrantiſſima acies gladii ad ipſum contriſtandum, quàm manus paterna ad ipſum conſolandum; quia non dijudicabat perſonam per effectum, ſed opus per perſonam: Priùs firmum, certumque ſibi ſtatuit Iſaac. Abrahamum eſſe Patrem ſuum: *Pater mi*. Et Abraham viciſſim ipſum filium appellavit: *Fili mi*, ideoque ipſa mors, amor apparebat. Hoc eſt, quòd S. Ambroſ. fuſiùs, & elegantiſſimis verbis expreſſit: *Filius vocat patrem: pater dicit, fili, ut ipſo verborum ſono ſe recognoſcat pater, quàm impoſſibile ſit, ut ferire poſſit, cujus ſe vulneri ſubjicere optaret. Hæc nomina, vitæ ſolent gratiam operari, non miniſterium necis. Hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem ſolent*. Nihil poterat venire à manu patris, quod non foret commodum, & gratum filio, & idcircò tunc benigniorem, & amantiorem recognovit patrem, quando is magis ſeverus, & rigidus apparebat. In teſtimonium hujus, quòd nihil poſſit nobis obvenire à manu etiam boni Patris, ſicuti eſt Deus, niſi commodum,

Genes. 22. v. 7. & 8.

D. Petrus Chryſolog. Serm. 55.

D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham. cap. 8.

Digitized by Google

modum & salutare, sive sint tribulationes, enses, tormenta, sive etiam sit ipsamet mors, omnia sunt deliciæ, & favores benignissimi, & compatientissimi Patris, ad utilitatem nostram ordinata.

10. Inquirunt sacri Interpretes, & controvertunt quæstionem, utrum Patriarcha Jacob omnibus singulis filiis suis singulares, & particulares benedictiones impertiverit? Ratio autem dubitandi, teste Abulensi, elicitur ex ipso sacro Textu, ex quo constat, quòd Rubeno, Simeoni, & Levi, loco benedictionis, maledictionem imprecatus fuerit: *Simeon & Levi fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea &c. Non benedicuntur, sed maledicuntur* Quidam Doctores, ut salvent dictum sacræ Scripturæ, quod, scilicet, singulis benedixerit, dicunt, quòd Jacob quidem singulis distinctas dederit benedictiones, quarum tamen sacra Historia non meminit. Hujus opinionis sunt Angelicus Doctor, Lyra, & Abulensis, cujus hæc sunt verba: *Benedixit singulis, benedictionibus propriis, quæ tamen in Scripturâ non continentur, sed tacentur.* Quibus addi potest, quòd benedictiones solebant donari per modum deprecationis, atque ita verba Jacob potiùs sonant simplicem enuntiationem, & mystica vaticinia quàm benedictiones, estq; hæc doctrina S. Ambrosii, Ruffini, & Theodoreti, fundaturq; in sacrâ paginâ, quæ referens fideliter, & exactè omnia legata testamenti Patriarchæ Jacob, testatur ipsummet eas enuntiationes, & non benedictiones appellâsse: *Congregamini, ut annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis.* Contraria nihilominùs opinio communior est, nempè, Patriarchâ nullas alias benedictiones, præter relatas à sacrâ Historiâ, filiis suis impertitum fuisse, hoc que est commune proloquium sanctorum Patrum neque credibile est, tam tanti momenti, & ponderis sacrum Chronicum latuisse, cùm plura alia minoris mysterii, juxtà judicium humanum, exactè commemoret. Insuper, postquàm sacer Textus retulisset omnia, quæ Pater singulis filiis dixerat, protinus addit: *Benedixitq; singulis benedictionibus propriis*, hoc est, omnes sic suas habuerunt benedictiones.

Genes. 49 v. 5.

D. Thomas. Lyran. Abulensis hic.

D. Ambros. lib. de benedict. Patriarc. cap. 2. Ruffin. lib. ad Paulum Theodoret quæst. vit. in Genes.

Genes. 49 v. 28.

11. Supposità hac resolutione, occurrit dubium in contrariâ opinione fundatum. Benedicere significat benè dicere de alio, apprecari & optare bona alte: Et in hôc omnes Commentatores conveniunt. Qui igitur fieri potest, ut Patriarcha Jacob benedixerit omnibus, & singulis filiis suis, cùm Ruben, Simeon, & Levi, ut testatur sacer Historicus, fuerint maledicti ab illô, & non benedicti? *Ruben primogenitus meus principium doloris mei, effusus es sicut aqua, non crescas. Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea.* Hæne fuerunt benedictiones, quas eis impertivit, quibus, teste Cajetano, magis congruit nomen maledictionis, quia sunt imprecationes malorum, quàm deprecationes bonorum? His non obstantibus, solito ingenii sui acumine ad quæstionem objectam respondet præfatus noster Cardinalis: *Benedixit benedictionibus propriis: nam & arguere & punire, & præmonere, aliena nõ sunt à benedictionibus paternis.* Omnes fuerunt pariformiter benedicti, neque tres fuerunt pejoris conditionis, qui & suam habuerunt benedictionem. Porrò quænam hæc fuit? Ea, quam vos maledictionem existimatis, quia reprehensiones unius parentis sancti, sunt blanditiæ, rigores, deliciæ, & flagella, favores, *Benedixit singulis, benedictionibus propriis.* Numquã se Jacob blandiorem, aut amantiorem patrem filiorum suorum exhibuit, quàm quando illos summâ austeritate tractavit; quia sicut prophetæ expertus accommodavit se iis, quæ maximè conveniebant; quocircà Spiritus sanctus, hâc in occasione, ipsum, non absque magno mysterio, patrem appellat. *Hæc locutus est pater suus.* Quasi diceret: Nemo putet, Jacob hic suæ defuisse obligationi paternæ, quia hoc in facto potiùs, quàm in alio, ostendit eximium suum ergà filios suos, amorem, manifestavitque, quantùm eos diligeret: *Benedixit singulis, benedictionibus propriis*, quæ non maledictiones, sed benedictiones fuerunt.

Genes. 49 v. 4. & 5.

Cajetan. hic.

12. Jam non admiror, Ecclesiasticum judicare feliciores mortuos, quàm vivos *Laudavi magis mortuos quàm viventes.* Optimè novi, cõmunem loci hujus interpretationem esse, quod miseria ærumnosæ vitæ nostræ sit adeò magna, ut considerando absolutè, vivere, vel mori, vitam habere, vel illâ carere, abstrahendo à termino alterius vitæ, ad quam tendimus, melius sit mori, quàm vivere; quia vivere in hâc calamitosâ vita, est innumeras sufferre pœnas, & dolores; mori verò, est ab omnibus illis eximi, & liberari, à pœnis autem esse immunem, melius est, quàm illis atteri, & cruciari. In hôc sensu explicant Interpretes prædicta verba Ecclesiæ: *Laudavi, &c.*

Eccles. 4. v. 2.

Equi

Equidem ubi Vulgata noſtra habet: *Laudavi magis mortuos, quàm viventes*. legit alia littera originalis: *Laudavi magis filios interfectionis, vel interfectos in patibulo, quàm eos, qui cum magno ſtrepitu, & melodiâ vivunt.* Vult dicere: Conſideravi accuratè omnia, quæ in mundo ſunt, vidi, quomodò Deus agat cum ſuis, & comperi nullum ſtatum magis deſiderabilem quàm filiorum mortuorum, vel interfectionis, vel crucifixorum, id eſt, afflictorum. Sed dicet aliquis, ſi illi, ſunt filii, & Deus, pater eorum, quarè eos hóc modo exagitat? annè illa conditio ſtatûs appetenda? Imò maximè, inquit Eccleſiaſtes: ego enim feliciores reputo mortem, & crucem tolerantes, quàm inter hujus mundanæ vitæ delicias exultantes, quia illi, ſunt veri filii, ac proindè vocat eos Spiritus ſanctus filios, hos verò illegitimos, & adulterinos, ſecundùm ea, quæ S. Paulus dicit: *quòd ſi extrà diſciplinam eſtis, ergò adulteri, & non filii eſtis.* Ideóque videbitis, quòd non dicat, *filios, qui cum ſtrepitu vivunt.* ſed, *filios interfectionis, vel interfectos in patibulo.* Etenim, quia Filius eſt correlativum Patris, & Deus manifeſtat amorem ſuum dumtaxàt erga illos, quos ſinit pati, & cruciari, ſolùm eos vocat filios, quos, ut tales, excipit, & non illos, qui in bonis ducunt dies ſuos, quaſi eos, veluti filios, non agnoſceret. Væ filiis! quos parentes non caſtigant. Audite S. Auguſtinum ſaluberrimè in hâc materiâ diſſerentem: *Duos filios habet homo, alterum caſtigat, alterum dimittit, faciat unus malè, & non corripitur à patre. Alter, mox, ut ſe movit, ſtatim colaphu cæditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & ille cæditur? Niſi quia huic caſo hæreditas reſervatur: ille autem dimiſſus exhæredatus eſt; videt eum non habere ſpem, & dimittit eum facere, quod vult.* Quarè filio morigerato, & probæ indolis ne minimum quidem, ſeu levem culpam condonat, diſſolutum verò impunè peccantem non caſtigat? Nonnè ambo ſunt filii? ita ſanè, inquit ſanctus Doctor, plurimi facit educationem morigeratæ prolis, cujus hæreditatem, & familiæ ſuæ ſucceſſionem reſervat, & floccipendet, quidquid agit malevolus filius; & ideircò laxat ei frænum, indulgetque, ut, ſecundùm depravatam ſuam indolem, viram ducat. non ſecùs agit Deus cum hominibus, filiis ſuis, peccatores, & malignos dimittit, ut ſecundùm deſideria cordis ſui voluptuosè vivant, eoſque quaſi filios perditos reputat, nihilque boni ab illis expectat, verùm juſtos, & ſervos ſuos, futuros gloriæ ſuæ hæredes, auſteritate, & rigore proſequitur, quemadmodùm amantiſſimus pater filium probum, & virtutis ſtudioſum excipere ſolet.

Vulgata.

Originalis.

Hebr. 2. v. 8.

D. Auguſtinus.

Ponderare modum, quem Patriarcha Iacob obſervavit in adoptione duorum nepotum ſuorum Ephraim, & Manaſſis: *Duo ergò filii tui, qui nati ſunt tibi in terrâ Ægypti, antequàm venirem ad te, mei erunt.* Mei erunt, &, utì talibus, meam impertiar benedictionem, dixit Patriarcha, filio ſuo Joſeph. Videamus modò benedictionem, quam eis largitus eſt, & circumſtantias ejuſdem diligenter perſcrutemur: *Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël. Manaſſen verò ad ſiniſtram ſuam, ſcilicet patris*, id eſt, poſuit Joſeph Manaſſen ſeniorem ad dexteram ſuam, & Ephraim juniorem ad ſiniſtram ſuam: *Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui major natu erat, commutans manus ſuas.* Additque ſacer Textus, quòd manibus ſic decuſſatis benedictionem ambobus dederit. Planum quidem eſt, ſanctum Ambroſium opinari, quòd ſenex Patriarcha ſolùm impertiverit benedictionem juniori Ephraimo, & non ſeniori Manaſſe, cui Joſeph cupiebat, tamquam primogenito, benedictionem impendi. Et aſſignat D. Ambroſius rationem; *quia in eius nativitate pater dixerat, oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum.* At Jacob judicavit filium indignum benedictione, qui patrem ſuum Joſeph tanto bono privaverat, ſcilicet, dulciſſima memoriâ laborum, & perſecutionum, quas aliquando perpeſſus fuerat. Verùm ſacer Textus inſinuat, quòd utrique benedictionis beneficium contulerit: *Benedixit filios Ioſeph, & ait, Deus, ante cujus conſpectum ambulaverunt patres mei &c.* prædicens eis plurima, tam cæleſtia, quàm terrena bona. Expendens B. Rupertus ejus rei ſeriem, ita effatur: *Sine dubio, tranſpoſitio manuum Iacob crucem expreſſit figuram. Numquid ſic commutando manus, caſu figuravit crucem? Numquid non poterat Manaſſen ponere ad ſiniſtram ſuam, Ephraim verò ad dexteram?* Sine hâc commutatione manuum poterat benedicere nepotibus ſuis, ſtatuendo juniorem à dextris, & ſeniorem à ſiniſtris. Unde fateri debemus, eum non abſque myſterio manus tranſpoſuiſſe, quaſi formaret ſignum crucis, in ſymbolum veræ bene-

15. *Geneſ. 48. v. 5.*

D. Ambroſ. in Pſalm. 118.

S. Rupert. libro 9. ex ſuper geneſ. c. 24.

Digitized by Google

benedictionis, quam felicissimus Legislator Messias, Verbum divinum incarnatum, Deus homo factus, per salvificam crucem suam erat mundo daturus: Propheta erat, & prophetico spiritu sciebat, quòd per crucem componenda esset benedictio, quam venturus Legislator daret. Ac si diceret; quòd eis conferret pro benedictione tolerantiam laborum, & passionũ sub formâ crucis, per commutationem manuum adumbratâ. Itaque quando Jacob voluit ostendere intensissimum amorem suum erga nepotes suos, & declarare desiderium suum, quô eos donis cælestibus cumulatissimè ornatos, & in sublimitate honoris constitutos cupiebat, rogavit Deum, ut eis occasiones patiendi concedere dignaretur. Quid ità, Patriarcha sancte? illæne sunt dignitates, quas optas, & favores, quos filiis illis impendis? Ita profectò. *Sciebat enim quòd per crucem componenda esset benedictio, quam venturus Legislator daret.* Prævidebat propheticè benedictionem, quam Salvator mundi collaturus erat filiis gratiæ, electis suis; qualis autem hæc foret, apertè testatus est Dominus per os, & calamum Evangelistæ Matthæi: *Matth. 5. v. 11.* *Beati estis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, &c.* Prosperitas vestra, & benedictio erunt persecutiones, cruces, flagella, & tormenta, neque parvum in his vobis confero beneficium, sed totum, quod possum, dono, omnes divitias, cunctaque bona, quæ in hoc mundo possedi. *Virum dolorum, & scientem infirmitatem* *Isaiæ 53. v. 3.* Isaias eum nuncupavit, id est, in miseriis exercitatum. Vulgare est, hominem divitem appellari pecuniosum, solemus enim dicere, ille vir pecuniosus vel homo pecuniæ est. Christus Dominus fuit vir dolorum, & pœnarum, hæ sunt omnes pecuniæ, & divitiæ ejus. Credidit ergo Jacob, opulentissimum legatum filiis, aut nepotibus suis relictum, atque optimũ amoris paterni monumentum eis exhibitum, esse benedictionem quam eis sub formâ crucis donabat, & unà cum illâ adversitates, & tribulationes, quas eis per suas deprecationes flagrantissimo voluntatis desiderio optabat, & apprecabatur. Imò firmiter judicabat, hanc esse optimam benedictionem, ditissimam hæreditatem, & prosperrimam bonorum substantialium fortunam, quam eis appetere, aut desiderare posset.

14. Curiosè observavit Divus Chrysostomus, quòd, postquàm S. Evangelista Matthæus fusè Baptismum Christi omnesque ejus circumstantias accuratè descripsisset, & vocem patris, eum unicum filium suum declarantis, expressisset, mox immediatè subjunxerit: *Tunc ductus est Jesus in desertum, &c.* *Matth. 4. v. 1.* Id est, absque morâ, in ipso temporis puncto, seu momento ductus fuit à Spiritu sancto in desertum, ut tentaretur. *Tunc*, quodnam est illud, *Tunc*, quærit S. Doctor, vel ad quid refertur illud, *Tunc*? Audite responsum ejus: *Tunc scilicet quando Pater clamavit de cœlo: Hic est filius meus dilectus.* *D. Chrysost. in catena D. Thomæ.* Non vult solùm dicere Chrysostomus, quòd statim, ubi eum Pater Filium suum confessus est, ductus fuerit in desertum, ut tentaretur; sed quòd idem fuerit, ipsum vocare Filium suum, ac destinare in desertum ad tentationes patiendum; & eodem modo agit Deus cum filiis gratiæ, tunc siquidem se Patrem amantissimũ eis exhibet, quando eos ad palæstram ducit, & occasionibus patiendi exponit. A quô non abluit Spiritus sanctus per os Salomonis: *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi in filio complacet sibi.* *Proverb. 3. v. 12.* Quibus verbis postea usus fuit sanctus Paulus ad persuadendum Hebræis, quòd tunc deberent reputare se magis esse dilectos à Deo, quando se gravioribus tribulationibus opprimi, & affligi sentirent: *Obliti estis consolationis, quæ vobis, tanquam filiis loquitur, dicens; fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigaris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* *Hebr. 12. v. 5. & 6.* Imò in eodem loco sancti Matthæi reperio mysterium in verbo illô, quod S. Marcus loco illius, *ductus est*, posuit: *expulit illum Spiritus, &c.* ut intelligatur, eum, quando impetu, seu violentiâ quadam fuit ductus in desertum, fuisse à Spiritu sancto ductũ, & associatum absque ullius violentiæ, & austeritatis interventione, sed summo cum amore, & suavitate. *Marci 1. v. 12.*

15. Voluit Jonathas experiri amorem patris sui Saülis erga integerrimum amicum suum Davidem, dixitque Davidi: Pater meus, & ego crastino die ibimus ad venationem, tu autem occultus in tali monte, & sylvâ latebis, & ego rogabo patrem meum, ut tibi cuncta condonet, tibique secundùm merita tua faveat; posteaquàm autem animum ejus tentavero, & ex ipsô responso ejus, affectum ergà te collegero, dicam puero meo, ut tollat sagittam, quam ex industriâ ejaculabor: *Si dixero puero, ecce sagittæ intrà te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax* *1. Reg. 20. v. 21. & 22.* tibi

tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero, ecce sagittæ ultrà te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus. Idē omninò contingit in homine, ait Pater Messa, ingeniosè hunc locum allegorizans: *Per sagittas, intelligè persecutiones, & tribulationes, quæ si adsunt nobis, bonum signum sunt, quòd nihil mali sit*; Sin autem sagittæ tribulationum, quas Deus nobis immittit, prætervolent ultrà domum vestram, personas, familiam, & bona vestra, cavete vobis: *Malum enim signum est, quando sagittæ non sunt in nobis, sed ultrà, & extrà nos.* Evidentissimum profectò indicium est benevolentiæ, quòd sagittæ ad nos veniāt, & semper juxtà crucem assistamus. *Stabat juxtà crucem.*

Messa verbo Tribulatio *num.* 58.

Stabat juxtà crucem, &c.
CONSIDERATIO IV.

Imago, & aspectus Christi crucifixi mitigat servis, & amicis Dei omnem acerbitatem, & dulcem reddit acorem, seu acrimoniam, quam in hujus vitæ arumnis, & tribulationibus sentiunt, & experiuntur.

1. CONveniunt unanimiter Interpretes, hoc verbum, *stabat*, non solùm designare, quòd sacratissima virgo erecta pedibus steterit, sed quòd etiam quamdam invincibilem constantiam, & perseverantem fortitudinem denotet, quâ astitit juxtà crucem Filii sui; additque Arnoldus Carnotensis, illud alludere ad stationem militarem, in quâ milites etiam maximo cum vitæ discrimine, firmi, & immobiles persistunt: *Nimirùm tamquàm miles stationarius, in statione perstabat sua, juxtà crucis vexillum interrita, & invicta.* Quod enucleatiùs perpensum, idem est, ac si dixisset, quòd eadem res, quæ Virginem affligebat, etiam ipsam fuerit consolata, & quòd ei lacrymas ciebat, easdem deterserit. scilicet crux, & Filius in eâ suspensus. *Et tu facilis tergis lacrymas eorum, ut magis plorent, & gaudeant in fletibus*, ajebat S. Augustinus, id est, afflictos, qui te aspiciunt, ô Domine, consolaris, eorumque lacrymas abstergis, ut magis fleant, & in dulcedine spirituali lacrymarum magis lætentur: *gaudeant in fletibus.*

Arnold. Carnot. citus à Salazar in illud proverb. 31. Accinxit. *D. Augustin. li.* 5. *Confess. cap.* 2.

Paulus Vidnerus Judæus doctissimus, ad fidem catholicam conversus, in libro, quem indigitat: *De locis præcipuis fidei Christianæ*, dicit verba illa Canticorum: *Sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo*, intelligi de sanctissimâ Christi cruce, sub hâcque tribulatos omnes requiescere, quemadmodùm sub arbore visâ à Daniele omnia animantia terræ, refugium, & quietem suam inveniebant, cum illa sit lectio patientiæ in laboribus, & dulcedo eorum. Videns autem S. Gregorius Nyssenus æquivocationem vocis Hebraïcæ, *Zamir*, pro quâ noster Interpres transtulit, *putationis*, quæ significat resectionem, seu abscissionem ad coronas seu figuras ex floribus conficiendas asserit, Spiritum sanctum in illis verbis Canticorum, *tempus putationis advènit*, voluisse indicare, quòd cum adventu Messiæ etiam tempus resectionis vitiorum, seu peccatorum mortificationis advenisset. Porrò resecare vitia, pati, & tolerare pro Deo, idque coràm ipso Domino crucifixo, frutices sunt, & coronæ rotarum: Tempus advénit colligendi flores, ad coronas texendas.

2. *Cant.* 2. *v.* 3. *Paul. Vidner. apud Sotomajor hic.*

Cant. 2. *v.* 12.

Peracto sacrificio, Isaac, sacro attestante Eloquio, reversus est Abraham ad servos suos, quos ad declivitatem montis reliquerat, eisque associatus redivit domum suam: *Reversus est Abraham ad pueros suos, &c.* Lippomanus premit mysterium in illis verbis, aitque, illa non solùm sonare, quòd sanctus Senex redierit Bersabee, ubi domicilium fixerat, sed etiam, quod regressus fuerit, tantâ cum humilitate, & animi submissione, quantâ servus, peracto obsequio Domini sui, redit ad cubile suum absque ullius superbiæ, aut propriæ præsumptionis fastu. *Nihil jactat justus de tanto opere, vel promissis, simpliciter arbitratur, se fecisse, quod obligabatur, & Domino debebat, tamquàm servus inutilis.* Ast illicò ratio dubitandi mentem pulsat, qui fieri possit, quòd Abraham eodem prorsus modo se habuerit, ac si nihil omninò egisset, cùm Deus jam illi dixisset, quòd rem omnibus numeris perfectissimam fecisset, & desuper jam ei singularissima beneficia, totique familiæ, & generationi ejus pollicitus fuisset: *Quia fecisti hanc rem, benedicens, benedicam tibi, &c.* Attendite ad id, quod sacra Historia refert de Abrahamo quando jam gladium distrinxerat ad feriendum. quòd, nempè Angelo brachium ejus retrahente, viderit post tergum arietem vepribus hærentem, quem & immolavit: *Vidit post tergum ariétem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.*

3. *Genes.* 22 *v.* 19. *Lippom. in catena.* *Septuaginta.*

Digitized by Google

lio. Septuaginta legunt: *Ecce, aries unus detentus ex cornibus in plantâ, seu arbore Sabec.* Et Syriaca: *Ecce aries unus pendens ad arbore Sabec.* Pendebat hic aries ex arbore, quæ erat dumetum, vel senticetum plenum vepribus, quibus hærebat aries cornibus implicitus & manibus, seu pedibus anterioribus extensis in formam crucis. Procopius Gazæus ædicit, illum repræsentasse figuram Christi crucifixi, *cui figura in arborem crucis ascendentem, in ea pendentem, illum affixum clavis hærentem repræsentasse.* Itaque simulac Abraham conspexit hanc figuram Christi crucifixi, statim cuncta, quæ in Dei obsequium hactenùs præstiterat, flocci pendit, & minimi æstimavit. Et quantumvis hoc heroïcum facinus plurimo ipsi labore constiterit, utpotè repugnans naturali propensioni, quòd pater sit parricida filii sui, postquàm tamen Deus eum hâc visione dignatus est, aspexitque spectaculum arietis inter vepres hærentis, eique revelatum fuit, eum esse symbolum Filii Dei incarnandi, crucifigendi, seu in arbore crucis exaltandi, hæsit Abraham attonitus, quasi nullam in sacrificio amaritudinem sensisset, aut quidquam pro amore, & servitio Dei præstitisset. Tantam virtutis efficaciam habebant jam umbræ crucis, *juxtà crucem*, ad dulcorandam acrimoniam passionum, & alleviandum onus laborum, & tribulationum.

Lectio Syriaca.

Procopius Gazæus apud Vegas in cap. 12. Apocalip. Sect. 25.

4. Videte igitur, quantò efficacior erit ipsius figurati attenta consideratio, quia nobis præsens exhibet, non futurum, sed jam opere completum. Quando Judæi viderunt Salvatorem jam sub pondere Crucis gemiscentem, seu sub tantâ sarcinâ deficientem, ut loquitur sacer Textus, angariaverunt hominem, nomine Simonem Cyrenensem, ut Christo in ferendâ cruce opitularetur. *Apprehenderunt Simonem Cyrenensem, & imposuerunt illi crucem portare post Jesum.* Observat S. Ambrosius, Evangelistam dicere, quòd ipse post Christum portabat crucem: *Bonus ordo nostræ professionis, ut prius crucis sua trophæum ipse erigeret, deindè martyribus traderet erigendum.* Hoc idem mysterium continebat hodiè portatio crucis in Christo præeunte, & Simone subsequente, & auxiliante, qui tantò minùs sentiebat ponderis, quantò majus humeris Christi præeuntibus incumbebat. In signum, quod filii ecclesiæ absque ullâ molestiâ, & summâ cum suavitate perferant mala hujus vitæ, & cruces tribulationum ante

Luca 23. v. 26.

D. Ambros. lib. 7. in cap. 23. Luca.

conspectum, seu coràm cruce Christi. *Juxtà crucem.*

Patriarcha Jacob jam in postremâ vitæ suæ periodo constitutus, sacro referente Textu: *Adoravit Israël Dominum conversus ad lectuli caput.* Israel est nomen, quod ei Angelus indidit, dum luctabatur cum eô. Septuaginta transferunt. *Adoravit fastigium Virgæ ejus.* Expositores sacratum Litterarum conciliantes has duas lectiones, varia congerunt, & diversas assignant declarationes. Placet tamen, tamquâ probabilior, sententia eorum, qui dicunt, Josephum solitum defetre virgam justitiæ, id est, sceptrum Præsidis seu Gubernatoris, cui incûbens pater ejus, adoravit Deum, qui in vertice sceptri, seu virgæ repræsentabatur. Et examinans Angelicus noster Doctor S. Thomas mysterium hujus adorationis, ait, quosdam asserere insignia illius regni, seu regiminis, tunc temporis fuisse facta ad modum aratri cum suo jugo, quod ita compositum quasi figuram crucis exprimebat. Alii verò affirmant, fuisse scipionem, seu fulcrũ, quod etiam erat expressa crucis repræsentatio, ita ut Jacob spiritu prophetico ex tunc adoraverit crucem, per quam filius Dei mundum erat redempturus. Verùm nova exoritur difficultas, quomodò componi possint duæ illæ lectiones Vulgatæ, & septuaginta Interpretum, cùm videantur nedum diversæ, sed etiam appositæ? adorare, videlicet, convertendo se ad lectuli caput, ubi est cervical, super quod dulciter requiescimus, & adorare inclinãdo se super virgã, quæ in sacris Litteris est symbolum punitionis, vindictæ, & laborum. Nodum difficultatis solvit nobis S. Hilarius: *Numquàm dulcius sancti requiescunt, quam cum laboribus fatigantur.* Ac si clarius diceret Sanctus: Ad conspectum crucis Salvatoris nostri, aspera virga in suavissimum pulvinar convertitur, & flagellũ in blandissimum lectum, & maximus labor in optatissimã requiẽ. Hoc est: *Asero vit ad lectuli caput, adoravit fastigium virgæ ejus.*

Septuaginta.

Hebræus.

Genes. 47 v. 31.

Pererius hic & D. Thomas hic.

D. Hilarius apud Pacza in epist. Jacobi supra illa verba: Omne gaudium 6.

Conformiter ad hæc ponderat D. Hieronymus id, quod eidem Patriarchæ Jacob contigit in itinere illô, quô in Mesopotamiam fugiebat; accidit enim proficiscenti, & volenti quietem dare lasso corpori, quòd acceperit duos lapides, quos ibi repetit, eosque capiti suo supposuerit: *Cumq; venisset ad quemdã locũ, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco.* Quale mysterium fuit, in-

Genes. 28. v. 11.

Digitized by Google

quit S. Hieronymus, quòd Iacob ferens secum manticam molliorem non reclinaverit caput super illam, sed super lapidem, in eoque dormivrit? *Posuit lapidem ad caput, sub capite illius lapis erat Christus, numquàm sibi posuit lapidem ad caput, nisi eô tempore, quando persecutorem fugit. Quamdiu erat in domo patris sui, & habebat refrigeria carnis, lapidem non habebat ad caput.* Vultis nosse, inquit S. Hieronymus, mysterium? Recordabatur Iacob Messiæ venturi in mundum, ad dandum lassis requiem, qui erat futurus lapis angularis, de quô Apostolus Paulus: *Petra autem erat Christus*, persuasit sibi, quod jactis curis, & cogitationibus suis in eum lapidem, seu Petram in apparentiâ duram, cuncta sibi dulcescerent, ideoque; dimissâ perâ, manticam flocci fecit; mollissimum mundi cervical, &, postquàm repererat suavitatem, & mollitiem in cunctis, quæ patiebatur, requievit super petram illam, quæ, ad dandum populo potum, erat percutienda & ferienda. Ad hunc modum intelligunt locum illum Exodi S. Cyrillus, Origines, & Augustinus: *Percutiet petrâ, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus.* Vbi mandavit Deus Moysi, ut feriret petram, adpotandũ sitientes Hebræos: *Ostendit Moyses populo petrã, qui est Christus, sed has petra, nisi fuerit percussa, aquas non dabit, percussa verò, fontes producit. Percussus enim Christus & in crucem actus novi Testamenti fontes produxit. Et propterea dictum est de eo, percutiam pastorem.* Fuit hæc petra non solùm figura Christi, sed ipsemet Christus, teste S. Paulo. *Petra autem erat Christus*: quemadmodùm enim petrâ fuit percussâ, & populo sitim restinxit, ita etiam Christus passus est pro nobis, & nos per ipsum, malorum, & pœnarum nostrarum remedium, & refrigerium assecuti sumus. Redeundo verò ad Iacob, à quô digressi sumus, inquit sanctus Gregorius Magnus: *Caput in lapide ponere, est mente Christo inhærere* id est, reclinare caput super lapidem, est considerare veram petram, Christum, & quanta pro nobis pertulerit; quod solum sufficit ad alleviandos dolores, & ærumnas nostras, & obligandum nos, ut sacrificemus omnes delectationes, honorem, commoda totius mundi, & quidquid mundus dare potest, in obsequium Dei, cogitantes, quòd in omnibus hactenùs nihil fecerimus boni, quinimò omnia nihili facientes.

D. Hieronym. super Psal. 133.

Corinth. 10. v. 5.

Exodi 17. v. 7.

D. Cyrillus lib. 8. in Ioann. cap. 17. Origen. hom. 11. super exodum. D. Augustin. serm. 93. de tempore.

D. Greg. lib. 5. moral. cap. 21.

7. Hoc ipsum nobis repræsentavit lignum, quod Deus ostendit Moysi in Mara, quodque injectum in aquas, eas dulces fecit. *Qui ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt. Lignum*, inquit Lippomanus, *id est, Crux Christi dulcescere facit omnia hujus mundi adversa.* Fuit lignum, figura crucis Christi, quæ tincta pretiosissimo sanguine ejus, omnia erat dulcoratura, & spinas in rosas commutatura, & clavos in flores. Et si (ut alibi notavimus cum Rabbi Salomone) lignum, quod Moyses immisit in aquas, ad dulcorandum eas, erat naturâ suâ amarum, & nihilominus eas dulces effecerit, etiam opere completam videmus in Christo hanc figuram, quia Crux, quæ est de se amata, simul cum aquâ profluente ex latere Christi, & Passionibus ejus, in sacris Litteris per aquam denotatis: *Sicut aqua effusus sum*, efficit, ut labores omnes, & tribulationes dulcescant, imò etiam crux ipsa fiat tota suavis, & amabilis; ex his facilè capietis rationem, ob quam Sponsa invitabat sodales suas ad videndum Sponsum crucifixum, & coronâ spineâ redimitum.

Exod. 15. v. 25. Lippom. in caten. Rabbi Salomon. Psalm. 21. v.

8. In hôc sensu interpretantur sancti Patres Nyssenus, Maximus, & Nilus verba illa Canticorum Salomonis: *Egredimini, & videte filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quô coronavit eum mater sua.* Loquitur, inquiunt hi tres Patres, Sponsa filiabus Ierusalem, quas ad morem Sponsi provocare, & allicere cupiebat, ideoque rogat eas, ut veniant ad montem Calvariæ, & se ponant *juxtà Crucem*, & contemplentur, quonam in statu eum mater Synagoga collocaverit. Ast, ô Sponsa, non repetisti locum commodiorem, aut medium efficacius âd illaqueandos animos, & alliciendum amorem sodalium tuarum erga Sponsum tuum, quam ipsum repræsentare Crucifixum? Minimè gentium. *Omittite, quæ ad me ancillam attinent, considerare, & in Domino pacifico mentis aciem defigite, considerantes, quemodò salutem hic nobis acquisierit.* Quasi diceret Sponsa sodalibus suis: Amicæ, & charæ meæ, nolite modò considerare delicias Sponsi mei, neque attendite ad favores, quos ab illo recepi, sed maturiùs perpendite, quantùm in illâ cruce pro vobis patiatur, & impossibile erit, ut ad conspectum tam horrendi, & tristis spectaculi, vos omnes amore illius non attrahamini, capteminini, & illaquemini. *Videte*, quia sola visio sufficit, quia satis est sola meditatio Christi crucifixi, ut anima pia amore ejus incendatur, & incensa, cuncta mundi hujus adversa

Cant. 3. v. 11.

Commentat. trium Patrum apud Theodor.

versa æquo animo ferat, & toleret, & constans firmaque permaneat, *juxtà Crucem.*

Stabat juxtà Crucem Iesu, Mater ejus, &c.

Consideratio V.

Tametsi virtus, & pœnitentia elongata, & eminùs visa, appareat deformis & horrenda, approximata tamen, & cominùs introspecta, pulchra, & grata reperitur,

EXaminat eminentissimus Cardinalis noster Cajetanus, quòd B. Virgo, cæteræque ejus sodales priùs stantes à longè, postmodùm propriùs accesserint ad Crucem: *Cum priùs manerent à longè, postea appropinquaverunt.* Alludit hic Cardinalis ad illud sancti Lucæ: *Stabant autem omnes noti ejus à longè & mulieres*: id est, pendente Christo in cruce, omnes amici ejus elongati erant ab eo, & cum illis etiam mulieres longiùs distitæ, ita ut quæ priùs præ timore non audebant appropinquare ad crucem, posteà animosiores, & firmiores magnâ eum audaciâ proprius accesserint. Ecce hîc figuram, & symbolum illius, quod hominibus in viâ virtutis evenit ut ejus nobis & elongatio terrorem incutiat, & distantia eamdem reddat asperiorem & horrendiorem, teste Tertulliano, *Incommoda corporu reformidan*, neque attentiùs considerant homines suavitatem, & dulcedinem in eâ latentem, quòusque eam fuerint experti, & commodum, quod ei conjungitur, gustaverint.

Cajetan. hic.

Hæc Observatio est Oleastri nostri, allegorizantis conversionem illam, quâ virgam in serpentem, & serpentem in virgam convertit, Interrogabat Deus Moysen, quid in manu haberet? *Quid est quod tenes in manu tua?* Respondit Moyses, *Virga.* Præcepit ei Deus, ut eam projiceret in terram, & ecce subitò in colubrum convertitur, ita ut Moyses attonitus, illi appropinquare non auderet. Dixitque ei Dominus, ut rursus illam manu apprehenderet, obedit, Moyses & inopinatè reperit in manu virgam, quam anteà tenuerat. Res profectò plena mysteriis, ex quâ salutarem doctrinam elicere possumus: *Iustitia in consideratione hominis terreni videtur serpens. Timent enim injusti opera facere justitiæ, ac si serpens esset, ea verò in manu, seu in opere, virga lenis, & mitis est*, inquit Oleaster. Timent impii virtutem, ac si draco devorans foret, ubi verò gustare cœperunt, eam blandam, ac suavem experiuntur. Vndè nullũ contra malum hoc dari potest consilium salubrius, quàm, quòd quisque studeat pusillanimitatem, & timorem excutere, & clausis oculis difficultates, & remoras evincere, quas exercitia virtutum, oculis carnalibus, & primo intuitu visa, quasi impossibilia ei repræsentant: & haud dubie erunt ei deliciæ, & solatium, quæ anteà plena difficultate, & horrore appârebant.

Oleast. hîc.

Declarabo conceptum meum comparatione quâdam Plutarchi, instituto nostro accommodatissimâ, & quâvis ipse eam ad usum illius temporis conscripserit, reducam tamen eam ad terminos, & praxim hujus sæculi. Vidistis quandoque puerum perhorrescentem ad conspectum se flagellantium, quibus à longè conspectis, vociferatur, clamat in cœlum, flet, & territus turbatur, si ei persuadere conaris, ne horreat, seu conturbetur, in vanum laboras, operam, & oleum perdis, quia ætas infantilis non est capax consilii, seu admonitionis. Remedium igitur est, puerum deferre, seu manu ducere etiam renitentem ad ipsos flagellantes, manu larvam eorum detegere, ut cognoscat puer non esse spectra terrentia, sed homines. Et ecce, illicò puer sedatur, & omnem metum deponit, ortum ex aspectu remotiori, quia non videbat, quid sub larvatâ illâ figurâ latitabat. Hoc ipsum omninò contingit in virtute, inquit Plutarchus, metus enim, quem aliqui de pœnitentiâ, & virtute conceperunt, nascitur ex non approximatione ad illam; equidem si patienter, & avidè illam quærerent, & discooperirent id, quod sub illo rigore, & asperitate (quæ, eminùs visa, terribilis apparet) occultatur; agnoscerent, illam habere faciem adeo pulchram, & gratam, ut si oculis corporeis cerni posset, omnium in se animos, & affectus provocaret. Ita eliganter dixit Tullius eloquentiæ princeps: *Virtus, si oculis cerneretur mirabiles sui excitaret amores.* Fugiès Propheta Elias Iezabelem, volentem eum interficere, confugit ad umbram juniperi, & pertæsus vitæ, *petivit anima sua, ut moreretur*, quia vitam nauseabat. *Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam* Quid Elia; Si, timens mortem, fugis, quomodo jam morte exoptas? heri timuit

3. *Plutarch. lib. de exilio Lucretia & de rebus natur. lib* 3.

Cicero lib. 2. de finibus

2. Reg. 19. *v.* 4.

timuit Elias, &c. Et ecce modo: *Tolle animam meam*? fateor quidem, sanctos Patres alias excogitasse rationes, attamen quæ intento nostro deservit, est, quòd quando Elias fugiebat mortem præ timore, longè dissitus erat à cruce Christi, quando verò eam accivit, & advocavit, eidem cruci proximus aderat. Allegoricus est conceptus sancti Ruperti Abbatis, si non totus, saltem ex parte, qui asserit arborem illam abjectam, ad cujus umbram Elias dormiturus confugerat, fuisse symbolum crucis Christi: *Confugit ad sanctum, vivifica crucis Dominica lignum, illic ambit mortem, illic festinat commori Christo.* Est crux Salvatoris nostri arbor, ad cujus umbram confugere debent omnes, qui, velut Elias, persecutiones mundi patiuntur, si velint eas securi evadere, quia sub umbra hujus crucis amara est vita, & mors palato animæ grata, cumque exemplo Christi crucifixi, quidquid patimur, dulcescit. Quocircà Propheta, qui anteà amaritudinem mortis pertimescens, vitam ambiebat, nunc positus, *juxtà Crucem*, abhorret vitam, & sollicitè mortem, tamquàm singulare solatium animæ prælolatur, & ambit.

Rupertus lib. 5 de Trinit. cap. 10.

4. Singularissima est opinio mellifluì Doctoris S. Bernardi circa sitim Christi Redemptoris in cruce pendentis, & sitibundo ore exclamantis: *Sitio*, Est, inquam, singularis opinio Sancti, quia omnes Interpretes passim conveniunt, asseruntque Servatorem nostrum verbo illo ardentissimam sitim, quam in illâ horâ patiebatur, manifestâsse. Nihilominùs certissimum reputat mellifluus Abbas, Christum hâc metaphoricâ locutione usum fuisse, ad exprimendum flagrantissima desideria sua, quibus pro salute nostrâ lubens mortem obibat, & simul plura tormenta, si possibile foret, pro nobis sufferre gestiebat. At, ne quispiam existimet, inquit, me contemplando hanc considerationē excogitasse, audacter profero, me hanc expositionem litteralem reputare: *Est quod moveat nos* Fundamētum præbet sacer Textus, ex quo liquido constat, Redemptorem in horto orasse Patrem æternum; *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.* Dicit igitur S. Bernardus, conferendo illud, *transeat calix*, in horto, cum illo, *sitio*, in cruce: *Per calicem, quem bibiturus erat, procul dubio passionem significans: Nunc autem, eodem calice jam ebibito, dixit, Sitio*, id est, in eodem sensu, utrobique locutus fuit de calice passionis, & tormentis perferendis, nisi solùm, quòd in horto recusaverit pati, hic verò jam tormenta expertus, plura toleranda desideret. Quasi diceret S. Bernardus: quando Christus timuit mortem, & crucem, ideò fuit, quia adhuc procul aberat ab eâ, & tamquam horrendam, asperam, & insipidam judicabat; at verò quando sitivit majora tormenta, jam proximior erat cruci, vel eidem clavis affixus, hoc sonat, *Eod. in calice jam ebibito.* Vt sciamus, unicum remedium ad superandas, virili, animo, & cum suavitate spiritûs, omnes difficultates, quæ nobis in viâ virtutis occurrunt, esse, non respicere eas à longe, & eminùs, sed propiùs, & cominùs eas conteri: *Juxtà, Crucem.*

Ioan. 19. v. 28. *Matth. 27. v. 39.* *D. Bern. de Passione cap. 13.*

5. Quando Deus liberavit populum suum ex durâ servitute Ægyptiacâ, eumque deduxit ad terram promissionis, contigit, cum gravissimis affligi periculis; insequebatur enim hostis Israelitas, jamque eos assequebatur, ita ut, primâ acie subsistente in littore maris rubri, adversarius posteriorem partem insectans, instanter premeret, & urgeret. Vehemens profectò, & præsentissimum vitæ discrimen: verùm quia Deus in majoribus angustiis solet suis succurrere, subitaneè fuit mare apertum, & divisum, & sicco vestigio mare pertransierunt, & exercitus hostilis, eos insequendi ergò, ingrediens mare, fuit submersus in illo, & ut sacer testatur Textus, ubi Israelitæ mare pene traverant, retrospexerunt, *& viderunt Ægyptios mortuos super littus maris.* Quod enucleans Doctissimus Oleaster, ait, Deum hic cum Hebræis egisse, quemadmodùm matres cum pueris lactantibus, quæ, volentes eis incutere metum, effingunt crepundia quædam seu corpus aliquod phantasticum, quod eis exhibent, & ob oculos ponunt; si verò advertant, nimium esse terrorem, coram oculis eorum dissolvunt spectrum, seu corpus effictum, ut terrorem auferant. Non secus agit Deus nobiscum, & cum populo suo: repræsentat nobis mala, in apparentiâ exteriori, terribilia, & horrenda, at ubi viderit nos meticulosos, & timentes, ostendit mala illa non esse vera, sed ficta, quæ solùm speciem exteriorem referunt. Ægyptii visi à longè apparebant fortes, & potentes adversarii, sed cominùs, & præsentes, non erant, nisi cadavera mortua, quæ nullatenùs eis nocere poterant. *Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, solēt matres, cum pueruli sua metu incutere volunt, larvas ostendere,*

Exod. 14. v. 31.

Oleast. hic.

dere, quæsi viderint, plus justò timere phantasma, ostendunt facta sua, & ea coram illis laniant. Sic Dominus Deus mala aspectu terribilia offert, sed postquàm viderit timore perculsos, mortua esse ostendit, neque mala esse, sed malorum figuras Ita appositè ad rem Oleaster.

6. O si homines tandem intelligerent, & crederent hanc veritatem, non tantoperè reformidarent capessere viam virtutis, sed maximo animi ardore quascumque arduas difficultates evincerent. Ast pessimum malum est, hodiè plurimos, in vacillatione animi, & perplexitate, seu in determinatione voluntatis, similes Hebræis reperiri. Ad hunc sensum explânat quidam Modernus Doctor verba illa Canticorum, quæ litteraliter loquuntur de eo, quod in præsentiarum ponderamus: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te.* In quibus egregiè Spiritus sanctus perplexitatem peccatoris comparat angustiæ populi Hebræorum, quando cum equitatus Pharaonis insequebatur, & nullum videbat evadendi modum, nisi mare rubrum ante oculos, cum hâc ambiguitate; si regredior, & verto caput retrorsùm, video inimicum furentem, & vitæ meæ insidiantem; si pergo ulteriùs, præsentissimam mortem in procelloso mari evidentissimè conspicio. Sed attendite ad exitum rei, & videbitis, quod, ubi nulla suppetunt humana evadendi periculi remedia, ibidem ne redire, & incidere in manus Ægyptiorum cogerentur, disposuerit Deus, ut maria aperirent sinum suum, & ipsis tutum transitum præberent; divisæ enim sunt aquæ ab aquis, & siccis pedibus per campum virentem, & amœnum imò floribus consitum pertransierunt. Vel quia terra subitò apparuit florida, & plena rosis, & violis, in favorem populi transeuntis, ut habet lectio græca: *Et campus viridem herbam proferens.* Vel quia debet hyperbolicè intelligi, uti commentatur Iansenius: *Quod autem dictum est, de campo germinante intelligendum est per hyperbolen.* Quasi diceret: quòd iter illud apparuit adeò compositum, & benè stratum filiis Israel, ut tantum foret ipsorum gaudium, & delectatio, quâ illud peragrârunt, ac si mare in viridarium fuisset commutatum. Itaque, dicit hic Doctor, quòd ubi majora apprehenderant pericula impossibilitatis, ibi materiam summæ recreationis reperierint: *Nam ex aquâ, quæ antè erat, terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur manu tuâ manu.*

Marquez super flumina Bab. consid. 6. super illa verba: Flevimus Cant. 1. v. 9.

Lectio græca & Iansen. ibidem.

Sapient. 19. v. 7. & 8.

7. O quando Deus animam favore prosequitur, quæ reperit requiem in rigore pœnitentiæ, & asperitate virtutis, & non solùm reputat necessariam, sed etiam gratam, & suavem! Paucissimi sunt, qui hunc favorem experiuntur: soli, qui ardent charitate, ad hunc perfectionis gradum pertingunt, & ubi intervenit amor Dei, non est majus oblectamentum, quàm pati pro illo, & ex defectu amoris nascitur detrectatio passionis, neque volunt homines movere pedem in viâ virtutis, neque accedere ad contemplandum cominùs ejus pulchritudinem, neque cognoscere, quòd ejus elongatio, & distantia sit umbrosa, & asperitate plena. Quando sanctæ illæ, ac fortissimæ mulieres decreverunt, & firmiter apud se statuerunt adire sepulchrum Salvatoris, ad ungendũ corpus ejus sanctissimum, omnes, etiam gravissimas, superârunt difficultates, solùm dubitantes, quisnam saxum grande revolveret à monumento quod ipsæ imbelles viribus sese unquàm posse revolvere diffidebant: *Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Hæc erat tota earum sollicitudo, & anxietas, de hâc toto itinere colloquebantur, at quando venerunt ad sepulchrum, repererunt sarcophagum sublatum: *Et invenerunt revolutum lapidem.* Debuisset Dominus, uti secundùm rectam rationẽ videtur, reliquisse sepulchrum clausum, & non apertum, quia resurrexit gloriosus, & multò meliùs fuisset hoc modo ejus gloriosa resurrectio, absque ullius suspicionis notâ comprobata: sed noluit Salvator, ut clausũ maneret, quia prævidebat angustias, quibus erant illæ tres pientissimæ mulieres affligendæ, & simul anxiã earum sollicitudinem, quâ quæsituræ erant aliquem auxiliatorem, qui lapidem revolveret, ideò volens huic incommodo obviare, misit Angelum qui idipsum prævie præstaret. Videtur Dominus hôc facto voluisse instruere eos, quibus in viâ virtutis gravissimæ objiciuntur difficultates, quique imaginantur importabile onus, viribus suis impar, aggredi perfectionis opus. Quisquis es, animo ne cadas, nevè reformides, tibique firmiter persuadeas, Dei munus esse, complanare difficultates apprehensas, seu debilibus repræsentatas, & alleviare intantùm onus ipsum, ne succumbant, sed facilitate quâdam ferre possint, quemadmodùm egit cum hisce sanctis mulieribus: *Et invenerunt revolutum lapidem.* Hic videtur conceptus,

Marc. 16. v. 3.

Digitized by Google

Victor. Antioch. Tom. 2. Bibioth. hom. 8.

ptus, & cogitatio Victoris Antiocheni super hunc locum: *Dum mulieres anxiæ inter se disquirunt, & differunt, & quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti, dicunt. Illò, tunc temporis, necdum revoluto, Angelus à cœlo descendit, saxumq; à monumento submovit, atque, ita respicientes, lapidem ex insperato revolutum viderunt.*

8. Arduum, & maximè durum fuit præceptum, quod Deus imposuit Abrahamo, mandans ei, ut filium suum Isaac immolaret: nihilominus bonus senex promptâ voluntate obêdit, accingit se itineri, pervenit ad montem, ædificat altare, ponit filium super struem lignorum, quæ filius pro sacrificio asportaverat, & distringenti ensem, & ferienti ictum, ad decollandum eum, accurrit Deus, & mandat, ne cœptum peragat opus: *Ne extendas manum super puerum*, &, loco filii, præsentat ei arietem sacrificandum, & ecce finem tragœdiæ. Quid hoc, ô Domine, tantáne præparatio ad mortem unius arietis? Hiccine finis tam exactæ, & rigidæ obedientiæ, annè hic terminus tot tantarumque asperitatum, & mandatorum? *Tolle filium tuum unigenitum*, &c. *Abraham*, inquit noster Doctissimus Hamerus, *quemlibet figurare potest, qui virtutis iter aggreditur, quod primò quidem difficile videtur, tamquàm Isaac immolatio, mox tamen, divinâ inspirante gratiâ, facile fit, tamquam arietis mactatio.* Ecce expressum symbolum eorum, qui ad virtutis perfectionem aspirant, & maximè eorum, qui primis Christianæ perfectionis rudimentis studeat; prima namque initia sunt laboriosa, quemadmodùm accidit Abrahamo in immolatione filii sui Isaac, sed totum hoc est a longè, & antequàm ad mõtem pervenitur, postmodùm tamen, ubi quis in monte subsistit, decollatio, effusio sanguinis, & ipsamet mors non fuit nisi unius arietis, & ibi repetit Abraham solamen, in signum evidens, quod virtus à longè, seu eminùs visa, asperior appareat, quàm cominùs conspecta.

Genes. 22. v. 12.

Hamerus hic.

9. Plurimi existimârunt carmina Homeri fuisse instructionem, seu modum acquirendi virtutem, & documentum, ad probè instituendam vitam sanctam, ac perfectam. Hôc posito, notandum est, Poëtam hunc plurimùm celebrare herbam quamdam, quam vocat, *Moly*, quámve asserit, Mercurium dedisse Vlyssi, ut eam, veluti antidotum, secum deferret contrà venena Circes crudelissimæ incantatricis.

Sic igitur dicens, dedit medicamen Mercurius
Ex terrâ trahens, & mihi naturam ipsius monstravit,
Radix quidem nigra erat, lacti autem similis flos,
Moly autem ipsum vocant Dei. Difficile autem est fodere
Viris mortalibus. Dei autem omnia possunt.

Homerus citatus ab Hamero.

Itaque radix hujus herbæ Moly nigra, & obscura est, flos autem ejus lacteus, & albus, neque facilè reperitur. Expressa figura virtutis, quæ in principiis suis ardua est. & non nisi magno labore, & sudore acquiritur; tota ipsius difficultas in inchoando consistit, primo autem exordio superato, cæterà usus, & exercitium faciliora reddunt. Hæc autem Homeri metaphora, juxtà opinionem Hameri in psalmo illô, *justus, ut palma florebit*, fundatur. Et S. Gregorius exponens hæc verba, dicit, Justum huic plantæ esse simillimum. *Inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obvoluta, superiùs verò, & visu & fructibus pulchra; inferiùs corticum suarum involutionibus angustatur, sed superiùs amplitudine pulchra viriditatis expanditur*, id est, palma in trunco est sicca, & aspera visu, seu aspectu ingrata, superiùs tamen pulchra visu, & sapore fructuum suavissima; ita etiam justus, qui, *ut palma florebit*; licèt enim in ipso exordio austeritatem, & rigorem inveniat, & radices virtutis sint amaræ, quia tamen expectat suavissimos fructus, id, quod hodiè amarum appâret, cras ipsi dulcissimum erit.

Psalm. 91. v. 13. D. Greg. lib. 9 Moral.

10. Narrat sacer chronicus Joannes, quòd, cùm ipse post resurrectionem Salvatoris unà cum aliis, & Petro conscendisset navim ad piscandum, apparuerit Christus Dominus in littore, quodque Petrus audiens esse Dominum, exilierit in aquas: *Tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.* Fateor planè, hoc factum Petri magnam mihi parere admirationẽ, dum oculos conjicio in aliud factum ejusdem Petri cum Christo, quando etiam ad piscationem exivisset. Res ita se habuit. Dum primâ vice Petrus pedem fixisset in navi cum Christo, prostratus ad pedes Jesu exclamavit, dicens: *Exi à me, quia homo peccator sum Domine.* Ob quam causam tunc temporis fugit Petrus præsentiam Christi, & nunc se dimittit in mare, ut Christum adeat, & cum illo colloquatur? Dicã vobis, inquit sanctus Ambrosius, antè conversationem, & familiaritatem initam cum Christo, fugiebat eum, post diuturnam verò familiarita-

Joan. 21. v. 7.

Luc. 5. v. 8.

miliaritatem, & longam experientiam societatis ejus, gestit exilire in mare, ut ejus suavissimo possit frui consortio, & alloquio; quia jam gustaverat Petrus, & expertus fuerat, quòd eædem rationes, quæ se moverant, ad fugiendum Christum, jam se, ad quærendum ipsum, incitabant. Itaque non erat solo ipsius visu contentus, quando se Christus septuaginta discipulis manifestaverat, neque etiam sufficiebat, vidisse ipsum in conversione increduli Thomæ, neque etiam modò, quando piscatum ibat, sed dimittit se in mare, ut propinquiùs eum, & intueri, & familiariùs alloqui posset, quia jam ab ejus præsentiâ elongatus, vivere haud poterat, qui anteà præ timore conversationem ejus tantoperè fugiebat. Antequàm Christum perfectè cognosceret, ejus cõtubernium declinabat; post perfectam verò notitiã ejusdem, jam confugit ad eum, neque patitur moram, ut cæteri condiscipuli appellant ad littus, & retia colligant, sed intrepidus pericula flocci pendens, omnisque discriminis oblitus, seipsum præcipitat in aquas, existimans, quod, nisi primus Dominum accessisset, tardius adveniret. Audite nunc S. Ambrosium ita differentem: *Non vidisti contentus, impatiens desiderii, negligens cautionis, immemor periculi, ubi Dominum vidit in littore, ferum existimat, si cum cæteris navigio perveniret.* Hoc ipsum, quod S. Ambrosius advertit in Petro, notant Sancti in nobis, in ordine ad virtutem, quam eatenùs non capessimus, neque amamus, quatenùs eam non cognoscimus, nec experimur; si enim eam gustaremus, impossibile foret, ejus ut amore non irretiremur, & illaquearemur. Ac proindè nescio, quam tandem excusationem adferet peccator coràm Deo, qui, antequam perfectè inceperit, lassatur in viâ virtutis. Hoc ipsum jam Seneca in suo sæculo lamentabundus deplorabat dicens: *Ad tantas inertias perventum est, ut non dolere tantùm, sed doloris opinione vexemur.*

D. Ambrosius.

Seneca lib. de tranquillit. animæ.

11. Magnus gentium Doctor S. Paulus, scribens Ephesiis, conatur omnes armare, & facere milites christianæ fidei contra spirituales animæ adversarios, & hostes: *Induite vos armaturam Dei*, additque sanctus Athanasius, *totam armaturam Dei.* Ast, ô Apostole sancte, quî est possibile, ut induatur homo armaturâ Dei? nonnè vides, omnes humanas vires esse impares divinis? qui contingere potest, ut homo Christianus ferre possit, & dirigere arma illa, quibus Deus Principes tenebrarum vicit, & debellavit, ut putà paupertatem, charitatem, patientiam, & mortificationem ejus? Attendite, ô Christiani, S. Paulus, si rectè notastis, non vult, ut vos incedatis cum armis Dei, aut iis utamini, sed dicit, induite armaturam Dei, ut probetis, num eam ferre, aut dirigere possitis. Exemplo rem declarabo. Quando Saül voluit, Davidem armis suis indutum prodire in campum contrà Philistæum, non detrectavit sanctus adolescens, neque replicavit, sed promptus obedivit, & induens loricam Saülis, simulque galeam ejus, capiti suo imponens, tentavit, num eis armatus incedere posset; & ne quidem pedem movere poterat. *Et cœpit tentare, si armatus posset incedere. Dixitq; David ad Saül, non possum sic incedere, quia non usum habeo. & deposuit ea.* Probè noscebat David, inquit B. Rupertus, quando sibi arma adferebant, ea esse gigantæi corporis, & majoris in toto regno Israel, ideoque esse improportionata corpusculo suo: equidem tentavit, & vidit esse impossibile, solùm, ne existimaret Saül eum ex vilipendio, & contemptu arma exuisse, cùm tamen, non nisi necessitate adactus, ea deponeret: *Quarè sic frustrà tentavit? videlicet, quia sic pulchriùs, facto suam spem Regi ostenderet, quàm si oblata Regis arma, mox voce, aut verbo præcipiti, quasi cum contemptu, repelleret.* Ne igitur Saülem contemnere, neve præceptis ejus videretur nolle obedire, arma induit, quæ mox, facto experimento, deposuit. Hoc idem admonet S. Paulus: *Induite vos totam armaturam Dei.* Nolite dicere, armaturam Dei esse improportionatam viribus vestris, antequàm eam induistis, probate priùs, & tentate, num possitis, quia, ut prudens quidam optimè dixit: *Omne opus difficile videtur, antequàm tentes: nihil enim est, quod non assidua meditatio facil limum reddat.* Et si vires vestras impares tanto oneri ferendo comprobaveritis, excusabiles eritis apud Deum, quia priùs extrema jam tentastis.

1. Regum 17. v. 39.

D. Rupert. in libros Regum lib. 2. c. 5.

Vegetius apud Lipsium l. 5. Politicorum c. 13.

12. O quàm apprimè necessaria plurimis Christianis doctrinâ, qui, antequàm tentârunt arma Christi, dicunt, se nullatenùs ea posse tractare, &, priusquàm experimento didicerunt, quidnam possint in Dei servitio, & virtutum exercitiis, protinùs imbecillitatẽ suam prætexunt. Non defatigemur antè inceptum laborem, non reformidemus ante congressum; quia hoc est videre crucem à longè, ad modum amicorum,

Ephes. 6. v. 11.

S. Athanas. quæst. 13.

rum, & notorum Christi, qui ideò timebant, quia erant elongati ab eâ. Accedamus propiùs cum illis ad crucem, & confestim timor, & anxietas nostra in constantiam, & fortitudinem convertetur, & absque ullâ pusillanimitate, seu deliquio constanter adstabimus Virgini Deiparæ ad pedem crucis. *Stabat juxtà Crucem Iesu.*

Mater ejus.

CONSIDERATIO VI.

Stans Maria juxtà crucem Filii sui naturalis, manifestravit se Virgo Matrem pientissimam filiorum adoptivorum: quem titulum non solùm sancti Patres, sed etiam sacræ Litteræ ei attribuunt.

1. EXistimo ego, invictum animi robur, fortemque constantiam, quâ beata Virgo adstitit tormentis, & morti acerbissimæ Filii sui, originem suam habuisse ab amore, quò ergà homines ferebatur, quorum priùs fuit Mater spiritualis, quàm Mater naturalis Filii sui, & Redemptoris nostri. Huic considerationi fundamentum præbuit Guilielmus Abbas, dicens: *Priùs habuit ubera mentis, quæ sunt ubera charitatis, quàm ubera corporis*, eamdemque veritatem ipsa professa fuit, quando ei sodales improperabant, quòd parvula esset, & nondùm idonea, quæ Mater Dei foret: *Soror nostra parvula est, & ubera non habet*, eisque querulantibus respondit: *Ego murus, & ubera mea sicut turris.* Ac si diceret: tametsi parvula sim, & nondum habeam ubera corporis, quia nondũ Mater Dei, habeo tamen in mente ubera charitatis plena, misericordiæ, & pietatis ergà homines, quorum à primordiis vitæ meæ sum Mater spiritualis.

Guiliel. Abbas ad c. 8. Cant.

Cant. 8. v. 8.

2. Observavi quemdam locum S. Scripturæ, qui non caret difficultate, quia primâ fronte videtur manifestam involvere contradictionem. In primo Libro Paralipomenon refert S. Textus, quòd filii Nepthali sint filii Balæ: *Filii autem Nephtali, iasiël, & Guni & Iezer, & Sellum filii Bala.* Quæ verba ex diametro contradicunt iis, quæ in Capitulo trigesimo Geneseos continentur, ex quibus clarè constat, Balam fuisse matrem Nephtali, ac proinde filii Nephtali nepotes ejus, & non filii fuerunt. Qui igitur dicit sacer Historicus, filios Nephtali fuisse filios Balæ? *Filii autem Nephtali, filii Bala.* Nodum dubii solvit nobis S Hieronymus: *Quidam putant ideò illam matrem, in illo loco, ab Esdrâ nominatam, quia post mortem Iacob, legatione functâ, fuerit inter Ioseph, & cæteros Patriarchas, qua precati sunt eum, ne recordaretur peccati eorum.* Quia ergò Bala suâ intercessione, & favore pacem composuit inter Joseph, & fratres ejus, & indissolubili amicitiæ fœdere eos conjunxit, ideò Spiritus S. in sacrâ Scripturâ vocat eam matrem filiorum Nephtali: *Filii Nephtali, filii Bala.* Ex his igitur colligite, quantò majori fundamento debemus nos Christiani vocare Matrem Virginem Deiparam, eamque plenis buccis, uti talem, prædicare, quia non semel, sed sæpiùs, imò semper agit partes nostras apud Deum, sollicitè promovet salutem nostram, & vehementi amoris affectu procurat commodum, & bonum nostrum, quasi nos filii ejus essemus.

1. *Paral. 7. v. 13.*

Genes. 30

D Hieronym. in quæst. Hebraicis.

3. Describens nobis sacer Evangelista Matthæus partum sanctissimæ Virginis, hæc verba subjungit: *Et non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum*; quibus in verbis, adnotante sancto Hieronymo, effinxit impius hæreticus Helvidius, expressam fieri mentionem plurium fratrum Christi, quia si Christus fuerit primogenitus, ajebat ille, sicuti scribunt Evangelistæ, sequitur per bonam consequentiam, quòd Maria alios habuerit filios, qui, si non fuerunt nati per Spiritum sanctum (uti Filius Dei incarnatus) ex illa, ex Joseph procreati fuerunt. Hæc est objectio, quâ nequam hæreticus immaculatam Virginem labefactavit, & perpetuam ejus virginitatem offendit, in cujus defensionem prodit in campum gloriosus S Hieronymus, acerrimus virginitatis Marianæ propugnator, &, composito libro, eum refutavit, ostenditque manifeste, ad hoc ut Salvator nuncupetur primogenitus Virginis, sufficere, quòd nullum antè ipsum habuerit filium, neque opus esse, aut necessarium, quòd postmodùm habuerit. Ego autem arbitror, S. Evangelistam mystice indicasse cæteros filios adoptivos, quos Virgo postmodùm paritura erat, nempè, Christianos, & filios gratiæ, quorum erat futura pientissima Mater. Favent huic meæ cogitationi verba illa Paulina: *Vt sit primogenitus in multis fratribus*, sicut apertè testatur, Christum esse priorem cunctis fratribus suis. Itaque vocat primogenitum Patris cũ relatione ad fratres habendos. *Vt primogenitus*

3. *Matth. 1. v. 25.*

D. Hieronym. contrà Helvidium.

Rom. 8. v. 29.

genitus sit in multis fratribus. Patri modo etiam appellat eum primogenitum Matris suæ cum relatione ad eosdem fratres: *Donec peperit filium suum primogenitum.*

4. Recordor, ad rem præsentem, congratulationum; quibus gratulabatur Theodoretus populo Gentili. Dum enim audimus Deum vocantem Israelitas primogenitos suos: *Filius meus primogenitus Israël*, æquius videtur aggratulandum populo Israelitico, qui titulo, & nomine primogeniti condecoratur. Attamen hic Doctor prætert Hebræos, & loquitur Gentilibus, & dicti sui rationem apponit: quia quando Deus nominavit populum Israël primogenitum suum, protinus ipso facto declaravit filium suum secundum, populum gentilem, quia Hebræus jã honore, & titulo primogeniti gaudebat. *Non est tamen ignorãdum, quòd primogenitus fratres etiam habet; primogenitus enim est è multis primus. Cognoscat ergò Israel, quod primus quidem Dei populus appellatus est. Gentes autem, quæ Deo credidêrunt, non tantùm salutem consecutæ sunt, sed etiam obtinuerunt jura primogenitura.* Eædem apprecationes, non minori ratione, fieri possunt populo Christiano, ubi auditur ex ore SS. Evangelistarum: *Peperit filium suum primogenitum*, quatenùs Spiritus sanctus hisce verbis eum secundum natu filium Virginis declaravit, & manifestè indicavit, quod; quamquàm Deipara Virgo esset Mater naturalis solùm unius filii, erat tamẽ mater spiritualis plurium filiorum, quos sibi per gratiam adoptaret.

Exod. 4. v. 22.

Theodor quæst. 2. super Exod.

5. In hoc sensu exponit insignis noster Sotomajor illud Canticorum: *Venter tuus, sicut acervus tritici, &c.* id est: fructus, quem gestas in utero tuo, ô sanctissima Virgo, est sicut acervus tritici. Qui hoc fieri potest, inquit S. Ambrosius, cùm, attestãte Evangelistarum aquilâ, Virgo superna solum unum granum tritici in sacratissimis suis visceribus portaverit: *Nisi granum frumenti cadens in terrã, &c.* Quânam igitur ratione comparat Spiritus Dei ventrem ejus acervo tritici? Audite appositissimum S. Ambrosii responsum: *Granum tritici secundùm quod scriptum est: Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ manet. Sed quia de uno grano tritici acervus est factus completum est illud propheticum: Et cẽ valles abundabunt frumento, quia granum illud mortuum, plurimum fructum attulit.*

Cant. 7. v. 2. Soto-Major hic.

Ioan. 12. v. 24.

D. Ambr apud Soto-Major.

Dum portabat beata Virgo unicum granum in utero suo, verum erat dicere, quòd plura grana portabat, quia gestabat in illô virtualiter omnes homines, qui ex illô grano spiritualiter erant enascituri, ut adimplerentur vaticinia Prophetarum. Et cùm beata Virgo fuerit mater hujus grani, consequenter etiam fuit omnium; & hæc est ratio, ob quam beata Virgo comparatur acervo tritici: *Venter tuus sicut acervus tritici.*

6. Vidit magnus Evangelista S. Ioannes umbram, seu vestigium Ecclesiæ militantis: *Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de cœlo, à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis*, id est, vidi tam ornatã, quasi jam Sponso præparatam, & audivi vocem dicentis, quod Deus esset desponsaturus sibi homines, & commoraturus cũ illis. Quòd autem illa Ierusalem sit Ecclesia militans, est communis sacrorum Interpretum opinio; quia triumphans, neque nova est, neque è cœlo descendens, sed potiùs est ascendens. Itaque descensus ille Ierusalem significabat Verbum Divinum in purissimis visceribus B. Virginis Dominæ nostræ, dum descendebat, ut carnem humanam assumeret, & hominibus commoraretur: cum *Verbum caro factum est & habitavit in nobis.* Occurrit hic observatione dignum, quòd, cum Ioannes audiverit vocem illam, solùm petat attentionem ad descensum Filii Dei in mundum. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*, & illicò videmus cum illô descendentem civitatẽ plenam populo: *Vidi civitatem, &c.* Interrogo, quod si mysterium hujus visionis, est adventus Filii Dei in tabernaculum, seu uterum purissimum Virginis, quarè ei simul ostenderunt civitatem plenam populo? Et si Verbum divinũ solùm venit ad incarnandum, ut quid venit tantâ comitum catervâ stipatus, & adducit secum non minùs quam integram civitatem plurimis incolis inhabitatam? Appositissimè respondet ad intentum nostrum Ansbertus: *Multitudo electorum cum Christo in uterum virginis prædestinata descendit.* Non caret mysterio, Deũ tantâ cum societate venire, quando descendit, ut assumeret humanitatem, ad ostendendum quòd eodem temporis puncto, quô eligebat in Sponsam, & Matrem, Virginem sanctissimam, eodẽ etiam constituebat Matrem omnium prædestinatorum; & quòd hæc erat dos, quam ei dabat, uti Sponsæ, ut fieret Mater multarum gentium; & quòd, tametsi non haberet, nisi uni-

Apoc. 12. v. 2.

Ioan. 1. v. 14.

Ansbertus cit. à Viegas in cap. 3. Apocal. comment. 1. sect. 3.

Digitized by Google

cum Filium naturalem, plurium tamen filiorum ſpiritualium eſſet futura Mater. Itaque civitas plena populo quę comitata fuit Verbum divinum, dum deſcendit, ut fieret homo, & quæreret in terris Matrem corporalem, erant omnes prædeſtinati, qui veniebant, ut eam, ceu matrem ſpiritualem, quærerent. Hoc ſonat; *Vidi civitatem Ieruſalem, &c.*

7. Ex his intelligetis Emphaſim illorum verborum in Canticis: *Emiſſiones tuæ, paradiſus malorum punicorum*, quibus declarat Spiritus ſanctus, fructum uteri virginalis beatæ Mariæ eſſe paradiſum. Qui fieri hoc poteſt? quærit Guilielmus Abbas. Si diceret, Deiparam portare in utero ſuo arborem vitæ, id eſt, Filium ſuum, non incongruè locutus fuiſſet, at verò, quòd dicat, eam geſtare paradiſum fructuum, neſcio, quo modo verificari poſſit? Accipite reſponſum, quod attentionem meretur: *Emiſſiones fructus ſunt ex Mariâ emiſſi. Vnicus ejus fructus eſt, qui ab efficacitate ſalutis dictus eſt Ieſus: Sed in uno Salvatore omnium Ieſu plurimos Maria peperit ad ſalutem: pariendo vitam, multos peperit ad vitam. Eò ipſò, quòd Mater eſt capitis, multorum membrorum Mater eſt. Mater Chriſti, Mater eſt membrorum Chriſti, quia caput, & corpus, unus eſt Chriſtus. Vnde etiam ab omnibus Mater appellatur, & ab omnibus cultu debito, ut Mater, honoratur.* Ergò, per, *emiſſiones*, intelliguntur fructus, quos protulit Maria ex ventre ſuo ſanctiſſimo; proferens enim Jeſum, vitam, & ſalutem, tamquàm fructum, plures in eò contentos protulit, unicum pariens Salvatorem, unà cum illò plurimos peperit ſalvandos, &c. quia reliqua, declaratione non indigent. Ideò ergò dicit Spiritus S. plures eſſe fructus uteri ipſius, eumque ſimillimum dici paradiſo: *Emiſſiones tuæ, paradiſus malorum punicorum.*

Cant. 4. v. 13.

Guilielmus Abb. apud Delrium.

8. In Epiſtolis, quas ſcribebat ſanctus Paulus, communiter obſervabat ſtylum, & praxim, etiamnùm obſervari ſolitam, mittendi, in fine illarum, ſalutationes, & commendationes amicis, & notis ſuis. Scribens Romanis plurimùm eis commendat, ut nomine ſuo officiosè ſalutent Rufum: *Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus, & meam.* Quonam modò hoc fieri poteſt, inquirit ſanctus Anſelmus, ut mater Rufi etiam ſit mater Pauli? Nonnè Apoſtolus Hebræus erat? ut ipſemet fatetur, *Hebræi ſunt, & ego.* Qui igitur ſe fratrem Rufi indigitat, & filium ejuſdem matris Romanæ? *Eadem famina*, inquit ſanctus Anſelmus, *& Rufi mater erat ſecundùm carnem, & Pauli, ſecundum charitatem, & beneficentiam*, id eſt, non erat Rufus Romanus frater Pauli, nec mater illius, mater Pauli ſecundum naturam, quia eum non pepererat, nec nutriverat, erat tamen mater ejus ſecundùm amorem, quò eum proſequebatur, & ſecundùm opera charitatis, quæ ei impendebat: quando igitur ſe filium, & eam, matrem appellat, loquitur de filiatione per charitatem, & non ſecundùm naturam, & idcircò dicit: *Et matrem ejus, & meam*, quia amore materno eum diligebat, &, tamquàm verum filium uteri ſui, eum fovebat, & amabat. Ecquæ mater eſt ita amans filiorum ſuorum, quemadmodùm Regina Angelorum, & Domina noſtra amat omnes peccatores? Magnâ cum fiduciâ vocamus, & cenſemus eam, Matrem noſtram. Et Eccleſia catholica in hôc fundatur, ad dicendum quotidiè in Hymno beatæ Virginis tam confidenter: *Monſtra te eſſe Matrem.* Quod, & reapſe exactiſſimè beata Virgo adimplet; quemadmodùm enim uberibus corporis lactavit, & aluit Filium naturalem, ita etiam uberibus charitatis fovet filios ſpirituales, quorum ille eſt caput, monſtrans, ſe eſſe veram Matrem filiorum tam ſpiritualium, quàm naturalis. Ita non minùs piè, quàm eleganter diſſerit Guilielmus Neoburgenſis: *Quæ dedit ubera ſua Chriſto Filio corporalia ad paſcendum eum, dat eidem in membris ſuis ſpiritualibus ſpiritualia, & quæ fuit Mater ejus carnalis, noſtra eſt ſpiritualis.*

Romanis 16. v. 13.

1. Cor. 11. v. 22.

D. Anſelmus ſuper Epiſt. ad Rom. 16.

Guiliel. Neoburg. apud Lorin. 1. Petri 4. v. 6.

Rupertus Abbas commentans verba illa Canticorum: *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem ubera matris meæ*, aſſerit Eccleſiã Dei, ſeu Congregationem fidelium hîc loqui Verbo divino, eique inſinuare ardentiſſima ſua deſideria, quibus concupiſcit videre Deum, hominem factum, & Filium Virginis, *Quis mihi det te fratrem, &c.* meliùs, ut videtur, dixiſſet Eccleſia, utinam viderem te ſugentem ubera matris tuæ, & non matris meæ? Sed ex induſtriâ utitur hôc myſtico loquendi modo, idemque fuit, ac ſi dixiſſet: O Domina mea, ſi tu es Mater Dei, etiam es Mater hominum, & quando te elegit ad unam dignitatem, etiam ad aliam te quæſivit ac proindè numquàm negare potes te eſſe Matrem noſtram: *An non tu Mater ejus, quæ vitam, & ſalutem peperiſti? An non filia tua hæc eſt, videlicet imitatione fidei? Si Abraham pater gentium, rectè dicitur, & eſt, videlicet*

Cant. 8. v. 1.

Rupert. Abb. in cap. 7. Cantic. lib. 7.

licet propter fidem quantò magis tu, ô fidelissima fidelium Mater. Mater es omnium nostrùm. Ac si diceret: quarè non esses Mater ejus, quæ vitam & salutem ejus peperisti? & quarè non esset filia tua, quæ est imitatrix fidei tuæ? Si Abraham, & Sara propter fidem rectè nuncupantur parentes gentium, quantò potiori jure tu, cujus fides incomparabiliter excellentior fuit, es Mater omnium credentium, &, uti talem, omnes fideles te invocare debent, certô certiùs confidentes, te numquàm, utpotè pientissimam Matrem, favore, & auxilio tuo eis defuturam. Reddo te memorem, ô Mater, & Domina pietatis, dicti illius, quod devotissimus tuî S. Anselmus tibi decantare solebat:

D. Anſel. de Concep. B. Virg.

Domina, si tuus Filius per te factus est Frater noster, nonnè tu per illum facta es Mater nostra: Ecce, inquit Dominus Mater tua. Nobiscum loquebatur Christus, quando pendens in cruce dicebat dilectissimo discipulo, qui tunc omnes repræsentabat fideles: *Ecce Mater tua*, additque Sanctus, alloquens fideles: *O homo peccator! gaude, & exulta, non est, undè desperes, id quod judicabitur de te, totum dependet ex sententiâ Fratris tui, & Matris tua.* Mœsti animo Christiani, & peccatores, magnæ vobis suppetunt gaudendi rationes, quia totum salutis vestræ negotium dependet à Christo, Fratre vestro, & Mariâ, Matre vestrâ, cujus ineffabilis pietas ergà nos est adeò excellens, ut non sufficiat nobis, eam appellare Virginem piam, sed Virginem pietatis; quia nulla mater adeò pia est erga filios suos, quemadmodùm ipsa est ergà omnes afflictos, tristes, & pusillanimes, quocircà etiam Ecclesia in suis Litaniis eam appellat: *Mater Pietatis*, propter viscera pietatis, quibus, ceu vera Mater, nostræ salutis causas studiosè procurat, & vigilanti curâ peragit.

10. Non cessat sanctus Joannes Chrysostomus extollere pium illud, & celebre factum viduæ Sarephtanæ cum Propheta Eliâ, præferentis solatium Prophetæ, necessitati, & commodo filii sui unigeniti, maximè ab eâ dilecti; ipsam namque vir Dei accedens, ait illi: *Vade, & mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postèa*, & ad amussim annuit dictis Prophetæ. Quòd vidua hæc antepoſuerit suæ commoditati cibum Prophetæ, non tantoperè æstimandum est, quia id charitas exigebat, sed si dolor naturalis feriebat cor matris,

3. Reg 17. v. 13.

videntis filium suum patientem, cur priùs succurrit Eliæ, quàm filio suo indigenti? Dicam, quod sentio, inquit D. Chrysostomus: *Certè erat cor illius beata quadammodò positum in trutina, illa verò elegit potiùs se, & filium adducere in angustias, quàm Prophetam non suscipere.* Obviaverunt sibi in illâ occasione gratia, & natura; natura in filio, & gratia in peregrino, natura patrocinabatur filio, & gratia agebat causam peregrini, ambæ tentârunt vires, & vicit gratia, & subjugavit sibi naturam, incitante, & compellente misericordiâ viduam, ut potius antepoſuerit necessitatem Prophetæ, commoditati filii, & propriæ. Erat, inquit Sanctus, cor illius devotæ matronæ, quasi in trutinâ, & in hâc perplexitate constituta, subimsit se pietas ergà filium patientem, dolori charitatis, ergà famelicum, & indigentem Eliam prophetam. In pari statu considerat sanctus Doctor Ambrosius sacratissimam Virginem pietatis, stantem juxta crucem Filii sui; quia duo amores certabant tunc temporis in ejus corde piissimo, unus gratiæ, & alter naturæ: hic suadebat, ut Filio succurreret, cumque è cruce descendere, si possibile foret, compelleret, ille verò impellebat, ne homines deseereret, qui etiam erant filii ejus per charitatem, sed potius eorũ causas ageret & pro illis interpellaret. Quidnã prævaluit? Prævaluit, inquit S. Ambrosius, vicit amor gratiæ, & sibi amorem naturæ subjecit: *Piè oculus spectavit, non tam vulnera filii, quàm salutem mundi.* Intuebatur B. Virgo, & oculos suos conjiciebat in filium crucifixum, & non tantùm considerabat vulnera Filii patientis, quantùm in illis salutem hominum perpendebat, quam avidissimè exoptabat, tamquàm jam, jam opere complendam.

D. Chryſoſt. hic.

D. Ambroſ. in cateñ. D. Thom.

11. Hæc est una ex præcipuis obligationibus, quâ huic Virgini, tamquàm Matri nos semper amanti, singulariter devincimur; & in hâc ipsâ Virgine agnoscimus differentiam inter amorem matris ergà filium, & cæterorum consanguineorum ergà amicos, agnoscimus, inquam, differentiam amoris inter Virginem Matrem, & cæteros sanctos, qui sunt amici nostri, quòd hi agant nobiscum, ut amici solùm, seu familiares, &, uti tales, causas nostras agunt apud Deum; at verò illa sacratissima Virgo, ut Mater, majori pietatis affectu illas procurat, & sollicitat. Et si in omnibus solemnitatibus, & festis B. Virginis eam invocare possumus, veluti Matrem pietatis, singulariter tamen hâc die,

quâ exhibet Ecclesia eam nobis stantem juxtà crucem Filii sui crucifixi. *Iuxtà Crucem*, ubi fuit declarata, & publicata Mater pietatis. Ac proindè, devotum esse erga beatam Virginem pietatis, compassionem quamdam, & pietatem causat in corde inexplicabilem. Mellifluus Doctor Bernardus in omnibus pius, & suavis, nescio quid singulare pietatis in cruce, & Christo crucifixo deprehendebat, & in his præ cæteris amore rapiebatur, ut ipsius dulcissima, & devotione plenissima verba testantur: *Quàm pulcher es, Domine mi, in ipsa tua gloria! quam pulcher in ipsa tui decoris positione! ubi enim te exinanisti, ibi magis pietas emicuit, charitas amplius radiavit*, id est, in cruce semper mihi appares formosior, ubi magis tua elucet pietas. Idem dico de beata Virgine Matre: pulchra fuit in Annuntiatione, & in gloriosâ suâ Assumptione, sed nobis peccatoribus incomparabiliter excellentior est ejus pulchritudo juxtà crucem Filii sui, ubi singularia suæ pietatis exhibuit indicia: *Iuxtà crucem Mater ejus*. Petamus omnes ab eâ id, quod inclytus S. Martyr Ignatius postulabat: *Nunc claude me in gremio pietatis, tu Mater summæ Deitatis; vera Mater Salvatoris. Mater adoptata peccatoris*, id est, tu, Mater Misericordiæ, suscipe me in gremio tuæ pietatis, Mater es Christi, & simul es Mater peccatorum, recipe ergò nos, & protege tuos, quâquàm indignos filios, ne nos flagella Patris, simul, & Judicis attingant, sed ut, obtentà peccatorum venià, ejus restituamur gratiæ, *quam mihi, & vobis, &c.*

D. Bern. serm. 45. in Cant.

D. Ignatius Epist. ad Virg.

TRACTATUS XI.

IN FESTO DOLORUM SEU SOLITUDINIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Stabat juxtâ Crucem Iesu, Mater ejus.

Ioannis 19.

PRÆSENS solemnitas sanctissimæ Virginis eadem est, quoad substantiam, cum præcedente; at quia Ecclesia solet eam celebrare sub diverso titulo, & sub distinctâ invocatione, judicavi expediens, singularem de eâ instituere Tractatum. Refert S. Evangelista, quòd Mater Jesu stabat juxtà crucem Filii sui, & hæc paucissima verba sufficiunt ad exprimendum nobis, quales fuerint dolores Deiparæ Virginis in hôc tragico eventu, quibus cor ejus affligebatur, & non minùs internè erat crucifixum, quam Corpus filii ejus externè, dum videbat eum morientem in tot tormentis, quem viderat in tanto gaudio, & lætitiâ ex se natum. Non obstantibus tot, tantisq; doloribus, sacratissima tamen Virgo non detrectavit ejus consortium, neque retrocessit, sed firma, & constans perstitit juxtà crucem, velut immobilis columna, contemplando, ineffabili doloris sensu, Filium suum

ſuum in patibulo pendentem, videndo eum injuriis laceſſitum ab hominibus, quem jam antè dudum viderat ab Angelis collaudatum, atque è Magis adoratum, & conſiderando ſacratiſſimum illud corpus, quod ipſa tam reverenter contrectaverat, & tanto amore enutrierat, jam diris flagellis cæſum, & tot tantiſque tormentis à crudeliſſimis Judæis excarnificatum, &c. Ave Maria.

Stabat juxtà crucem, &c.

Consideratio I.

De intenſiſſimis doloribus, quos pertulit Deipara Virgo juxtà Crucem Filii ſui dilectiſſimi, eò quòd non ſit dolor ſimilis, aut æqualis dolori, quem ſentit pater, videns coram oculis ſuis morientem filium, cui nequit ſuccurrere, aut opitulari.

1. QUæ, vox, quæ lingua poterit exprimere vehementiſſimas anguſtias, & acerbiſſimos dolores, quos ſacratiſſima Virgo juxtà crucem pertulit. O quot lacrymis irremediabilibus plorabat! O quot ſuſpiriis ingemiſcebat afflicta, & deſolata matet! O quantâ cordis amaritudine deflebat mortem amantiſſimi Filii ſui! cùm ipſe eſſet, & maximus cœli ſplendor, & præclariſſimum terræ, mundique decus potiſſimùm, cùm eum conſpiceret, veluti ſceleratum, vulneribus dilaceratum, membraque ejus quaſſata, & cuncta ejus oſſa luxata: *Dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Dum, inquam, videret cervical capitis ejus eſſe coronam ſpineam, quæ acutiſſimis aculeis jam penè mortuum pungebat, dum inſuper cerneret eum, nec pedem. nec manum movere potentem, ad leniendos dolores ſuos, quia ferreis clavis undiquè cruci affixus erat Leonardus de Utino dicit, Adamum, poſtquàm è paradiſo in exilium relegatus eſſet, non ſe ſeriò convertiſſe ad Deum, neque dignam peccatorum ſuorum pœnitentiam centum annorum ſpatio egiſſe, quouſquè tandem filium ſuum Abelem coràm oculis ſuis interfectum conſpicaretur; quia tunc triſte illud ſpectaculum ita commovit cor ejus, ut illicò ſe converterit. Non approbo hanc ſententiam Leonardi de Utino, quoad hoc, quòd dicit, Adam non deflevisſe peccatum ſuum, niſi poſtquàm hanc tragicam filii ſui necem aſpexerit, eò quòd mihi parùm pia, & ſanctorum Patrum doctrinæ diſſona, & non conformis videatur. Neque veriſimile eſt, tantam jacturam, ſeu damnum, quale fuit amittere felicitiſſimum innocentiæ ſtatum, non commoviſſe Adamum ſeque ad Deum non convertiſſe; quinimò hoc ipſum videtur inſinuare ſacra Pagina, quando refert, Deum veſtiviſſe ipſum, & uxorem ejus ciliciis illo, ſeu tunicis pelliceis, & ſaccis pœnitentiæ, ex pellibus animantium compoſitis: *Fecit quoque Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos*, quaſi eos jam de crimine convictos in theatrum produxiſſet, & publicè ludibrio expoſuiſſet, & veſte, ſeu notâ pœnitentiæ inſignitos in numellis verſatilibus collocaſſet. Verùm dico, adeò intenſum fuiſſe dolorem, quem in Adamo, & Evâ hoc lugubre ſpectaculum excitavit, ut potens fuerit, niſi jam per pœnitentiam rediiſſent, eos convertere, & ad pœnitentiam delicti ſui agendam inducere. Videte, quantò majores effectus cauſaverit in animâ ſacratiſſimæ Virginis funeſtum illud ſpectaculum Filii ſui amantiſſimi, qui tantò melior erat Abele, quantò Creator creaturam ſuam excellit. O quantus illi luctus erat! videre divinum illud os, quod melle, & lacte cœlos recreabat, jam felle, & aceto potatum! ô quale lamentum ejus! dum caput ejus, aurum optimum, ſanguine conſpurcatum, & coronâ ſpineâ redimitum videbat.

Pſalm. 21.

Leonard. de Utino citat. à Pennafiel stat. 1. 4. §. 3.

Genes. v. 21.

Et quàm crudele tormentum, addit Lanſpergius, patiebatur, quàdo toto corpore perhorreſcens, conſpiciebat militem lanceam vibrantem, & eam pectori jam mortui Filii ſui crudeliter infigentem: *Unus militum*, ait S. Joannes, *lanceâ latus ejus aperuit.* Et ſciendum nobis eſt, quid crudelis illa lancea in latere Chriſti perforato perquirebat? Si ſanguinẽ, jam compita, & plateæ Jeruſalem eô effuſo madebant, columna eôdem rigata manabat, ipſaque crux ſanguineis rivis ex ejus corpore defluentibus, conſperſa penitùs cernebatur. Si vitam jam illam Patri æterno obtulerat, ſi animam, jã ipſa ad limbum deſcenderat, ſi denique carnem ejus rumpere, & dilacerare ſitiebat, jam illam atrociſſimi clavi immaniſſimè perforârãt. Ut quid igitur cœlum permiſit, corpus Chriſti mortuum lanceâ perfodi? Divina fuit, inquit

Ioan. 19. v. 34.

quit hic Contemplativus, disposition, ut postremum fieret experimentum doloris, & patientiæ in oculis, & corde Matris vivæ, & cruci adstantis, quæ hunc dolorem sensit, quem Christus non in se, sed in Virgine Matre pertulit: *Divisit enim Christus cum Matre suâ hujus vulneris injuriam, ut ipse quidem persecutionem, & vulnus exciperet, sed tamen dolorem non sentiret: Mater verò hujus vulneris in se pœnam, & dolorem reciperet.* Ideoque Ecclesia vocans crucem, & clavos dulces, *dulce lignum, dulces clavos*, lanceam crudelitatis arguit, *mucrone diro lăcera.* Si de Christo loquamur, lancea dulcis fuit, quia ei nullum intulit dolorem, & clavi durissimi, qui eũ acerbissimo vulnere cruentârunt; at lancea vocatur crudelis, & clavi dulces refectu Matris, Toto tempore, quò anima Christi erat in corpore, anima sanctissimæ Virginis ei adjumento erat in tormentis sufferendis, quia unà cum illâ torquebatur, clavis affigebatur, & erat cum Filio crucifixa. Non potuit anima Christi plures perferre dolores, sed reliquit corpus suspensum in cruce: verùm quòd crudelis lancea solùm feriat animam Virginis, & ipsa maneat superstes in vitâ, ideò fuit, quia voluit Christus nobis cogitandum relinquere, quòd beata Virgo etiam plura subierit tormenta, quàm ipse, ut ita cuique innotescerent, quàm acerbi fuerint dolores sanctissimæ suæ Matris. Undè ausus fuit dicere devotissimus Doctor S. Bonaventura: *Hæc majorem dolorem habuit, quàm Salvator qui tot sustinuit*, eidemque accinit S. Anselmus, dicens, quòd Deipara Virgo absque dubio, tormentorum acerbitate, & vehementiâ dolorum victa, exanimis cecidisset, & statim animam efflasset, nisi eam Spiritus sanctus singulari dono fortitudinis confortâsset: *Vtique, pia Domina, non credidissem, te potuisse ullo pacto stimulos tanti cruciatûs, quin vitam amitteres, sustinere, nisi ipse Spiritus vitæ, Spiritus consolationis, Spiritus scilicet, dulcissimi Filii tui te confortaret, te consolaretur*: quia tantus cruciatus, quantus erat, videre morientem Filium, tot supplicijs excarnificatum, & tam acribus tormenti excruciatum, fuisset intolerabilis; nullus enim hâc in vitâ mortali excogitari potest dolor, æqualis dolori patris, videtis coràm oculis suis filium suũ patientẽ & morientẽ, absq; eô, quòd ipsi auxiliari, aut succurrere possit.

Lansperg Hom. 54. de Passione.

D. Bonav. de Passione Virginis Lect. 1.

D. Anselmus de excellent. Virg. c. 5.

Ponderat S. Gregorius Nazianzenus vehementissima illa doloris indicia, quibus Regius Propheta infortunatissimam filii sui Absalonis mortem deplorabat, carpitque notanter, quòd Absalon fuerit adeò impius in patrem, ut in eum rebellis insurrexerit, publicè eum injuriis lacessierit, & honorem ejus labefactaverit, quin imò armatum militem, & exercitum conscripserit, ad debellandum, & è regno pellendum patrem suum, imo etiam ad occidendum eum si occasio faveret: his tamen non abstantibus, testatur sacer Textus, quòd David non solùm luxerit mortem, quando ei nuntiatum fuit in fortuninm ejus, sed quòd ploratus etiam in has amoris plenas voces proruperit: *Absalom fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te?* ô fili mi! utinam ego pro te mori potuissem, antequàm mihi tam triste nuntium fuit delatum: *Naturâ, videlicet, quâ nihil est violentius, inimicitiam superante*, inquit Nazianzenus. Videte efficacem vim, & potentiam naturæ: prævaluit enim amor paternus contrà inobedientis Filii offensas. & vehementissimus dolor cordis ejus, & obortæ lacrymæ, quas copiosissimè fudit, manifestissima sunt indicia amoris: quô eum suavissimus pater tenerrimè diligebat. O quantum mærorem, & tristitiam ostenderet Pater æternus (si cor ejus doloris capax foret) videns Filium suum unigenitum quem unicè amacat (cujus rei, attestrntibus sacris Evangelistis, evidens testimonium præbuit in Iordane, & monte Thabor: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*) corona spineâ redimitum, crucifixum, & lanceâ perfossum, & jam, jam morientem! Incomparabilis haud dubiè foret ejus dolor: verùm, quia cor paternum incapax erat, doloris, ascendit Mater ad montem Calvariæ, & constituit se ad pedem crucis: *iuxta Crucem Iesu* ad supplendum dolorem, qui deerat Patri æterno, & ibi, quantùm Iesus patiebatur in corpore, illa tolerabat in animâ, & quot guttas sanguinis effundebat Iesus ex vulneribus suis, tot lacrymas mœstissima Mater profundebat ex oculis, quoque spinæ penetrabant caput Filii, tot pungebant oculos Matris, & clavi perforantes pedes, & manus Filii convulnerabant animam, & viscera Matris; sunt enim filii, cor, & viscera parentum, sicut Mater quædam, protestata est, quando filium suum feris objectum conspexit, ut canit Ovidius:

Cum mea me coràm, sylvas inimicus in altas,
Viscera montanus ferret edenda lupis.

Videtis modò, quantus sit doloris mei sensus, & magnitudo, dum feris, & lupis Filium viscerum

Luc. 23. v. 22. Matth. 27. v. 5.

2. Reg. 18. v. 33.

D. Greg. Nazianz. orat. 14.

O vidius Epist. 11.

Digitized by Google

viscerum meorum objici intueor. Filium dilectum vocat viscera sua, ad suum erga eum exprimendum, & comprobandum justum dolorem, quando Filium suum unguibus luporum, & feranum discerptum inspiceret. Hinc in jure pater, & filius una, eademque res censentur. Et loquens Paulus Iurisconsultus de contractibus, & promissis ex metu factis, expressis verbis dicit, quòd tantùm valeat metus ex parte patris, quantùm ex parte filii, imò, & judicat metum majorem, quando factum fuerit contrà personam filii: *Cum parentes magis in filiis terreantur, quam in seipsis,* quia parens magis timet damnum filiorum, quàm proprium, quemadmodùm magis timetur vulnus cordis, quàm corporis, manus vel brachij.

Leg. Iste quid ff. de eô, quod met. caus

4. Maximâ æquanimitate sustulit Iob, & recepit mala, & adversa nuntia, quæ sibi fuerunt allata de amissione pecorum, ovium, camelorum, cæterorumque bonorum suorum absque ulla animi conturbatione, seu commotione. Nihilominùs observavit S. Basilius, quòd, quando rescivit filios suos occisos, quasi hoc foret malum omnium pessimum, & damnum super omnem aliam jacturam pluris æstimabile: *Scidit vestimenta sua,* neque ulteriùs dissimulare potuit internum animi dolorem sed latentem cordis sui afflictionem prodidit: *Nihil eorum, quæ contigerunt, dignum lacrymis existimavit: postquam verò nuntius venit, qui diceret, in convivantes filios, & filias violento flatu convivii domicilium corruisse, tunc, communi sensu naturæ patefacto, vestem conscidit, ut ea re propensa voluntatis suæ erga liberos significationem daret.* Cætera damna æquissimo animo tulit, imò, & flocci pendit: at ubi domos corruisse, filiosque sub iis occisos intellexit, hactenùs totus sedatus, & imperturbatus cœpit commoti animi signa prodere, & conscindere vestimenta sua, quâ actione amorem suum ergà liberos manifestaret; qui enim tantoperè eos in morte lugebat, absque dubio eos plurimùm in vitâ amaverat. Itaque hoc mysterium adnoto in illo, *tunc,* id est, quando audivit triste nuntium de morte filiorum, tunc edidit indicia doloris. Quasi diceret: quia cætera non ita amabat, non adeò jacturam eorum sentiebat, mortem verò filiorum, quia eos diligebat, æquam sui doloris causam reputavit. Quocircà etiam asserit Tertullianus, hunc dolorem ei totâ vitâ suâ adhæsisse, neque umquam mortem filiorum memoriâ ejus excidisse: *Quæ amisit, reduplicata possedit. &, si filios quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur, sed sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret.* Credibile est, quòd, si S. Iob Deum rogasset pro vitâ filiorum defunctorum, eos Deus resuscitasset, verùm id noluit, quia cum hâc memoriâ mortis eorum, voluit juge, & perpetuum doloris sacrificium offerre, & non habere in hâc vitâ perpetuam consolationem. Et si mihi replicaveritis, quòd omnia duplicata ipsi restituta fuerint sufficiens materia; consolationis, respondebo vobis, quòd pecuniæ, cæteraque bona temporalia non amentur propter id, quod sunt, sed propter id, quod valent, ideoque quamquàm Iob non recuperaret, nisi amissa, erat ei pro hâc parte satisfactum; attamen filii, qui sunt pignora animæ, cor, & viscera parentum, amantur propter id, quod sunt, ac proindè nativitas novorum, non tollebat dolorem causatum per mortem priorum, quia animus, seu cor semper conservat vivum dolorem, & memoriam eorum, quæ perdidit. Non habuit sanctus Iob, inquit Tertullianus, consolationem perfectam, quia noluit conformare se voluntati divinæ, &, ut hâc viâ majus meritum haberet, voluit hunc mœrorem ad sepulchrum secum deducere. Et si memoria mortis filiorum iam transactæ tantùm affligit, & angit, quantùm magis torquebit visio præsentis mortis filii à matre summè dilecti?

Iob. 1. v. 19.

D. Basil. in catena græca.

Tertull. de patientia, c. 14.

5. Ex quibus rectè infertur, quantus sit dolor, & angustia matris, cujus filius, ipsâ spectante, coram oculis ejus occiditur, absque eô, quòd ipsi succurrere, aut auxiliari possit. Audite Poetam prophanum hôc carmine idipsum canentem:

Quis matrem, nisi mentis inops in funere nati
Flere vetat? &c.

Ovidius lib. 1. de remed. amoris.

Excusatur mater, in luctu, & mœrore suo, videns filium coram oculis suis morientem, neque aliquis, nisi mente captus, eam inordinatæ tristitiæ arguere potest. Propterea fortassè sanctus Augustinus excusavit factum Agar afflictæ, & mœrore confectæ: teste enim sacro Textu, tota tristis posuit filium suum Ismaelem in quodam loco, à quô paululùm recedens, dicebat: *Non videbo morientem puerum. Intelligendum est,* inquit S. Augustinus, *projectum esse non à parente: sed ut fit, ab animo, tam-*

Genes. 16. v. 16.

D. Augustin. quæst. 54.

quâ morituræ. Ignoscite afflictæ, mœstæ matri, Permittite, ut agat, quia vehemens eam urget dolor, licèt enim filium, quòd videat eum morientem, abjiciat, hoc non ex defectu amoris, sed ex abundantiâ doloris proficiscitur, non quia dedignatur eum nutrire, sed quia cor, & animus maternus nequit eum videre præ siti morientem, cui opem ferre, aut remedio esse non potest. Sed tu, ô sanctissima Virgo, permitte mihi, ut hic quæstionem tibi proponam. Si est tantus, tamque intensus tuus dolor, & tam singularis tua desolatio, quî possibile est, ut oculis tuis tam triste spectaculum aspicere possis? Reverà benignior, & clementior fuit Agar ergà filium suum Ismaëlem, quam tu ergà Filium tuum *Iesum* Christum. Videtur profectò magna duritia cordis tui. Propter illud, *Nunc dimittis*, sancti Simeonis, cujus sanctus Lucas meminit, & propter acceleratum ejus desiderium moriendi, quod Timotheus Hierosolymitanus dicit, fuisse natum ex revelatione factâ ipsi de Christi morte, & propter ardentissimum ipsius, quô ergà Salvatorem suum ferebatur, amorem, exhorrescebat, videre eum patientem: *Dimitte nunc, obsecro, ne videam te clavis confixum, coronam ex spinis contextam, &c.* Id est malo potiùs mori, quàm vivere vitam, in quâ tam horrenda scelera sunt committenda, maloque satiùs privari commodo dierum vitæ, quibus tecum commorari possem, quàm videre inhumanissima crimina, quæ in tuâ morte perpetrabuntur. Simile est huic id, quod sancta Birgitta de Abrahamo, Isaac, Iacob, & cæteris Christi progenitoribus enuntiavit: *Crucifixum Dominum adorati, in tantùm turbabantur, quod maluissent in æternum esse in inferno, quàm talem pœnam videre in Domino.* Solus odor, solaque umbra Christi crucifixi adeò eos consternebat, tantumque eis horrorem incutiebat, ut mallent perpetuò carere visione Dei, & cruciari pœnâ æternâ, quàm per horam ipsum videre crucifixum. Vbi sanctus ille senex Simeon, ubi sancti tui progenitores (quia amant) timent, & nequeunt tam lugubre spectaculum intueri, quomodò tu, ô Domina mea, fixis illud oculis ita vales intueri, ut illô etiam inspiciendo videaris oblectari? Quarè non avertis aliô oculos tuos? Vel, dum cernis eum patientem, ubi lacrymæ tuæ? quomodò imbre suo non excæcant oculos tuos? Respondeo pro Dominâ meâ, Virgine sacratissimâ, quod amabat Christum, & nos, ideoque, quatenus diligebat Christum, mœrore conficiebatur, dolebat, & flebat, quatenus vero nos amabat, quorum salus in passione Christi sita erat, oculos habebat firmos ad videndum, & consolandum se. Idcircò fiduciaiter dicere possumus, quòd, dû filium videndò crucifixum, non fuit mortua, ideò fuerit, ne deficeret remedium peccatoribus; occidisset enim eam amor suus, nisi noster intercessisset, id est, nisi desiderium salutis nostræ eam cohibuisset, & impedivisset.

Luc. 2. v. 29.

D. Birgitta lib. 9. c. 11.

6. Præterèà dico, beatissimam Virginem inter omnes matres similes filiis suis, fuisse maximè assimilatam Filio suo: & quia in Christo fuit una voluntas, cuius scopus, & esca erat obedientia Patris æterni, & altera, quâ refugiebat calicem passionis, idcircò diva Virgo obediens voluntati Dei, dicebat: moriatur, &, materno impulsa affectu, condolebat morti ejus, absque eò tamen, quòd illæ voluntates contrariarentur, quia taliter dolebat, ut obediret, & taliter obediebat, ut sentiret. Emisit Iephte celeberrimum illud votum sacrificandi Deo, quidquid victori redeunti domum sibi primò occurrisset, & cecidit sors in filiam ejus unigenitam: *Quæ visâ*, inquit Sacer Textus, *scidit vestimenta sua, & ait: Heu me, &c. Aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* Animadvertite, inquit S. Ambrosius, factum unius generosi Ducis Dei, tractus dolore paterno, deplorat sacrificium filiæ offerendum: *Heu me!* attamen ut servus Domino obstrictus obédit, & votum adimplet, *aliud facere non potero*, absque eô, quòd invictus animus, quô filiam immolabat, lacrymas evaderet, seu absque eô, quòd lacrymæ sacrificii executionem impenderent: *Iephte, licèt pio motu, ac formidine acerbitatem duræ solutionis impleverit, tamen luctum annuum etiam posterum deplorandum statuit, ac deseruit.* Virgo sanctissima ex eâ parte, quâ sacrificium illud crucis erat præcepti divini, obédit, & conspirat cum ipsomet Deo, & sicut dicit S. Anselmus: *Si oportuisset, ipsa Filium in cruce posuisset, neque enim minoris fuit obedientiæ quàm Abraham.* Si Abraham, posito præcepto divino, nô pepercit filio suo, diva Virgo obedientior illô, recusaret? Deficiente alio, illa haud dubiè ipsâmet Filium suum crucifixisset. Ista est (diceret Deipara Filio suo) voluntas Patris tui æterni, hoc est fœdus, & pactum, quod cum illo inivi,

Iudicum c. 11. v. 35.

D. Ambros. lib. 3. officior. c. 12

D. Anselmus citat à Bezza.

Digitized by Google

inivi, *aliud facere non potero*, cum hôc tamen subsistit, quòd affectus maternus suas ageret partes. *Heu me!* ô me mœstissimam Matrem! Utinam mihi daretur esse in visceribus tuis, ut in illis tecum pati possem, ad hoc enim me obligat, quòd te & novem mensibus, in meis gestaverim, & te blandissimâ lectis mei dulcedine nutriverim; & fieri potest, ut omnes illi mei affectus, sanguine tam inunaniter, & tyrannicè effuso, mihi solvantur? Cumque corpus hoc meum pati nequeat in cruce illâ, eccè adsum, & sto juxtà illam, *juxtà crucem*, bibens oculis omnes rivos dolorum, & tormentorum, quæ patientissimè toleras; quia enim à me exiêrunt, necessariò ad me, tanquàm rivuli ad mare, redire debebant: *Ad locum, undè exeunt flumina, revertuntur, ut iterùm fluant.* Eccles. 1. v. 7. Hocce mysterium continet statio & præsentia Virginis juxtà Crucem: *Stabat juxta crucem.*

Stabat, &c.

Consideratio II.

Verus & perfectus justus omni tempore, omni in statu, & occasione semper est unus & idem.

HOc verbulum, *stabat*, denotat magnanimitatem, quam semper, & perpetuò habuit Regina Angelorum, enatam ex incredibili quadam fortitudine, & animi constantiâ, tam ne extolleretur prosperis, quàm nè frangeretur adversis, id est, ut ad omnem fortunæ eventum una, eademque foret: *Justi & fortis viri est*, ait sanctus Hieronymus, *nec in adversis frangi, nec prosperis sublevari, sed in utroque esse moderatum.* D. Hieronym. super Ioel. Hæc sunt signa, & notæ viri justi, in omni statu, & occasione semper esse eumdem, & moderatum. Talis fuit sanctus Paulus, teste S. Augustino, & ponderante illius verba: *Habemus accessum ad fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Rom. 5. v. 2. Loquitur Apostolus de favoribus, & gratiis, quas nos Christiani per virtutem consequimur. Fidei debemus, inquit S. Doctor, apertionem portæ, & ingressum notitiæ, ad cognoscenda beneficia, quæ Deus nobis præstat; gloriari enim possumus de spe gloriæ filiorum DEI & ad melius demonstrandam constantiam fidei suæ, charitatem suam & excellentiam amoris sui, immediatè subjunxit: *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus*; id est, nullus sibi persuadeat, nos solum habere gloriam quando Deus illam nobis donat, id est quando nobis favet, quando nos consolatur, quando nos exhilarat, talis enim gloria, vel parvam, vel nullam laudem meretur: *Sed & gloriamur in tribulationibus*, id est, majoris nos æstimamus quod Deus nos humiliet, affligat, flagellet & durius nobiscum agat, in his siquidem præsertim gloriam habemus, *gloriamur.* Hoc maximi faciendum, tamquàm unicè necessarium, quia servire Deo, quando nobis favet, & beneficiis nos cumulat, videtur potiùs commodum proprium, quàm amor ipsius; amare verò ipsum dum punit, & flagellat, amoris veri est indicium, & excellentissimæ charitatis effectus. Hæc omnia sunt S. Augustini, prædicta verba S. Pauli eleganter allegorizantis: *Gloriamur in tribulationibus: nam non est magnum gloriari in deliciis; rectus corde etiam in tribulatione gloriatur.* S. Augustinus. Omni tempore, statu, & occasione verus Christianus semper est idem.

Quemadmodùm fuit Rex David juxta observationem Euthymii super illud Psalmi: *In terra deserta, & in via, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Psal 62. v. 3. Vult dicere, inquit Euthymius. *Et sensus est, quòd tunc in tabernaculo. & nunc in deserto, æqualem ergà Deum affectionem, & benevolentiam conservavit.* Euthymius hic. Ita in Ierusalem, sicut in deserto, amabat, & serviebat Deo, semper idem existens, & quod eodem vultu dulcia, & amara, aspera & blanda, eademque semper æquanimitate cuncta de manu Dei recipiebat, ita ut neque prosperis inflaretur, aut superbiret, neque adversis frangeretur, vel demergerur. Hoc sonant: *In terra deserta, & invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Eidem consonat explicatio Agellii: *Quam via in terra hac verser deserta, invia & aranti; tamen sic animum, & cogitationem in te defixam habeo, ut mihi videar in tuo sanctuario versari.* Agellius hic. Nunc facilè intelligetis verbailla, quæ quondam Miphiboseth eidem David replicavit, videns eum, se omninò divinæ voluntati conformantem, & cuncta ei è manu Dei obvenientia eâdem animi constantiâ excipientem: *Tu autem, Domine, mi Rex, sicut Angelus Dei es.* 2. Reg 19. v. 27. Ecquid Miphi-

Miphiboseth conspicatus est in Davide, quòd eum Angelum nuncupet? Abulensis dicit, eum hisce verbis extulisse constantiam Davidis in moderatione suorum affectuum; erat enim adeò dominus suarum passionum, & ita superior erat omnibus, quæ sibi eveniebant, ut nullo prorsus casu moveretur: quia si laudibus extollebatur, non superbiebat, si eum injuriis lacessebant, non cadebat animo, neque scandalizabatur, sed in prosperis, & adversis, *semper idem*, attendens ad consilium illius, qui monebat: *Si fortuna juvat, cavetotolli, si fortuna tonat, cavetomergi.* Et in idem redit, quòd ad simile propositum dixit Aulicus noster: *Tamte como arvore aos ventos empe*, id est, velut arbor ventis exposita fortiter persistito pedibus.

Ausonius in Periand sent. Francise. Sà Eclog. ad mart. portu.

3. *Cant. 7. v. 7.*

Mysteriis plena est comparatio palmæ, cui Spiritus sanctus in Canticis firmitatem, & constantiam animæ sanctæ assimilat: *Statura tua assimilata est palmæ.* Varias expositiones attribuunt sacri Interpretes huic loco, juxtà diversas proprietates, quas Naturalistæ de hâc plantâ adinvenerunt. Inter cæteras servit intento nostro divi Ambrosii explicatio: *Palma autem virens semper manet, conservatione, & diuturnitate, non immutatione foliorum: nam quæ primo germinaverit folia, ea sinè ullâ substitutionis successione conservat.* Palma, inquit hic S. Doctor, symbolum est invictæ fortitudinis, non solùm, quia rami ejus quocumque pondere depressi, denuò quàm celerrimè resurgunt, sed etiam propter indeficientem ejus virorem, quem semper permanentem conservat. In quò palma differt à cæteris arboribus, quæ uno tempore luxuriant viriditate foliorum, & aliò, eisdem orbatæ, languescunt, hodiè quædam decidunt, & alia eras renascuntur, non sic palma, quæ semel habuit, nunquàm perdidit, sed semper virentia conservavit. Tales sunt veri justi, qui semper eumdem spiritualem conservant virorem, & nullis tribulationibus superantur, sed perpetuò, eamdem servantes animi fortitudinem, omnibus dominantur contradictionibus, & vivunt æternitati, & non tempori, ac proindè in illis nullam umquàm causat mutationem. Hoc est, quod dixit Tertullianus: *Nunquàm Christianus aliud est, unum Evangelium, & idem est Jesus.* Ac si diceret: Eadem unitas, quæ est in Christo, & in ipsius Evangelio, eamdem habet, & conservat verus Christianus in directione, & perfectione vitæ suæ. Alludit hic Tertullianus ad illum locum S. Pauli: *Jesus Christus heri, & hodiè, ipse & in sæcula.* Quibus verbis reprehendebat Apostolus multitudinem Hebræorum, & suadebat illis, ut ad imitationem Christi forent firmi, & constantes, & non mutabiles, quemadmodùm pueri, qui eodem tempore rident & plorant, eamdem rem volunt & nolunt. Si vultis vitam, & mores vestros rectè componere, conjicite oculos vestros in vitam Salvatoris mundi, qui in omnibus semper fuit idem, & sibi similis, eamdemque in moribus suis servavit unitatem. Hoc sonat, *heri, & hodiè, &c.* Favet huic explicationi Lectio SS. Ambrosii, & Maximi, qui ita legunt: *Jesus Christus heri & hodie ipse est*: Ita vos, ut discipuli Christi, debetis ejus legem, & mandata servare, & non esse inconstantes, sicuti peccatores, qui juxtà opportunitatem eventuum in adversis sunt impatientes, & in prosperis elati & superbientes.

Tertul. de carn. c. 11.

Heb. 13. v. 8.

D. Amb. lib. 5. de fide c. 2. D. Maximus hom. 3. de Pasche.

4. *2. Paralipom. 4. Josephus lib. 8. antiquitat. cap. 3.*

Curiosiùs advertit quidam doctus Modernus, quòd, quamquàm vasa templi fuerint propemodùm numero infinita, quædam ex auro, quædam ex argento, & alia ex ære facta, ut liquidò constat variis sacræ Scripturæ testimoniis, & enumeratione Josephi, non legamus tamen, quòd in tanto numero vasorum aliquod fuerit ex vitro conflatum. Interrogo quam ob causam Sacerdotes in ministerio templi non utebantur vitro? videntur enim munditiæ altaris, & nitori cultûs divini aptiora fore vasa vitrea, seu crystallina, quàm aurea, argentea, vel ærea. Si mihi fragilitatem eorum objeceritis, ideòque non congruè potuisse servire commodo, & ministerio templi, dico ob eamdem causam fuisse magis accommoda usui ministrorum templi, cum enim cautè, & solerti curâ debeant tractari, vigilantiori cautelâ ministri iis fuissent usi, & consequenter majori attentione ministerium suum peregissent, & altiùs considerâssent reverentiam loco, in quò serviebant, debitam. Ratio igitur, ob quam non utebantur iis, inquit hic Commentator, erat, quia vitrum est symbolum inconstantiæ, quam Deus vult à templo suo esse exulem, & vitrum est tessera, & figura inconstantium, quia fragile est, & parum durat, insuper ex naturâ suâ nullum etiam habet colorem nativum, sed recipit colorem cujuscumque liquoris infusi,

Digitized by Google

infusi, quocirca nunc est viride, nunc flavum, juxta liquorem in eo contentum, & cùm nullum habeat colorem proprium, omnes recipit extraneos, & alienos: *Quia vitrum, quàm expers est proprii coloru, tam facilè refert alienos, quibuscumque enim liquoribus imbuitur, statim concolor efficitur.* Quâ figurâ voluit DEUS omnes excludere à suo servitio, qui in modo vivendi non sunt uniformes, & arcere à domo suâ vacillantes in suis propositis, & inconstantes in suis actibus, qui aptissimè in versicolore vitro adumbrantur, non enim admittit Deus nisi stabiles, & constantes, qui semper, & in omni occasione sunt uniformes: *Sub hoc igitur typo voluit Deus à suo obsequio arcere omnes eos, qui non servant unam vivendi rationem, sed in diversa studia feruntur, & nunc hos, nunc illos mores imitantur.*

5. De viro Philosopho dixit Senecâ, quòd omni tempore & in omni conditione est excultor virtutis, & sapientiæ, maximè similis insigni illi statuario Phidiæ, de quo sequentia eloquitur verba: *Non exhorret tantùm Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex ære, si marmor illi, si adhuc materiam viliorem obtulisset, fecisset quale ex illa fieri optimum posset, Phidias*, id est, perfectissimam elaborabat statuam, ex quacumque tandem materiâ: *Sic sapiens, virtutem, si licebit, in divitiis explicabit, sin minùs, in paupertate. si poterit, in patria, sin minùs, in exilio: si poterit, integer, sin minùs, debilis, quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illâ memorabile efficiet*, id est, non secùs debet agere justus, omni tempore, & in omni statu, seu materiâ, efformare debet statuam virtutis, quæ sunt opera, in quibus splendet & elucet virtus, hoc est, non solum in auro, & argento prosperitatis, sed etiam in marmore, & ferro adversitatis eminere debet, non solùm, quando abundat divitiis, & floret opibus, sed etiam quando inops rerum, cunctis caret, opprimitur, & in exilium relegatur: Stulti, & insipientes mundi quàcunque occasione, & vento moventur, &, ut luna, mutantur, quæ crescit, & decrescit; at sapientes, & justi sunt similes soli, quia nulla tribulationum nubes obscurat eorum virtutem, quinimò majoribus percutionum turbinibus exagitati, firmiorem ostendunt constantiam, & robur animi sui in earum tolerantiâ generosè manifestant.

Seneca in Epistolis.

6. Quando devotissimus Centurio accessit ad Christum Redemptorem, eique necessitatem pueri, seu famuli sui exposuit, rogavitque eum, ut sanitatem puero restitueret, & curare dignaretur, hâc formulâ usus est: *Domine, puer meus jacet in Domo paralyticus*, id est, desperatus ab omni remedio, & medicinâ salutis. Videbitur alicui, inquit D. Petrus Chrysologus, Centurio rudis & inurbanus fuisse, neque eum debitæ comitatis terminos observasse; cùm enim loqueretur homini, qui simul Deus, & Dominus cæli, & terræ erat, consultiùs dixisset, Domine, habeo domi meæ servum tuum graviter infirmantem, cui nullum humanum sanitatis recuperandæ remedium supereſt, perperàm igitur dixit, *puer meus*: Quâ enim audaciâ præsumpsit eum vocare puerum suum coràm supremo omnium Domino? Respondet aureo sermone D. Chrysologus: *Meum dico quia jacet, si tuus esset, Domine, non jaceret.* Idcircò siquidem dixit regius vates tuus, ut omnes servi tui stantes in domo tuâ, & non jacentes te collaudarent: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini.* Ubi iterum Chrysologus, *qui statis, non jacetis, ait, stant servi tui, hominum servi jacent.* Fateor quidem, communem horum verborum expositionem esse, quòd Sanctus voluerit dicere, ideò Centurionem appellâsse puerum suum, & dixisse, quòd jaceret, quia infirmitates, quas patiebatur, erant effectus peccati ejus; si enim justus, & servus Dei fuisset, numquàm eum dolores ægritudinis dejecissent; & in hôc sensu explicantur postrema illa verba: *Servi tui stant, servi hominum jacent.* Qui patiuntur similes dolores, provenientes ex culpâ peccati, sunt hominum servi, qui autem sunt Dei, innumeris bonis & favoribus cumulantur. Non reprobo hanc explicationem, sed ad institutum meum aliquid altius meditatus est sanctus Ravennas: *Meum dico, quia jacet, si tuus esset, non jaceret.* Ac si diceret: voco meum, quia tribulationes eum debellarunt, neque eis restitit, neque firmis pedibus fixus perstitit, dum enim sanitate fruebatur, stabat erectus, tactus autem infirmitate, protinùs decidit in terram, quod ei non accidisset, si servus tuus fuisset, quia, tametsi maxima super eum mala irruissent, neutiquàm eum prostratum demersissent, stans erectis pedibus ea pertulisset, &, absque ullâ animi vacillatione, totus constans ea superâsset, quemadmodùm

Matth. 8. v. 6.

D. Petrus Chrysologus serm. de Centurione.

Psal. 133. v. 1. & 2.

Miphiboseth conspicatus est in Davide, quòd eum Angelum nuncupet? Abulensis dicit, eum hisce verbis extulisse constantiam Davidis in moderatione suorum affectuum; erat enim adeò dominus suarum passionum, & ita superior erat omnibus, quæ sibi eveniebant, ut nullo prorsus casu moveretur: quia si laudibus extollebatur, non superbiebat, si eum injuriis lacessebant, non cadebat animo, neque scandalizabatur, sed in prosperis, & adversis, *semper idem*, attendens ad consilium illius, qui monebat: *Si fortuna juvat, cæveto tolli, si fortuna tonat, cæveto mergi.* Et in idem redit, quòd ad simile propositum dixit Aulicus noster: *Temte como arvore aos ventos empe*, id est, velut arbor ventis exposita fortiter persistito pedibus.

Ausonius in Periand sent. Francisc. Sà Eclog. ad mant. portu.

3. *Cant. 7. v. 7.*

Mysteriis plena est comparatio palmæ, cui Spiritus sanctus in Canticis firmitatem, & constantiam animæ sanctæ assimilat: *Statura tua assimilata est palmæ.* Varias expositiones attribuunt sacri Interpretes huic loco, juxtà diversas proprietates, quas Naturalistæ de hâc plantâ adinvenerunt. Inter cæteras servit intento nostro divi Ambrosii explicatio: *Palma autem virens semper manet, conservatione, & diuturnitate, non immutatione foliorum: nam quæ primo germinaverit folia, ea sinè ullâ substitutionis successione conservat.* Palma, inquit hic S. Doctor, symbolum est invictæ fortitudinis, non solùm, quia tami ejus quocumque pondere depressi, denuò quàm celerrimè resurgunt, sed etiam propter indeficientem ejus virorem, quem semper permanentem conservat. In quò palma differt à cæteris arboribus, quæ uno tempore luxuriant viriditate foliorum, & aliò, eisdem orbatæ, languescunt, hodiè quædam decidunt, & alia cras renascuntur, non sic palma, quæ semel habuit, nunquàm perdidit, sed semper virentia conservavit. Tales sunt veri justi, qui semper eumdem spiritualem conservant virorem, & nullis tribulationibus superantur, sed perpetuò, eamdem servantes animi fortitudinem, omnibus dominantur contradictionibus, & vivunt æternitati, & non tempori, ac proindè in illis nullam umquàm causat mutationem. Hoc est, quod dixit Tertullianus: *Nunquàm Christianus aliud est, unum Evangelium, & idem est Jesus.* Ac si diceret: Eadem unitas, quæ est in Christo, & in ipsius Evangelio, eamdem habet, & conservat verus Christianus in directione, & perfectione vitæ suæ. Alludit hìc Tertullianus ad illum locum S. Pauli: *Jesus Christus heri, & hodiè; ipse & in sæcula.* Quibus verbis reprehendebat Apostolus multitudinem Hebræorum, & suadebat illis, ut ad imitationem Christi forent firmi, & constantes, & non mutabiles, quemadmodùm pueri, qui eodem tempore rident & plorant, eamdem rem volunt & nolunt. Si vultis vitam, & mores vestros rectè componere, conjicite oculos vestros in vitam Salvatoris mundi, qui in omnibus semper fuit idem, & sibi similis, eamdemque in moribus suis servavit unitatem. Hoc sonat, *heri, & hodiè, &c.* Favet huic explicationi Lectio SS. Ambrosii, & Maximi, qui ita legunt: *Jesus Christus heri & hodie ipse est*: Ita vos, uti discipuli Christi, debetis ejus legem, & mandata servare, & non esse inconstantes, sicuti peccatores, qui juxtà opportunitatem eventuum in adversis sunt impatientes, & in prosperis elati, & superbientes.

Tertul. de carn. c. 11.

Heb. 13. v. 8.

D. Amb. lib. 5. de fide c. 2. D. Maximus hom. 3. de Pascha.

4.

Curiosiùs advertit quidam doctus Modernus, quòd, quamquàm vasa templi fuerint propemodùm numero infinita, quædam ex auro, quædam ex argento, & alia ex ære facta, ut liquidò constat variis sacræ Scripturæ testimoniis, & enumeratione Josephi, non legamus tamen, quòd in tanto numero vasorum aliquod fuerit ex vitro conflatum. Interrogo quam ob causam Sacerdotes in ministerio templi non utebantur vitro? videntur enim munditiæ altaris, & nitori cultûs divini aptiora fore vasa vitrea, seu crystallina, quàm aurea, argentea, vel ærea. Si mihi fragilitatem eorum objeceritis, ideòque non congruè potuisse servire commodo, & ministerio templi, dico ob eamdem causam fuisse magis accommoda usui ministrorum templi, cum enim cautè, & solerti curâ debeant tractari, vigilantiori cautelâ ministri iis fuissent usi, & consequenter majori attentione ministerium suum peregissent, & altiùs considerâssent reverentiam loco, in quò serviebant, debitam. Ratio igitur, ob quam non utebantur iis, inquit hic Commentator, erat, quia vitrum est symbolum inconstantiæ, quam Deus vult à templo suo esse exulem, & vitrum est tessera, & figura inconstantium, quia fragile est, & parum durat, insuper ex naturâ suâ nullum etiam habet colorem nativum, sed recipit colorem cujuscumque liquoris infusi,

2. Paralip. 4. Josephus lib. 8. antiquitat. cap. 3.

infusi, quocircà nunc est viride, nunc flavum, juxta liquorem in eò cõtentum, & cùm nullum habeat colorem proprium, omnes recipit extraneos, & alienos: *Quia vitrum, quàm expers est proprii coloru, tam facilè refert alienos, quibuscumque enim liquoribus imbuitur, statim concolor efficitur.* Quâ figurâ voluit DEUS omnes excludere à suo servitio, qui in modo vivendi non sunt uniformes, & arcere à domo suâ vacillantes in suis propositis, & inconstantes in suis actibus, qui aptissimè in versicolore vitro adumbrantur, non enim admittit Deus nisi stabiles, & constantes, qui semper, & in omni occasione sunt uniformes: *Sub hoc igitur typo voluit Deus à suo obsequio arcere omnes eos, qui non servant unam vivendi rationem, sed in diversa studia feruntur, & nunc hos, nunc illos mores imitantur.*

5. De viro Philosopho dixit Senecã, quòd omni tempore & in omni conditione est exultor virtutis, & sapientiæ, maximè similis insigni illi statuario Phidiæ, de quò sequentia eloquitur verba: *Non exibere tantùm Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex are, si marmor illi, si adhuc materiam viliorem obtulisses, fecisset quale ex illa fieri optimum posset, Phidias*, id est, perfectissimam elaborabat statuam, ex quacumque tandem materiâ: *Sic sapiens, virtutem, si licebit, in divitiis explicabit, sin minùs, in paupertate. si poterit, in patria, sin minùs, in exilio: si poterit, integer, sin minùs, debilis, quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illâ memorabile efficiet*, id est, non secùs debet agere justus, omni tempore, & in omni statu, seu materiâ, efformare debet statuam virtutis, quæ sunt opera, in quibus splendet & elucet virtus, hoc est, non solum in auro, & argento prosperitatis, sed etiam in marmore, & ferro adversitatis eminere debet, non solùm, quando abundat divitiis, & floret opibus, sed etiam quando inops rerum, cunctis caret, opprimitur, & in exilium relegatur: Stulti, & insipientes mundi quàcunque occasione, & vento moventur, &, ut luna, mutantur, quæ crescit, & decrescit; at sapientes, & justi sunt similes soli, quia nulla tribulationum nubes obscurat eorum virtutem, quinimò majoribus percutionum turbinibus exagitati, firmiorem ostendunt constantiam, & robur animi sui in earum tolerantia generosè manifestant.

Seneca in Epistolis.

6. Quando devotissimus Centurio accessit ad Christum Redemptorem, eique necessitatem pueri, seu famuli sui exposuit, rogavitque eum, ut sanitatem puero restitueret, & curare dignaretur, hâc formulâ usus est: *Domine, puer meus jacet in Domo paralyticus*, id est, desperatus ab omni remedio, & medicinâ salutis. Videbitur alicui, inquit D. Petrus Chrysologus, Centurio rudis & inurbanus fuisse, neque eum debitæ comitatis terminos observasse; cùm enim loqueretur homini, qui simul Deus, & Dominus cæli, & terræ erat, consultiùs dixisset, Domine, habeo domi meæ servum tuum graviter infirmantem, cui nullum humanum sanitatis recuperandæ remedium supersit, perperàm igitur dixit, *puer meus*: Quâ enim audaciâ præsumpsit eum vocare puerum suum coràm supremo omnium Domino? Respondet aureo sermone D. Chrysologus: *Meum dico quia jacet, si tuus esset, Domine, non jaceret.* Idcircò siquidem dixit regius vates tuus, ut omnes servi tui stantes in domo tuâ, & non jacentes te collaudarent: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini.* Ubi iterum Chrysologus, *qui statis, non jacetis, ait, stant servi tui, hominum servi jacent.* Fateor quidem, communem horum verborum expositionem esse, quòd Sanctus voluerit dicere, ideò Centurionem appellâsse puerum suum, & dixisse, quòd jaceret, quia infirmitates, quas patiebatur, erant effectus peccati ejus; si enim justus, & servus Dei fuisset, numquàm eum dolores ægritudinis dejecissent; & in hôc sensu explicantur postremæ illa verba: *Servi tui stant, servi hominum jacent.* Qui patiuntur similes dolores, provenientes ex culpâ peccati, sunt hominum servi, qui autem sunt Dei, innumeris bonis & favoribus cumulantur. Non reprobo hanc explicationem, sed ad institutum meum aliquid altius meditatus est sanctus Ravennas: *Meum dico, quia jacet, si tuus esset, non jaceret.* Ac si diceret: voco meum, quia tribulationes eum debellarunt, neque eis restitit, neque firmis pedibus fixus perstitit, dum enim sanitate fruebatur, stabat erectus, tactus autem infirmitate, protinùs decidit in terram, quod ei non accidisset, si servus tuus fuisset, quia, tametsi maxima super eum mala irruissent, neutiquàm eum prostratum demersissent, stans erectis pedibus ea pertulisset, &, absque ullâ animi vacillatione, totus constans ea superâsset, quemadmodùm

Matth 8. v. 6.

D. Petrus Chrysologus serm. de Centurione.

Psal. 133. v. 1. & 2.

generosi tui servi faciunt: *Qui statis in domo Domini.* Ast, quia peccator est, tribulatione tentatus illicò defecit, & inconstans cecidit, ideoque dico eum servum meum: *Meum dico, quia jacet.*

7. Perpendit Sanctus Bernardus glorioſum Christi præcursorem in duobus temporibus, & statibus valde inter se differentibus. Primò considerat ipsum solutum, liberum, & Regi, cæterisque gratum, omni honore, & favore prædicatum: *Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum justum, & sanctum, & audito eò, multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Marci 6. v. 20. Secundò considerat eum, veluti reum, & facinorosum, carceri mancipatum: *Cum audisset Joannes in vinculis, &c.* Matthæi 11. v. 2. Et notat mellifluus Doctor, quòd in utroque tempore, & statu exactissimè muneri suo satisfecerit, absque eò, quòd ulli obligationi suæ deesset, ligatus quippè, & in carcerem trusus, nihilominùs stetit in veritate. Carpite ly *stetit*, id est, fixo pede, ac si diceret: tametsi corpus ejus carceri incluserint, non potuerunt tamen veritatem, aut ejus libertatem prædicandi captivam facere, quia numquam invictam animi ejus constantiam labefactare valuerunt. D. Bern. serm. de nativit. Joan. Baptista. *Homem de hum so parecer, de hum sò rostro, de huna sò, fe, de antes quebrar, que torcer,* Franc. Sà epist. 1. à Il. Rey. de Joann. quint. 24 id est, homo unius judicii, unius faciei, & unius fidei potiùs debet in partes frangi, quàm flecti. *Stetit*, velut columna immobilis, ut in eò verificetur illud Stoici:

Si fractus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruinæ. Horat. li. 3. Ode 3.

Quemadmodum etiam sacratissima Virgo, *stabat juxtà crucem Jesu*, simillima flori illi, quem vulgus florem solarem, seu heliotropium nuncupat, qui tantam habet convenientiam, & sympathiam cum hoc planeta, eique tantùm afficitur, ut ab ejus amabili præsentiâ numquàm avelli possit. Et animadvertit Plinius, quod excellentiam sui amoris, & magnitudinem convenientiæ manifestet in perpetuâ, & indeficienti sequelâ suâ, quâ incessanter cursum Solis imitatur: *Heliotropii miraculum sæpiùs diximus, cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die.* Plinius lib. 22. c. 21. Non solùm serenâ, & lætâ die, sed etiam nubilo tempore, ejus ambit consortium, quamvis enim densissimis nubibus cælum obducatur, & quasi totum obtenebrescat, etsi horrendæ sæviant tempestates, & imbriferæ cœlorum cataractæ laxentur, nihil eum commovet, aut turbat, sed in amore suo constans persistit, & de omni tempore sive sereno, sive nubilo victoriam reportat: *Tantus sideris amor est.* Exiguum amorem ostenderet Deiparâ Virgo soli justitiæ, Filio suo, ita eum nominat Spiritus sanctus: *Ecce vir oriens, &c.* si solo die sereno eum sequeretur, quando miracula patrabat, leprosos mundabat, cæcos illuminabat, & claudis gressum, & mortuis vitam restituebat, vel quandò eum Regem facere volebant, & Messiam acclamabant; hoc enim foret imitari cursum & gyrum solis in prosperitate, deliciis, & honorum illecebris, at verò ei assistere, quandò eclipsim patiebatur, & radii gloriæ ejus obnubilabantur, & quandò, velut sceleſtus peccator, tormenta tolerabat, vel, ut paucis dicam, eum tempestas passionis demergebat, hoc fuit excellentiam & fidelitatem amoris sui comprobare. Ideo igitur, despectis difficultatum omnium molestiis, eum sequitur, comitatur, & fixo pede, & intuitu stans *juxtà crucem*, contemplatur patientem, & morientem: *etiam nubilo die.* Cui appositè quadrat profani Poëtæ carmen: Zachar. 6. v. 12.

Rara quidem est virtus, quam non fortuna gubernat,
Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede. Ovid. 5. de Trist. eleg. 15.

& coincidit cum illò, quòd sanctus Evangelista de Deiparâ enarrat: *stabat juxtà crucē, &c.*

Stabat, &c.

CONSIDERATIO III.

Valdè secura, & constans est virtus, etiam in hominibus debilibus, qui coràm oculis mundi flocci & nihili æstimantur; & è contrà imbecilla, & debilis est malitia in hominibus, qui in opinione mundi fortes, & potentes reputantur.

PRo fundamento hujus Considerationis revocanda est in memoriam explicatio Arnoldi Carnotensis super illa verba: *Stabat, &c.* quam jam alibi retulimus: *Nimirùm, tamquàm miles stationarius, in statione perstabat sua, juxtà Crucis vexillum interrita & invicta.* Itaq; verbum, Accinxit. Arnoldus Carnot. citatus à Salazar ad illud Prov. 31.

Digitized by Google

verbum, *ſtabat*, indicat beatam Virginem intrepido animi robore aſtitiſſe *juxta crucem*, veluti generoſum militem, qui locum, & ſtationem ſibi à Duce demandatam occupat, & cuſtodit, ſine eò, quòd ab illâ recedat. Idemque inſinuare videtur S. Evangeliſta de devotis illis mulieribus, quæ Deiparam comitabantur. Equis attonitus non ſtuperet, videre in mulieribus, ſexu ſuo infirmis & imbellibus, tantam animi conſtantiam, tanquè intrepidam audaciam? Ille, qui probè noverit viros, & invictum virtutis robur. Et quis non admiretur diſcipulos, homines robuſtos, à quibus magna, & eximia ſperabantur, eodem tempore latentes, & clauſis januis propter metum Judæorum occluſos? Ille, qui intimè agnoverit peccati pavorem, & imbecillitatem. Ita, ut peccatum diſcipulos converterit in fœminas propter timorem, & puſillanimitatem, & virtus fecerit fœminas ſexu, & naturâ ſuâ inconſtantes, & fragiles, viros fortes, & imperterritos. Teſtem dictorum advoco Propertium, de mulierum inconſtantiâ loquentem:

Propert. lib. 11. apud Iuſtum Lipſ. lib. 2. Polit. c. 3. Camotis cantion. 6

Nulla dea fœmina pondus habet.

& Luſitanum noſtrum: *O peito feminil, que levemente muda qualquier propoſitos tomados*; id eſt, pectus fœmineum facilè mutat propoſitum. Has igitur mulieres mutat in viros magnanimos, & fortes, ſemper enim virtus animoſa fuit, & audax, etiam in omnibus debilibus, & in iis, qui in opinione hominum nihili ſiebant, quemadmodum etiam è contrà malitia ſemper fuit timida, in iis, qui apud mundum plurimi æſtimabantur: *Sed nec Maria minor, quàm Matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis, antè Crucem ſtabat*, uti dixit S. Ambroſius.

Ambr. in catena D. Thoma. 2.

Quabdo quatuor illi Reges Ælamitæ, inito fœdere inter ſe, & conſcripto milite, irruerunt ſuper quinque Reges Sodomorum, & eos in valle Salinarum percuſſerunt, & penitùs profligârunt, adducentes ſecum inter cæteros, captivum, juſtum Loth, ſobrinum Patriarchæ Abrahami, qui eò tempore Sodomis cum totâ ſuâ familiâ morabatur, ſacro atteſtante Textu, evaſit unus ex diſperſis militibus, qui curſim venit ad Abrahamum, & tulit nuntium Abrahamo Hebræo: *Ecce unus, qui evaſerat, annuntiavit Abraham Hebræo*. qui protinùs, audito nuntio, convocans familiares, & domeſticos ſuos, irruit ſuper eos, & uſquè ad interneccionem cunctos delevit. Quod ego obſervatione dignum reperio in hoc heroico Abrahami facto, eſt, quod ſacra Hiſtoria Abrahamum nominet Hebræum, fuerintque primæ vices, quibus eum hoc titulo indigitarit. Dicite, amabò, quam ob cauſam Abrahamum hic nomine iſto appellarunt? Oleaſter reputat probabile, & Rabbi Salomon judicat certum, quòd etymologia hebræi oriatur ex verbo *Heber*, quod, juxtà illum, non eſt hic nomen proprium, ut quidam voluerunt, ſed propoſitio, cui in lingua latinâ correſpondet, *trans*. quocircà Hebræus idem ſonat, quod, *Tranſitor*, id eſt, viator, ſeu peregrinus, quia fuit primus iſtius nationis, qui ex Meſopotamiâ, trajecto flumine Euphrate, venit ad commorandum in terrâ Chanaan. Rabbi Salomon, inquit Oleaſter: *Dicit, hic Heber non eſſe proprium nomen, ſed propoſitionem, que ſonat, trans, & à propoſitione Hebræos dici arbitratur, quòd, videlicet, pater eorum, Abraham habitaverit trans flumen Euphratem.* Confirmatur autem ſententia hujus Rabbini ex verſione Septuaginta Interpretum, qui, ubi Vulgata noſtra legit, *Hebræo*, vertunt, *Tranſfluviali*, & in hunc dicendi modum conſentiunt plerique ſacræ Scripturæ Expoſitores, inter quos præ cæteris rem acu tetigit S. Rupertus Abbas. Vocatus fuit Abraham tranſitor, eò tempore, quò quatuor Reges victores debellaverat, ut hoc pacto glorioſior ejus triumphus haberetur; homo etenim adventicius, & peregrinus tantâ fuit fortitudine præditus, ut cum paucis ſervis ſuis artis militaris inexpertibus quatur Reges, etiam fortiſſimos, vicerit, & profligaverit: ſi enim umquam dono fortitudinis gaviſi fuerunt, maximè modo, quando jam, obtentâ victoriâ elati, novos animos, & vires recuperaverant: *Videlicet, quò vehementius commendaretur magnitudo virtutis ejus, & rei ab eò geſtæ, quòd, ſcilicet, tranſitor, ideſt, peregrinus, & aavena, Deo profegente, rem fecerit, quam quinque Reges indigena facere non potuerunt, & de victoribus quatuor Regibus unam ultionem, & plenam reportaverit victoriâ.* Eidem ſuffragatur Joſephus de Antiquitatibus, qui egregiè confirmat inſtitutum noſtrum, videlicet, quòd magnæ ſint vires, & animi virtutes, etiam in perſonis, quas mundus imbelles æſtimat, & puſillanimes, qualis tunc Patriarcha Abraham habebatur; quemadmodum etiam magna eſt imbecillitas, & inertia peccati, etiam in illis, quos mundus magnos reputat, quales erant

Septuaginta Interpr.

Rupertus lib 5. in Gen. c. 13.

Ioſephus lib. de Antiquit. cap. 7.

Gen. 14. v. 13.

Digitized by Google

erant illi quatuor Reges victoriis tumidi, & superbientes.

Notat sanctus Severianus, quòd, adveniente Angelo, ipso manè Resurrectionis Domini custodes sepulchri timore correpti, non ausi fuerint pedibus subsistere: *Exterriti facti sunt, velut mortui* Quænam hæc novitas inaudita! Homines robustos, & armatos, milites veteranos, & expertos siccinè terror prosternit? Appositè respondet *Sanctus*: *Stare non potest, quem conscientia destituit, impellit reatus.* Nulla est audacia, quando conscientia est timida, nullum brachium est sanum, quando anima est vulnerata, non audet homo apparere coràm Angelo, quem proprium redarguit peccatum. Eamdem rationem assignat S. Gregorius Magnus in Angelo, qui lætissima nuntia Resurrectionis dominicæ attulit, & præcipit mulieribus: *Dicite discipulis ejus, & Petro.* Equidem si jam discipulos nominaverat, cur denuò subjungit, & nominat Petrum, *& Petro? Si hunc Angelus nominatim non exprimeret*, ait S. Gregorius, *qui magistrum negavit, venire inter discipulos non auderet, vocatur ergò ex nomine, ne desperet ex negatione.* Tantum ei conscientia incutiebat timorem, ut, qui metu hominum negaverat Magistrum in vitâ, non esset ausus apparere coràm Angelo, & ad hanc timiditatem redacta est per peccatum generosa animositas Petri, quam antèà tam præsumptuosè ostentaverat.

Matt.28. v.4.

D. Severian. Epis. Galvan. hic.

Marc.16. v.7.

D. Greg. hic.

Quando Laban, totus bile, & irâ commotus, persequebatur Iacob, & arguebat eum, eò quòd non solùm clanculò cum filiis, & nepotibus suis, absque valedictione fugisset, sed etiam idola, & Deos suos abstulisset, testante sacro Textu, deprehendit eum in monte Galaad, ibique eum examinavit, cur tam furtivè filias, & ancillas suas abduxisset, & quarè non indicâsset sibi propositum mentis decretum, ut saltem filiabus & nepotibus suis benedictionem impertiri potuisset; insuper quomodò tantâ audaciâ idola sua secum deferre præsumpsisset? Quinimò addidit in manu suâ esse vindictam, eumque posse condignâ pœnâ plectere, si vellet, nisi Deus patris ejus sibi contrarium mandâsset: *Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris tui, heri dixit mihi; cave, ne loquaris contrà Iacob quidquam durius.* Excusavit se Iacob in omnibus, meliori modo, quò potuit, ingressus Laban tentoria ejus, explo-

Genes.31. v.29.

ravit omnem suppellectilem ejus, sacces omnes aperuit, & cuncta perlustravit: Iacob nesciens, quid rei subesset, aut latere, patienter tulit opprobria, in omnibus comis, lenis, & urbanus, quousquè tandem animadvertens, quòd Laban Deos suos apud nullum suorum reperisset, in signum, quòd omnes sui erant innocui, neque idola ejus furto abstulissent: *Tunc*, ait sacer Textus, *tumens Iacob cum jurgio, dixit, quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem meam?* Non potuit Iacob cohibere stomachum, quin erumperet, & totus bile incensus altiùs extolleret & intonaret vocem, eique exprobraret nequam factum, & injuriam sibi illatam. Et hac occasione ei in memoriam revocavit omnia mala, & incommoda, quæ antehàc ab illo innocens perpessus fuerat. Ubi Vulgata nostra habet, *tumens Iacob cum jurgio*, legit Pagninus, *ira fuit ipsi Iacob.* Audite hic glossam doctissimi nostri Oleastri: *Ostendit locus iste, qualiter culpa timor timidum faciat hominem, justitia verò audacem quamdiu enim timuit, ne fortè socer esset idola inventurus, tacuit, postquàm verò non invenit, audax factus est.* Docet nos hoc exemplum Iacob, quòd conscientia rea, & obnoxia peccato semper faciat hominem pavidum, & virtus fortem, & intrepidum, quamdiu enim Iacob peccatum subesse timuit, obmutuit, & siluit, ubi verò innocentiam suorum detexit, quod idola Laban non rapuissent, illicò animosior factus, redarguit insigni correctione Labanum, &, qui hactenùs se agnum mansuetissimum exhibuerat, protinus, ut truculentissimus leo, ferocivit. Hoc indicat versio Pagnini. *Et ira fuit ipsi Iacob.* Et Laban, qui prius insolens superbiebat, totus placatus, se dictis, & verbis Iacob submisit, ut cognoscatis, quod virtus sit animosa, & peccatum imbelle, & timidum.

Pagninus hic.

Oleaster hic.

Minabatur olim Deus populo suo: *Fugietis, nemine persequente, & terrebit vos sonitus folii volantis*, id est, si mandata, & legem meam servaveritis, eritis absque omni timore, & diutiùs in tranquillitate pacis viveris, sin minus, nemine vos persequente, fugietis, & ad sonitum folii volantis pavebitis. Existimo ego, hunc locum alludere ad illum Geneseos, ubi sacra Historia narrat Adamum timuisse ad vocem Dei, post meridiè in paradiso obambulantis, quasi paulùm auræ capiendæ volentis, *Deambulantis*

Levitici 26.v.17. & 36.

Digitized by Google

Genes. 3. v. 8. *bulantis in paradiso ad auram post meridiem.* S. Ioannes Chrysostomus dicit, Adamum fuisse deceptum, in eô, quòd Deum ambulantem crederet, quia Deus neque pedes habebat, neque ambulatione indigebat, ubiquè enim Deus est præsens. Attamen fuit hoc Dei stratagema, quod primos parentes hâc voluit repræsentatione commoveri, sive enim hæc apprehensio causata fuerit ex motu foliorum, quæ ventus in arboribus commovebat, sive etiam fuerit perturbatæ imaginativæ pura apprehensio, intentum Dei fuit, illis hôc modo timorem incutere, eosque ad supremum angorem, & agonem inducere, quemadmodùm etiam ipsi terrefacti proprio ore profitentur: *Quid enim dicu deambulat Deus? pedes ipsi tribuemus? Absit, Voluit illos hac tali modo ferire, ut in magno mentis angore constituerentur, id quod & factum est.* Statim, ut peccarunt, cœperunt inquietius angi, & terreri, existimantes, Deum esse, qui ulturus peccatum eorum deambulaturus veniebat: *Mox ut intravit peccatum, & prævaricatio, tumultuatio simul eos invasit, & erubescentia.* Scopus enim omnis timoris est conscientia mala. Et hinc tritum illud adagium apud Latinos: *Ex conscientia metus*, id est, metus nascitur ex eô, quòd quisque de se novit. Et Statius in Thebaide:

D. Chrysostomus hom. 17. super c. 3. Genes.

Statius in Thebaide

O caca nocentum
Consilia! & semper timidum scelus!

Vbi vocat malitiam timidam & imbellem. Et Camoes Lusitanus: *Que da tentano danada nace o medo*, id est, ex intentione vitiata nascitur metus. Totô illo tempore quô Adam gratiam conservavit, immunis fuit ab omni timore, quemadmodùm eleganter dixit sanctus Cyrillus Alexandrinus: *Priusquàm divinum mandatum transgrederetur, sed fixus quasi, ac stabilis adhuc manebat & natura bonu præstans, & insignis, &c.* At mox ut gratiam amisit, illicò timuit, ut clarè pateat, & cunctis innotescat, quod, quemadmodùm virtuti annexa est, & affinis confidentia, & audacia, ita etiam vitio cognatus est timor. Sententia fuit Tullii, licèt gentilis maximè notanda: *Magna vis est conscientia, Iudices, & magna in utraq; parte, ut neque timeant qui nihil cõmiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Hæc Cicero & quidem optimè.

Camoes cantion. 12.

D. Cyrill Alexand. in cap. 2. Ioel. v. 35

Cicero pro Milone.

6. Decreverat Deus Saulem propter delicta spoliare regno, & de facto eum ejecit è solio regni, uti ipsi per Samuèlem notificatum fuit: *Abiecit te Dominus, ne sis Rex.* Indâgant sacri Expositores, quomodo hoc adimpletum fuerit, cum postmodum adhuc plurimis regnaverit annis? Respondent quidam, Deum ab illô temporis punctô exspoliasse ipsum regno; non quidem personam ipsius, sed posteros ejus, & prognatos. Verum non ita arridet hæc responsio. Magis placet, & servit intento nostro interpretatio Doctissimi Abulensis, qui asserit, etiam ipsum, quoad personam fuisse spoliatum regno, quia ex tunc cœpit langueiscere animo, & flacceiscere viribus, sicuti experientia postmodùm in capitulo decimo octavo sequenti comprobatum fuit, ubi timidus, non fuit ausus congredi, aut manus conferere cum Philisteo, cum tamen ipse esset gigas, & Philistæus regni sui, quia, teste sacrâ Paginâ, erat altior cæteris, *ab humero, & sursùm*, solitus esse primus in acie, ita ut (quando populus Dei fuit tempore Heli debellatus à Philistæis, uti loquitur sæpè Chronicus, *Currens vir Benjamin ex acie, venit in Silo, in die illa scissa veste*) dicat Lyrâ ex constanti Hebræorum traditione, hunc verum, seu militem fuisse Saulẽ, qui interfuerat certamini, seu prælio, quiq, videns arcâ Domini captivâ, & Philistæum eam aperientẽ, & inde tabulas legis eripientẽ, motº zelo honoris divini, irruerat super eum, & evulserat ex manibus ejus easdem tabulas, &, celerrimè currens, asportavit eas ad civitatem Sila. Hic igitur, qui tunc se adeò potentem robore, & animo, tantumque zelatorem honoris divini exhibuerat, postmodum per quadraginta dies audivit blasphemias, & opprobria Philistæi lacessentis omnem populum Israel, & non fuit ausus mussitare, aut cum illo in campum prodire. Equis tam subitam caulavit mutationem? Dicam, quod sentio. In primis illis annis quando Saul erat miles, & Deus eum in regem sublimàret, erat tam innocens, ceu puer unius anni. Ita explicat D. Hieronymus verba illa sacræ Scripturæ: *Filius unius anni erat Saul. Sic enim erat innocens, quando regnare cœpit, sicut filius unius anni.* Itaque, quando perdidit innocentiam, Deus eum regno, & sceptro exspoliavit, mox, ut desiit esse puer innocentiâ, desiit esse homo defectu vitium: &, quando erat pauper miles, sed justus, erat generosus animo, & fortitudine, nunc rex potens, sed peccator, est timidus, & imbellis.

1. Reg 15. v. 23.

Abulens. 1 Reg. 18.

1 Reg. 10. v. 23.

1 Reg. 4. v. 12. Rabbini apud Lyram.

1 Reg 13. D. Hieronymus in Quæst. Hebraicis

7. Iussit Deus Regem Achab reprehendi, & redargui propter crimina, & scelera sua, maximè, & signanter propter vineam injustè à Naboth ablatam, & propter causam, quam dederat, mortis ejus: audiens autem supplicia, quæ sibi Deus eventura minabatur: *scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, & jejunavit, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite.* Tantum venerabatur præsentiam Eliæ, quasi Deum cominùs conspicaretur. Non inquiro modò, an pœnitentia illa vera, vel ficta fuerit; siquidem Doctores aliqui arbitrantur, signa illa humilitatis ficta fuisse, verùm ex hoc infert S. Gregorius, quantùm placeant Deo pœnitentes illi, qui ex timore eum amittendi, se verè affligunt, & humiliant, quandoquidem Deus fictam illam, & fucatam pœnitentiam Achabi tanto præmio remuneraverit quæ fundabatur *in* solo timore regni amittendi, quod Deus illi, durante vitâ suâ concessit: *Pensandum, quomodò & in electis suis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum, si sic ei & reprobi Achab pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculum.* Eidemque S. Gregorio subscribit Tertullianus. Ad propositum tamen nostrum, magis servit ponderatio sancti Chrysostomi: Ecquid, inquit, vidit Achab in Prophetâ Eliâ, ut se ei ita humiliter subjecerit? Quis potentior Rege Israël? & quis contemptibilior, quàm Elias pellibus camelorum vestitus? Nihilominùs inquit Sanctus: *Ille diademate coruscus, ac purpura, contremiscebat Prophetam sola certè pelle circumdatum.* Induitus ille purpurâ, coronam in capite, & sceptrum in manu gestans, perhorrescebat coràm Eliâ pellibus, & aspero cilicio circùdato. Causa in promptu habetur, quia, licèt Rex esset potens, & Monarcha magnus, erat tamen peccator, & idcircò tremebat? Elias autem, quamvis esset pauper, & abjectus Eremicola, timebatur ut Sanctus. Nihil refert, utrùm quispiam sit Rex, vel subditus, magnus, vel parvus in opinione hominum, ut sit fortis, vel imbellis, timidus, vel audax, sed maximè attèndendum est, an bonus sit, vel malus, peccator vel probus.

3 Kings 21. v. 27.

D. Gregor. Hom. 10. in Ezech. sub finem.

Tertull. lib. de Pœnit.

D. Chrysostomus Hom. 25. in Matth.

8. In libro Numerorum commemorat sacer Historicus, Moysen elegisse duodecim millia virorum, ad præliandum contrà Madianitas, qui tantâ animi fortitudine pugnaverunt, ut quinque Principes cum exercitibus eorum funditùs profligaverint. *Cumque pugnassent contrà Madianitas, atque vicissent, omnes mares occiderunt, & Reges eorum.* Si rectè meministis alterius Textûs ex cap. 6. Iudicum, comperietis, Israëlitas fuisse numero sexcenties mille, absque pueris & infantibus, ut constat ex duodecimo capitulo Exodi, qui tamen omnes à Madianitis expugnati & deleti fuerunt. Opportunè combinat hìc Origenes hos Textus, & notat horum eventuum differentiam. Quomodò hodiè sexcenta millia Israelitarum debellantur, & heri solummodò duodecim millia victoriam reportârunt, & tot Madianitas occiderunt? *Vt scias, quia non in multitudine, nec in numero militum vincit, sed justitia, & pietas Israel est in eo, qua vincit.* Ideò inquit Origenes, tot, tantique numero fuerunt victi, & superati; & hic pauciores numero victores evaserunt, quia ibi erant in peccatis, & extrà gratiam Dei, & hic confessionem fecerant; non quidem confessionem sacramentalem, sed cæremonialem, in quâ confitebantur peccata in specie, cum dolore præteritorum, & proposito emendationis futurorum, uti curiosè observavit Genebrardus. In hoc igitur statu pœnitentium, & Deo reconciliatorum, cùm solùm essent duodecim millia obtinuerunt victoriam contrà Madianitas, quandò verò iidem Israëlitæ fuerunt peccatores, licèt sexcenties mille numero, debellati, & victi sunt à Madianitis, Quia, ut concludit Origenes, non fuit multitudo militum, quæ vicit, sed pietas, & virtus, quæ triumphavit.

Num. 21. v. 7.

Jud. 6.

Exod. 12.

Origenes Hom. 25. super Numer.

Genebrardus super Psal. 31.

6.

Scitote, ô Christiani, & hoc certissimum tenete, quòd nisi vos à peccatis abstinueritis, nisi mores correxeritis, nisi vitam reformaveritis eritis quidem Israëlitæ, sed Israëlitæ debellati, & victi. Rideo certè, & cachinnor, quandò audio, militem conscribi, exercitum instrui cataphractos armari, & triremes parari, nisi vos veterem Adamum exueritis, & vitia abnegaveritis, nulla speranda est victoria, Aptissima tormenta bellica, & dexterrimi sclopetarii, ad fidei hostes debellandum sunt vera confessio, & salutaris dolor, seu contritio de peccatis contrà Deum, summum bonum, commissis, cum firmissimo, & irrefragabili proposito numquàm deincèps in eadem relabendi. Hoc est, quod quondam cecinit Poeta,

Hic murus aheneus esto, Horatius

Nil

Digitized by Google

Horatius lib. 1. Epistol. 1. *Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

Si hæc vobis non defuerint, nec terrebunt vos hostes, neque potestas inferni prævalebit adversùm vos quantumvis pauciſſimi numero fueritis: quemadmodùm enim appositè dixit Bias, *interrogatus, quidnam esset in vita motu expers? Respondit, bona conscientia, quia illa semper metu vacua est*: virtus siquidem est valdè confidens, & animosa, etiam in hominibus coràm oculis mundi infirmis, & imporentibus, & quinimò illi, qui in opinione mundi fortiſſimi habentur, nihil præstant. Huc nos deduxit consideratio fugæ Apostolorum Christi, & constans astistentia sanctiſſimæ Matris ejus ad crucem, unà cum devotiſſimis illis mulièribus, quæ eam comitabantur, sicut ingeniosè observavit S. Ioannes Chrysostomus hiſce verbis: *Et considera, quod imbecillius genus, scilicet mulierum, virilius apparuit juxtà crucem flendo, fugientibus discipulis.* Stabat juxtà Cruçem, &c.

Bias apud Stobæum, & Iustus Lipsius lib. 1. Polit. cap. 5.

Stabat, &c.

Consideratio IV.

In hoc unicè elucet eminentia, & perfectio virtutis Christianæ, quòd nos propter amorem Dei, non solùm tribulationes, quæ nos premunt, sustineamus, sed quòd ex industria, & dedita opera eas quæramus.

1.

Recordor, nos alibi eamdem considerationem enucleasse, sed ne in eâ deducendâ prolixiores esse mus, neve plures solitò probationes ejus adderemus, in hunc locum eamdem ex industriâ reservavimus. Neque in hoc reprehendendi sumus, quia eumdem stylum sanctæ Patres in suis sermonibus observant, sæpiùs in diversis locis eumdemmet discursum prosequentes, & novis sacræ Scripturæ testimoniis confirmantes. His suppositis, ponderat insignis noster Cardinalis Cajetanus, quòd, cùm sacratiſſima Virgo, & simul pientiſſimæ illæ mulieres, Maria Cleophæ, & Magdalene parumper anteà essent dissitæ à cruce Salvatoris, mox ubi ipsum crucifixum conspexerunt, propiùs accesserint: *Cùm prius manerent à longè, postea appropinquaverunt juxtà crucem.* Quod evidens est argumentum, & manifesta probatio ardentiſſimi amoris, quò sanctiſſimæ illæ animæ Deo adhærebant; ut enim urgentiorem haberent occasionem dolendi, maluerunt propiùs causam doloris & luctus sui contemplari: Norat Abulensis in Agar, quòd quando filium suum siti pereuntem videbat, recesserit ab eo, ad distantiam jactûs sagittæ: *E regione procul quantum potest arcum jacere*, ideò scilicet ne videret puerum morientem; si enim cominùs agonizantem conspiceret, graviùs doleret. *Recessit ab eo, ne videret puerum morientem, & sic magis doleret.* Exilis. & infirmus erat amor Agar, utpotè, qui occasiones patiendi detrectabat, & antidota defensiva doloris quærebat, sed multò excellentior fuit amor Deiparæ Virginis, & sociarum ejus, quæ data opera, occasiones patiendi captabant, quibus earum pœna & augeretur, & dolor intenderetur.

Cajetan. hic.

Gen. 21. v. 16. *Abulens. hic.*

2.

Maximum quidem est, data occasione, aliquid tolerare pro Deo, neque imminentem subterfugere tribulationem, verùm insuper studiò eam optare, quærere, & sollicitare, magnum animi robur indicat, & non minorem amoris affectum comprobat. Fugiens David à facie Regis Saulis jurati hostis fui, quærensque latebras sub protectione Regis Moab, rogavit eum, ut parentes suos, quos tunc secum ducebat, dignaretur admittere ad curiam, & aulam suam, quatenùs, hoc refugio, faciliùs pericula evaderent, quibus in terrâ Iuda propter respectum suum exponebantur: *Maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiscum.* Post quàm autem eos Regi commendasset, eosque regiæ protectioni tradidisset, suasit illi Prophetа Gad, imò ex parte Dei præcepit illi, ut fugeret; *Noli hic manere, profiscere, & vade.* Protinùs obtemperavit David consilio, & mandato Prophetæ: *Et profectus est David, & venit in saltum Areth.* Movet hic quæstionem Abulensis, in quâ examinat causam, ob quam Deus præcepit Davidi, ut exiret, & desereret aulâ Regis Moab? & appositè ad rem præsentem respondet: *Voluit Deus manifestare nequitiam Saulis, & benignitatem Davidis.* Mandavit Deus Davidi, ut fugeret benignitatem, & delicias regias, vel, ut desereret tranquillitatem, quâ sub alis, & fide Regis frui, & delitescere poterat, & ut rediret ad terram, & patriam, ubi imprimis Rex Saul dominabatur, ibique persecutiones sufferret, quæ cum in Regno

1. Reg 22. v. 3. *Abulensis hic quæst. 12.*

Digitized by Google

Saulis manebant, utque hôc actu heroico ipsius animi constantiam, & bonitatem comprobaret. Attamen potest hæc doctrina Abulensis pati instantiam, videlicet, quòd jam David abundè suæ invictæ tolerantiæ indicia, & testimonia exhibuerat; constat siquidem ex 19. 20. & 21 capitulo ejusdem libri, quod Saul eum ad necem persequebatur, quodque jam servis suis mandaverat, ut eum interficerent, quamobrèm etiam David exul, & profugus in montibus, & silvis deviis, millenas patiens necessitates, & angustias, latitabat. Si igitur Deus cum è tot, tantisque ærumnis, favore, & auxilio suo, eripuerit, & liberaverit, quarè eum denuò redire, & efferati Saulis mucroni lanceæ, quam jam evaserat, rursus exponere cogit, aut mandat? Ut mundo ipsius manifestaret bonitatem, sufficiebat ipsi, quod pertulerat, ad bonam famam acquirendum; nihilominus benè dixit Abulensis, quòd Deus nondum approbabat patientiam Davidis in persecutionibus, quas hactenùs sustinuerat, quia eas necessitate compulsus toleraverat, & quia ipse tribulationes eum infectabantur, idcircò nondum virtus, & fortitudo Davidis sufficienter innotescebat: adeoque necesse erat, ad comprobandum eminentiam virtutis ipsius, ut ipsemet occasiones captaret, & pro Deo se spontaneè periculis ingereret, & novam patientiæ materiam sollicitè quæreret, quò, tam perfectâ cum patientiâ ejus virtus approbata, & bonitas cognita glorioſiùs innotesceret. *Voluit Deus manifestare bonitatem David.*

3. *Psalm.* 114. *v* 4. *D. Amb. de obitu Theodosii*

Conformiter ad hæc declarat S. Ambrosius versiculum illum Psalmi; *Tribulationem, & dolorem inveni.* Ubi sanctus Doctor ait: *Quasi bonus athleta quæsivit certamina, ut coronam inveniret.* Ac si diceret: Pertransiit tempus, ô Domine, in quô eram miles, tiro, & inexpertus in tuo servitio, &, ut talis, angustias, & tribulationes sufferebam, quando me quærebant: *Tribulatio, & angustia inverunt me*, at modò, sum provectior, & quasi veteranus miles in castris patientiæ, non mihi jam sufficiunt fortuitæ, & inexpectatæ tribulationes, sed, veluti animosus athleta, eas ad duellum provoco, & adversitates, seu afflictiones tam vigili diligentiâ quæro, tantoque desiderio eas ambio, quasi in eis thesaurum aliquem opulentissimum mihi sponderem. Hoc est: *Tribulationem, & dolorem inveni.* Ex hôc & similibus exemplis sumpsit S. Gregorius Magnus occasionem dicendi, quod justi, & perfecti, cessante hoste à persequendo, & affligendo, ipsum excitent, & provocent ad duellum. In hôc sensu interpretatur Sanctus verba illa Iobi: *Qui parati sunt jusciture Leviathan.* Quod faciunt, non solùm, ut majora sibi merita acquirant, sed ut etiam manifestum fiat, quòd non ex necessitate, sed voluntate patiantur, ipsimet enim appropinquant ad crucem, & avidè dolores sollicitant, & tribulationum occasiones ambiunt.

Psalm. 118. *v.* 143.

Iob. 3. *v.* 8. *D. Greg. lib.* 4. *Moral. c.* 24.

Maximum, quô Propheta Isaias conatur probare infinitum amorem Filii Dei incarnati ergà homines, est & plurimorum pro eis spontanea perpessio, & voluntarium sui sacrificium, quod Patri æterno pro illis obtulit: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Obmutuit in tormentis suis absque ullo iracundiæ verbulo contrà eos, qui se torquebant, quemadmodùm idem Vates prosequitur: *Quasi agnus, coram tondente, obmutuit.* Ubi Vulgata habet: *Oblatus est, quia ipse voluit*, legit Hebræus, *nagas*, quod vocabulum Doctus quidam interpretatur, quasi idem foret, atque *Accessit*, id est, quæsivit crucem, & dolores passionis suæ, accessit ad eos, & semetipsum obtulit: *Est enim accedere, proprium; volentium, & qui sponte aliquid agendum suscipiunt*, ait hic Doctor, estque perfectio, quam olim reperit Euripides in sacrificio, quod Esingenia sui fecit pro libertate patriæ, offerens semetipsam voluntariè morti, quam sic introducit loquentem: *Et hoc ecce corpus pro salute patria, proque universa Gracia trado volens, ut immolatum hinc ad dicatas Numinis ducatis aras, quando Divum oracula ita dicunt.* Fabulosa est Historia, videmus tamen illam verificatam in Christo Domino, & apprime ejus innocentiam manifestat; ipse enim *oblatus est, quia ipse voluit, accessit*, quasi fuisset necessarium, ad commonstrandum amorem suum, quia patiebatur, & fortitudinem, quâ tolerabat, ut ipsemet properaret ad sacrificium, neq; alium expectaret, qui duceret.

4. *Lectio Hebraica apud Vieg. in cap.* 12. *Apocalyp. sect.* 30. *Vieg. ibi.* *Euripides*

Ad hunc modum explicari potest vaticinium illud Malachiæ: *Orietur vobis sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus.* Videbat Propheta filium Dei festinanter properantem ad succurrendum mundo, & ait, ipsum tam celeri gressu, & volatu venisse quasi solem. Mysteriis sanè plena comparatio, super quam Sancti devotissimas fundant considerationes. Non est minùs pia, quam elegans, quæ modo mihi occurrit

5. *Malach.* 4. *v.* 6.

Digitized by Google

currit in doctrinâ sancti Zenonis, Episcopi Veronensis fundata: *Sol quotidiè nascitur, moritur, nec tamen instantis finis sorte terretur, suos ut repigret cursus, ut horas, aut momenta producant, ut saltem paullò diutiùs diei sui demoretur in via, sed fidelis semper, ac intrepidus ad sepulchrum mortis contendit.* Itaque sol quotidiè moriens non terretur instante fine suo, neque ideò detinet cursum suum, sed semper æquo passu intrepidus pergit ad tenebras noctis, quasi sepulchrum suum ambiens. Pari passu, inquit Propheta, Verbum divinum, quasi gigas curret viam suam, & è cœlis ad terram incarnandus descendet, & eisdem gressibus, intrepido animo, properabit ad crucem, ut in eâ pro hominibus voluntariè moriatur, totus audax, & securus curret ad mortem, neque expectabit impetum ejus, sed ipse celeri pede eam præveniet, & ad conflictum provocabit. *Como corre, & come atura, quien vay apos su gello*, id est, quemadmodùm currit, qui sequitur appetitum, & inclinationem suam. Et quia omnis actio Christi, est nostra doctrina, videtur hoc pacto voluisse nos docere id, quod in præsentiarum prosequimur, videlicet, eminentiam virtutis, & patientiæ Christianæ non cognosci ex hoc, quòd quis casu fortuito, ingruentibus tribulationibus, ipsumque insequentibus, patiatur, sed ex hoc, quod ipsemet eas deditâ operâ ambiat, & occasiones pro Deo patiendi sollicitet, & quærat.

D. Zeno serm. de Resurrect.

Francisc. Sà Egloga à Nunc. Alvar. Portir.

6.

Quandò Salvator mandavit discipulis suis, ut prædicarent Evangelium per universum terrarum orbem, teste S. Evangelistâ Matthæo, hæc subjunxit verba: *Cùm vos persecuti fuerint in civitate istâ, fugite in aliam.* Communis expositio horum verborum est, Christum Servatorem nostrum permisisse discipulis suis fugam persecutionum, quandò hæ illis forent obstaculo, seu impedimento, ad non satisfaciendum muneri Apostolico, & ad non prædicandum Evangelicam doctrinam, deditque eis facultatem fugiendi ad alium locum, ubi prædicatio eorum nullam inveniret contradictionem. Quod videtur confirmari posse ratione, quam S. Petrus Chrysologus in fugâ pueri Iesu in Ægyptum excogitavit. Non enim, inquit Sanctus, id fecit, ut solùm ipse evaderet periculum, & nobis postmodùm prodesset, sed etiam, *Ut fugas nostras persecutionibus temperaret*, id est, voluit hoc modo nostras cohonestare fugas in persecutionibus, & docere, quòd aliquando consultiùs sit hostem fugere, quàm expectare. Hoc est, tunc erit licitum fugere, quando ex fugâ secuturum est majus bonum, quam ab expectatione hostis, sicuti in præsenti casu, vel etiam quandò ex illâ potest sequi periculum conscientiæ, quæ adacta metu posset incidere in abnegationinem. Probat D. Chrysologus hanc suam doctrinam exemplis sacræ Scripturæ, quæ, quia instituto nostro non serviunt, prætereo. Tertullianus addidit his verbis singularem explicationem, quæ, licèt sit minùs recepta, apprimè tamen instituto nostro quadrat. Quandò igitur Salvator noster dixit, *Cùm vos persecuti fuerint in civitate istâ, fugite ad aliam*, noluit dicere, aut præcipere ipsis, ut metu persecutionum perterriti, eas fugerent; non enim est credibile, Christum, qui erat Magister, & Doctor patientiæ, similem doctrinam commendasse discipulis suis, sed potiùs contrariam: *Non quasi tacitè in aliquam civitatem fugiendum, sed quasi ubique annuntiaturis, & ex hoc ubique persecutionem subiturus.* Ac si diceret: quia lex Evangelica, quam estis prædicaturi, cùm sit repugnans, & contraria legibus mundanis, necessariò debebitis plurimas subire persecutiones, & hominum contradictiones, & obloquia, volo vos instruere, qualiter in iis vivetis: *Cùm vos persecuti fuerint in unâ civitate, fugite in aliam*, id est, ut appareat, quòd tribulationes vos non deterreant, neque persecutiones perterreant, & quòd non toleretis eas ex necessitate, sed quòd eas libenti animo, & ferventi desiderio patiamini, perpessis jam persecutionibus hujus loci, fugietis in alium, quærentes novam occasionem patiendi, & tunc comprobabitis, vos esse discipulos meos, quando eodem zelo, & animi fervore, quò priùs muneri vestro Apostolico satisfeceritis, docentes, & tolerantes, & novam materiam tribulationis, & doloris investigantes, ad plùs sentiendum, & dolendum.

Matth. 10. v. 23.

D. Petrus Chrysol. serm. 151.

Tertull. lib. de fuga in persecutione c. 6.

7.

Cùm divinus Christi Præcursor Ioannes in vinculis jussu Herodis Regis, captivus audiret nuntium celeberrimi illius miraculi, quò Salvator mundi filium viduæ in Naim à mortuis resuscitaverat, dùm ad sepulturam deferebatur, cæteraque mirabilia, famâ increbescente, intelligeret, quæ Christus jam recenter operatus fuerat, teste sancto Lucâ, misit duos ex discipulis suis, ut interrogarent eum, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Quatenùs eos,

Luc. 7. v. 19.

eos, quemadmodùm obſervant ſancti Patres, in fide Meſſiæ confirmaret, in quâ nondum erant perfectè conſolidati. Ecquis non admirabitur hoc Præcurſoris factum, ſi rectè omnes illius circumſtantias perpenderit? Eodem tempore, quò Baptiſta, & Prænuntius Chriſti in vinculis à Rege tyranno detinetur, jam proximior morti, quàm vitæ (quando ſolent homines communiter oblivíſci omnium rerum hujus vitæ, & ſolùm recordari eorum, quæ ad juſtitiam cauſæ, & libertatis ſuæ deſervire poſſunt, omnesque ſuos ſenſus convocare, ad formandos articulos defenſionis ſuæ) tunc Ioannes intendit legationi diſcipulorum ſuorum ad Chriſtum, neque attendit, neque curam habet negotii ſui particularis, ſed ſolùm prædicandi veritatem Meſſiæ eâdem libertate, quâ antèà. Quis attonitus, tantam conſtantiam non admiretur? Plurimas conſiderationes hìc ſancti Patres excogitárunt, verùm, meâ ſententiâ, hoc inſigne factum Præcurſoris ſignificativum fuit deſiderii, quòd habebat patiendi. Diſponunt leges civiles, quòd, ſi captivus commiſerit aliquod delictum, juxtà gravitatem ejus pœnas luat, verbi gratia, ſi reus in carcere exiſtens incidat in crimen aliquod, vel ejus carceralis cuſtodia aggravetur, vel executio ſententiæ acceleretur. Detinebatur S. Ioannes, juxtà opinionem mundi, in vinculis, propter crimen aliquod læſæ majeſtatis, ideoque arctiſſimè cuſtoditus; non contentus iis, quæ actualiter patiebatur, ſed exoptans majora adhuc ſufferre tormenta, eodem zelo, & libertate prædicat veritatem, mittit diſcipulos ſuos ad Chriſtum, ejuſque honorem ſartum tectumque tuetur, ut hôc pacto animum Herodis irritaret, cæteroſque Iudices Heroſolymitanos ad majorem iracundiam provocaret, ut illi, hoc maximum ſcelus, & crimen judicantes, ſupplicia ejus aggravarent, & ipſe occaſionem majoris patientiæ conſequi poſſet: *Ioannes ergò quoniam pro cœleſti regno militat, habitaculum carcerum diligit, &c.* inquit doctiſſimus Haymo. Erat Ioannes de numero beatorum, qui perſecutionem patiuntur propter regnum cœlorum & juſtitiam ideoque tanto vinculorũ, & tribulationum amore ardebat, ut tolerantia unius illi ſitim, & deſiderium alterius patiendi adderet. Evidentiſſimum ſignum heroicæ virtutis, & magnæ ſanctitatis ejus, quâ in omnibus Chriſto ſimillimus apparere volebat.

Ordin. Luſitan. lib. 5. tit. 35. §. 6.

Haymo in cap. 11. Matthæi.

De quô notanter refert S. Evangeliſta Ioannes, quod venientibus Phariſæis ad comprehendendum eum in horto, ubi eos expectabat, proceſſerit obviam eis, neque permiſerit, ut ipſi propriùs accederent: *Sciens omnia, quæ ventura erant ſuper ſe, proceſſit & dixit ad eos, quem quæritis?* Quod enucleans S. Iohannes Chryſoſtomus, ita fatur: *Multoties autem aliàs miſerunt comprehendere eum, ſed non valuerunt. Vndè manifeſtum eſt, quòd tunc ſpontè ſeipſum dedit. Propter quod ſubditur: Sciens, &c. proceſſit.* Sæpiùs attentarunt Iudæi Chriſtum comprehendere, ſed ſemper irrito conatu, idemque eis nunc accidiſſet, niſi ipſemet Dominus ſe tradere voluiſſet, quocircà ut ſciant, quòd, ſi eum capiant, ideo ſit, quia ipſe approbat, & ratum habet deſiderium eorum, idcircò vadit ad hortum, certum orationis ſuæ refugium, ne errent in facto, nevè deſiderio ſuo fruſtrentur, neque hôc ſolo contentus, *proceſſit*. Quaſi diceret: Scitote, quòd quamvis patiar, hoc eſſe, quia volui, quodque nulla neceſſitate cogente, ad hoc me ferventiſſimus amor meus compulerit, neque enim me mors quæſivit ad auferendam mihi vitam, ſed potiùs ego ipſam quæſivi ad tradendam ei vitam meam. Hæc unica cauſa fuit, quarè tantoperè doluerit, & quaſi queruloſus, dixerit venientibus ad ſe violentâ manu comprehendendum: *Tanquàm ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me*, id eſt, inquit Gloſſa ordinaria: *Stultum eſt cum gladiis & fuſtibus quærere eum, qui ſe ultrò tradit, & in nocte per proditorem inveſtigare, quaſi latitantem, qui quotidiè in templo docebat.* Injuriam facitis obedientiæ meæ, & hôc modo agendi, inquit Salvator, amori meo damnum infertis. Non cum violentiâ ducunt captivum, qui ex juſtitiâ ducunt captivum, qui ex juſtitiâ nihil debet. & ſemetipſum voluntariè offert, non fugit juſtitiam, qui ſeipſum ſponteè miniſtris juſtitiæ tradit, neque tandem detrectat mortem crucis, qui ultroneè eam ſolicitat, & lætanter quærit, ut occaſionem plùs patiendi nanciſci queat. Hoc eſt myſterium, quod S. Ioannes Chryſoſtomus reperit in vocabulo illo, *proceſſit*, quod coincidit cum eo, quod Iſaias vaticinans prædixit; *acceſſit*.

Matthæi 26. v. 55. Gloſſa Ordinaria hic.

Forſitàn hoc ipſum deſignabat ſudor ille ſanguineus, quem copioſiſſimè effudit Salvator in horto: *Factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Si ſanguis ille paucis pòſt diebus, ſeu horis eliciendus erat flagris,

8.

Ioan. 18. v. 4. D. Chryſ. in catena D. Thom

9.

Luca 22. v. 44.

Digitized by Google

flagris, ſpinis, clavis, ſeu violento ictu lancese, ut quid anticipat ſivè ſe prodit, & tantâ inundantiâ exilit, ut etiam hortum Gethſemani riget? Aliqui dixerunt (hanc abundantem ſanguinis effuſionem, fuiſſe effectum conſiderationis peccatorum generis humani, quæ tunc vivaciſſimè Salvatori noſtro repræſentabantur) innitentes doctrinæ cuidam Sancti Hieronymi, dicentis: *Rubor vultus, pudoris indicium eſt & conſcientia peccatorum lucet in facie, ſpesque ſalutis eſt, quando delictum ſequitur verecundia,* id eſt, adeo provida fuit natura ad alienandum nos à culpa, ut communiter ruborem ad faciem noſtram revocet unà cum cognitione, & memoriâ illius, ut tantò quisque proximior ſit emendationi, & renuntiationi criminis commiſſi, quantò magis de illò verecundatur. Quia itaque Chriſto in illâ horâ repræſentabantur peccata mundi, propter quæ patiebatur, erubuerunt genæ ejus, exilitque ſanguis in faciem ejus cum conſideratione deformitatis peccati, & quidem tantâ cum violentiâ, & impetu, ut ſanguis eruperit, & guttæ ejus defluxerint in terram. Hâc doctrinâ ſuppoſitâ, illicò ratio dubitandi mentem pulſat, quarè Dominus hanc conſiderationem habuerit, aut quid per illam intenderit? Quæſtio eſt hæc Doctiſſimi noſtri Patris Tauleri. Audite ejus reſponſum: *Priusquàm invidi illis crudelitas manus in eum injicerent, tantum in ſe cruciatum ultrò recepit.* Magna fuit diligentia odii, ſed multò major ſollicitudo amoris; ne igitur inimici Chriſti gloriari poſſent, ſe ferro, & vi tormentorum pretioſum ſanguinem ejus elicuiſſe, prævenit eos, & manibus amoris ſui eum copioſiſſimè profudit. Hic igitur amor excitavit conſiderationem peccatorum humani generis, quæ ei tam magnam afflictionem ſpiritûs, & agoniam animæ intulerat, ut hoc unum è præcipuis ejus cruciatibus, & tormentis fuerit. Et quaſi omnia, quæ à manibus inimicorum paſſurus erat, parùm, vel nihil fuiſſent, voluit aggravare hoc tormentum, quò manifeſtior ejus dilectio, & probatior patientia eluceret. Eamdem ob cauſam voluit etiam bibere vinum illud fellè mixtum, quod ei in cruce pendenti propinârunt: *Cum guſtaſſet, noluit bibere*, id eſt, ut Doctus quidam ponderat, *ne in medio doloribus ſenſus rotundaretur, vel ſuperet*, ne dolores diminuerentur, nevè occaſionem tollerent plùs patiendi, quod ſummis votis exoptabat. Et in hôc ſe verum Magiſtrum exhibuit ſanctiſſimæ ſuæ Matris, quæ priùs diſſita à cruce, ubi eum crucifixum animadvertit, appropinquavit ad illam, & ſtetit juxta illam, ut ſic, præſente objecto motivo dolorum, intenſius ſentiret paſſionem Filii, magisque cruciatus ejus augerentur.

D. Hier. lib. 7. in c. 7. Ezech.

Tauleri vit.

Matt. 27 v. 34. Pineda ſuper 1. cap. lib. v. 20.

Stabat juxtà crucem Ieſu, Mater ejus.

Consideratio V.

Charitas Chriſtiana urget nos, ut compatiamur proximis noſtris, & miſeriis eorum condoleamus, ſed ſingulariter obligantur hac lege charitatis Principes, & Prælati, qui ſunt patres, & matres ſuorum ſubditorum, ad exemplum ſanctiſſimæ Deiparæ, quæ ſtans juxta crucem compatitur, & condolet patienti Filio ſuo.

COnſiderans Guerricus Abbas hæc verba Evangelii, addidit alia, quæ nobis fundamentum præſentis Conſiderationis ſuggeſſerunt: *Planè Mater*, inquit, *quæ nec in terrore mortis Filium deſerebat.* Rectè nominat S. Evangeliſta in hac occaſione Virginem ſacratiſſimam, veram Matrem Chriſti, quia aſſiſtentia ejus juxtà crucem Filii patientis, & magna compaſſio dolorum Filii maternum ejus amorem conteſtatur. Ac ſi clariùs diceret: quôd in dolore, & amore beata Virgo, ſe veram Matrem exhibuit. Neque amor ejus ergà Filium foret perfectus, niſi crux Filii interius in corde ejus operaretur ad ſimilitudinem illius, quod ipſe in cruce corporaliter pro hominibus patiebatur. Ambo igitur patiebantur, ambo erant crucifixi, ambo offerebant ſacrificium Deo, Filius Sanguinem corporis, & Mater ſanguinem cordis, imò, ut Mater magis participaret dolores Filii, voluit etiam unanimi voluntate aſſiſtere ei corporaliter *juxtà crucem*, ne materno affectui deeſſet. Ex quô deduco doctrinam omnibus Chriſtianis, ſed præſertim Principibus & Prælatis, quos Spiritus S. patres & matres ſuorum ſubditorum nominat, apprimè neceſſariam: videlicèt, quòd charitas Chriſtiana debeat eos obli-

1.

Guerricus ſerm. 3. de Aſſumpt.

obligare ad compatiendum ſubditis ſuis, & condolendum malis, & tribulationibus eorum, ut ſe veros patres, & matres exhibeant.

2. Revelavit Deus Ezechieli ſupplicia, quibus puniturus erat Iſraelitas. Erat ſanctus Propheta manſuetiſſimi cordis, & compatientiſſimi animi, ideoque tantæ cædis auditum ferre non valens, in has triſtes, & doloris plenas erumpit voces: *Heu, heu, heu Domine Deus, ergone diſperdes omnes reliquias Iſrael?* Quid ita Propheta ſancte? interrogat S. Ioannes Chryſoſtomus, cur ita dolenter conquereris? Ad quid te tam compatientem oſtendis? Annè forſitan ſupplicia illa domum tuam invadent? An pœnæ, & dolores illi te comprehendent, vel an ſupplicia illa tuas fores penetrabunt? Minimè gentium. Ut quid igitur tanta doloris, & compaſſionis indicia manifeſtas? *Ezechiel cùm juſtus eſſet*, inquit S. Chryſoſtomus, *ſciretque Iſraelitas iniquiſſimos ex omnibus, videns tamen illos jugulari & corruere, hoc idem paſſus eſt.* Noverat quidem vir ſanctus, quàm mali eſſent Hebræi, & quàm juſtè pœnas illas promeruiſſent, quas Deus ſe illis inflicturum minabatur, quia tamen amans erat Reipublicæ & proximi, ſentit mala, & dolet de ſupplicijs, quæ illi erant paſſuri. O ſi quis videret Ezechielem plorantem, & lamentantem, imò & vitæ ſuæ maledicentem! Putaret quis, infortunium aliquod ipſi accidiſſe, neque ſic judicans falleretur, quia, tamquàm proprios, ſentiebat de præſenti dolores, quos de futuro prævidebat paſſuros Iſraelitas: *Hoc idem paſſus eſt.* Charitas enim communes miſerias, tamquàm proprias, æſtimabat, & dolebat. Ad hunc modum declarat S. Gregorius Magnus verba illa, quæ Deus ei dixit: *Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, &c.* quibus mandabat illi Deus, ut ferret in manu ſuâ craticulam, ſeu ſartaginem, & hôc modo per compita & plateas Ieruſalem diſcurreret: *Significatur animus Prophetæ*, ait S. Pontifex, *quod extendere poſſumus, ad ipſam etiam compaſſionem proximorum, labores, & calamitates tolerantium*, id eſt, ſignificat is modus diſcurrendi Prophetæ pium animum, & compaſſionem ejus.

Ezech. 9. v. 8.

D. Chryſoſt. lib 2. de Prov.

Ezech. 4. v. 4.

D. Greg. lib 1 in Ezech. c 12.

3. Valdè ſimiles fuerunt ſancto Ezechieli tres illi amici Iob, quorum meminit ſacer Textus capite ſecundo hiſtoriæ illius, dum enim Iob undique miſeriis circumvallatus, triſtis, & ærumnis penè ſubmerſus ſederet, venerunt ad conſolandum, & animandum eum: *Audientes tres amici Iob omne malum, quod acciderat ei venerunt ſinguli de loco ſuo.* Verum quidem eſt, quòd videntes eum in talibus anguſtijs conſtitutum, primo intuitu eum non cognoverint, ut ſacra teſtatur Hiſtoria: *Cùm elevaſſent procul oculos ſuos, non cognoverunt eum.* Et hoc ideò ait Olympiodorus, *Quia lues antiquas corporis notas obliterârat.* Attamen illicò amor ſuas obivit vices, & agnoſcens veteris amicitiæ debitum, commovit corda amicorum, adeò ut inter triſtes clamores in copioſiſſimas proruperint lacrymas, ſciderint veſtimenta ſua, & cineribus capita ſua aſperſerint: *Et exclamantes ploraverunt, ſciſſisque veſtibus ſparſerunt cinerem ſuper caput ſuum in cœlum.* Quibus indicijs, teſte Commentatore, Iobi dolorem, & compaſſionem ſuam manifeſtârunt; *Hæc omnia ad dolorem, & luctum habitum, & ſignificationem pertinent.* & tandem aliquot diebus, & noctibus apud illum manſerunt, dolorum & afflictionum ejus participes effecti: *Sederunt cum eo in terra, ſeptem diebus, & ſeptem noctibus.* Optimi videntur mihi amici Iob, & fideliſſimi, imò immortali laude digni, quia voluntate propriâ alienos amici dolores & ærumnas, proprias fecerunt, & æſtimârunt, idque tantâ animi ſinceritate, ut etiam in exterioribus dolorum ſignis, ſe illi conformaverint; ſi enim vehementia, & acerbitas doloris eum cogat ad ſigna dolentis exprimendum, & ingemiſcendum, ingemiſcunt illi, ingeminant ſuſpiria, & tantùm, tamque intenſo animi dolore compatiuntur afflictionibus ejus, ut in triſtes ejulatus, & fletus prorumpant. Scindit, & dilacerat Iob veſtimenta ſua, quaſi jam in extremo vitæ agone conſtitutus, ſepulchrum amburet, & viciſſim amici ejus lacerant veſtes ſuas, easque a ſe abjiciunt: *Sciſſis veſtibus, ſpectum miſeriæ Iob in ſe transferunt.* ait hic gloſſa Interlinealis. Utebatur vir Dei teſtâ, ad radendam ſaniem ulcerum ſuorum, cujus aſpectu (ut jam alibi cum S. Gregorio diximus) ſe mortalem conſideraret; & illi cinerem, & pulverem ſuperponunt capitibus ſuis, quaſi volentes unà cum amico tot, tantisque malis obruto, & jam penè agonizante commori, & ſepeliri. Sedet Iob in terrâ in ſignum miſerrimi ærumnarum ſtatus, in quô ſe conſtitutum, & à throno magnitudinis ſuæ dejectum ingemiſcebat; ſedent quoque amici ejus ſeptem diebus, & noctibus latere ejus adhærentes, quemadmodum doctè obſervavit Lyranus: *Oſtendentes ſe quaſi dejectos, in amici ſui dejectione,*

Iob. 2. v. 11.

Pineda hic.

Gloſſa Interlin. hic

Digitized by Google

Ioab, ita ut casum non solùm unius Iobi, sed etiam trium amicorum præsentium communem indicarent. Quasi dicerent: Quando dejectus est amicus noster, non est æquum, ut nos erecti stemus, sed necessè est, ut in omnibus ei conformemur, & charitas communes faciat miserias, quas ipse solus perpeti videtur.

4. Notate, quæso, particulam quamdam testamenti Davidis, in quâ, jam ad portas mortis deductus, postremam, & ultimam suam voluntatem filio suo declaravit, estque singulari ponderatione digna: *Tu nosti, quæ fecit mihi Ioab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus Principibus exercituum Israel* Quibus verbis præcepit filio suo Salomoni, ut Ioabum propter crimina commissa castigaret, & puniret cùm planum & manifestum sit, Davidem fuisse inter homines mansuetissimum, & injuriarum ferendarum patientissimum, noluit tamen inultum relinquere id quod Ioab hactenùs impunè contrà se deliquerat. Et notandum est, quòd David distinctionem fecerit inter delicta contrà se, & contrà duos Principes exercitûs Abner, & Amasam perpetrata, cum de his nobis liquidò constet ex tertio, & vigesimo capitulo libri secundi Regum, de illis autem contrà Davidem commissis nihil nobis innotescat. Rabbi Salomon existimat, quòd Ioab, videns milites commotos propter mortem Uriæ, & timens, ne forte suspicarentur, industriâ & stratagemate suo fuisse Uriam occisum, ut innocentiam suam illis contestatam faceret, & se justum & inculpatum eis probaret, exhibuit eis epistolam Davidis, quam Urias attulerat. Quò facto, Rex contra Ioab offensus, iram compescuit, & injuriam aliquamdiu dissimulavit, eò quòd secretum regium militibus manifestasset: *Per hoc intelligitur malum quod fecit Ioab contrà personam David, ostendendo aliis litteras, quas ipsi secretò miserat David de morte Uriæ.* Non caret suâ probabilitate hæc opinio Rabbini, at responsio Oleastri nostri magis fundata videtur: Non dixit, *quid fecerit Ioab, Abner & Amasa, quoniam optimè noverat sanctus Rex hominibus injurios, magis injurios esse justitiæ, quàm parti.* Non fuerunt crimina diversa, quæ commisit Ioab contra Regem, & subditos, verùm in occisione duorum militum seu Principum exercitûs David, tamquàm verus Rex, sensit se læsum, & offensum. Regis siquidem munus est, subditorum injurias, quasi proprias, sentire, idemque fuit, David dicere Salomoni hisce verbis: *Tu nosti, quæ fecit mihi Ioab &c.* ac diceret ei, *quæ fecerit duobus Principibus Israel*, Ad hôc non abludit Cajetanus noster, dicens: *Non sunt diversa facta Ioab adversùs Davidem, à factis adversùs duos Principes subjectos, sed eadem etiam fuerunt adversùs Davidem.*

3 Reg. v. 5.

Rabbi Salomon apud Lyr.

Cajetan. hic.

5. Quando Regina Esther rogavit Regem Assuerum, ut revocaret sententiam, quam ex falsâ relatione Aman amici, & intimi sui pronunciaverat contra Hebræos, præcipiens, ut omnes, qui in suâ ditione reperirentur protinùs capite plecterentur, sacro attestante Eloquio, hisce eum verbis allocuta est: *Si inveni gratiam in oculis tuis, o Rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro quâ rogo, & populum meum, pro quo obsecro.* Eminentissimus Cardinalis Hugo premit primam partem hujus petitionis, quamobrèm Esther roget Assuerum pro vitâ suâ? An forsitan illa in mandato regio contra Iudæos etiam erat comprehensa? Nequaquàm, Annâ ipsa forsàsis unà cum aliis propter dictum Regis erat decollanda? Minimè gentium, Soli miseri Israelitæ hôc crudelitatis genere erant plectendi. Ut quid igitur salutem propriæ vitæ petit, quasi in se mandatum regium foret executioni mandandum? *Quod suum fiebat*, inquit noster Hugo *sibi factum reputabat*. Erat hæc Princeps zelatrix boni communis, amans subditorum suorum, & erat anima ejus potius in illis, quos amabat, quàm in proprio corpore, quod animabat; & quoniam eos tenerrimè diligebat, ubi eos vidit morti adjudicatos reputabat seipsam tali sententiâ condemnatam, & ubi subditi vinculis alligabantur, se jam compedibus vinctam existimabat. Nimius amor ergà subditos faciebat ipsorum incommoda communia, & quia erat Regina, & Caput ipsorum, cum illis, alias exempta, pariter dolores, & ærumnas subditorum pertulit, & sensit: *Traditi enim sumus, ut conteramur, jugulemur, & pereamus.* Accommodatissima doctrina huic tempori hic sese offert, in quô desunt Principes, qui Estheris exemplum imitentur, & abundant tyranni sequaces Aman, & hoc est, quod suo Seneca deplorabat sæculo:

Esther 7. v. 3.

Hugo hic.

Omnes ætas Clodios habet, rara Catones.

Seneca.

Ad rem nostram servit id, quod in Genesi refertur de Nemrod, qui sibi, primus Princeps mundi intrusus, imperium usurpavit, de cujus

6.

Potentiâ, & viribus ita loquitur S. Pagina: *Iste cæpit potens esse in terra, & erat robustus venator coràm Domine*, id est, studuit opprimere cunctos habitatores terræ, & omnem sibi respectum, & venerationem conciliare. Septuaginta Interpretes ita transferunt: *Cæpit esse gigas robustus contrà Dominum.* Si libuerit indagare, quid per gigantem robustum, vel per fortem venatorem intelligi debeat, comperiemus, quòd Nemrod fuerit non solùm deditus venationi ferarum, sed etiam atrocissimus tyrannus, & maximus oppressor populi, cujus violentâ manu sibi imperium assumpsit, & invasit. Ita sentit Oleaster noster: *fuisse Dominum, aut potiùs tyrannum, qui alios vi opprimebat.* In quò igitur voluit hic robustus se opponere Deo, aut in quô manus cum eô conseruit, at ajunt Septuaginta: *Cæpit esse gigas contra Dominum*, cùm Vulgata nostra solummodò dicat, ipsum conatum fuisse opprimere, & divexare homines? in hôc ipsô, quòd dominari, & populos amicos Deo sibi subjicere contenderet (quales erant filii Seth, probi, & virtutum studiosi, quos sacra Scriptura filios Dei nominat) seipsum Deo opponere, eique vim inferre, & dominari tentavit, & amor paternus, quô eos prosequebatur, compulit eum, ad sentiendum injurias, quibus iste Princeps tyrannus eos affligebat, quasi proprias; & hôc pacto componuntur Textus qui dissonum inter se sensum facere videbantur: *Et erat robustus venator coràm Domino. Et cæpit esse gigas robustus contrà Dominum.*

Gen. 10. v. 9.

Oleaster hic.

7. Dum pergeret Saulus Ierosolymis in Damascum cum epistolis Sacerdotum, & ministrorum justitiæ, cum commissione, & potestate plenariâ ad vinciendum, quoscumque invenisset, Christianos, eosque perducendum Ierosolymam, apparuit ei Christus è cælis, & ad succurrendum veniens, dejecit eum ex equo in terram, & furiis invectum excæcavit, dixitque ei: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Peregrinum idioma, & novus loquendi stylus, inquit S. Laurentius Iustinianus. Quônam modo dicis, ô Domine, quòd Saulus te persequatur, qui gloriosus in cœlis sedens ad dexteram Patris æterni triumphas, & Saulus hic in terris divagatur? *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Notate, quæso, responsum sancti Doctoris, quô ut eius excogitari nequit: *Affligebatur in singulis, assistebatur pro omnibus.* Non miremini, quòd Dominus è cœlis, ubi residet, conquerebatur; est enim caput hujus corporis mystici, & caput sentit incommoda, & mala, quæ membris inferuntur: est quidem verum, quòd ictus, & vulnera infligantur in terris, gemitus tamen dolentium resonat in cælis. Saulus persequebatur Christianos in terris, sed Christus, uti caput eorum in cælis existens, dolorem sentiebat, & in quolibet, à Saulo, afflicto, cruciabatur Christus, in unoquoque persecutionem passus: quia enim Christus est caput Ecclesiæ, licèt percussio fiat in terris, dolor tamen sentitur in cœlis. Eidem meditationi suffragatur Petrus Blesensis: *Injuriam suorum, suam reputat, neque his verbis se morti, aut persecutioni fatetur obnoxium. cùm sit immortalis, & impassibilis, sed exprimitur affectio charitatis ergà discipulos.* Christus immortalis, &c. non poterat mori, aut pati, sed quia erat Caput, Rex, Pater & Dominus amabat membra sua, subditos filios & servos suos, & Charitas excitabat in eo dolorem eorum quæ ipsi patiebantur.

Act. 9. v. 4.

D. Laur. Iustinia. de triũph. ago. c. 11.

Petr. Blesens. Tract. de conver. S. Pauli.

Agens Propheta Sophonias de fidelibus legis gratiæ, dixit illos prodigium inauditum operaturos. Ecquod portentum, aut mirabile erat illud futurum? An forsitàn, quòd omnia, quæ habebant in mundo, erant relicturi? Minimè. An fortasiè, quòd penetralia deserti, & eremi erant inhabitaturi? Nequaquam. Quid igitur? Quòd ex corde suo erant humeros facturi; quia ubi nos legimus: *Servient ei humero uno*, legit Targus Ierosolymitanus: *Dabunt cor suum in humeros.* Ecquid est ex corde facere humeros? est suscipere læto animo, & hilari voluntate id, quod naturâ suâ est grave, ponderosum, & obligatorium, quodque aliàs cruciaturum erat corpus, & animam. At quâ ex causâ erat hic effectus producendus? interrogat doctissimus Lyra: *Servient illi quidem Domino, sed humero uno, alienum enim ipse Dominus applicabit ad adjuvandum.* Distribuet Dominus laborem inter se, & fideles suos, ita ut illi unum humerum subministrent, & ipse alterum. Sed quarè illi ambos non porrigent humeros? Quia, qui utrumq; offert totum portat onus, & qui unum solum præbet, solam partem suffert, & quia Deus non consentit, ut sui fideles soli patiantur, vult etiam, ut eos adjuvet in ferendo pondere humeri ũ unum applicare,

8.

Sophon. 3. v. 9.

Thargus Ierosolym.

Lyranus hic.

care, ut duo sint, qui portent onus: non quòd divinitas ejus sit pœnæ, aut malo alicui seu incõmodo obnoxia, sed quia, patiẽtib. suis fidelibus, & amicis, ipse etiam affligitur cum illis, quia mater eorum est, neque suffert amor ejus maternus, ut sui tribulentur, aut miseriis premantur, nisi se socium in pœnis, & laboribus præbeat.

9. Et ob hanc causam non poterat sacratissima Virgo avelli, aut separari à Filio suo pendente, & patiente in cruce; dilectio siquidem materna urgebat eam, ad sentiendum dolores ejus, tamquàm proprios. In hôc sensu explicat Philippus Abbas verba illa Canticorum: *Filii matris meæ pugnaverunt contrà me*, aitque, Deiparam Virginem ea protulisse, & continere lamentabilem querimoniam beatæ Virginis contrà fratres suos, scilicet. Iudæos, filios Synagogæ, qui confœderati in illam conspirârunt: *Filii matris sunt Iudæi, qui obliti fœderis fraterni sororem Mariam gravius afflixerunt.* At objiciet mihi quispiam, hunc non esse legitimum, aut genuinum sensum horum verborum; quia Iudæi nunquàm conjurárunt contrà Virginem sanctam, neque opere, aut verbo eam unquàm offenderunt; si enim id fecissent, credibile est, quod Evangelistæ id neutiquàm silentio præteriissent. Quinimò ex ipso Evangelii Textu colligi potest, quòd potiùs eamomni comitate, & veneratione debita coluerint, & exceperint. In verbis subsequentibus ejusdem Patris, quibus suggeritur nobis responsum dubii: *Cùm Filium ejus cruci linguis potiùs vipereis, quàm clavu ferreis affixerũt*, notate causam justissimæ querimoniæ Virginis, & Dominæ nostræ. Non ostendit signa doloris, propter mala, quæ immediatè ab ipsis sibi inferebantur, neque propter injurias in suam personam directè commissas, sed propter atrocissima tormenta, quibus Filium suum morte condemnárunt, & crucifixerunt. Sagittæ acutæ fuerunt Virgini improperia & convicia eorum, quæ penetrârunt animam, & ejus cordis intima transverberârunt, & quamvis purissimi illi clavi ferrei, quibus milites Filium ejus cruci affixerunt, cor ejus gravissime ferirent, non minùs pestiferæ, & vipereæ Iudæorum linguæ affligebant: *Et quid nisi hæc omnia contrà Virginem debacchabantur?* Collimatio quidem erat in Filium, sed tota vis, & impetus tormenti bellici in cor afflictæ Matris resiliebat; equidem cùm duæ illæ animæ essent unitæ vinculo amoris, in dolore non poterant esse divisæ, & separatæ Rogemus hanc tristissimam Virginem, ut nobis impetret gratiam; quâ ejus charitatem imitari possimus, ne, quando proximus noster cruci tribulationis fuerit affixus, eum deseramus, sed condolentes ei succurramus, & opitulemur. *Iuxtà Crucem.*

Cant. 1. v. 6.

Philippus Abbas lib. 1. in Cantic.

Stabat juxtà Crucem, &c.

Consideratio VI.

Verè, & intimè amanti intolerabilis est dolor, separari à persona amata, quantumvis in ejus societate se periculo plurima patiendi exponat; quia adversitas est coticula, seu lapis lydius perfectæ amicitiæ, & solitudinis Deiparæ Virginis.

SI percontati fuerimus S. Gregorium Nazianzenum quid in hâc materiâ dicendum judicet, tamquam expertus respondebit nobis, nihil esse acerbius, aut dolentius, quod ita animam affligat, quàm separari, & avelli hominem ab amico, quem unicè diligit, & ad confirmationem hujus recensebit nobis sanctus Præsul, quod sibi in valedictione, & recessu à S. Basilio maximè sibi familiari contigit, quando cum Athenis commorantem deseruit, & dolens eidem valedixit: *Aderat discessus dies, & quidquid ad discessum pertinebat, extrema allocutiones, persecutiones, revocationes, gemitus, complexus, lacryma.* Commune est, amantissimis, & dulcissimis verbis fieri valedictiones: aderat igitur luctuosa dies, quâ necessariò debebamus amici ab invicem separari, & jam dudum anteà hauseramus instantis absentiæ dolorem, quia adeò copiosæ erant inundantes lacrymæ, ut etiam verba impedirent: & loquelam interturbarent, tot, tantique gemitus, & suspiria, ut ea reprimere nequiremus, & volente uno alterum comitari, veniebat ipse mecum, & ego denuò redibam cum illo, tandem nos mutuis amplexibus stringentes, tam indissolubili vinculo hæsimus implexi, ut ab invicem nullatenùs avelli possemus. Neque hæc extremi

1.

D. Greg. Nazian. Orat. 10.

extremi doloris signa erant: *Fit enim quasi unius corporis in duas partes sectio, atque utriusque interemptio, ut boum, qui idem jugum traxerunt, disjunctio; lugubre quidem utriusque causa mugientium dissidium, permoleste ferentium.* Non est mirum, quòd amantes se mutuò graviter ferant ab invicem disjungi, quia idem est, amicum ab amico separari, quod corpus in partes dissecari, vel vitam dividi. Exemplum planum est in bobus, qui, dum longo simul tempore jugum traxerunt, lamentabili, & tristi mugitu dolorem suæ disjunctionis manifestant. Si igitur duo bruta animantia, tanta sensus, & doloris indicia demonstrant, quid non faciet homo? cui sicuti Deus tribuit mentem, & intellectum, ad intelligendum, ita etiam dedit voluntatem, ad amandum, ac proindè incomparabiliter major est tristitia, & dolor separationis in eo, quàm in brutis. Qui rectè novit amare, nequit à re amatâ divelli. Hoc sonat: *Juxtà crucem*, Ægrè poterat Deipara Virgo non assistere cruci, in quâ Filius ejus pendebat, quem tenerrimè diligebat; non enim poterat tantus amor virginis celari, vel dissimulari.

2. Enucleat mellifluus Doctor S. Bernardus visionem illam Isaiæ, quâ vidit duos Seraphim stantes juxtà thronum Dei: *Seraphim stabat super illud*, aitque sanctus Abbas illam continere singulare mysterium, eò quòd in capitulo decimo quarto asserat, Luciferum ex eodem loco prolapsum fuisse: *Quomodò cecidit de cœlo Lucifer*? Cur, obsecro, cecidit Lucifer, & manent stantes Seraphim, aut quarè etiam illi non prolabuntur cum Lucifero? *Cecidit Lucifer, ut fulgur, de cælo, Seraphim verò stabant super illud, stabant planè Seraphim quia charitas numquàm excidit.* Nolite mirari tam dispares rerum eventus, quòd Lucifer ceciderit æternum sequestratus, & elongatus à Deo, Seraphim verò manserint stantes juxtà Dominum: *Seraphim stabant super illud.* Cecidit ille, quia in amore defecit, toto quidem tempore, quò Creatorem suum amavit, mansit erectus, & stetit juxtà illum. At mox, ubi in superbiam elatus, peccavit, cecidit, & in perpetuum exilium relegatus est: ideò ergò Seraphim remanent stantes coram throno Dei, absque ullius mutationis vicissitudine, quia sunt spiritus charitate ardentes, seu amore perenni ferventes, imo in illo confirmati, nequit charitas cadere, seu excidere, neque constans amor elongari: *quia charitas numquàm excidit.* Verùm ad quid longiùs ad cœlos excurrimus, ut exempla hujus veritatis quæramus, cùm tot, tantaque nobis ad manum sint in terris, & sacræ Paginæ ils plenæ nobis acclament?

Isaiæ 6. v. 2.

Isaiæ 14. v. 14.

D. Bern. ibi ser. mon. 3.

3. Quando filii Iacob rediêrunt ex Ægypto, postquàm ibidem, tempore famis, annonam coëmissent, cuncta, quæ sibi acciderant, per ordinem sancto Seni enarrârunt, dixeruntque ei, qualiter à Gùbernatore Ægypti per triduum in carcere, tamquàm exploratores, detenti, & in arctissimâ custodiâ fuerint concluſi, & quomodo Simeon frater eorum obses remanserit, donec fratrem suum natu minimum Benjamin secum adducerent, & nisi juxta condictum unà cum eò redirent, quòd certò certius eos exploratores haberet, & illos, ceu tales, puniret, & plecteret; si verò candidè agerent, eumque secum adducerent, quòd protinùs obsidem, & in vinculis detentum solveret, imò & plurimis beneficiis eos cumularet, & possent omnia juxtà votum suum ad victum necessaria, frumentum, & panes omnisque generis cibaria sibi pretio comparare: *Fratrem vestrum minimum adducite ad me, ut sciam, quòd non sitis exploratores: & istum, qui tenetur in vinculis recipere possitis, ac deindè, quæ vultis emendi habeatis licentiam.* Audivit pater singula per ordinem sibi relata, verùm ubi Benjaminum suum abducendum intellexit, doloris impatiens, cordisque commotionem diutiùs ferre, aut dissimulare non valens, silentium indixit, eisque mentem, & animum suum hocce lugubri responso patefecit: *Non descendet filius meus vobiscum.* Miratur attonitus Oleaster noster sancti Patriarchæ firmum animi decretum. Patriarcha sanctè, nonnè agnoscis urgentem tuam, tuæque domus, & familiæ necessitatem? Nonne generalem annonæ charitatem fateris? Nonne scis cibaria, quæ hâc vice attulerunt, sufficere solùm ad quatuor dies, & ubi sunt plura comedentium ora, ibi etiam plùs panis esse necessarium? Et consequenter, nonnè inevitabile prævides, iterum redeundum esse in Ægyptum? Qui igitur dicis, te non permissurum, aut ullatenùs consensurum, ut filius ejus Benjamin eos comitetur in Ægyptum? An non perpendis incommoda, quibus te, tuosque exponis, quæ omnia, mittendo filium tuum cũ fratribus suis, evadere, & vexationem tuam redimere potes? Ignoscite mihi, inquit nulla dicta vestra me ad mutandam animi mei sententiam commo-

Gen. 42.

commovere queunt: *Non descendet filius meus vobiscum.* Nihilominùs excusat sanctum Senem doctissimus Oleaster, dicens: *Adverte mirabilem amoris vim, & potiùs amans permittat se mori, quàm ab amato divelli.* Unicè diligebat Iacob Benjaminum, ac proindè amor nullam sui divisionem ferre poterat; eveniat, quod voluerit, *Non descendet filius meus vobiscum.* Magnæ profectò sunt vires, & potentia amoris: si enim ei optio daretur, & electio in his duobus malis, mortis, vel absentiæ, potius mortem, quàm tristem absentiam eligeret.

Oleaster super c. 3. Genes.

4. Dum vellet Deus funditùs destruere populum Hebraicum propter crimen Idololatriæ & vesanam illam vituli adorationem, validè se opposuit Moyses Deo, locutusque est ei, si non nimiâ libertate, ad minus insuetâ confidentiâ, & præsumptione: *Aut dimitte eu hanc noxam, aut si non facu, dele me de libro tuo, quem scripsisti*, id est, nisi condonaveris, non erimus amici. Maximus est hic amor, inquit sanctus Bernardus. Estnè possibile, Propheta sancte, quòd propter amorem hominum velis frangere amicitiam cum Deo? Nonnè pluris valet solam habere gratiam Dei, quàm totum mundum. Optimè ad rem respondet sanctus Doctor: probè noverat Moyses hanc veritatem, sed *dolet viscera, & tolerabiliorem sibi judicat torsionem, quàm evulsi nem.* Minus tormentum reputabat Moyses, multùm pati cum illis, quàm avelli, & separari à populo, quem tanto amore prosequebatur.

Exod. 32. v. 32.

D. Bern. serm. 12.

5. Ubi innotuit Prophetæ Eliæ, quòd Deus eum translaturus erat ad paradisum terrestrem, vel ad locum nobis incognitum, in quô eum deposuit, dixit discipulo suo Elisæo, qui erat sibi fidelissimus Achates, ut se desereret, ibique remaneret, quousque ipse iret in Bethel, quò Deus eum mittebat, & respondit ei Elisæus hæc in verba: *Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te* Ubi ad Bethel perveneruntdenuò mandavit ei Elias, ut remaneret quousque ipse iret in Iericho, quia ita mandabat Deus; Elisæus iteratò renovat juramentum, se non derelicturum magistrum. Appropinquant Iericho, & jam tertiò instat Elias apud Elisæum, ut ibidem remaneat, eò quòd Deus præcipiat, ut vadat ad Iordanem, & tertiâ vice repetit juramentum suum, quòd absque illô non remanebit. Dignum est ponderatione, quòd Elias tribus vicibus dicat Eliseo, ut se deserat, eique permittat ire, quò Deus mandabat, & quòd totidem vicibus Eliseus protestetur, se non deserturum eum. Vidistine umquàm hominem minùs urbanum, aut discipulum magis rebellem, aut pertinacem, & inobedientem? Mandat magister ex parte Dei discipulo trinâ vice, ne comitetur, & ipse inobediens respuit parêre jussis magistri. Abulensis, aliique Interpretes communiter excusant Eliseum, asseruntque, Deum ipsi revelasse raptum magistri sui Eliæ, & quòd ex instinctu Dei semper secutus fuerit vestigia Eliæ, & quòd, dum Elias mandabat ei, ut remaneret, non fuerit, quia eum suum comitem nollet, sed ut exploraret, an Eliseus nosset, quid jam à Deo ordinatum esset, & quòd Elias non fuerit ausus detegere secretum discipulo, nesciens, an hoc Deo gratum foret. Bella quidem ratio, sed Carthusiani magis instituto nostro quadrat: *Non ex inobedientia, aut pertinacia dixit, & juravit hoc Eliseus, sed ex charitate magistri sui præcipua.* Tenerrimo, quem merebatur Elias, amore magistrum suum discipulus prosequebatur, ideoque, quia amor, ad comitandum eum, impellebat, nequibat præcipientis acquiescere mandatis. Et, quòd Elias jusserit, ut remaneret, hoc fecit, quatenùs discipuli ergà se sui amorem exploraret (*Ad probandam, & experiendam charitatem discipuli ad se*) ac simul, quantò vehementiori affectu Eliseus sequeretur, seu comitaretur, tantò majorem gratiam mereretur: *Et visit Eliseum, quòd, cum vehementiori affectu secum pergendo, majorem gratiam mereretur.* Atque ita evenit, quia hoc pacto non solùm fuit hæres, spiritûs, ejus, sed etiam duplicem spiritum impetravit, quem ei promiserat Elias, si videret se tolli ad cœlum: *Si videris me, quando tollar àte*, & non potuisset eum vidisse, si mandanti obtemperâsset. Manifestum est igitur hoc idem fuisse, ac si dixisset: Haud dubiè dabitur tibi, quod petis, si non obediveris mihi quando mandavero, ne me comitatus fueris, quia illa inobedientia non nascitur ex duritiâ cordis, sed ex fervore charitatis tuæ ergà me: ubi enim viget amor, nullam sui patitur divisionem.

4. Regum 2. v. 6.

Abulens. hic.

Dionys. Carthus. hic.

6. Parum, vel nullum fœdus habebat Ionathas filius Saulis cum Philistæis, quando absque manipulis militum, solo armigero suo associatus, eis bellum inferre decrevit, dixitque puero suo, ut se comitem præberet, non enim propter paucitatem, aut multitudinem hostiũ de victoriâ diffidebat, quia tam facilè erat Deo

cum paucis, quàm cum multis militibus victoriam consequi. Respondit fidelissimus armiger, seu hastarius ejus; *Fac omnia, quæ placent animo tuo, perge, quò cupis, & ero tecum, quocumque volueris*, id est, vade quocumque tibi libuerit, ero socius, meque pro te cunctis obvenientibus exponam periculis, vel ut legit Vatablus: *Indulge tibi*, id est, non secundùm meam, sed juxtà tuam voluntatem cuncta peragantur, &, uti legunt Septuaginta; *Sicut cor tuum, cor meum*, id est, corda nostra sunt uniformia, inter nos non nisi una datur voluntas; quasi inter Ionatham, & armigerum ejus non solùm daretur conformitas voluntatum, sed etiam identitas earumdem, & ambo solam unam voluntatem haberent. Sacri Interpretes laudant, & meritò extollunt agendi modum ipsius armigeri Ionathæ, eò quòd seipsum tam manifestis exposuerit periculis, inter quæ non minimum erat, ascensus ejus per fragosas rupes, & præruptos montes, & eminentes scopulos dentatos, per quos feræ, & hinnuli cervorum solùm repere, & conscendere poterant. Inquirit doctissimus Abulensis rationem, ob quam adolescens ille armiger periculis adeò evidentibus sese commiserit propter Ionatham, eique tantâ animi promptitudine, absque ulla contradictione obtemperaverit. Et respondet, unicam fuisse causam, singularem ejus amorem, & amicitiam, quâ ferebatur ergà Ionatham. Erat hic adolescens amicissimus, & familiarissimus Principi Ionathæ, idcircò maluit vitam incertæ committere aleæ, quàm ejus consortio, & societate defraudari. Adeò efficax, & potens est vera amicorum unio; *Cujus tanta vis est, ut amicum in mortem impellat, ne ullum ab amico dissidium patiatur.* Non absimile est hoc ab illo, quod refert Poëta de Eurialo, qui, ne separaretur ab intimo amico suo, comes, & socius in ejus morte esse maluit:

Mene igitur socium summo adjungere rebus
Nisse, fugut solum te in tanta pericula mittam?
Est hic, est animus lucu contemptor, & illum
Qui vitâ benè credat emi, quò tandu, honorem.

Singulari curiositate advertit S. Evangelista Lucas, quòd tempore passionis Christus Dominus ad jactum lapidis recesserit à discipulis suis ad orandum, verumtamen non hoc, sed alio vocabulo mysteriis pleno idipsum expressit: *Avulsus est ab eis, quantùm jactus lapidis*, volens dicere, separatus, dixit avulsus. Pro explicatione horum verborum, recurrendum est ad alia antiqui Tertulliani, qui exponens versum illum Davidicum: *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre matris meæ*, ubi Filius Dei loquens Patri suo æterno, dicit ei, quòd extraxerit eum de utero Matris suæ, legit Tertullianus: *Avulsisti me. Quid avellitur, nisi quod adhæret, quod infixum, & innexum est ei, à quò, ut auferatur, avellitur?* id est, quod avellitur ab aliquo, jam radices egerat, eratque inhærens ei, à quò vi extrahitur. Et hoc fuit, quod Spiritus sanctus per os, & calamum sacri Evangelistæ voluit significare hoc verbulo, *Avulsus est ab eis.* Ac si diceret: tantâ difficultate separabatur Dominus à discipulis suis, quos amabat, ut ab eis, quantumvis minima, erat ei molestissima, utpotè qui eos tenerrimè diligebat.

8. Considerat Origenes S. Mariam Magdalenam in statu, quò nobis illam describit stantem juxtà sepulchrũ Domini, quemadmodũ beatã virginẽ juxtà crucẽ Filii: *Maria stabat ad monumentum foris, plorans. Amor*, inquit, *faciebat eam stare, dolor cogebat eam flere.* Amiserat hæc sancta vitam animæ suæ, & non inveniens eam, suaviùs & jucundiùs judicabat vitam corporalem cum morte commutare, quàm diutiùs tantâ orbitate affligi: *Perdiderat Maria vitam animæ suæ, & jam sibi arbitrabatur, melius fore mori, quàm vivere*, quia forsitan repertura eum erat moriens, quem vivens invenire nequibat, sinè quò ipsi vita erat dolor, & pœna: *Quia forsitan inveniret moriendo, quem invenire non poterat vivens, sinè quo tamen vivere non volebat.* Quam ob causam erit Magdalena adeò impatiens desideriorum suorum? Et cur non vivet habens magistrum suum absentem? Et quarè non conabitur vivere sinè præsentiâ ipsius? In primis verbis Origenis suggeritur nobis responsum: *Amor faciebat eam stare, dolor, &c.* id est, cogebat eam amor, ut tantoperè sentiret ejus absentiam, & nihil præter ejus præsentiam ambiret. Non patiebatur amor Magdalenæ tam crudelem separationem, nescit enim amor, si verus est, divelli ab amato, etiam cum periculo vitæ amittendæ: libentissimo animo, etiam pretio vitæ suæ, compararet sibi Magdalena præsentiam, & societatem Iesu, quem plurimùm diligebat: *dilexit multùm*, ac proindè fas erat, ut plurimùm indoleret, quandò, eum, quærens, non inveniret: *Stabat ad monumentum foris plorans*, fletuque unà cum Dei-

1. Reg. 14. v. 7.

Vatablus

Septuaginta.

Abulens. tom. 2. Mendoza his.

Virgilius lib. 9. Aeneid.

Psal. 21. v. 10.

Tertull. de carne Christi cap. 20.

Ioan. 20. v. 11.

Origenes hom. ad illa verba Ioannis: Maria stabat.

Luc. 7. v. 47.

Digitized by Google

Deiparâ virgine juxtà crucem, & *Maria Magdalena*; quia omni tempore, absque ullâ interpolatione Iesum amavit, & in omni statu & occasione quæsivit hæc sancta Salvatorem, eique servivit, & se comitem præbuit. Imò & adversitates fuerunt coticula, seu lapis lydius, quò excellentia amoris ejus eminuit, quemadmodùm disertè testatur S. Gregorius Magnus: *Et quem viventem dilexerat, etiam mortuo, studio pietatis obsequitur.* In adversitatibus enim & rebus incertis verus, & certus amicus cernitur, & dignoscitur.

D. Greg. hom. 21. in Evang.

9. Hoc confirmatum dedit Iob, quando se dolentem, & queruloſum exhibuit ergà parentes, & propinquos suos, qui eum in miseriis, & ærumnis deseruerant: *Necessarii quoque mei recesserunt à me.* Variè explicant sacri Interpretes hæc verba, verùm genuinus eorum sensus est, quem, juxta opinionem Commentatoris in Iob littera sonat, & exprimit, cui etiam favet Lectio Pagnini, *& lex expulsa est à me*, id est, nullus mihi servavit legem amicitiæ, sed omnes videntes me miseriis & calamitatibus undique circumcinctum, & obrutum, dereliquerunt me, & veluti peste contagiosâ laborantem deseruerunt; cùm tamen ideò amici dicantur necessarii, quia sunt necessitatis amici, & reservantur in tempus necessitatis, in quò eorum sinceritas comprobatur: ipsi autem contrà leges divinas, & humanas unanimiter elongati sunt, & recesserunt à me: *Amicitiæ, & necessitudinis legem violatam in meis malis video*, inquit doctus Pineda. Qui anteà lateri meo adhærebant, & tamquàm fidissimi Achates me continuò comitabantur, neque in brachiis suis gestabant, modò me non aspiciunt, neque nomen meum ampliùs agnoscunt: *Recesserunt à me.* Et si curiosiùs perlegeritis quadragesimum secundum capitulum ejusdem Historiæ, comperietis in sacro Textu, quòd jam pristinæ prosperitati, & felicitati restitutum Iobum omnes amici, & proximi ejus ipsum denuò visitaverint, & cum eo biberint, & comederint, *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & universæ sorores sua, & cuncti, qui noverant eum priùs, & comederunt cum eo panem.* Magnum in hoc reperit mysterium Nicetas, existimatque, Spiritum sanctum hisce verbis omnes illos perstrinxisse, & edarguisse, quia, quem malis, & angustiis oppressum deseruerant, jam favention fortunæ restitutum, iterùm humanissimè visitarunt, & sua præsentiâ cohonestârunt: *Fortassis propinquorum in humanitatem divinus sermo perstringit, qui simulata amicitia, propinquitatisque speciem imitarentur. Quandoquidem ab eò, cùm premeretur arumnis, longiùs abfuissent, ubi verò ejus verum tranquillitas restituta, tum auditione superiora accepissent, atq; gratulandi causâ adulati essent.*

Pagninus

Iob. 6. v. 13.

Pineda hic.

Iob. 42. v. 11.

Nicetas in catena Græca.

Audiamus ad hoc propositum, Sapientissimum Salomonem: *Est amicus secundùm tempus, & non permanebit in die tribulationis*, id est, dantur amici in hôc mundo, qui serviunt tempori, & non personæ, & hi instabiles sunt, quia, imminente tribulatione, refugiunt, & deserunt, & propter hos, & similes, dicebat Pythagoras: *Hirundinem domi ne alito*, nedum, ut aliqui dicunt, quia hirundo multùm garrit & pipilat, & non cantat, neque musicâ suâ domesticos oblectat, sed potiùs, pipilatione, & garritu suo importuna, aures offendit, verum etiam, quia symbolum est falsorum amicorum, & adhæret domibus, seu sub tectis, solo tempore verno, ac florenti, & imminente hieme, in autumno disparet: non aliter amici secundùm tempus non recordantur vestrûm, nisi tempore prosperitatis, & tempore tribulationum disparent, juxtà illud Lusitani: *Que veras passar por ti, o amigo, o parente*, id est, videbis juxtà te amicum, seu consanguineum. Doctus quidam Modernus ponderans hæc verba Salomonis, excellentissimam adducit similitudinem ad hoc propositum, & similes amicos comparat argento vivo: *Sunt hujusmodi amici persimiles argento vivo, quod aurum semper insequitur, cum illoque magnam amicitiam videatur habere; at in tempore tribulationis, quando in fornace, vel igne projicitur, statim illud deserit: sic quàm plurimi, qui tempore prosperitatis amicitiam profiteri videntur, adversitate ingruente illicò ostendunt se non veros, sed fictos amicos fuisse.* Et hos vocat Salomon amicos secundùm tempus, qui non permanent constantes in die tribulationis: *Est amicus secundum tempus, & non permanebit in die tribulationis.* Non sic agunt veri, & fideles amici, quales fuerunt illi tres, quòs inter cæteros solummodò habuit Iob, quorum jam anteà meminimus, & de quibus sacer commemorat Textus, quòd, ubi audierunt infortunatam sortem Iobi, & cuncta, quæ ei adversa acciderant, protinùs accurrerunt ad consolandum eum: *Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, &c.* Quamobrem eos summâ laude dignos judicat Origenes,

Ecclesi. 6. v. 8.

Pythagoræi.

Fran. Sa Egloga de Biet. dec. 62.

Vega miscellan. conc. 6. super 3. Psalmum pœnit.

Iob. 2. v. 11.

Digitized by Google

Origenes, quòd non fuerint homines servientes tempori, & de numero eorum, qui in tempore felicioris fortunæ amicos suos venerantur, & in nocte adversitatis, seu contrariæ fortunæ eos, ne quidem nomine, agnoscunt: *Non erant illi viri beati, quales nunc profectò sunt homines malevoli, ingrati: qui, cùm bene est cuilibet, tunc illi amici sunt, & sinceri, atque puri esse videntur: cùm cuilibet tribulatio advenerit, tunc, videlicet, illi discedunt, & despiciunt, & obliviscuntur.* Non ita agunt veri amici, quales erant illi tres, & omnes illi, qui imitantur sanctas illas mulieres, & sacratissimam Virginem, quæ nihil ita amaro sert animo, quàm ab amato divelli, etiamsi propter illius amorem mille sese exponat periculis patiendi; adversitas enim est veræ, & constantis amicitiæ coticula, & lapis lydius.

Origenes lib. 3. in Iob.

II. Omni tempore comitata est Deipara Filium suum dilectissimum, tam in prosperitate, quàm in adversitate, tam id gloriâ, & triumpho, quàm in cruce, & passione. In hôc sensu explicat Sotomajor verba illa Sponsæ Sponsum suum alloquentis, & interpellantis: *Trahe me post te, curremus*, id est, ducito me ad te, & sociales meæ è vestigio me sequentur, & omnes, ad assequendum te, curremus. *Id est*, inquit Sotomajor, *numquam à præsentia tua divellar, sive saltus in montibus, sive transiliat colles*, hoc est, quantumvis conscendas præruptos montes, sive ad profundas valles descendas, & tam amabilis, & sequendus nobis apparebis vivus, exaltatus, & gloriosus, quàm, quando te morientem, & in cruce pendentem, totum humiliatum, despectum, & attritum conspexerimus, quia ibi sequemur te; ad hoc enim nos omnes amor tuus impellit, & excitat; ideoque *stabat juxtà crucem Iesu, Mater ejus.*

Cant. 1. v. 4.

Sotomajor hic.

12. Et si amatum tolli à conspectu amantis, tantus sit dolor, & tristitia (quemadmodùm in discursu hujus Considerationis prosecuti fuimus, & manifestè ostendimus) rectè infertur, quantò majori doloris pretio constiterit beatissimæ Virgini desolatio, & solitudo, quâ in morte amantissimi Filii sui afflicta fuit, postquàm dulcissimâ præsentiâ, & contubernio, per triginta trium annorum spatium, gavisa fuerat, & oblectata. Inter cæteros dolores, quos Dei Mater perpessa fuit, meâ quidem sententiâ, hic acerbissimus extitit, imò audeo dicere, quòd levior fuisset pœna sacratissimæ Virgini mori unà cum Filio suo, quàm orbitatem dulcissimæ ejus præsentiæ, & societatis experiri. Ratio autem est manifesta, quia si vitam cum morte commutâsset, unicâ vice solummodò fuisset mortua, sed recolens dulcissimas Filii sui blanditias, singulis horis, & momentis erat moritura, absque eò tamen, quòd vitam finiret. Enarrans sacra Historia ætatem primi hominis, hisce verbis effatur: *Et factum est omnes tempus, quod vixit Adam, anni nongenti, & triginta.* Juxtà explicationem Lyrani hôc in loco, nonnulli Expositores observant, non solùm nongentos triginta annos fuisse, quibus vixit Adam, sed ultrà hos addendos esse alios centum annos, ita ut universim Adam mille triginta annis vixerit. Sed quî fieri potuit, ut sacer Historicus ex his centum annos silentio præterierit, eorumque omninò oblitus fuerit, neque eos in numerum cum aliis redegerit? Accipite curiosum Lyrani responsum: *Hic tacentur centum anni, quibus luxit Abel.* Cùm enim sacra Scriptura commemoret annos, quibus Adam vixit, meritò excluduntur à numero annorum vitæ illi quibus deploravit, & luxit mortem filii sui Abelis, sunt siquidem illi potiùs mortis, quàm vitæ anni. Quantô potiori jure possumus, & debemus dicere, beatissimam Virginem, tempore illô, quô deploravit mortem amantissimi Filii sui, & [illegible] solitudinem, & absentiam Filii luxit, non vixisse, sed mortuam fuisse; quò enim diutiùs vivebat, sæpiùs blandimenta, & dulcedinem præsentiæ Filii sui, singulis diebus, horis, & momentis recolens semper mortem subibat, sinè eô tamen, quòd mortem finiret. Quod genus mortis, teste sancto Bernardo, atrocius & acerbius est ipsâ morte: *Moriebatur vivens, ferens dolorem morte crudeliorem.*

Gen. 5. v. 5.

Lyra hic.

D. Bern. lib. 6. de passione Domini c. 10.

Primus effectus amoris, attestante Doctore Angelico S. Thomâ, est unio, neque aliquid est, in quod amantes ferventiori desiderio ferantur, uti jam diximus, quàm videre se mutuò amatæ; conjunctos, & unitos, ac per consequens, quod magis timeant, quàm divisionem, utpotè unioni concupitæ contrariam, & repugnantem. Ex quo rectè colligitur maximum dolorem amantium esse absentiam amati, cujus tormentum ipsâ morte multò crudelius, & atrocius est. Ratio, quâ quidam Prudens hanc veritatem probare nititur, est, meo judicio, efficacissima, quia mors licèt sit mala, continet tamen

13. *D. Th. 1. p. q. 20. a. 1. ad 3. & 1. 2. q. 28. a. 1. in corpore.*

Digitized by Google

tamen aliquod bonum. Malum mortis est divisio, & separatio duarum rerum se intimè amantium, quales sunt anima, & corpus, cum hoc tamen subsistit, quòd unum bonum includat, videlicet, quòd moriens non queat sentire hanc divisionem, quia cum morte omnis doloris sensus extinguitur. At verò absentia continet malum, & incommodum mortis, scilicet, separationem duorum se amantium, non tamen participat bonum, seu commodum illius; cùm enim non finiatur vita eorum, qui separantur, remanet sensus doloris absentiæ, quem talis separatio effecit, quæ ipsâ morte acerbior, & crudelior est. Atque ita, non videbitur vobis paradoxum sed verissimum, & luce meridianâ clariùs, nempè inter veros amantes æquanimius mortem, quàm tristem absentiam ferri, & sentiri.

14. Ex his facilè intelligetis rationem, ob quam Christo in horto Gethsemani tristitiâ, & mœrore confecto apparuerit Angelus ad consolandum eum: *Apparuit illi Angelus de cœlo, confortans eum.* Opportunior sanè fuisset hæc Angelica apparitio, & confortatio, quando Dominus, & Salvator noster totus doloribus obrutus & ludibriis lacessitus in suprema vitæ luctâ crucifixus pendebat, eratque omni adeò solatio destitutus, ac consolatione egens propter angustias, quas experiebatur, ut causam agens afflictæ humanitatis suæ, Patrem suum æternum pia querela interpellaverit hæc in verba luctuosissima: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* juxtà interpretationem eminentissimi nostri Cardinalis Caietani: *Vox ista querula, vox est Christi veri hominis, qui, ut se ostenderet derelictum, vocem hanc querulam expressit.* Quidni igitur, aut cur non confortat eum Angelus illo tempore, quò atrocio ra tolerabat tormenta, qui eum minora sufferentem animaverat? Ex dictis in hâc Consideratione facilis deduci potest responsio. Quando Christus Dominus in horto tædio affectus, pavens, & agonizans præ tristitiâ patiebatur, luctabatur cum absentiâ, quia tot, tantaque fuerant lamenta ejus propter discipulos, tantusque amor, quò eos dilexit, ut præter id, quod dixit S. Evangelista, *Avulsus fuerit ab eis, quantùm jactus lapidis*, id est, separatus ab eis, etiam trinâ vice dulcissimas suæ orationis delicias interruperit, impellente eum cordis amore, ad invisendum Discipulos suos, seu ad succurrendum hominibus. Et in cruce luctabatur Dominus cum morte, & doloribus & tormentis, quæ se atrociter affligebant, & excruciabant. Accurrit itaque cœlum in auxilium ejus, quando majori periculo, & necessitati expositus supremo agone conflictabatur, qualis erat avelli, & separari à discipulis suis, quos intimè diligebat, quâ in re repræsentabatur ipsi absentia, quam facturus erat, ab eis, desolatos eos in terris relinquens; non fuit tamen auxiliatum cælum, neque solatium subministravit, quando clavis cruci affixus pendebat; quia dolores, quos in cruce tolerabat, partem sensitivam lædebant, & illi, quos in horto patiebatur, intima cordis, & animæ vulnerabant. Cumque afflictio spiritûs sit crudelius tormentum, quàm pœna corporis, Angelus Dei anticipavit, & acceleravit consolationem in horto, in signum evidens, quòd gravior illi erat absentia, & molestior, quàm ipsius mortis supplicium, seu passionis tormentum. Et si carentia præsentiæ rei amatæ adeò truculenta, & mortifera est in creaturis, quantò acerbius erit tormentum, esse absentem, & elongatum à Deo ei, qui probè noverit quid sapiat Deus?

15. Sanctus Paulus Doctor gentium exaggerans amorem suum ergà Philippenses dixit, se paratum pro eis subire, etiam quævis pericula, naufragia, famem, sitim, persecutiones, & omnia corporis incommoda quæ sibi hôc in mundo evenire possent, & volens hanc animi sui promptitudinem compendiò complecti, addidit, se paratum esse ad vivendum pro illis. Ad hunc modum interpretanda sunt vêrba illa: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum; permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Dum nos mortales cupimus commendare amorem, quô amicos, & familiares diligimus, solemus dicere, quòd moriemur, seu quòd vitam, & sanguinem pro illis effundemus. quodnam igitur argumentum, seu motivum S. Paulus secutus est ad commendandum Philippensibus, quòd vivet pro illis? Rem acu tetigit sanctus Augustinus hisce verbis: *Tædium illi erat manère in carne, cùm appropinquaret ipsa passio, quodammodò exaltabat, quoddammodo gloriabatur.* Movit autem S. Paulum ad utendum hôc loquendi modo, quia certò sciebat, idem esse mori, & videre Christum, quem magori amore, quàm seipsum diligebat; tædebat ipsum vitæ suæ, & exultabat appropinquare ad mortem, vehementiorque erat violentia, quàm poterat pati, videndo vitam suam prolongari,

Luc. 22. v. 4.

Matth. 27. v. 46. Cajetan. hic.

Luc. 22. v. 41.

Philip. 1. v. 21. & 24.

D. Augustinus in Glossa.

longari, quàm nos possimus sentire videndo, nobis mortem accelerari. Hôc suppositò, velimus, nolimus, fateri debemus Deiparam Virginem gravissimè, & ægerrimè tulisse absentiam Christi Filii sui, propter lamenta, quibus occasione ejus replebatur, quia amando eum summâ charitatis dilectione, & cupiendo eô æternùm frui, ejusque præsentiâ potiri, non minùs erat illi vitam protrahj, quàm nobis mortem accelerari. Extollens Christus Dominus excellentiam humanæ fragilitatis, dixit, non posse dari majus testimonium amoris, quàm, quòd homo intrepidè mortem pro amico subiret: *Majorem hâc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Huic doctrinæ Christi naturalis Philosophia suffragatur, quia cùm ipsa mors sit suprema naturæ difficultas, nequit humana voluntas deliberatè aliquid majus expetere, quàm mortem, omnium terribilium terribilissimam. Verùm sanctus Hilarius præbet nobis ansam & fundamentum dicendi, quod Christus, quando hanc sententiam prædicavit, locutus fuerit de morte, quæ in tormentum, & afflictionem, & non de eâ, quæ in refrigerium suscipitur: & ratio est manifesta, quia, dum mors quæritur in refrigerium, & solatium, acerbiorem quis afflictionem in vitæ continuatione, quàm in ipsâ mortis executione experitur, id est, gratior est, quandoque ipsa mortis pœna, quàm vitæ prolongatio.

Ioan. 15. v. 13.

16. Pari passu currunt, & aguntur res alterius mundi, seu vitæ. Atrocissima simul, & horrendissima sunt tormenta inferni, quia à justitiâ Dei punitivâ adinventa fuerunt in pœnam & supplicium peccati, quatenùs est offensa divinæ Majestatis, & continet malitiam infinitam. *D. Thom.* Attamen S. Thomas, Angelicus Doctor considerans pœnas inferni, constanter asserit, maximum damnatorum tormentum, & cruciatum esse, quòd cupiant mori, & nequeant vitam finire, juxtà illud sancti Ioannis: *In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.* Ecquod fundamentum habuit Angelicus noster Præceptor ad persuadendum hanc doctrinam? Hoc videtur esse motivum ejus, quia, benè examinatis, & perpensis omnibus, neque major inveniri angustia, aut crudelius excogitari potest tormentum illo, quod quis sentit in vivendo, quando molestia pœnæ in vitâ, & refrigerium, seu solamen in morte consistit. Ex his principiis certissimam deduco consequentiam, videlicet, acerbiorem fuisse beatissimæ Virgini pœnam, vivere in diebus mortis, & sepulturæ Filii sui, quàm mori; cùm enim vehementissimo amore Christum diligeret, & ardentissimis votis ex hâc mortali vitâ migrare exoptaret, ut illi semper adesse posset, sola eam vita affligebat, & sola mors poterat ei esse refrigerio, & consolationi:

Virgilius 12. Æneidos.

Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores.

dixit quidam ad simile propositum. Conquerebatur Filius ejus dilectissimus in cruce se solum, & derelictum, quia quamvis aliqui eum comitarentur, pauciores tamen erant, quàm ipse desiderabat, & merebatur. Ita explicat Incognitus illud: *Et qui consolaretur, & non inveni. Loquitur secundùm communem modum loquendi, quo communiter dicitur, nullus hic adest, quia pauci sunt.* Conqueritur Dominus in tormentis, & doloribus suis, pendens in cruce, quòd non inveniat consolantem, aut compatientem sibi, quia ad sublevandum tantum dolorem, nimis pauci erant.

17. Salvâ reverentiâ licebit mihi ita loqui: ô Redemptor animæ meæ, quamvis adeo extulerim dolores sanctissimæ Matris tuæ, ut tuis non videantur inferiores, singulariter tamen ejus solitudo, & desolatio cæteros excedit cruciatus; tametsi enim Pater æternus te in cruce dereliquisse videatur, tua tamen Mater fidelissima comes, & socia semper tibi in tormentis adstitit. Sed quænam illi post mortem tuam remanet consolatio? Quodnam refrigerium absque te potest habere tanta solitudo? Ideoq; introducit S. Ephrem Syrus beatissimam Virginem querulosè loquentem Angelo Gabrieli: *Agè, causam tuere? ubi nunc illud Ave. Ave,* inquirunt sacri Interpretes, est verbum, *exhortantis ad gaudium, & lætitiam.* Ubi igitur sunt gaudia illa, quæ Propheticè annuntiasti mihi ex societate Domini obventura mihique de eisdem aggratulatus fuisti? *Quem tornon tudo fol, quanto aprazia?* Quis gaudia illa felle misceat, & amaricavit? Ecce me orbatam Filio meo, tamque solitariam, ut mihi potius congruat, *heu!* quàm *Ave.* Et si mihi obiceris, mulieres illas sanctas, & discipulum dilectum, comitatum mihi, & solatium præbere, semper tamen

D. Ephrem Syrus de planctu Virgin. Maldonatus in 1. c. Luca. Fran. Sà Egloga ad Manuel. de Portugal.

tamen lamentando conquerar, & dicam: *consolantem me quæsivi, & non inveni*, quia omnes illi tanto dolori mitigando non sufficiunt Querulosè quondam lamentabatur Elias, se ab omnibus desertum: *Derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam* Quia existimabat se solum in arenam descendisse, seu in circo substitisse, ad zelandum, & propugnandum Dei honorem, absque eô, quod aliquem consolantem se haberet: verùm respondit ei Dominus, adhuc superesse septem millia in ejus auxilium, & solatium, neque tantam esse ejus desolationem, quantam ipse sibi persuadebat: *Derelinqui septem millia, &c.* Hocque ideo fecit Deus, teste Docto Salmeron, ne justi animo caderent, cogitantes, se a Deo penitùs derelictos: *Neque permittant se decipi putando se solos, ut fecit Elias, qui dicebat, derelictus sum, &c.* Carpo hic, Deum derelinquere septem millia hominum in vitâ, ut unum justum consolentur, quanto plures erunt necessarii, ad consolandum Deiparam Virginem in suo planctu, & solitudine, cui jam vitam abstulerunt, quia auctorem vitæ occiderant? Haud dubiè tanto dolori leniendo non nisi plurimi sufficiunt. Hic, ô Christiani, nobis omnibus locus, & aditus patet, ad succurrendum, & consolandum beatam Virginem; ipsa enim dicit solatium suæ solitudinis, esse plurimorum compassionem. Non erit igitur Christianus, qui foris remanserit, & tam piæ, & tristi Parenti non condoluerit.

1. Reg. 19. v. 10.

Salmeron tract. de compass. & planct. D. Virg.

58. Et licèt negotium difficile, quædamque vana præsumptionis videatur audacia, posse nos Dominam, quæ totius consolationis Mater est, consolari, dolores ejus lenire, suspiria temperare, lacrymas moderari, ejusque intensissimas cogitationes, quæ tam luctuosæ solitudinis ipsi causa sunt, avocare, adeoque impossibile sit, ut beata Virgo, quæ spem omnem, & solatium suum in jam mortuo Filio suo collocarat, ullam sit admissura consolationem, uti rectè Philosophus dixit: *Natura mos est, ut nihil magu placent, quàm, quod amissum est*, pietas tamen, & devotio, quâ nos id præstare conati fuerimus, nos penitus excusabit. Quinimò & Filius ejus in vitâ suâ nobis licentiam, & facultatem dedit, ut, appropinquante tempore solitudinis Deiparæ Virginis, ei cum lacrymis, & planctu assistere, & succurrere possemus. Hoc sonant, juxta interpretationem sancti Augustini, verba illa Christi: *Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt, &c.* id est, tunc edent signa doloris & luctus, tali sponso condigna: *Proindè, quia jam Sponsus sublatus est, usque nobis filius Sponsi pulchri illius lugendum est, speciosus enim formâ præ filiis hominum, inter manus persequentium, non habuit speciem, neque decorem, & ablata est à terrâ vita ejus. Quis non hic lugeat? Quis non dicat, facta sunt mihi lacryma mea panes die, ac nocte?* Agnosco, inquit magnus Pater S. Augustinus, quod loquatur in hisce diebus de morte, & passione suâ, in quibus omnia doloris signa, quantumvis maxima, sunt minima, & limitata, & omnes lacrymæ sunt paucæ, licèt etiam copiosissimas profundamus, respectu amoris, quem Sponsus ille crudelissimè occisus meretur, cujus præsentiâ cum tanto cordis nostri dolore, & luctu caremus, & defraudati sumus.

Matth. 9 v. 15.

D. Aug. hom. 12. in 4. ser. cinerum apud Bibl hom.

His ita constitutis, cùm deficiat Angelus consolans Deiparam Virginem, quemadmodum confortavit Christum in agone suo, consolemur nos eam, & pro viribus eam confortemus. At, ut mihi videtur, accedere modo ad Virginem cum lacrymis, esset aquam ad mare deferre. Sed ecce remedium ad manum habemus, peramus ab eâ fletum, & lacrymas, eumque eas ab ipsâ impetraverimus, non est dubium, quin illas, ut sibi gratas, acceptatura sit: *Ad locum, unde exeunt, flumina revertentur.* Planctus, & dolores Filii tui, ô Virgo, ad te revertentur, quia à te exierunt; idem namque Spiritus sanctus dicit: *Ut iterum fluant*, refluent ad te, ut iterum nobis communicentur. Non redibunt ad Filium tuum, quia jam doloris, & lacrymarum incapax est, redeant igitur ad nos, reple vasa cordium nostrorum imbre lacrymarum, ut dignè tibi in solitudine tuâ assistere, & solatio esse possimus, quatenus tandem etiam in gaudiis gloriosæ Resurrectionis, & possessione gloriæ socii tui, & comites esse mereamur.

19.

Eccles. 1. v. 7.

Amen.

***

Senèca apud Turret. in paral. dissert. extraord.

TRACTATVS XII.

IN FESTO GAVDIORVM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

In die Resurrectionis Salvatoris nostri IESU Christi.

Stabat juxtà Crucem IESV, Mater ejus.
Ioannis 19.

PRo præsenti solemnitate Gaudiorum beatæ Virginis in Resurrectione gloriosâ Filii sui, elegit S. Mater Ecclesia Evangelium, quod primâ fronte nullam videtur cum illâ habere cohærentiam, aut connexionem, quia totum loquitur, & agit de Christo Domino Crucifixo, & de B. Virgine stante juxtà crucem: *Stabat juxtà crucem Iesu*, quò in statu fuit sacratissima Virgo coràm oculis mundi maximè in gloria, & in felicissima, ob tam multiplices, quibus undique opprimebatur, dolores, & ludibria; erat siquidem Mater Filii, qui tamquàm reus criminis læsæ majestatis inter latrones suspendebatur. Solemnitas autem præsens est gaudiorum & consolationum, quas ipsa in lætissimo nuntio gloriosæ Resurrectionis, & immortalis vitæ Filii sui copiosissimas recepit; fuit enim Resurrectio Filii maximum decus, & gloria Matris, jam ex doloribus, & mœrore revivisscentis. In discursu Concionis ostendamus concordiam, & conformitatem tituli Festivitatis cum Evangelio, quod S. Ecclesia Catholica assumpsit. Non est dubium, quin præcipua pars consolationum, & gaudiorum, quæ Resurrectio Christi attulit mûdo, cesserit in commodum, & lætitiam Deiparæ Virginis; si enim gloria debeat esse proportionata, & æqualis pœnæ, & dolori, manifestum est, quòd beatissima Virgo in hôc jucundissimo die, tantò majus participaverit gaudium, quanto major, & intensior fuit in passione Filii sui dolor, & tristitia. In hôc sensu explico verba illa Apostoli: *Sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis*; non enim vult solùm dicere, quòd, qui fuerunt socii dolorum, & pœnarum, etiam erunt æquales in gloriâ, & gaudiis Resurrectionis, sed (ita intelligo illud, *sicut*) quòd quanto major fuerit tristitia, tanto etiam uberior erit lætitia, & quantò plus participes fuerint passionis, & cruciatuum Christi, tantò magis gaudia, & gloriam Resurrectionis participabunt, quia ex majori compassione crucis majorem lætitiam promerebuntur.

2. Corint. 1. v. 7.

Ave Maria.

***

Stabat

Digitized by Google

Stabat juxtà Crucem, &c.

Consideratio I.

Solet Deus largiri suis alternativè latitias, & tristitias, dolores, & gaudia; ita ut majores tempestates sint vespera, seu vigilia optatissimæ tranquillitatis, & è contrà magna prosperitates sint prænuntiæ non minorum adversitatum.

1. D. Greg. Nazian. Orat. 43.

Est hoc argumentum. & discursus S. Gregorii Nazianzeni: *Nec, cùm mœrore afficiaris, secundarum rerum spem abjice, nec cùm prosperis rebus frueris, mœrorem*, quia quatuor partes habet annus, & multas vicissitudines patitur tempus, ex eò igitur addisce, quomodo te in gaudiis, & mœroribus gerere debeas: *Annus unius quatuor partes vehit, atque unicum temporis momentum multas rerum mutationes.* Attentâ mente, omnique studio conare, ut gaudia præsentia, timore, & curâ imminentium dolorum modereris & temperes, quia evitari nequeunt; & quando te mœrore obrutũ senseris, omni conatu latage, ut tristes angustias spe melioris fortunæ reprimas, quia habet Deus pro more, ut suis alternativè gaudia, & dolores, tristitias, & exultationes concedat, ita ut post procellosas tempestates succedant gratissimæ tranquillitates, & è contrà majores felicitates communiter sint præsagia non minorum adversitatum. Id autem, quod hacce alternatione intendit, est, ne adversitates, & infortunia illos submergant, nevè illi, sub doloribus gementes, animo despondeant, & vicissim, ne favor fortunæ, aut nimia prosperitas illos per vanam præsumptionem perdat, aut evanescere faciat. Ad hunc modum explicat Plinius Secundus antiquum illud, & celebre præceptum: *Nulli rei esse fidendum, nihil item esse desperandum. Quod potest esse documento* (ait Plinius) *nihil desperare, nulli rei fidere, cùm videamus tot varietatibus tam volubiliter hæc circumagi.*

Plinius lib. 4. epist. 24.

2. Doctissimè notavit Abulensis, Deum hâc alternatione usum fuisse cum amico suo Patriarchâ Abrahamo, & observat circumstantiam temporis, in quô tentavit eum Deus, præcepitque, ut sibi filium suum Isaac immolaret: *Quæ postquàm gesta sunt*, ait sacer Textus, *tentavit Deus Abraham.* Non legimus, inquit ille, quòd Deus mandaverit illi sacrificare filium suum, mox, aut statim ac ipsi præceperat, ut ejiceret è domo suâ Ismaelem, & Agar matrem ejus. Attamen si attentius sacrum Volumen pervolveritis, comperietis, quòd *fuit hoc factum post confirmationem pacis cum Abimelech*, id est, tentatio fuit facta immediatè post fœdus, & pacem initam cum Abimelech, super quâ Patriarcha plurimùm lætabatur, & exultabat. Et quid inde colligitur? inquit Abulensis: *Vult Deus ad profectum suorum, ut post prosperitates adveniant adversitates.* Est opus divinæ bonitatis non largiri omnia prospera simul, & junctim, sed hoc ordine res disponit, & talem in dispositione earum, regulam observat, ut laborem quies subsequatur, & magnis prosperitatibus æquales adversitates succedant. Et ut cognoscatur, quàm fundatè loquatur Abulensis, recurrite ad sacrum Textum, & revolvite antecedentia capitula, & reperietis, quòd Deus toto tempore præcedente eumdem servaverit ordinem. Videte angustiam sancti Senis, quâ ipse, & uxor ejus Sara in aulâ Regis Abimelech premebatur, perpendite pericula, quibus ambo ibidem fuerunt expositi, & injurias, quas fuerunt perpetti. Mox natus fuit ipsi filius Isaac, protinùs, ipso nato, rixæ, & discordiæ inter maritum, & uxorem enascuntur super filio ancillæ. Mandat illi Deus, ut eum domo suâ expellat, & ille omnem carnis, & sanguinis respectum postponens etiam naturæ vim inferens, illico promptissimâ voluntate obtemperavit. Hac expulsione nonnihil afflictus, & commotus erat, & paucis post diebus videmus eum Regi Abimelech confœderatum, opulentum, & prædivitem, quamobrem omnem suam tristitiam, & dolorem jam deponere, & oblivisci poterat, sed non fuit diuturna hæc lætitia, aut prosperitas, sed, absque ullâ morâ interpositâ, *Quæ postquàm gesta sunt*, sine ullo temporis intervallo: *Tentavit Deus Abraham.* Ac si diceret ei Deus: ô Abraham, perfectissimum tibi restat faciendum, nondùm medium iter peregisti: dixi enim tibi, ut ad summam tenderes perfectionem: *Ambula coràm me, & esto perfectus.* Vult Deus ei demonstrare viam ad perfectionis fastigium perveniẽdi: *Post prosperitates, adversitates, & vice versâ.*

Abulens. hic. Gen. 12. v. 1. Gen. 17. v. 1.

Non itur in hâc vitâ ad cœlum fruendo gaudiis permanentibus, aut continuâ prosperitate gaudendo, sed prospera adversis temperando, ita ut alternativè unum succedat alteri: sic enim prospera, cum timore, & anxietate, tamquam brevi peritura, possidentur, & adversa, sub spe doloris mox finiendi, tolerantur.

1. Loquens sacra Scriptura de filiabus, quas Iob habuit, postquàm Deus eum è purgatorio miseriarum suarum liberàsset, in quò omnes omninò pœnas, ærumnas, & afflictiones expertus est, & toleravit, & postquàm Deus eum pristinæ fortunæ, & prosperitati restituisset, dicit sacer Textus, quòd filiabus suis sequentia imposuerit nomina: *Vocavit nomen unius Diem, nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibii.* Nicetas Scholiator S. Gregori Nazianzeni dicit, quòd patientissimus Senex his tribus nominibus, quæ filiabus suis unposuit, ad vivum expresserit tres differentes status, in quibus vixit. Quod non casu fortuito, sed deditâ operâ, & non sinè magno mysterio fecit, cœlo ità disponente, ut hôc pacto heroicæ illius virtutes posteritati nostræ, tamquàm marmori, aut laminæ æreæ insculptæ, remanerent. Ast indagans Nicetas intentum servi Dei, dicit hoc fuisse, ut semper hôc modo tempora præterita recordaretur, & varios eventus, quos subierat, in nominibus filiarum suarum adumbratos, jugiter præsentes, & præ oculis haberet. Supponit hic Doctor significatum illorum nominum, sed non declarat illud. Quarè, ad majorem elucidationem hujus loci, operæ pretium erit, aliquam notitiam significationis singulorum nominum investigare. Commentator Iobi, & cum illo Episcopus Barbastrensis noster Lanuza, dicunt nomen primæ, scilicèt, *Dies*, nihil aliud significare, quàm, quod ipsum verbum, Dies, sonat, quò significato alluxit sanctus Iob, ad primum suæ prosperitatis statum, & felicitatem, quam aliquando deliciis affluens obtinuerat, & possederat, in quâ omnes ipsum veluti Principem, & Dominum venerabantur, serviebant, & adorabant; & quia florentissimus ille status fuit vespera alterius omninò contrarii status humilis, & abjecti, ideò jure merito vocat eam, diem, quæ cùm ex naturâ suâ sit clara, & jucunda, semper tamen ejus lux declinat, & vergit ad tenebras, & claritas ejus ad obscuritatem, uti bellè dixit Tertullianus: *Dies moritur in nocte, & tenebris undiquaque sepelitur.* Quid aliud nox est, inquit Tertullianus, quàm mors diei? Ecquid tenebræ, nisi sepultura lucis? quæ sepelitur in obscuritate, & durante nocte, omnes res obscuratæ quasi lugent, & lucis carentiam deplorantes, lamentantur, quæ tam citò præteriit. Quarè filiam illam vocare *Diem*, idem fuit, ac declarare glorias, & prosperitates suas adeò breves, ac transitorias, & felicitates suas tam fuisse momentaneas, quasi unius diei fuissent: *Quia ille status tantùm fuit quasi prosperitatis cujusdam diaria: secundus fuit, quando contritus flagellis, & infirmitatibus suavissimum odorem, & fragrantiam emisit, patientiæ singularissimum & heroicum præbens exemplar; quem propterea designavit in nomine secundæ filiæ, quam ideò Cassiam vocat: est enim Cassia frutex aromaticus, quam Poeta Latinus inter coronarias herbas recenset.* Appellavit igitur secundam filiam, *Cassiam*, quæ est frutex aromaticus suavissimi odoris, in significationem secundi sui status, in quò leprâ percussus, ulceribus plenus, & ab omnibus derelictus, fragrantissimum sui emisit odorem; & hoc est singularissimum heroicæ patientiæ illius exemplar. Nomen tandem tertiæ filiæ fuit, *Cornustibii*, vel, ut legit Nicetas juxtà versionem Græcam, Cornu Amalthææ, in quo vocabulo, juxtà opinionem ejus contineur illusio quædam ad fabulosam Antiquorum historiam, qui volentes delineare felicitatem humanam in gradu, & statu, in quo foret omnium bonorum compendium, & aggregatio, effingebant Nympham quamdam, cujus nomen erat *Amalthea*, vel, ut alii volunt, Capram, quæ lacte suo Iovem, enutrivit, qui propter beneficium educationis ab eâ receptum dedit ei vas solidum, symbolum constantiæ, in quò totum, quòd optare, aut excogitare poterat, habebat: *ex quo, quidquid optaret, abundantissimè proflueret.* Et si voluerimus nomen illud usurpare in rigore, quò illud vulgata nostra sumit, & legere, *Cornustibii*, quod componitur ex his duabus dictionibus, *cornu*, & *stibii*, significat propriè liquorem, seu confectionem illam, quâ mulieres facies, seu genas suas purpurissare, vel fucare solent, ac proindè idem sonat, ac vas solidum, & forte, quod omnia, ad perfectam pulchritudinem requisita, continet.

His omnibus in unum collectis, voluit sanctus Iob hôc nomine significare ultimum suum statum, in quò Deus eum posuerat, non solùm

Tertull. de Resurrect. carnis c. 12.

Iob. 42. v. 14.

Nicetas hic.

Pineda hic.

Lanuza tract. 1. de Cinerib. §. 2. §. 26. nu. 190.

Nicetas apud Lanuza ubi suprà.

Digitized by Google

solùm restituens ei omnia bona ablata, sed etiam duplicata adaugens, denuò convertens ei noctem tenebrosam adversitatum, in diem claram prosperitatum. Et hoc est, quod disertè dixit Tertullianus: *Et tamen rursùs cum suo cultu, cum dote, cum sole eodem, atque integra, & tota universo orbi revivisceit, interficiens mortem suam noctem rescindens sepulturam suam, tenebras*, hoc est, quando vos minùs speratis, conspicietis clarum diem, denuò illucescentem cum suo ornatu, & luce antiquâ, quæ enascens ex nocte, morte suâ, & reviviscens ex tenebris, sepulturâ suâ, eas dissipat, & remanet dies hæres sui; mortua enim fuit dies, ad revivisc endum, sepulta fuit ad resurgendum, & quandoque etiam cum majori perfectionis incremento; quia dies obiit in præteritâ nocte, & fuit sepulta in transactis tenebris, & minùs perfectè obumbrata, sed dies succedens clarior, pulchrior est, & magis elucens. Nunc igitur (resumendo hanc digressionem, quam fecimus, juxtà doctrinam Niceræ, relatam per nostrum Doctissimum Barbastrensem, & redeundo ad propositum, à quò digressi fuimus) depromo ego ex ponderatione ejus, ad confirmandum intentum nostrum, ideò nempè servum Dei tribus filiabus suis prædicta nomina imposuisse, ut durante vita suâ, semper præ oculis suis haberet expressissimam imaginem inconstantiæ omnium bonorum hujus vitæ, quæ simul etiam omnibus posteris foret monumentum, & memoriale, ut certò scirent, quòd Deus ea, etiam familiarissimis amicis suis, non nisi sub hâc pensione conferre soleat; vix enim eis claritas diei illuxerit, quando jam iterùm obscuritas noctis ingruit, vixdùm possident statum aliquem pacificum, & exoptatum, & illicò alium æquè molestum, laboriosum, & mille infortunis, seu miseriis subjectum experiuntur. Verùm cùm Dominus semper mala, & bona alternet, dùm videtur eos maximè desevisse, & in eos furoris sui sagittas exacuisse, inopinatò omnes illæ nubes dissipantur, obscuræ tenebræ brevi tempore dispelluntur, & revivisc it clara dies, & serena, mala in bona convertuntur, & miseriæ, seu infortunia in felicitatem perennem commutantur. Totum hoc sonant verba illa Commentatoris Nazianzeni: *Et in divitiis & in paupertate, & in restauratione rerum, illius fuit spectata virtus.*

Tertull. citat. ubi supra.

Nicetas.

5. Inter visiones, quas habuit Propheta Ezechiel, una fuit, quam in secundo sui vaticinii capitulo enarrat: *Vidi, & ecce manus missa ad me, in quâ erat involutus liber: & expandit illum coràm me, qui erat scriptus intùs, & foris: & scripta erant in eò lamentationes, carmen, & væ.* Scio quidem, sacros Interpretes varias huic loco assignare explicationes, sed maximè communis, & recepta est illa, quam S. Hieronymus excogitavit, quæ dicit, quòd. *Liber ille, quem Propheta devorat, series Scripturarum est, in quibus & panitens langitur, & justus canitur, & maledicitur desperans.* Liber ergò, qui ostensus fuit Ezechieli, & porrectus, ut eum manducaret: *Fili hominis, quodcumque inveneris, comede: comede volumen istud*, figurabat tria genera hominum, qui in populo Dei reperiuntur, & Ecclesiam componunt. Lacrymæ, seu lamentationes designabant pœnitentes, carmen verò, seu musica justos denotabat, væ autem desperatos adumbrabat. Bellè dictum, quia à tanto Doctore est excogitatum. Salvâ tamen ejus, & cæterorum Sanctorum veniâ, aliam addam ego interpretationem. Pro cujus elucidatione, primo, & adnoto, non dixisse Prophetam, quod Scriptura libri exordiatur à lacrymis, & continuet tristes gemitus, & denuò repetat lamentationes, & quòd postremo loco prosequàtur carmina, seu cantica, sed quòd potius carmina posuerit inter suspiria, & lamentationes, hoc est, *lamentationes, carmen, & væ.* Quasi diceret Deus vati suo Ezechieli: Prædica, & commenda populo meo æquanimitatem, quâ se præparare debet ad omnem eventum, & statum, in quò ipsum constituero, & ideo vide, & testimonium perhibe mysteriorum, quæ hoc in libro continentur, quia in illò conspicies *lamentationes, carmina, & væ*, hoc est, teste sancto Ambrosio, *Duo tristia, & unum delectabile*, alternationem scilicèt dolorum, & gaudiorum, tristitiæ, & lætitiæ, & singuli intelligant, quòd, quando se maximè afflictos, & depressos senserint, tunc lacrymæ, & consolationes subintrabunt, & è contrà, quando se maximè felices, & prosperos existimaverint, & majorem sibi quietem, & tranquillitatem spoponderint, tunc se vicinores doloribus, & immersos tribulationibus invenient; sic enim solet Deus agere cum servis suis, etiã fidelissimis, ut hâc via ad perfectionem perveniant.

Ezech. 2. v. 9. & 10.

D. Hieron. epist. 48. ad Sabinian.

Ezech. 3. v. 1.

6. Digna sunt ponderatione verba illa, quę Spõsus divinus amantissimæ suæ Sponsæ loquitur

Cant. 2. v. 11. 12. & 13. in Canticis: *Iam hiems transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit. Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Verba sanè intellectu difficilia, propter varietatem explicationum, quas eis sacri expositores affingunt. Ac si diceret Sponsus: Anima sancta, & justa, omnia adversa jam transierunt, & amœnissimum ver præ foribus est, & cuncta prospera, & læta appàrent. Ecquis modus iste loquendi? quodvè novum idiomatis genus, quòd jam hiems transierit, vernum tempus advenerit, quòdque vineæ putandæ sint, quia jam florere incipiunt? Qui hoc fieri potest? Tempus enim opportunum putationi est hiemale, seu hibernum, & non vernum, priùs siquidem vinea putatur, quàm floreścat. Quomodò igitur dicit Sponsus, quòd, quia floret, sit resecanda, & putanda? Diversas, ut dixi, indicant rationes Commentatores ad solvendum difficultatis nodum. S. Gregorius Nyssenus, Psellus, & Theodoretus existimant, *tempus putationis*, idem esse, ac *tempus incisionis, seu legendi flores.* In hôc sensu voluit dicere Sponsus, quòd jam advenerat tempus commodissimum legendi, seu abscindendi flores ad fasciculos, seu serta facienda. Non mihi displicet hæc sanctorum Patrum opinio, neque etiam sententiam Rabbinorum cum nostro soromajor reprobo, qui asserit in Originali Hebræo haberi verbum, *Zamir*, quod est æqui vocum, & significat duo, videlicet, putare, & cantare: *Significat enim putationem, & idem cantillationem.* Itaque, hoc supposito, *de avium cantillatione, potiùs accipiunt, quàm de vinearum putatione.* Non aberrabit à litterali sensu hujus loci, qui sequens Hebræorum expositionem, per tempus putationis tempus lætitiæ, & musicæ intellexerit. Quasi diceret Sponsus divinus Sponsæ suæ dilectissimæ, quòd non sola fragrantia, & suavitas florum, sed etiam dulcedo, & molestia avium de ramo in ramum, & de flore ad florem saltantium, quæ æmulâ quâdam contentione collaudantes Creatorem suum, & mundum exhilarantes, cum dulcedine vocis suæ, ad egrediendum provocabant, & ad recreandum se invitabant. Devotæ sunt hæ expositiones, & aliæ, quas brevitatis ergò prætereo. Meâ quidem sententiâ debent hæc verba Sponsi, juxtà rigorem Vulgatæ nostræ intelligi, secundùm quod littera sonat. Quare dico, verba illa Sponsi, hiems transiit, vernum tempus advenit, & vineæ, florescunt, idem sonare, ac si diceret: Non decipiaris, ô Sponsa mea, quamvis lætissimum, & jucundissimum ver apparuerit, quia inopinatò, quando minùs cogitaveris, *tempus putationis advenit*, id est, tam parùm debes fidere refrigerationi arborum auram subfrigidantium, fragrantiæ florum, vel abundantiæ frugum, quam vineæ florentes spondent, ac pollicentur, quasi jam oculis tuis cerneres, & manibus palpares tempus putationis, id est, quasi jam hodie tempus hibernum advenisset; quia certum est, quod jam appropinquet, & præ foribus stet, &, quando minùs cogitaveris, aderit tibi, *advenit.* Lætare tempore æstivo, placet mihi; sed taliter tamen, ut per momenta hiemem exspectes, & scias, quòd unâ hieme transacta, altera succedet, maximâ celeritate appropinquans, & quòd jucundæ dies æstatis, sint vesperæ, & vigiliæ tristissimæ hiemis? finis enim unius, est principium alterius.

D. Greg. Nyssen. Orat. 9. in Cant. Psellus. Theodoretus. Rabbi. Setomajor hic.

Refert glorioſus Pater S Augustinus, quòd inter Deas, & Deos, quos Romani adorabant, principem locum obtinebant Volupia, & Angeronia: *De Voluptate, Volupia, de Luctu, Angeronia*, & has Deas singulari adorationis cultu venerabantur, illa deliciis, & voluptatibus præsidebat, hæc verò mœrori, & tristitiæ. Volupia erat auctrix gaudiorum, & patrona prosperitatum: Angeronia autem tristitias, & dolores distribuebat. Dicit itaque Pierius Valerianus, quòd *in medio sacelli, seu templi constituebant simulacrum Angeroniæ.* Erant templa harum Dearum hôc ordine, & formâ fabricata, ut templum Angeroniæ in medio templi Volupiæ collocaretur, quô significaretur, quod in maximo fervore, & affluentiâ gaudiorum, & prosperitatum, sint timenda infortunia majorum dolorum, & angustiarum, quæ jam præ foribus adstant, & quòd in maximis angustiis, & afflictionibus sint speranda non minora solatia, & consolationes, quia pari passu solent currere, & commiscerì gaudia, & dolores, adversitates, & prosperitates: & hoc individua societas, quâ hæ duæ Deæ inter sese jungebantur, denotabat.

7.

D. Aug. de Civit. Dei c. 11.

Pierius Valerianus lib. 55. circà medium.

Semper reputavi mysterio plenam selectionem Evangeliorum, quam Ecclesia fecit in singulis Dominicis Quadragesimæ, & ordinem, quem in iis distribuendis observavit. Si enim rectè adverteritis, comperietis, quod per totum discursum Dominicarum Quadragesimæ alter-

alternationem quamdam ſervet, inter gloriam, & proſperitates, nec non tribulationes, & adverſitates. In primâ Dominicâ exhibet nobis Chriſtum Servatorem orantem, jejunantem, pœnitentiam pro peccatis noſtris agentem, & aperto marte cum dæmone, humani generis hoſte, manus conferentem, & dimicantem: porrò ut videamus, quòd ad victoriam, quam tunc ab hoſte reportavit, fuerit gloria ſubſecuta, tamquàm dignum pugnantis præmium, mox in ſecundâ Dominicâ repræſentat nobis Salvatorem transfiguratum, inter ſplendores gloriæ coruſcantem, formoſum, & omnibus glorioſi corporis dotibus exornatum. Verùm illicò in Dominicâ tertiâ videmus eum injuriis laceſſitum, contumeliis, & opprobriis impetitum, quibuſdam eum præſtigiatorem, & maleficum indigitantibus, & aliis eum dæmoniacum appellantibus, &, ut compendiò dicam, quiſque eum juxtà proprium cerebrum ſugillabat, & unanimi voto omnes facta, & operacjus juxtà judicium humanum miraculoſa, tamquam non virtute Dei, ſed arte dæmonis, ſeu ex pacto cum illo inito perpetrata calumniabantur. At in quartâ Dominica ſequenti habemus eum miraculorum gloriâ conſpicuum, quinque panibus hordeaceis, & duobus piſciculis quinque millia hominum, imo & plures opiparè paſcentem, & hoc quidem in penetralibus deſerti, ubi nulla ſuppetebant victus neceſſaria, & à turbâ Regem acclamatum, adeo ut fugerit, ne ſe Regem facerent; ſed non fuit diuturna hæc gloria, quia protinus in Dominicâ quinta eum denuo vituperárunt, convitiis affecerunt, nominantes eum Samaritanum, & dæmoni familiarem, & tamquàm ſuperſtitioſum, & malefactorem lapidare volentes. Verum quidem eſt, has ignominias, & opprobria non diuturno tempore perdurâſſe; quia in Dominicâ ſextâ, quæ eſt palmarum, eum regem ſuum publicis votis appellarunt, & ei fauſta apprecantes, duxerunt eum per compita, & plateas Ieruſalem, ſolemni cum pompâ, quibuſdam ſternentibus veſtimenta ſua in locis, quæ pertranſiturus erat, aliis autem ramis palmarum ſortes ſuas exornantibus; hi enim rami ex arboribus exciſi, erant tapeta & periſtromata, & arcus triumphales, quibus Rex gloriæ à mundo fuit exceptus. Et quia ultima Dominica eſt Reſurrectionis, ne una ſuccederet alteri, neve iſta alternatio deficeret in eâdem Dominicâ palmarum, poſt cantatum Evangelium, quod hanc ſolemnem proceſſionem, & pompam triumphalem commemorat, paullò poſt triſtiſſima inchoatur paſſio, in qua vociferationes, & clamores, & rugitus populi Hebræi audiuntur: *Tolle, tolle, crucifige eum*, quibus avidè eum ad mortem, & crucem poſtulabant, cui verè debita erat de rigore juſtitiæ reſurrectio, & gloria corporis impaſſibilis, & immortalis.

Matth. 4. Luca 11. Ioann. 6. Matth. 21. Ioan. 19. v. 15.

Magnum reverà ſolatium, quòd ſervi Dei plurimùm animari debent in hâc ærumnoſa vitâ; ideoque, quando gaudia ipſorum in hôc mundo fuerint immixta doloribus, & triſtitiis, non mirentur, neque deſpondeant animo, quia ipſemet Deus, quatenùs homo, ea ſub hôc onere, & penſione poſſedit, neque velint membra eſſe melioris conditionis, quàm caput; & quia Dominus non exemit ſemetipſum ab hâc alternativâ ſucceſsione, non eſt mirum, quòd eumdem ſtylum in miniſtris ſuis obſervaverit. Neque hoc novum eſt, quia inviolabiliter hunc ordinem in omnibus tenuit, quemadmodum S. Ioannes Chryſoſtomus hiſce verbis teſtatur: *Eum verò miſericors Deus mœſtis rebus quædam etiam jucunda permiſcuit, quod certè in Sanctis omnibus fecit, neque tribulationes, neque jucunditates ſinit habere continuas, ſed tum de adverſis, tum de proſperis, juſtorum vitam, quaſi admirabili varietate, contexuit.* Semper Deus hanc viciſſitudinem rerum ſervavit, ut continuò triſtia lætis, & læta triſtibus immiſcuerit. Et ad hoc propoſitum allegorizat S. Doctor tunicam illam verſicolorem, quam Patriarcha Iacob amantiſſimo filio ſuo Ioſeph pro ſingulari munere, tamquàm ſpecialis dilectionis teſſeram, dedit; *fecit ei tunicam polymitam.* Quemadmodùm Iacob dedit filio ſuo Ioſeph tunicam talarem variegatam colere, ita Deus non immittit ſanctis ſuis continuas tribulationes, aut perpetua gaudia, etiam familiariſſimis ſuis amicis, ſed veſtit, & ornat eos varietate quâdam eventuum, nunc tribulationes nunc gaudia eis præbet; nunc mala, nunc bona alternativè eis largitur, & hôc ordine vitam eorum diſponens, commenſurat gaudia afflictionibus, & proſpera adverſis, & hac mirabili varietate eos exornat & extollit: *Polymitam, id eſt, multorum colorum veſtem dedit Iacob dilecto filio ſuo; ſic Chriſtus dilectis ſuis veſtes dat polymitas, id eſt, varii coloris, latis triſtia permiſcet, &c.*

D. Chryſ. in Sanctis omnibus ſerm. 8. in Matth. Genes. 37 v. 3.

Conformiter ad hæc interpretatur moraliter S. Gregorius, relatus à Doctiſſimo noſtro Ha-

10.

Genes. 1. v. 5. mero, verba illa Geneseos: *Et factum est vespere, & manè dies unus*. Vbi optimè, & ad rem appositissimè D. Gregorius: *Non inelegantèr ex ipsa Scriptura verbis. Vespere, & mane dies unus, adagium sculpsit, ut vesperè, & manè referat ad infelicia, atque prospera mortalis hujus vita. Hæc enim duo invicèm connexa, & sibi perpetuò cohærentia sunt, ut læta tristibus infelicibus prospera succedere soleant, & felicium, atque infelicium semper mixtura quædam sit.* Dies illa, inquit S. Gregorius, est vita nostra, quæ constat ex vesperè & manè, id est, ex tristibus, & lætis, ita disponente divinâ providentiâ res humanas, ut numquam vesperè correspondeat manè, quia nec tristia permanent, nec læta perseverant, sed cum hâc varietate ordinat vitam nostram, ut semper tristia lætis, & adversa prosperis sint intertexta, eò quòd judicet hanc alternativam successionem nobis esse congruentissimam, &, ad salutem æternam assequendam, maximè necessariam. Et hanc rerum seriem semper Deus cũ fidelissimis servis, & amicis suis observavit.

D. Gregorius apud Hamerũ in Genes.

II. Probè noverat hanc veritatem regius Vates, & est singularissima, & aptissima ad rem præsentem explicatio cujusdam docti Moderni ad illa verba Psalmi: *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi*. Vel, uti legit S. Hieronymus, *Vnum locutus est Deus, duo hæc audivi* id est, unam rem dixit Deus, & ego duas audivi Quid ita Propheta sancte? An fortassè echo aliqua ad tuas aures pervênit, & ideò duo audisti? Vel forsitan fuisti adeò infidelis in referendo audita; sicut Hebræi, qui numquàm fideliter referunt audita, sed semper aliqua ex propriis affingunt? Nequaquàm hercle. Ipsemet respondet, & quæstionem enôdat: *Quia potestas tibi est, & tibi, Domine, misericordia*. Ac si diceret, inquit Modernus ille: *Nec irasci norit, quin misericordiæ recordetur, supplicia nimirùm temperans, atque illa misericordiam, & consolationem benignè admiscens*. Dico ergò, me duo audivisse, Deo solum unum loquente, quia taliter solet Deus se potẽtem exhibere, ut pòst supplicium, benignitate utatur, & post beneficium, supplicium sequatur. Ac proindè idem est, immittere servo suo afflictiones, & angustias, ac obligare se ad commutandum eas in gaudia, & consolationes, idem est largiri ipsi gaudia, & prosperitates, ac significare, illas brevi in ærumnas, & dolores convertendas. Semper unum illius verbum æquivalet duobus, quocirca David, licet ei Deus unum dixerit, duo audivit: *Vnum locutus est Deus, duo hæc audivi*. Hâc cum varietate, & vicissitudine Deus vitam servorum suorum ordinat, & componit: *Nec irasci norit, quin misericordiæ recordetur, supplicia nimirùm temperans, atque illa misericordiam, & consolationem benignè admiscèns* Et tam exactè servavit Deus hunc ordinem in regimine suo, ut etiam sanctissimam Matrem suam noluerit ab eò esse exemptam, neque ei ullam hujus legis dispensationem concesserit, ita ut nunquàm eam adeò gaudiis cumulaverit, quin sæpe dolores, & afflictiones admiscuerit, quemadmodùm ex variis sacræ Scripturę testimonis liquidò constat. Et si in præmium dolorum, quos beata Virgo stans juxtà crucem Filii pertulit, fruitur gaudiis, & jubilo lætissimæ Resurrectionis ejus, jam illis ad miscebantur lamentationes, quibus, in admirabili Ascensione ad cœlos, ejus absentiã erat deploratura. Et hocce est mysterium combinationis Evangelii sancti Ioannis, quod recenset assistentiam Virginis juxtà crucem Filii sui, cum festo gaudiorum ejus in gloriosâ Resurrectione Salvatoris: *Stabat juxtà crucem*.

Psal. 61 v. 12.

Velasquez in c. 2 ad Philipp. adnotat. 2.

Stabat juxtà Crucem, &c.
CONSIDERATIO II.

Solet Deus maxima bona, & gaudia, qua tollit, & aufert, majoribus, & cumulatioribus beneficiis compensare, & quandò videtur magis terrefacere, & horrorem incutere, tunc excellentioris amoris præbet indicia, & pronior est ad magis benefaciendum.

PRudentissimè locutus est, qui dixit, terrores esse maximi amoris signa, ad minùs loquendo de amore divino. Propositio est plusquàm certa, quia Deus numquàm est proximior ad beneficia nobis conferendum, quàm quandò horrendior, & severior apparet. Et hæc unica est ratio, ob quam numquàm voluerit permittere, aut consentire, ut servi, & amici sui tristia paterentur, quin ea cumulatissimis gaudiis compensaret. Audite ex ore regii Vatis hanc veritatem, qui experientia edoctus, afflictiones, & tribulationes pro Deo toleratas, optimè, & copiosissimè compensatas attestatur. Quamvis ipse esset Rex, Propheta, & Maximus, in ictu oculi ad minimam aversionem vultùs 1.

vultus Dei, se perditum agnovit. *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Noluit deinceps hilaris lætari, sed statutas sibi horas ad lacrymandum præscripsit, & totus in hôc lugendi exercitio occupabatur. Et quid inde? Ipsemet fatetur: *Convertisti planctum meum in gaudium mihi*, id est, pro luctu, & lamentis meis gaudium mihi, & lætitiam reddidisti. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitiâ*, hoc est, pro sacco, & cilicio, quò me cooperiebam, jubilo me, & jucunditate vestivisti. Incognitus exponit hæc gaudia, & lætitiam de immensitate gaudii, jubili, & lætitiæ, quâ hodiè in Resurrectione gloriosâ Filii sui beatissima Virgo, & sancta ejus societas fuit recreata, aitque, verba illa esse dicta à Filio, Patri suo æterno. dum videret saccum humanitatis suæ, id est, mortuum suum corpus, jam resuscitatum, glorioſum, & immortale: *Et hoc est, quod dicit: Convertisti planctum meum, scilicet, Apostolorum meorum in gaudium mihi, scilicet, de me. Et causam talis conversionis ostendit fuisse Resurrectionem, dicens: Conscidisti saccum meum. Ubi nota, quòd per saccum intelligitur caro nostra.* Quasi diceret, Pater æterne, immensas tibi gratias ago pro tam munificâ compensatione, quâ dolores, & angustias Matris, & discipulorũ meorum in morte, & passione meâ toleratas, tantâ lætitiæ, & gaudiorum abundantiâ in die Resurrectionis meæ remuneraſti, in quò manifestè ostendis, quòd, etsi servos tuos quandoque privas, & exspolias bonis, & deliciis, quas possident, hoc facias, ut majori cumulo, & augmento eis reddas, & multiplices consolationes, & gaudia duplicando: hoc est, *Convertisti gaudium meum mihi, &.*

Psal. 29. v. 8.

Incognitus hic.

2. Ponderat ad rem præsentem doctissimus noster Oleaster, quod Deus mãdet Abrahamo, ut offerat Filium suum unigenitum, qui erat unicus amor, & deliciæ ejus, hoc enim sonat Isaac, id est, *risus*. Quod primo intuitu maxima vobis videbitur esse impietas, & immanitas, at verò animadvertite intentum Dei in eô, quod non consentiat in realem, & veram ejus occisionem: *Non extendas manum*, & quod super hæc omnia ei promittat, & conferat plurima bona: *Exposuit unicum*, inquit Oleaster, *& eum non amisit, sed pro eô habuit, sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris.* Ac si diceret: Qui non intimè noverit indolem divini amoris, carpet hic magnam quamdam austeritatem, imò & impiam crudelitatem, verùm cui eadem probè est cognita, illicò agnoscet, quem exitum res sit habitura, & fatebitur, austeritates illas esse maxima amoris indicia, & signa evidentia grandium beneficiorum, quibus Deus Abrahamum largissimè erat cumulaturus, & loco bonorum, quibus eum orbaverat, duplicata gaudia, & prosperitates redditurus, quemadmodùm re ipsâ contigit; postulans enim ab eô filium unicum offerendum, eum denuò restituit, & Abrahamum patrem, & progenitorem filii sui effecit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Vti notavit S. Iernæus: *Abraham prono animo unigenitum, & dilectum filium suum cœcessit sacrificium Deo, ut & Deus beneplacitum haberet pro universo semine ejus dilectum, & unigenitum filium suum, præstare sacrificium in nostram redemptionem.* Itaque pro unico filio, quem Deus ab Abrahamo tollere simulabat, eumdem reddidit, & Filium propriũ in Redemptorem mundi donavit.

Genes. 22. v. 12.

Oleaster hîc.

ibid v. 18. Iren. lib 4 ad. v. hær. Hæres. cap. 13

3. Si pervolventis sacram Historiam, comperietis, Rachelem, filium, quem peperit, & in cujus puerperio vitam amisit, appellasse *Benoni*, quod, juxtà interpretationem Vatabli, idem est, ac *Filius perditionis*, hoc est, filius ruinæ, & perditionis meæ, in cujus partu vitam perdidi, quem & vocavit Iacob, *Benjamin*, *id est, Filius dexteræ, sive fortitudinis.* Quod examinans S. Ioannes Chrysostomus, hisce verbis effatur: *Mœrorem, quem ex morte Rachelis conceperat, mitigavit natus puer.* In quô Iacob, uti Sanctus, voluit nobis ostendere stylum divinæ bonitatis, quæ, quando nos privat aliquo bono, seu commodo, confestim supplet incommodum, & tribuit aliquit, quo omnes jacturæ, quantumvis maximæ, mitigare, & leniri possint, & quanto majoris æstimatur tranquillitas, transactâ tempestate, & quies, peracto labore, & sanitas, post infirmitatem, sicut eleganter dixit S. Hieronymus: *Gratior quippè est sanitas, ægrotatione depulsâ, & doloris magnitudo in magnitudinem vertitur gaudiorum*, tantò gaudia præsentia majora appãrent, quantò etiam majores fuerunt dolores, seu tribulationes præteritæ, seu antèa toleratæ.

Genes. 35. v. 18.

D Chrysostomus.

D. Hieronymus.

4. Perlegens attentiùs Librum Iob, curiosiùs adnotavi unum, quod SS. Patres, seu Interpretes silentio præterierunt, eò quòd mihi omni ponderatione dignum videatur Septem filios, & tres filias habebat patientissimus Iob, antequàm Dæmon illius prosperitati insidiens, aperto eum marte, & palàm aggrederetur:

Iob. 1. v. 2. tur: *Natiq; sunt ei septem filii, & tres filiæ*, inquit sacer Chronicus. Destruxit Saran domum ejus, prolesque occidit, & licèt Sanctus esset patientissimus, tam triste nunrium intima cordis ejus adeò penetravit, ut in has gravissimi sensûs, & doloris demonstrationes prorumpent:

Ibid. v. 20. *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & totso capite corruit in terram.* Ecce, quæ doloris signa manifestet. Fuit hoc profectò maximum angustiæ discrimen, in quò ejus constantia labefactari poterat. Ulteriùs fuit negotium protractum, & mille aliæ afflictiones additæ afflicto, ita ut ad extremam miseriarum abyssum devenerit, veluti ex sacro Textu apertissimum constat. Tandem, sedatâ tempestate & cœlo jam sereno, cœpit Deus misereri ejus & innocentiam servi sui benignè ad consolationem respicere & inter cætera, quæ ei restituta fuerunt, septem filii numerantur: *Fuerunt q; ei septem filii, & tres filiæ* & in ultimo capitulo enarratur, quòd *addidit Dominus omnia quæ fuerant Iob, duplicia.* Qui hoc verificari potest? hoc est, quod ego singulariter cõsideratione meâ premo. Nonnè antèà septem filios, & tres filias habebat? Quomodò igitur sacra Scriptura testatur, omnia ipsi duplicia fuisse reddita, si postèà totidem solùm numero filios, & filias receperit?

Iob. 42. v. 10.

§. Ad respondendum propositæ difficultati, necessariò recurrendum est ad illud dictum Euripidis in suâ Medeâ, ubi ad rem appositè loquitur: *Geminatur, cùm succedit adversitati, prosperitas.* Qui perpessus est malum aliquod, quod hactenùs non fuerat expertus, propter privationem boni amissi, dum denuò illud recuperat, duplicatam reputat fruitionem; Job itaque nondum noverat, quomodò saperet mors filiorum, neque hactenus expertus fuerat amaritudinem orbitatis illorum, ideoque decem proles, non nisi decem reputabat; postquàm verò hunc amaritudinis calicem biberat, fueratque edoctus, quanto dolore constaret amissio, & carentia filiorum pro aliquo tẽpore, eædem decem proles, quasi viginti fuissent, ipsum duplò lætificaverunt, & gloriam ei duplicatam addiderunt, quia dum bonum succedit malo, est duplicatum: *Geminatur, cùm succedit adversitati, prosperitas.* Et ratio hujus est manifesta, quia malum præteritum convertitur in bonum, & hoc junctum alteri, quod de facto possidetur, duo simul efficiunt: *Geminatur.* Idcircò vere dicit sacer Textus: *Addidit Dominus omnia, quæ fuerant Iob, duplicia*, loquendo etiam de septem solummodo filiis, & tribus filiabus, quas recuperavit. Sed videtur hæc doctrina pati instantiam. Nonnè etiam cætera bona amissa tanquam perdita, reputaverat? Nonnè Sabæi abstulerant omnia pecora ejus? Nonnè ignis de cœlo descenderat, & tactas ejus oves consumpserat? Nonnè Chaldæi omnes ejus camelos rapuerant? Idem facer Textus, qui narrat, quod *ventus vehemens irruens a regione deserti concussit quatuor angulos domûs, quæ corruens oppressit liberos suos, & mortui sunt*, testatur etiam nobis, quòd *irruerunt Sabæi, & tulerunt boves, & asinas*, & quòd, *Chaldæi invasserunt camelos, & tulerunt eos*, id est, omnia simul jumenta, pecora, oves, & pastores abstulit dæmon una cum filiis. Quarè igitur, sicut Deus reliqua duplicata reddidit, etiam non duplicavit ei filios? Dedit ei quatuordecim millia ovium pro septem millibus, quas perdiderat; *Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium*, & pro tribus millibus camelorum recepit sex millia: *& sex millia camelorũ*, & pro quingentis jugis boum, mille recuperavit: *& mille juga boum.* Soli filii non fuerunt ei duplicati, septem habuerat cum tribus filiabus, & solummodò totidem reddidit ei Dominus. Ecquæ causa potuit esse, ob quam cætera Deus duplicata restituerit, & non duplicatos filios? Votum hoc confirmat conceptus meum. Ratio igitur est, quia in amissione, & jacturâ cæterorum bonorum nullam persensit Job commotionem propter carentiam eorũ, non eam exprimit sacrum eloquium, aliquod singulare doloris indicium, quod in amissione eorum ostendisset; verùm, auditâ morte filiorum, tunc specialiter dicitur amaricatus fuisse, & maximi mœroris signa demonstrâsse perhibetur. Hoc denotant verba illa: *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua*, juxtà ponderationem S. Basilii Magni: *tustus quasi sepulcrum consistebat, ac vim tempestatis excipiens, fluctuum violentam incursionem redigebat in spumam, nihilq; eorum, quæ contigerunt, dignum lacrymis existimavit.* Justus, constans, & firmus, ut rupes immobilis, procellosas undas maris in spumam redigebat, omniaque sereno, & placido vultu excipiebat: *Postquam vero nuntius venit, qui diceret in convivantes filios, & filias violento flatu convivii domicilium corruisse, tunc, communi sensu natura patefacto, vestem conscidit, ut ea repropensio, voluntatis suæ ergà*

Iob 1. v. 19.

D. Basil. citat. in catena Græca.

Digitized by Google

ergà liberos significationem daret, id est, auditâ morte filiorum nequivit se continere, quin amoris signa ederet, tunc prostravit, & devicit eum dolor, scidit vestimenta sua, rasit barbam suam, &c. & hisce indiciis expressit dolorem suum, quem ob tam tragicum eventum internè patiebatur. Idem affert ejus Commentator, additque, communem esse declarationem Græcorum Patrum super hæc verba: *Tunc surrexit Iob, &c. Græci ad nuntium extremum hæc referunt, videlicèt, cùm, exceptis aliis nuntiis, Iob immotus perstitisset, sed tamen, cognita morte filiorum, justè pro humanitatis, & patriæ debito commotus surrexit*, ita ut solam filiorum mortem, veram reputaverit adversitatem; & hæc fuit calamitas, quæ maximè eum afflixit. Hæc igitur fuit ratio, cur Deus ei omnia reddiderit duplicia, non tamen duplicatos filios, quia jactura gregis pecorum, & divitiarum, cùm numquàm eam afflictionem reputaverit, non poterat duplicare prosperatem, idcircò necessariò fuit, ut quantitas illorum verè, & realiter duplicaretur. Quæ ratio in filiis non habebat locum, quia, cùm orbitas illorum fuerit principium doloris, & causa totalis calamitatis ejus, sufficit, quòd Deus reddat eosdem numero, & totidem restituat, quot abstulit, eritque illis contentus, & reputabit eos, veluti cætera bona, duplicatos. Et hoc est, quod Euripides dixit: *Geminatur, cùm adversitati succedit, prosperitas.* Manifestum est & luce meridianâ clarius, quòd, quando quis denuò fruitur bono amisso, idipsum duplicatum æstimet, & hôc in sensu debet intelligi sacer Textus, dicens: *Addidit Dominus omnia, quæ fuerant Iob, duplicia.* Videte, quomodò Deus compenser tribulationes, & calamitates præteritas, consolationibus, & gaudiis præsentibus, & quòd, quandò jam videbatur lanceam vibrâsse contrà eum, tunc proximior erat ei, & pronior ad benefaciendũ. Tam exactus est Deus ad leniendum dolores suorum, & mitigandum mœrores eorum, qui propter eum contristantur, aut patiuntur.

Pineda in cap. 1. Iob. v. 20.

6. Ponderat Rupertus Abbas honoris prærogativas, quibus Rex Pharao munificentissimè condecoravit adolescentem Joseph, constituens eum Principem, seu Gubernatorem totius Ægypti, & notat fuisse quatuor magis principales: *Dixitq; rursus Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitq; anulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivitq; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitq; eum ascendere super currum suum, secundum, clamante præcone, ut omnes coràm eò genu flectèrent, & Præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti.* Prima honoris dignitas fuit, quod Pharao proprium annulum suum dederit Josepho gestandum. Secunda, quòd eum vestiverit indumentis regiis. Tertia, quòd mandaverit ei ascendere rhedam, seu currum, & per plateas, & vicos civitatis circumduci. Quarta, quòd, præeunte præcone, jusserit cunctis, ut eum, tamquàm præpositum regni, & primum à Rege venerarentur, vel, ut legit insignis noster Oleaster, cum omnes collaudarent, quia, ubi Vulgata nostra habet, *genuflecterent*, legit ipse juxtà Hebræum, *benedicerent.* Existimabit, aliquis, inquit B. Rupertus, modum agendi Pharaonis summâ laude dignum, eò quod sit manifestum justitiæ illius argumentum, & certa bonitatis ejus comprobatio. Porrò non ipse erat, qui tali honore Josephum cohonestabat, sed Deus, qui eò, tamquàm instrumento, ad honorandum Josephum, utebatur neque mysterio caret modus, quò eum tot honoribus affecit: *Pro compedibus, in quibus humiliaverunt pedes ejus, torquem auream suscèpit: pro pallio, quò in manus adultera relicto, nudus effugit, stola byssina, Deo judice, indutus est: pro servili nomine, regium gestat annulum, & pro carcere, humilitate, super altum sedet imperii currum.* Plurima Josephi perpessus fuerat adversa pro Deo, & amore virtutis, & castitatis, devinctusque manebat Deus, ad compensandum ei obsequia præstita majoribus beneficiis, & muneribus, idque opere complevit Deus, præmians omnes ejus labores sibi exhibitos, *pro compedibus, in quibus humiliaverunt pedes ejus, &c.* Majores fuerunt honores, quibus Deus Josephum extulit, & magnificavit, quàm ignominiæ, & opprobria, quæ anteà subierat, majoresque nunc gaudendi occasiones, quàm anteà dolendi in maximis adversitatibus. Felices igitur adversitates, quæ propter Deum toleràntur, quia tantæ felicitatis, & prosperitatis præmuntiæ.

Genes. 41. v. 41 & 42.

Oleaster hic.

Rupertus lib. 18. in Genes. c. 40.

7. Maximis encomiis extollit Theodoretus has divini amoris excellentias. Populo Hebræorum terram Promissionis ingredienti, inter cæteras leges cæremoniales hanc præscripsit observandam: *Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus ejus: septimo autem anno Sabbatum*

Leviticũ 25. v. 3.

erit terra, requietionis Domini, agrum non seres & vineam non putabis. Quæ sponte gignet humus, non metes, & uvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam, annus enim requietionis terræ est, id est, non coletis agros vestros, neque colligetis fructus, quos terra beneficio, & industria agricolæ produxerit, sed relinquetis eos pauperibus in cibum, & brutis animantibus in pabulum, & hoc facietis in memoriam quietis, quâ Deus pòst sex dies creationis mundi vacavit ab omni opere: *Et requievit Deus die septimo ab universo opere, quod patrârat* Hanc legem, ait Theodoretus, violârunt Hebræi à tempore Regni Saulis usque ad tempus captivitatis Chaldaicæ, videlicet per quadringentos nonaginta annos: & est verisimile, quòd ex tunc cœperint illam transgredi ex occasione tributorum, & exactionum, quas eis Samuel prædicebat, quandò illi tam protervâ importunitate Regem sibi dari postulabant; neque mirum est, quòd gens adeo cupida, & avara durum reputet, singulis septenniis tantum commodum, & lucrum intermittere, seu perdere. Et consequenter addit hic Doctor, quòd in septuaginta annis, quibus duravit hæc Babylonica servitus, fuerit habitus respectus ad laborem, quem subiverat terra, eò quòd illam defraudaverant quiete suâ, quæ juxtà computum Theodoreti fuit deceptio, & defraudatio septuaginta annorum, qui sunt septima pars quadringentorum nonaginta annorum, quòd & habet fundamentum in facto Eloquio, uti in libro Paralipomenon refertur: *Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit Regi, & filiis ejus, donec imperaret Rex Persarum, & compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usquè dum complerentur septuaginta anni* Ubi liquidò constat, dilatam fuisse liberationem servitutis, ad vindicandam injuriam agris illatam, illosque absque agricolis remansisse incultos, sicuti denotat verbum illud, *donec*, quod æqualiter comprehendit hanc terræ recompensationem, & adventum Cyri Regis Persarum, sine quò Hebræi captivi numquàm fuissent liberati. Ex quibus facilius intelligetis verba illa, quæ Dominus mox in Levitico subjunxit, idem manifestè exprimentia: *Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fuerit in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quòd non requie-*

Genes. 2. v. 2.

Theodoretus q. 37. in Levit.

2. Paralip. 36. v. 20.

Levit. 26 v. 34.

verit in sabbatis vestris, quando habitabatis in eis. Idipsum repetit duobus versiculis sequentibus. Manifestum vaticinium avaritiæ, & cupiditatis, quâ Israelitæ legem hanc infregerunt, & supplicii, quò ideo erant puniendi. Tam se condolentem ostendit Deus labori, quem terra tot annis delassata subiverat, ut impatiens omittere nequiverit, quin ei laborem remuneraret, imò major fuerit requies, quam ei dedit in septuaginta annis feriatis, & vacationis, quàm fuerit labor, quò Hebræi eam per quadringentos nonaginta annos jam exhaustam, & defatigatam exercuerant, & oppresserant.

8. Ecce ergò, qui tam exactus, & æquus fuit cum creaturis insensibilibus, multo magis fidelis erit ergà homines, & singulariter erga servos, & amicos suos. Animadvertit sanctus Ambrosius, quòd Deus tam severè castigaverit Zachariam magni Præcursoris parentem, eumque mutum, & elinguè reddiderit: *Pro eò, quòd non credidisti, eris tacens, & non poteris loqui*, & quando ei loquelam restituit, (quam tamen propter incredulitatem amiserat) non solum locutus fuit, sed etiam prophetavit: *Apertum est os Zachariæ, & prophetavit* Quid ita, Domine? A quò tempore Zacharias est Prophetà Sacerdotem eum semper agnovi, verum numquàm Prophetam scivi: *Bonus Deus*, inquit S. Ambrosius, *qui non solùm ablata restituit, sed etiam insperata concedit.* Non est Deus similis hominibus, qui si auferant ab aliquo bonum, seu lætitiam, non est ad reddendum alteram, sed ad augendum dolorem, & duplicandam afflictionem, at Deus si nos privat una consolatione, id facit, ut majori cum fœnore aliam retribuat. Ideoque non sufficiebat Deo, reddere Zachariæ loquelam, quam perdiderat, nisi etiam novum donum, & insperatum munus superadderet: locutus est mutus, & insuper prophetavit, & majora sunt bona præsentia, quam fuerint mala præcedentia.

Luc. 1. v. 20.

D. Ambrosius in Lucam.

9. Quando tres illæ Mariæ mulieres sanctæ venerunt ad monumentum, ut ungerent sacratissimum corpus Salvatoris, teste S. Evangelistâ, fuit valdè manè, exorto jam Sole: *Valdè manè una Sabbatorum, &c. orto jam Sole.* Si erat valdè manè, & sub crepusculo aurorę, quomodo jam Sol erat exortus? Sanctus Maximus autumat Solem hòc die solitum suum cursum accelerâsse, & prævenisse; voluit enim Deus rependere diei tristitiam, quam in passione suâ subiverat: *Necesse est enim, ut Sol in re-*

Marci 16. v. 2.

D. Maxi-

surre-

mania tulit, & ornamentum legalis gaudii cubi-tus præcinctus eſt, cum tunicis lucis ſtolatus, & quaſi ſponſa ornata monilibus ſuis, & quaſi ſponſus decoratus mitra, & quaſi ſponſa ornata ſertis ſuis.

Matth. 22. v. 42. Quæ ſunt ergo iſtæ nuptiæ, quæ ſponſus, & ſponſa celebrant? Quæ ſunt iſtæ ſponſæ? Quæ ſponſi? Quæ ornamenta mundi relinquere cum ſponſo, & ſponſa? Quæ ornamenta ſponſi, & ſponſæ? Ornamenta ſunt ſtellarum. Eadem eſt ille ſponſa, & Apocalypſeos ſolis veſtita amictu: *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona duodecim ſtellarum.* Ornamenta ſponſi, & ſponſæ ſunt ſtellarum ornamenta, quæ ſi ſolis ſplendore ſtellantur, & ſolis ſplendore ornantur, quia ſolis ſplendore illuminantur. Quæ ſunt ſtellæ? Sanctæ animæ, quæ ſunt ſtellæ? Sanctæ animæ, quæ ſunt ſtellæ? Sanctæ animæ,

animum non perdidit, aut deliquium est passa, sed singulis occasionibus, & semper, magis, magisque animosam, & constantem exhibuit. Et hoc denotat stare ipsius juxtà crucem amantissimi Filii sui. *Stabat juxta, &c.* Et hæc benedictio complectitur omnes servos, & amicos Dei; qui enim verè Deo famulantur, in majoribus tribulationibus sunt fortiores, & quantò plùs sufferunt pro Deo, tantò majus animi robur ostentant, suntque in urgentioribus adversitatibus constantiores, & firmiores.

2. Quando Deus cœpit dare Sampsoni spiritum illum fortitudinis, quò cunctos hostes superavit, & leones, velut hædos, deicerpsit, fuit hoc, sacro attestante Eloquio, in castris Dan: *Cœpitq; spiritus Domini esse cum eò in Castris Dan inter Saraa, & Esthaol.* Duas lectiones, seu versiones hujus loci reperio primâ fronte contradictorias, ex quibus compositis, & combinatis excellentissimam Considerationis nostræ confirmationem colligemus. Prima igitur est Rabbi Moysis, qui transfert ex Originali: *Cœpitq; spiritus Domini percutere eum, tamquàm malleo incudem, in Castris Dan inter Saraa, & Esthaol*, hoc est, sumpsit eum spiritus Domini inter manus, & cœpit eum verberare, & percutere, acceptâ Metaphorâ à sacro ferrario, qui ictibus mallei duritiem ferri emollit, &, in quam voluerit partem, inflectit. Quis attonitus non admirabitur, Deum hòcce modo Sampsoni tribuisse insuperabilem illam fortitudinem, eumque in columnam populi sui fabricâsse? Videbatur hôc pacto Deus potiùs voluisse eum enervare, & omnes vires ejus debilitare, imò omnem ejus fortitudinem extinguere, quàm eùm corroborare, aut ei vires præbere, ad constituendum eum populi sui vindicem, & propugnatorem. Et ne quis æstimet hanc doctrinam, quia Rabbinorum est, minùs fundatam, adverto idem dicere Glossam Ordinariam, licèt aliis verbis: *Cœpit Spiritus Domini per vices adesse ipsi, vel, per vices agitare eum*, id est, turbabat & commovebat Sampsonem spiritus Domini, ad faciendum eum insuperabilem columnam populi illius. Accipite nunc versionem doctissimi Pagnini: *Cœpit Spiritus fortitudinis Domini roborare eum*, id est, dare illi robur, ad ardua quæque aggrediendum. Componite igitur modò has duas versiones primo intuitu tam contrarias, quia una contradicit alteri, & examinate media, quibus Deus usus est, ad confortandum, & animandum Sampsonem. Non docuit eum artem digladiatoriam, neque dixit ei ut malleus inimicorum suorum fieret; quod tamen congruentius fuisse videretur, ad animandum eum, & recipiendum novas vires, sed voluit, ut multùm pateretur, & toleraret, quasi incus foret, & quantò plùs sufferebat, tantò robustior efficiebatur, & quò pejus eum excipiebant, eò validior ei animus addebatur, in testimonium, & signum veritatis à nobis propositæ, quòd servi Dei non deficiant, neque animo cadant in tribulationibus, & adversis, sed potiùs eisdem, quò graviora sunt, consolidentur, & constantiores reddantur.

Judic. 13. v. 25.

Rabbi Moyses hic.

Glossa Ordinar. hic.

Pagnin. hic.

Evangelicus Propheta Isaac loquens de Christo Servatore nostro, ejusque Ecclesiâ, in hæc verba effatur: *Cùm venerit quasi fluvius violentus*, id est, quòd Filius Dei venturus in mundum, ejusque Ecclesia, seu fideles ejus erant futuri similes rapidissimo fluvio, & profundissimo, vel, ut legit Hebræus: *Quasi fluvius arctatus*, id est, angustus, & profundus, vel, juxtà lectionem Theodoreti: *Quasi fluvius oppugnans*, id est, cum impetu fluens. Magis propriè, & accommodatè compararet Propheta Christum, & Ecclesiam ejus flumini leniter, & blandè præterlabenti, & in decursu suo placidè, & quasi serenâ fronte, sine strepitu præterfluenti, (quia Christus futurus erat Magister humilitatis, & mansuetudinis, quemadmodùm ipsemet dixit: *Discite, quia mitis sum, & humilis corde*, & Christiani etiam mansueti, & patientes: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras*) quàm fluvio violento, & impetuoso. Plures potest hic locus habere explicationes, quia haud dubiè mysteriis plena est hæc comparatio. Existimo ego, Prophetam voluisse dicere, quòd fluvius, dum in decursu suo liberè, & absque repagulo perfluit, tantâ modestiâ, & quiete decurrit, quasi æquæ ipsius nullo agitarentur motu, at si ipsi obiciantur obstacula, ad fluxum ejus retardandum, quantò est major contradictio, & remora injecta, tantò magis intumescit, furit, & adnititur, & ne violentiæ sibi factæ cedat, impetu, & vehementiâ fluxûs exsuperare contendit. Tales igitur ait Propheta, debent esse filii novæ Ecclesiæ, humiles mansuet., & patientes, fortes tamen, animosi & constantes; & quamvis majores patiantur persecutiones, graviores tolerent tribulationes, & quævis adversa ipsis

Isai. 59. v. 19.

Lectio Hebraica Theodoret. ibid.

Matth. 11. v. 29. 19.

oppo-

Digitized by Google

opponantur, non poterunt tamen ſuperari, neque umquàm animi eorum robur, aut conſtantia labefactari, ſed potiùs vires eis addentur, & fortitudo eorum conſolidabitur. Hanc emphaſim continet comparatio, quâ utitur Propheta, & in hoc ſenſu dixit: *Cùm venerit quaſi fluvius violentus, arctatur, oppugnant.*

4. Notiſſimum eſt id, quod contigit Sponſæ, dum enim tardiùs accurrit ad aperiendum oſtium Sponſo pulſanti, coacta fuit intempeſtâ nocte, & tempore importuno egredi domo ſuâ, & percurrere vicos, & plateas civitatis, ad quærendum eum. Res ita accidit, vt hæc tarditas, & mora fuerit cauſa, quòd fuſtibus eam vigiles exceperint, ſpoliaverint, & vulneraverint: *Tulerunt pallium meum, percuſſerunt, & vulneraverunt me.* Obſervat hic noſter Sotomajor, Sponſam propter infauſtum hunc eventum nullo modo ceſſaſſe à quærendo Sponſo & proſequendo eum amore ſolito, ſed majori potiùs dilectionis effectu ſodales ſuas ſollicitaſſe curioſius interrogando, num vidiſſent dilectum ſuum, ad eum ſollertiori ſtudio quærendum, & ferventiori deſiderio ſequendum, eaſque inſuper obtecraſſe, ut una ſecum diligentiam ad eum inveniendum vellent adhibere. Hoc ſonant verba illa: *Adjuro vos Filiæ Jeruſalem ſi inveneritis dilectum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* O Sponſa ſancta, inquit hic Doctor, non formidas ſecundum infortunium, gravius priore, quod jam periculo tuo probaſti? Semper audivi dici, quòd experientia malorum hominem faciat magis cautum. Quî igitur non times, ne te denuo exſpolient, verberent, & injuriis afficiant? Nihil horum timeo, inquit Sponſa, quinimò optarem ego ſimilem occaſionem priori, ut me crudelioribus exciperent verberibus, meque propter amorem Sponſi mei, gravioribus ignominiis, & injuriis impeterent. Vnde, quæſo, tanta Sponſæ animoſitas, aut quis eam in tam intrepido animi decreto firmavit? Dicam, quod ſentio: *Creſcebat magis, & magis animus & amor Sponſæ cum ipsâ rerum, & arumnarum, quas pro ſponſo patiebatur, diffiſultate, putabat pulchrumque vulnerari, & mori pro charitate dilecti.* Adeò illi dulces fuerunt ignominiæ antecedentes, adeoque grata verba priùs excepta, ut appetitû ipſius, & deſiderium plura patiendi incenderint, imò & novos animos, vireſque, ad eum denuò quærendum, addiderint, & excitaverint

Cant. 5. v. 7.

Ibid. v. 8.

Sotomajor. hic.

Idem planè contingit animabus, quæ ferè negotium ſalutis ſuæ cum Deo agere ſatagunt: ærumnæ enim eis animum, & calcar addunt, & tribulationes robur adaugent, imò deſideria patiendi, & adverſitates ſunt eis cibus, & alimentum, quò vivunt, nutriuntur, & vigent: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit, &c.* Dicit Propheta Regius, tales ad tantæ felicitatis ſtatum perventuros, ut laborês manuum ſuarum comeſturi ſint. Varias expoſitiones aſſignant ſacri Interpretes huſce verbis, ſed ſingularis eſt ſententia eorum, qui ea exponunt, non de cibo, ſeu nutrimento corporis, ſed animæ, quaſi diceret David, quòd labores, & adverſitates erunt juſto idem, quod panis, & cibus eſt corpori; ſicuti enim corpus alitur, & nutritur cibo, & pane, qui comeditur, ita etiam ſpiritus, & anima juſti fovetur eò, quod patitur. Favet huic explicationi gloſſa Lorini *Senſus eſt, ideò beatum eſſe, aut benè illi eſſe, quia manducabit laborem,* Ad quid ſerviunt alimenta corpori? Ad conſervandas, & augendas vires: idem hoc prorsùs tribulationes præſtant juſtis, & ſervis Dei, firmant namque vires, corroborant animos, & conſtantiam adaugent. In hoc ſenſu explico ego ſpiritualiter verba illa, quæ Deus primo homini, quando eum propter inobedientiæ ſcelus caſtigavit, locutus eſt: *In laboribus comedes In ſudore vultûs tui veſcêris pane tuo.* Quero, ſi Deus jam illi dixerat, *in laboribus comedes*, ut quid repetit idem ſubjungens, *veſcêris pane tuo?* Quia, ut jam dixi, reſpiciebat Deus ad duplex nutrimenti genus, quò homo juxtà duplicem animæ, & corporis vitam, ad ſui conſervationem indiget: ac proindè labores animæ, & panem, corpori, tamquàm neceſſariam utriuſque annonam providebat; ac ſi diceret, quod eumdem effectum, quem panis in corpore, labores in animâ erant producturi. Hoc denotat: *In laboribus comedes, & in ſudore vultûs tui veſcêris pane tuo.* Ex quibus clara elicitur declaratio illius Davidici verſiculi: *Labores manuum tuarum, quia manducabis*, ad confirmandum evidenter ea, quæ in præſenti proſequimur, videlicet, quòd labores Dei ſervos confortent, & eorum vires adaugeant, & quod nequeat deeſſe robur, & fortitudo ei, qui comedit labores, & eiſdem nutritur, Ad hunc ſenſum comparavit Philo Alexandrinus laborem comeſtioni, eò quòd eumdem effectum labor, & cibus in nobis

5.

Pſalm. 127. v. 2.

Lorin. hic.

Geneſ. 3. v. 17. & 19

Philo Hebræus lib. de sacrific. Cain & Abel.

operentur: *Equidem existimo laboris, cibique eamdem esse vim, nam sicut à cibo tota vita pendet, ita à laboribus, quidquid in rebus bonum est.*

6. Eccles. 24. v. 19.

In Libro Ecclesiastici comparat Spiritus sanctus justum Dei servum olivæ: *Quasi oliva speciosa in campo.* Diversimode explicant Doctores hanc similitudinem. Adducunt enim in hunc finem plures proprietates, quas naturæ Scrutatores in hac planta adinvenerunt. Particularis est ea, quam Lorinus expositione psalmi 51 refert. *Hæc arbor*, inquit, *putationem desiderat, minusque peccatur, si multum, quàm si parum, putatur.* Habet hæc arbor inditam sibi à naturâ proprietatem, quâ cæteras excedit plantas, scilicet, ut quò plus amputatur, & discinditur, eò magis fructificet, ita ut in violentiori penetratione ferri, ejus maximum bonum consistat. Si amputetur ramus ejus, parum proficit, verum si ex trunco avellantur frutices, & furculi ad plantandum, tunc magis radicatur, surgit in altum, magisque corroboratur ad germinandum novos ramos, & proferendum novos, & meliores fructus. Non aliter, sed pari modo justus, *putationem desiderat*, anhelat, & quasi monitur desiderio patiendi, lætaturque perfectionibus, ut quò magis ferrum tribulationis latera ejus penetrat, eo magis quasi oliva pullulet, vigeat, & confortetur, possitque dicere cum Davide: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei.*

Lorin in Psal. 51.

Psal. 51. v. 10.

7. Amos 7. v. 7.

Apparuit Deus Prophetæ Amos super murum, atque Prophetæ, quod Deus habebat in manu sua trullam cæmentarii: *Et ecce Dominus stans super murum litum, & in manu ejus trulla cæmentarii.* Septuaginta Interpretes ita transferunt: *Et ecce vir stabat supra murum adamantinum, & in manu ejus adamas.* S. Hieronymus in Commentariis hujus loci allegorizat hanc visionem, & refert Xenocratem de adamante ita differentem: *Adamas lapis est, quem Latinè indomitum possumus appellare, eò quòd nulli edat materiæ, nec ferro quidem. Nam si ponatur super incudem, & gravi ictu feriatur malleo, ante incus, & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cumque ignis omnia domet, & universa metalla consumat, reddit adamantem duriorem, ut nec parvulum quidem in eo angelum vis nimii ardoris obtundat.* Adeò inflexibilis est adamas, ut nullis queat emolliri ictibus, neque enim malleus, neque ignis cuncta consumens, eum conterere, aut frangere possit, sed potius *reddit adamantem duriorem.*

Septuaginta hic.

D. Hieron. hic. Xenocrates apud ipsum.

Talis est Christus Dominus, qui stat super muros adamantinum, id est, super Apostolos suos, &c. Hæc S. Hieronymus, in quibus vult, visionem hanc fuisse figuram Christi Servatoris nostri, ejusque Apostolorum, & omnium justorum & servorum Dei. Et significabat visio illa, quòd in majoribus adversitatibus conservaturi erant vires spirituales, quodque nullis erant cessuri tribulationibus, sed potiùs omnes contradictiones virili mentis robore superaturi, & tandem victores in bellis de hostibus, & periculis tribulationum triumphaturi, similes adamanti, qui, quò magis percutitur, eò durior, animosior, & solidior efficitur.

8.

Duabus herbis odoriferis, quibus hortus Sponsæ adornabatur, peculiariter comparantur animæ justæ, & sanctæ, nempe nardo, & croco. Hic equidem est sensus illorum verborum in Canticis: *Emissiones tuæ paradisus, &c. nardus & crocus.* Conveniunt unanimiter sacri Doctores, quod Spiritus sanctus per naturales proprietates harum herbarum voluerit denotare virtutes servorum Dei. Hoc posito, restat nobis indagandum, quæ, qualesve sint nardi, & croci conditiones? Doctus quidam Modernus enucleans verba illa: *Narardi mea dedit odorem suum*, ait, nardum hanc habere qualitatem sibi à naturâ insitam, ut, dum pedibus calcatur, suaveolentiorem fragrantiam exhalet: *Nardus enim quò magis confricatur, & conteritur, tò fragrantiorem spirat odorem.* De croco autem refert noster Sotomajor ex Philone Carpathio hæc sequentia: *Gaudet autem crocus calcari, & attrepede, perundoque felicius provenit. Ideoque juxtà fontes, & virum semitas latissimus est. Unde exercitati virtute patientiæ, & factu charitatis illustres croco comparantur, quia rebus terrenis angustiati, & castigati, & afflicti corpore, tamen animo vegeti, latissimi, & immortales sunt.* id est, crocus naturali sua propensione petit pedibus conculcari, ut magis germinet, amatque juxtà vias tritas cõseri, in quibus magis silvescit, & luxuriat, eamque ob causam comparat Spiritus sanctus viros justos, & charitate illustres croco, quia quantò plus sentiunt in exteriori corpore, tantò in interiori animo magis proficiunt, & quãvis corporaliter patiantur, & debilitentur, vires tamen spirituales eorum magis accrescunt, & augentur.

Cant. 4. v. 13. & 14.

Cantic. 1. v. 12.

Benedict. Fernand. in Genes. ad c. 37. sect 3. Sotomajor hic. Philo apud ipsum Carpath.

9.

Confirmiter ad hæc explicavit quidam Doctus versum illum Davidicum: *De torrente in*

Digitized by Google

Psal. 109 v. 8. *in via bibet, propterea exaltabit caput*, qui licèt ut notat Genebrardus, loquatur de afflictionibus, quas Messias, homo factus, erat perpessurus, *id est, de torrente afflictionis, & malorum in viâ bibet, calicem passionis hausit, multarum calamitatum erit particeps* quòd tot, tantæque essent futuræ passiones messiæ, ut quasi torrentes inundantes ei apparerent, quas omnes erat bibiturus, & ad guttas usque exhauriturus; & addit, *propterea exaltabit caput*, id est, quod illæ tribulationes essent bonis futura occasio exaltandi eum, licèt, inquâ, hic versiculus de Messiâ loquatur, tamen hic Doctor vult, eũ intelligi, nedum de Christo Domino, sed etiã de omnibus, qui verè, & sincero corde eum diligunt, & serviunt: qui tametsi pro amore ejus (bibentes de torrẽtibus calamitatum, quæ per aquas designantur) plurima tolerent & tulerant, attamen non cadunt animo aut deficiunt, sed potius superiores evadunt. & contra quævis adversa generosum animi pectus opponunt, & vehementissimos quoque malignantis fortunæ impetus fortiter elidunt. *De torrente laborum in hujus vitæ viâ bibunt, exaltant caput, & se superiores laboribus, & calamitatibus ostendunt.* Et subjungit, hoc eis contingere, quod Arcæ Noë, quæ Ecclesiæ symbolũ fuit, evenit, quæ inundantibus aquis diluvii in altum ferebatur, & quò magis intumescebant aquæ, eò magis sursum attollebatur Arca: *Eoque altiùs surgunt, quo magis intumuerit pelagus, magisque fluctus æstuaverint, sicut scriptum est:* Genes. 7. v. 17 *Multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt arcam in sublime à terrâ.* In signum, quod nullum mare adversitatum, aut diluvium tribulationum poterit umquàm justos undis involvere, aut submergere, sed potiùs luctantes cum tumentibus aquis, & pugnantes contrà indomitum pelagus, se generosiores militiæ Christianæ pugiles exhibebunt: *Non enim vir bonus existit in bello si non sustineat eadem videre cruentam, & propiùs hostes stare cupiat. Hæc virtus est, hoc optimum inter homines præmium*, dixit Magnus ille Tirteus, (quem Plato divinum appellavit Poetam) loquens de simili instituto, id est, nequit strenuus reputari miles, nisi qui intrepidus hostem aggreditur, & mortis pericula negligit, & contemnit. Hæc vera est nobilitatis virtus, & hoc est spectaculum visu gratissimum, & jucundissimum Deo.

Pineda ad c. 1. Iob. v. 20. Tirteus Poeta.

10. Est hic etiam Senecæ, loquendi modus in libro de Providentiâ: *Non video, quid habeat in terris Jupiter pulchrius, si convertere animum velit, quàm ut spectet Catonẽ, jam partibus non semel fractis stantem, nihilominùs inter ruinas publicas erectum.* Loquebatur Seneca, ut gentilis, & ait, Jovem nullam habere majorem animi oblectationem, quàm videre unum Catonem, qui tanta perpessus fuerat, ut humanas vires excedere videretur, quemadmodum alibi egregiè præfatus Philosophus commemorat, & enarrat persecutiones, opprobria, injurias, exdia, & mortem, quam ei crudelissimam intulerunt, & nihilominus, *stantem*, tot laboribus, & ærumnis fractus, adeò constans, & invictus perstitit, ut columna firma, & immobilis appareret. Licenter hic locutus fuit Seneca, quia verbum *stantem*, solis Catonibus legis gratiæ appositè quadrat, qui sunt justi, & singulariter sacratissima Virgo, de quâ dicit S. Ioannes: *Stabat juxta crucem*, & ipsemet Ioannes, qui ipsam comitabatur, *stantem*, in majoribus tribulationibus animosiores, & in gravioribus adversitatibus constantiores.

Libro de Providentiâ. Seneca epist. 104.

Stabat juxtà Crucem, &c.

Consideratio IV.

Idipsum, quod virgini planctum, & lacrymas provocabat, easdem abstergebat, & quod spiritum ejus affligebat, eumdem leniebat, & consolabatur, quia secura, & certa erat, quòd ex cruce, & morte Salvatoris, & Domini nostri nascitura erant gaudia gloriosæ Resurrectionis ejus.

1. TOtum hoc disertissimè dixit sanctus Ambrosius tribus verbis: *Stabat, eo quod genuisset resurrecturum.* Quamvis sævissima foret tẽpestas, & turbidissimum mare, stabat tamen Virgo in maxima animi tranquillitate constituta: invicta mentis firmitate persistens, quia certò sciebat procellas maris sedandas, & post nubila serenissimum Phœbum exoriturum. Mandavit Deus Abrahamo, ut filium unigenitum Isaac sibi immolaret. O qualis angustia patri, qui nullum alium habebat filium! Attamen quia non est, qui divinæ resistat voluntati, illicò Dei præceptum executioni mandavit:

D. Ambros de Instit. Virg. c. 7.

Digitized by Google

& notat sacer Textus, quòd quando gladium evaginavit ad decollandum filium suum, *extendit manum*, non trepidaverit dextera ejus, sed quòd virili animositate extenderit brachium suum. Factum hoc, tamquam maximè heroicum, plurimùm admiratur S. Eucherius, quia haud dubiè in illo supremi doloris conflictu considerabat Abraham, quòd unà cum filio occidendo omnem promissionum sibi factarum spem præcidebat, & interimebat. Qui igitur hæc consideratio, & rememoratio brachium ejus non retraxit? quarè ensis non excidit è manu ejus? Eleganter ad rem nostram respondet Sanctus: *Non hæsitavit, quòd sibi redditi poterat immolatus, qui dari poterat non sperantis.* Recordabatur sanctus senex, quòd Deus sibi jam emortuo, & Saræ decrepitæ, & ad generationem inidoneæ dederat filium, & fumiter credidit, quod, qui potuerat restaurare virtutem generativam jam emortuam in illis, etiam posset filium mortuum, & in cineres redactum resuscitare. Et adeò securus, & certus erat de hujus rei futuro eventu ut, quia jam eum præviderat, dixerit, (quemadmodùm quidam Doctores adnotârunt) servis suis, quos ad pedem montis remanere jusserat, se illicò cum filio suo Isaac ad illos reversurum: *Expectate hic, ego, & puer revertemur ad vos*, quasi in ipsâ morte filii spem firmam resurrectionis ejus haberet.

Genes. 22 v. 10.

S. Eucherius hic.

Genes. 22 v. 5.

2.

Audite Davidem rectè in Psalmis canentem: *Si consistant adversùm me castra, non timebit cor meum. Si exurgat adversùm me prælium, in hôc ego sperabo*, id est, nullus armatorûm militum exercitus mihi timorem incutiet, neque ullum periculum mihi vires, aut animum adimet, inquit David, undique acie, & phalangibus militum cinctus, ut cognoscant omnes, quòd, etsi hostis ad extrema angustiarum me adduxerit, non tamen timeam, aut ullum malum reformidem, quia sum, & ero semper ejusdem animi, & fortitudinis: *Si exurgat adversùm me prælium, in hôc ego sperabo.* Est hæc communis horum verborum expositio; verùm ad rem nostram, *in hôc*, referri debet ad prælium; quasi diceret, in ipso prælio, & pugnâ, quâ me impetunt, totam spem meam colloco. Hæc est sancti Cypriani interpretatio, qui legit, *in illud ego sperabo*, id est, ex urgentissimo periculo eliceo ego vires, & fiduciam spei meæ & concludit S. Cyprianus: *In ipso magis bello spem nostram consistere.* Probè siquidem noverat conditionem, & indolem Dei, quòd quando servos suos exponit majoribus periculis, seipsum magis devinciat ad succurrendum & eripiendum eos, & insuper ad tribuendum illis singulares consolationes: *In hôc ego sperabo.*

Psal. 26. v. 5. & 6.

D. Cyprianus

de exhortat. Martyrii cap. 10.

Decreverat Deus, inquit Jeremias, destruere muros Sion, eosque funditùs evertere, & dissipare: *Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion.* Eodem tempore, quò hanc ruinam facere statuerat, primum, quod præcepit, fuit tendere funem: *Tetendit funiculum suum.* Quidita, ò Domine Deus, ad destruendum ædificium, uteris mensurâ, & funiculo mensorio? Ecquis unquam vidit fabrum utentem hisce instrumentis ad destruendum? Hugo Cardinalis ait, ad dissolvendos lapides communiter necessarium esse pastinum, bipennem, malleos, & cuneos, verùm assumere, ad id efficiendum, plumbeam glandem, & mensuram funiculi, insolitum, & inusitatum est, quæ non nisi ad rectitudinem parietis in ædificii structurâ servandam deserviunt: *Tetendit funiculum ad destruendum, qui tamen non solet tendi, nisi in constructione murorum.* Quod Deus studiò facit, ut nos videamus ædificia, quæ ipse solet struere, & erigere, quando destruit, & ut agnoscamus, quàm certum sit, quòd ipse ædificet, quando destruere videtur. Hocce mysterium continet, in ipsâ ruina, & destructione, uti funiculo mensoris, ad instruendum nos, quòd, quando nobis immittit adversitates, & tribulationes, nosque majoribus exponit periculis, ita ut videatur omnem consolationis spem præcidere, tunc incipiat tendere funiculum, & præparare nova nobis consolationum gaudia, & cumulatissima conferre beneficia: *Tetendit funiculum suum.* Quod alibi egregiè cecinit Poëta:

Nunc pluit, & claro nunc Juppiter ætherè fulget.

Itaque fiora tribulationis debet esse firma securitas servorum Dei: *Quò tentationes nostræ magis ingravescunt*, vox est S. Chrysostomi, *hòc etiam consolationes nostræ augentur, latiorem & de futuris spem concipimus.*

3.

Lament. 2. v. 8.

Hugo Card. hic.

Theocritus apud Turturet. in parall.

4.

Quando abiit Judas ad prodendum Christum Servatorem nostrum, teste S. Joanne Evangelistâ, protulit Dominus hæc verba: *Nunc clarificatus est Filius hominis*, id est, nunc glorificabitur Filius Dei, & in hâc occasione illustre sibi honoris decus, & nomen promerebitur. Quodnam erat illud, *nunc* gloriæ? quærit doctis-

Joan. 13. v. 31.

Cajetan. hic. doctissimus noster Cardinalis Cajetanus, & appositè respondet: *Tempus proditionis, passionis, mortisque suæ, tempus glorificationis appellat.* Contendebat tempore passionis suæ pro gloriâ suâ contrà mortem jam imminentem, & dum mors ei horrorem incutere posset, tunc animosiorem ostendit constantiam, ad docendum nos suo exemplo, quòd idem facere debeamus, quando vehementioribus opprimimur tribulationibus. Etiamsi cœlum nobis occlusum appareat, videamurque omni auxilio & solatio destituti, cogitare debemus, & firmissimè nobis persuadere, quòd illa sit occasio lucri, & profectûs nostri, quodque in illâ adversitate summa nostra felicitas consistat. Hoc sonat: *Nunc clarificatus est Filius hominis.*

5. Currus ille, seu quadriga, quam vidit Ezechiel, juxtà sententiam probatorum Interpretum, designabat captivitatem Babylonicam, quam Deus populo suo eventuram minabatur. Habebat illa rotas duas, tali artificio compositas, inquit Propheta, ut una alteri inhæreret: *Et rota in medio rota.* Diversas considerationes excogitant sacri Interpretes super hôc loco, sed præ cæteris arridet mihi S. Justini Martyris traditio: *Ostendit Prophetа rotam in rotâ, indicans per eas Judæorum abductionem in exilium, & reductionem in patriam.* Per mysterium ergò, quòd una rota inserebatur alteri, præfigurabat Deus, quòd intrà eamdem rotam, quâ populum abducebat captivum in Babyloniam: erat altera annexa, quæ eos reductura erat Jerosolymam, & ex captivitate reductos, erat pristinæ libertati restituturа, ita ut in medio rotæ, hoc est, in corde tribulationis innecteretur, & simul iret rota quietis, & consolationis, & ex primâ egressura erat secunda, quia solet Deus ex spinis dolorum, & adversitatum elicere rosas gaudiorum, & prosperitatum. Ad hoc propositum appositè quadrat illud prophani Poëtæ dictum:

Ovid. lib. 2 de Ponto. Eleg. 2

Qui rapitur fatis, quid prater fata requiris?

Plinius in Panegyr. ad Trajan. apud Just. Lipsi. lib. 5. Civil. Doct. cap. 18.

Sapè erat molles aspera spina rosas.

Et illud Plinii in Panegyrico ad Trajanum: *Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascantur, occultat utrorumque semina Deus, plerumque enim malorum, bonorumque causa sub diversâ specie latent.* Veniunt ergò bona, & mala è manu Dei involuta, & occultata in hâc mortali vitâ.

6. Valdè notanda sunt ad præsens verba illa, quibus unus amicorum sancti Job, nomine Sophar Naamathites videns eum in profundo miseriarum à Deo constitutum, consolabatur eum, & confortabat: *Cum te consumi tum putaveris, oriere, ut Lucifer*, id est, noli desponderе animo, & patiens esto, quia solet Deus etiam in maximis calamitatibus succurrere, non te demergant mala præsentia, quantumvis gravissima, quia Deus non præfigit tempus immutationi temporis, & quando existimaveris te penitùs consumptum, exsurges, ut stella matutina: *Cum te consumptum putaveris, oriere, ut Lucifer.* Juxtà Hebræum potest hoc duplici modo legi: *Objurabere ut Lucifer*, vel, *illustraberis ut Lucifer.* Primam versionem sequuntur Rabbi Abraham, Rabbi Moyses, Pagninus, Eugubinus, & Cajetanus. Secundam verò Rabbi David, Chaldæus, Tigurina, & Biblia Regia. Quæ ambæ versiones inter se collatæ, hunc reddunt sensum: quando putaveritis vos maximè obscuratos, & persuaseritis vobis, nullam vestri superesse memoriam, inopinatò comperietis vos maximè sublimatos, & in summo honore constitutos, & tristes tenebræ subitò in claresscentem & pulchram lucem convertentur. Et notat Commentator Jobi, quòd Naamathites comparet sanctum Jobum potiùs huic, quam alteri stellæ: *Cum hac ipsa stella sit, quæ cùm solem occidentem subsequitur, Hesperus, & vesper nominatur; cùm verò orientem transcurrit, Lucifer. Certè videtur commodè symbolum esse ejusdem hominis, qui nunc in tenebris sit, deinde verò è tenebris emergat, & caput undè exerat, & in quò liceat conspicere imaginem utriusque fortunæ, tum nigræ, & adversæ, tum albæ, & candidæ. Ergò felicem ex misero statu in felicitatem, commutationem, qualem repræsentat Lucifer, pollicetur.* Itaque in obscuritate noctis figuratur status miseriæ, & in claritate, seu luce, diei prosperitas adumbratur. Et hoc prædixit Sophar amico suo Jobo, in comparatione, seu similitudine illius stellæ, videlicet, mutationem, & vicissitudinem fortunæ, ubi egregiè alibi cecinit Boetius:

Ezech. 1. v. 17. & 10. v. 10.

D. Justinus Martyr. q. 44.

Et qui prima tempore noctis
Agit algentes Hesperus ortus,
Solitas iterum mutat habenas,
Phœbi pallens Lucifer ortus.

Boëtius libro de Consolat. Philos. metro 5.

Inter cæteras promissiones bonorum, quæ Deus per Prophetam Oseam pollicitus fuit populo suo, una fuit, quòd in valle Achor aperturus erat portam, per quam spes ingrederetur: *Dabo ei vallem Achor ad aperiendam spem*, vel, *v. 15.*

Tol. 11. v. 17.

Lect. Hebraic.

Rabbi Abrahã.

Rabbi Moyses.

Pagninus.

Eugubin.

Cajetan.

Rabbi David.

Chald.

Tigurin.

Bibl. Reg. hic.

Pineda hic.

Osea 2. v. 15.

Google

Lect. Hebræa. Pagninus. Symmach. Rupertus in Gloſſa.

ut legit ex Hebræo Pagninus, & Symmachus: *In oſtium ſpei.* In quibus verbis, teſte Ruperto Abbate, alludit Prophéta ad id, quod contigit eò tempore, quò Joſue populum Dei regebat, quando Deus ei præcepit, ut civitatem Jerichontinam milite cingeret, & occuparet, hàc lege, & conditione, ut illa foret maledicta, & ex illa, utpotè tali, nullus quidquam acciperet. Contigit, ut quidam nomine Achan raperet pallium coccineum, & auri laminam, propter cujus delictum, voluit Deus, ut habitatores Hai exercitum Hebræorum profligarent, & deſtruerent, &, percunctante Joſue a Deo cauſam tam inexpectati, & horrendi ſupplicii, fuit ei reſponſum, cauſam fuiſſe, eò quod illi forent tranſgreſſores legis ſuæ, quodque inter illos eſſet unus, qui anathema furatus fuerat, & niſi illi tranſgreſſorem legis plecterent, quòd deinceps nullum eſſent habituri favorem, neque ullam in poſterum ab hoſtibus ſuis victoriam reportaturi. Sortibus examinárunt crimen, & propalatus fuit reus Achan, qui una cum tota ſuâ familiâ fuit illicò lapidatus in valle Achor, quam vallem ab illo die, *Achor*, nuncupárunt, id eſt juxtà S. Hieronymi, & Ruperti doctrinâ, vallem turbationis: *Vallem Achor, id eſt, conturbationis, & tribulationis*, deſumpto nomine à maximâ conturbatione, quâ Achan peccans contra Dei mandatum, populum afflixit, utì Joſuè ibidem proteſtatur, dicens: *Quia turbâſti nos, exturbet te Dominus.* Reliquum hiſtoriæ non ſervit inſtituto noſtro. Quod autem ego curioſiùs premo, eſt id quod Deus dicit populo ſuo, ſe daturum ei vallem Achor, ad aperiendum oſtium ſpei. Quid ita, ô Domine Deus, furta, lapidationes, mortem, & tribulationes donas nobis, ad animandam, & aperiendam ſpem noſtram? Ita ſanè, inquit Rupertus: *Achan interfecto in valle, quæ ex ipſo nomen habet, mœror Iſraëlitarum in gaudium convertitur, & deſperatio in ſpem, & ſicut punito illo, habuerunt ſpem vincendi, &c* id eſt, quemadmodùm populus Dei triſtis, & afflictus propter inordinatam cupiditatem Achan, qui contrà edictum publicum Ducis ex ſpoliis Jerichontinis aliquid acceperat, ipſo jam interfecto in valle, quæ ab ipſo nomen habuit, lætificatus fuit, & omnis Iſraelitarum mœror converſus fuit in gaudium, & deſperatio in ſpem vincendi, & debellandi cunctos hoſtes ſuos, ita etiam ſervi Dei, ubi ſeipſos conſpexerint triſtes, & afflictos, certam, & ſecuram debent concipere ſpem lætitiæ, & conſolationis futuræ, ad mitigandum dolorem, & pœnam, quam patiuntur: & hoc voluit Deus ſignificare Eccleſiæ ſuæ, quando promiſit ei, quod per tribulationes, & calamitates foret ſpes aperienda: *Ut poſt pœnarum magnitudinem, dolores priſtinos repromiſſione mitiget proſperorum*, inquit S. Hieronymus. Quod non parvam nobis in hàc miſeriarum valle degentibus conſolationis materiam præbet, ut tot attriti malis, tot ſupplicijs caſtigati, fame, bello, naufragijs attribulati, exactionibus, & tributis exhauſti, agnoſcamus tandem multiplicata Dei flagella, eſſe prænuntia, & certa futuræ conſolationis, & beneficiorum recipiendorum indicia; ut, inquam, certò ſciamus, anguſtias, & ærumnas eſſe veſperam, ſeu vigiliam majoris gaudii, & lætitiæ, ſicut diſertè proloquitur Luſitanus noſter: *Virà bem apos ò mal*, id eſt, bonum ſuccedet malo.

D. Hieronym. hic.

Ioſue 7. ℣. 25.

Rupertus hic.

S. Hieron.

Franciſc. de Sà Eccl. de Dieu. decim 20.

In epiſtolà, quam Apoſtolus ſcribit Philippenſibus, operosè commendat gaudium, & lætitiam, imo iteratis vocibus idipſum eis inculcat: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete.* Quomodò eſt poſſibile, inquit S. Chryſoſtomus, ut gaudeant Philippenſes, qui continuis vexantur tribulationibus, vinculis, & tormentis? An cum ſimilibus malis gaudiũ conſiſtere poſſit? *Et quomodo gaudere licet, ubi ſunt vincula, ubi tormenta, ubi judicia?* Accipite reſponſum ex aureo ore ſancti Præſulis: *Hic maximè gaudere licet. Quomodò verò licet, ubi non hæc? Qui namque ſibi nullius magnæ rei conſcius eſt, quomodo delectabitur? Itaque quantò majorem dixerit tribulationem, tanto majorem dicit voluptatem* id eſt, non rectè rem intelligitis, hic locum habent gaudia, & voluptates, quia ubi hæc deficiunt, exulare debet omnis lætitia; quomodo enim poteſt delectari, qui non fuit expertus quid ſit pati? Exiſtimo ego, inquit Doctor gentium, ſolos illos delectari, qui patiuntur, & ſolis tolerantibus præparari gaudia, quæ in carceribus, vinculis, & tormentis incluſa continentur, & quando ſeminatio eſt pœnarum, & dolorum, meſſis eſt gaudiorum, & conſolationum. Et quia ſacratiſſima Virgo ſtabat firma, & immobilis, & fidem huic veritati adhibebat, idcircò id, quod ipſi lacrymas ciebat, eas abſtergebat, & quod ſpiritum ejus angebat, & torquebat, hoc ipſum eam ſolabatur, & recreabat.

8. Philipp. 4. v. 4.

D Chryſoſtomus Hom. 62. ad popul. Antioch.

Hæc, inquit devotiſſimus S. Bernardus, unica fuit ratio, ob quam ſacri Evangeliſtæ com-

commemorantes sedulam illam sollicitudinem, & curam, quâ tres illæ Mariæ procurârunt aromata pretiosa ad ungendum sanctissimum Christi corpus, quod adhuc sepulchri monumento concluſum reputabant: *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum*, nullam fecerint mentionem Deiparæ Virginis, quin imò, tamquàm absentem, eam silentio præterierint, quia cùm illa foret certissima de Resurrectione Filii sui non requisivit eum in sepulchro mortuum, & sepultum, quem protinùs resurrecturum, & vivum, se conspecturam noverat: *Illa Mater, quæ plus habuit pietatis, cum alia ad ungendum non venit corpus Christi sepultum, quia frustrà putabat eum ungi, quem resurrecturum sciebat.* Pientissimè dictum. Volens quondam Alciatus conditionem, & indolem prophani amoris delineare, qui in maximis tribulationum tenebris solet quandoque tristibus aliquam emittere jucunditatis, & lætitiæ scintillam, qua nonnihil animentur, seu recreentur, in has voces effatur:

Marci 16. v. 1.

D. Bern. tract. de passion. c. 2.

Alciat. Emblem. 313.

Jucundus labor est laserva per otia: signum illius est nigro punica glans clypeo.

Quasi diceret hic Jurisconsultus: Amor est jucundus labor, qui conservatur, & fovetur per otium, cujus insignia sunt malum granatum, seu glans punica in fundo, seu clypeo nigro, ad demonstrandum, quòd inter labores, & persecutiones fugis, & continua sit lætitia, & mentis jubilatio, quia glans punica est specie pulcherrima, & sapore gratissima: ita etiam, qui amat, omnes suos mœrores, & tristitias lætanti, & hilari animo tolerat, & licèt aliqualem sapiat amaritudinem per putamen exterius mali granati significatam, internum tamen est sapidissimum, quemadmodùm malum punicum interius est gustu sapidum; & sicuti malum granatum plures habet acinos, & granula, ita etiam amor plures causas lætitiæ, & gaudii sapores. Hæc doctrina, semotis imperfectionibus, quoad substantiam congruentissimè accommodari potest Deiparæ Virgini, cui non sola fides, sed etiam amor erga Filium suum præsentia reddebat gaudia, & gloriam Resurrectionis, quæ ex cruce, & morte ejus erat enascitura.

10. Opponit, & confert S. Joannes Chrysostomus differentiam repertam inter discipulos Christi ascendentis, & Eliseum discipulum Eliæ in raptu Magistri sui, quòd discipuli Salvatoris fixis, & siccis oculis absque lacrymis viderint euntem eum in cælum, Eliseus verò lacrymans, & ejulans exclamaverit: *Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga ejus.* An forsitan fervention amore afficiebatur ergà magistrum, quam discipuli ergà Christum? Nequaquam hercle, sed potius minori dilectione amabat hic Eliam, quam discipuli Redemptorem. At vero causâ fuit, inquit Chrysostomus, quia Eliseus, *non habebat astantem, atque dicentem quòd iterum venturus esset Elias*, discipuli autem habebant astantes Angelos, & dicentes: *quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, sic veniet, &c.* Cùm igitur nullam haberet certitudinem reditûs Magistri sui, æquum erat, ut ipse absentiam ejus, veluti damnum irreparabile, deploraret, non autem discipuli Salvatoris, quia certissimi erant de ejus reditu in mundum ad judicium. Quanto ergò uberior debebat esse lætitia sanctissimæ Virginis, utpotè quæ probè noverat non differendû esse reditum ejus usque ad finem, & excidium universale mundi, uti Angeli prædixerunt Apostolis, sed post triduum se infallibiliter visuram resuscitatum à mortuis, & corpus illud glorioſum, & colorem illum obtenebratum in radios lucis commutatum. Oportebat ergò, ut damnum, cujus remedium adeò præsto erat, daret consolationi locum, tamquàm certum pignus futuræ lætitiæ, & gaudiorum, quæ tam magna fuerunt, ut sancta Mater Ecclesia singulari festo ea celebranda judicaverit, in quo, propter rationem dictam, utitur Evangelio sancti Joannis, quod commemorat sacratissimam Virginem astitisse juxta crucem Salvatoris nostri: *Stabat juxtà crucem Jesu, Mater ejus.*

4. Reg. 13. v. 14.

D. Chrysost. Ser. 9. de Ascensione Domini. Act. 1. v. 11.

Stabat, &c.

Consideratio V.

Frustrà expectat, seu sperat gloriam, & gaudium Resurrectionis Christi, qui prius non transit per pœnas, & dolores crucis ejus.

1. NOtissimum est illud dictum Socratis relatum per Platonem, quòd videlicèt natura solerti curâ, & sollicitudine studuerit bonum conjungere, & innectere malo, lætitiam

Socratis apud Platonem.

Digitized by Google

tiam tristitiæ, & quieti laborem, & conata fuerit ex his duobus contrariis unum compositum, seu mixtum efformare, & quia id, tamquã impossibile, nequivit efficere, conjunxit hæc duo extrema tali artificio, & ordine, ut dolor gaudio, & gaudium dolori infallibiliter succederet. Et quia hæc duo tam indissolubili fœdere inter sese cohærent, quando in hâc mortali vita nulla fuerit horum vicissitudo, certissimè erit in futurâ, ideo Veteres ad stabiliendã hanc veritatem depingebant Jovem, duplicem mundum manibus gestantem, unum aureum, alterum ferreum, affirmantes, quòd singuli hominum indispensabiliter utroque frui deberent, ita ut, qui in hâc vitâ aureo gauderet, in futurâ ferreum experiri cogeretur, & econtrà, qui hîc ferreum haberet (& hoc servit instituto nostro) postmodum haud dubiè aureo potiretur. Et ad hoc allusit magnus, quamvis Gentilis, Seneca: *Hos itaq; Deus quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturo malo servat. Erratis enim, si quem judicatu excepti: veniet ad illum dies felicem sua portio.* Est hæc lex infallibilis, omnes complectitur neminem excipit, & quod in fabulosis illis figmentis Antiqui nobis persuadere voluerunt, hoc ipsum nobis diertioribus, & prudentioribus verbis prædicat S. Joannes Chrysostomus: *Non est corona sinè certamine, æstas sinè hyeme, messis sinè labore, regnum Christi sinè cruce.* Ac si diceret: Sæpissimè solet Deus in ordine gratiæ sequi ordinem, & cursum naturæ ac ideo, sicuti non datur æstas sinè hieme præcedente, neque messis sinè labore peracto, sic nec datur corona sinè prævio certamine, neque confert Deus beneficia sinè præstitis obsequiis, neque reperire est regnum Christi sinè cruce, nec gloria sinè tribulationibus, nec honor sinè opprobrio. Hocce mysterium continet illud, *stabat juxtà crucem*, in festo gaudiorum beatissimæ Virginis, ut Ecclesia sancta nobis viam, & media ad ea perveniendi demonstret.

Seneca lib. de provident.

D. Chrysost.

2. Ad cujus rei confirmationem ingeniosè observavit Origines verba illa, quæ Deus Jeremiæ loquebatur: *Ecce constitui te hodiè super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & dissperdas, & ædifices, & plantes.* In quibus jubet priùs destruere, evellere, & dissipare, & posteà ædificare, & plantare. Vbi acutè ponderat Origenes, quòd quotiescumque in sacris Litteris simul combinantur gaudium, & tristitia, labor, & deliciæ, semper præcedant dolores, & labores, & deindè gaudia, & oblectamenta subsequantur ut hoc ordine dispositionis nos Deus edoceat, quòd ad hæc capessenda, & obtinenda, necesse sit priùs illos subire, & perpeti: *Observavimus semper in Scripturis sanctis, primum ea, quæ videntur tristia, nominari, deindè, quæ hilariora sunt.*

Jeremiæ 1. v. 10.

Origenes hom. 1. in Ierem.

3. *Vanum est vobis antè lucem surgere, surgite, postquàm sederitis*, inquit Regius Vates. Ubi doctissimè ad rem nostram declarat magnus Pater S. Augustinus verba illa, intelligens per sessionem, tribulationes, cruciatus, humiliationem, & exinanitionem, & per ascensum, quietem, præmium, honorem, & exaltationem: *Antè lucem surgere volebant filii Zebedæi, & sedere ad dexteram, & sinistram exaltari, antequàm humiliarentur. Vanum est vobis antè lucem surgere, Dominus vester, qui est lux vestra humiliatus est, ut exaltaretur.* Ambiebant igitur filii Zebedæi quietem antè laborem, uno impetu ad gloriam conscendere nitebantur, ablq; eò, quod priùs dolores experirentur. Ne vobis idẽ contingat, nolite esse meliores Christo Domino, sed illi hîc in patiendo conformemini, ut socii gloriæ ejus fieri possitis, sequamini vestigia humilitatis ejus, si cum ipso ad gloriam conscendere exoptetis. In hôc sensu interpretatur S. Doctor verba illa Paulina: *Humiliavit semetipsum, hoc est sessio ipsius. Propter quod & Deus exaltavit illum, eodè resurrectio*, & concludit hisce verbis: *Et vos, ut habeatis nomen, & exaltemini, festinate, & surgite, sed postquàm sederitis.* Loquitur omnibus, & dicit, quòd, si volueritis exaltari, & nomine illustri gaudere, humiliemini priùs, & patiamini tormenta, & amaritudinem crucis, quia hæc est via regia, & communis ad gloriam, & quicumque per hanc non incesserit, toto cœlo aberrat.

Psal. 126. v. 3.

D. Augustinus hic.

Philipp. 2 v. 8.

4. Ponderat S. Ambrosius, quòd, postquàm Deus protoparentes nostros propter delictum originale paradiso expulerat, constituerit Cherubim ad portas paradisi, instructam gladio versatili, qui custoditet introitum ejus, & impediret, ne quis ad eum rediret: *Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, & versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.* Quid prætendit Deus hôcce facto? Communis sanctorum Patrum opinio est, Deum idcircò Angelum collocâsse, ne primus homo, aut posteri ejus reditum ad paradisum meditarentur, & denuò de ligno vitæ comedentes.

Genes. 3. v. 24.

rent. Verùm sanctus Ambrosius aliud hîc detegit mysterium, duo, videlicet, voluisse Deum homini nota facere. Primum, quòd nullatenus ei portam occluderet misericordiæ, aut aditum ad gloriam. Secundum, quòd ad ingrediendum paradisum gloriæ, in terreno voluptatis loco adumbratum, necessè nobis foret transire per flammeum gladium tribulationis, & patientiæ: *Sicut enim romphæa ignea est in ingressu paradisi, ut, qui redit, per ignem revertatur, &c.* Conformiter ad hæc affirmat sanctus Arnoldus, quòd Cherubim ille steterit armatus juxtà portam paradisi, observans, ne quis introiret, & impediens regressum Adami à die, quô peccavit usque ad horam, quâ Salvator noster in cruce exspiravit, & quòd tunc demum amotus Cherubim recesserit ab eâ. Et primus, qui felici sorte ex numero, pretioso sanguine Agni Jesu Christi redemptorum, introivit, fuit sanctus latro: *Apertis foris antiquis, latro primitiæ derelictorum introducitur (aperiente Christo) in Regnum cœlorum, amoveturq; ab introitu paradisi custodia, quæ ab initio erat posita, & introducitur latro*, ita ut primus, propter quem fuit apertum ostium paradisi, & amota custodia, quę tot millenis annis impediverat ingressum, fuerit unus latro: at non putetis ipsum ludendo intrâsse, quia neque ipse flammeum gladium evasit, sed, viâ tribulationis, sibi aditum paravit, & crux quæ priùs erat pœna delicti ejus, pòst gloriosam illam confessionem commutata est in martyrium, quod ipsi ingressum paradisi patefecit, in illâ cœpit, ceu latro, luere delicti pœnam. sed tandem vitam, veluti martyr gloriam promeritus, finiit. Quarè, teste S. Augustino, æquum fuit, & rationi consentaneum, ut, qui socius fuerat Christi in pœnis, etiam particeps foret in gloriâ: *Solus hic testis est majestatis, qui socius probatur doloris.* Quô seriò admonemur, & edocemur, solos illos regnâsse cum Christo in paradiso, qui cum illô hîc in cruce passi fuerunt. Cui suffragatur S. Ambrosius hisce verbis: *Vtiq; latro diu oberrans, & naufragus, aliter ad patriam redire non poterat, nisi fuisset arbori alligatus.*

Estque lex illa adeò indispensabilis, inquit sanctus Amadæus, ut ne Matrem quidem propriam Filius Dei ab illâ exemerit: ô Domine Jesu, terribilis in consiliis super filios hominũ, nec Matri tuæ pepercisti, quin gladius animam suam pertransiret: *Hâc nobis per igneum gladium transeundum omnibus in communi ad libertatem Marinæ.*

S. Ambrosius.

D. Arnoldus de 7. verbis Domini tom. 1. Bibliothec.

D. Augustin serm. 1. feria 6, paraseeu.

D. Ambros. serm. 55. 5.

D. Amadæus hõ.

gnum vitæ, quod est in medio paradisi. Osculetur me osculo oris sui. Verba sunt Sponsæ, quibus rogabat Sponsum, ut sibi ostenderet faciem suam, & ad possessionem visionis beatificæ introduceret. Hanc explanationem assignavit huic loco S. Gregorius Nyssenus, quem sequitur noster Sotomajor, intelligens, per osculum oris Sponsi, divinæ essentiæ fruitionem: *Sic Moyses, tamquàm Sponsa Sponsum osculabatur, ad exemplum hujus in Cantico virginis, qua inquit, osculetur me osculo oris sui.* Volebat forsitã Sponsa unico saltu ascendere ad cœlos, & pertæsa molestiarum, quas in hâc ærumnosâ vitâ experiebatur, statim placidâ Dei visione perfrui cupiebat, sed fuit omninò decepta, si hoc ambiebat, quia impossibile est, pervenire ad fruitionem osculorum Sponsi, absque transitu per aciem flammei gladii, quem Deus ad introitum paradisi collocavit. Dicetis utique mihi, quòd jam aperta sit janua paradisi, & liber ingressus ad illum, quodque jam nullatenùs sit timendum, quia crux, & mors Sponsi cuncta innovavit. At huic objectioni respondet S. Asterius, quòd nondùm gladius ille sit omninò amotus, sed solùm sit mutatus, quia anteà ex divinâ dispositione erat in manu Cherubim, nunc verò est in ipso ore Dei, ibi eum vidit amantissimus discipulus in suis revelationibus. Ideoque dicit Sanctus sacram alloquens Sponsam: *Quod os habet Sponsus, ô Sponsa, ut osculetur te, nisi illud, quod vidit Ioannes in Apocalypsi, emittens gladium ex utraque parte acutum?* Depone errorem, ô anima sancta, ad fruendum Deo, non reperies compendium viæ absque labore, quia, ut dicit Hispanus, *no ay atajo sin trabajo*, quamcumque viam incesseris, semper, & ubique gladium reperies ancipitem, & si non fuerit in manu Angeli, in ore Christi comperietur, cujus oscula tantâ desiderii aviditate ambis, ad quæ impossibile est pertingere, absque eô, quod gladius ille te feriat, nefas enim est accedere ad oscula Sponsi, ex cujus ore prodit romphæa bis acuta & anceps. Ab hoc non abluit sanctus Gregorius Nyssenus, ita loquens: *Fructuum, qui sperantur, flos, afflictio est*, id est, tribulationes, & calamitates hujus vitæ, flores sunt, qui promittunt fructum gloriæ, & gaudiorum, & sicut nequit expectari fructus absque prævis floribus, ita etiam soli illi participabunt gaudia, & gloriam Resurrectionis Salvatoris nostri, qui plurima pro ejus amore pertulerint.

S. de Martyrib. Cant. 1. v. 1.

D. Gregorius Nyssen. apud Sotomaj. hic.

D. Asterius epist. de Amas. in hunc libr.

D. Gregorius Nyssenus in illud: Beati qui persecutionem patiuntur.

6. Ponderate modò novam loquendi formulam Regii Vatis, dum dicit, justum manducaturum labores manuum suarum, ideoque beâdum, & benedictum iri: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Theodoretus, insistens versioni Septuaginta Interpretum, legit in hunc modum: *Bonorum, quæ à te seminata sunt, fructus vindemiabis*, id est, colliges vindemiam laborum, quod seminaveris, idemque fuit, ac si diceret; quemadmodùm agricola, seu vinitor non priùs colligit racemos, quàm vineam plantaverit, neque colligit spicas, quin priùs triticum seminaverit, ita etiam impossibile est, juxtà Dei decretum, & statutum colligere fructum gloriæ, absque seminatione laborum. Hic seminanda sunt bona opera, ad metendum fructus gloriæ in cœlis. Undè rectè dicebant olim Græci communi adagio: *Dii bona laboribus vendunt.*

Psal. 127. *v.* 2.

Adagia Græcum apud Just. Lipsi. li. 1. *Civil. Doctrin. c.* 4.

Rigida, & severa fuit censura, & sententia, quâ sanctus Lucas Apostolorum principem S. Petrum perstrinxit, volentem tria tabernacula in monte Thabor ædificare: *Nesciebat quid diceret.* Redarguit siquidem eum crassæ, & supinæ ignorantiæ, attamen errorem ejus non expressit. Varias rationes excogitârunt SS. Patres, inter cæteras autem placuit mihi, quam sanctus Leo Papa adinvenit, tamquàm magis litteralis, & antequàm eam examinem, suppono inter reliqua, quæ Salvator in suâ Transfiguratione intendit, hoc unum fuisse, quòd voluerit demonstrare finem laborum vitæ suæ, & terminum tormentorum mortis suæ, ut incenderet, & inflammaret corda suorum desiderio ambiendi bona æterna, & persuaderet eis in laboribus patientiam, in injuriis tolerantiam, & in adversitatibus animi constantiam, & generositatem. Quò breviter prænotato, asserit S. Leo Papa, ignorantiam Petri sitam fuisse in affectu pervertendi ordinem divinæ providentiæ, & effugere occasionem laborum, & semetipsum conservare in gloriâ, quam jam delibaverat. Meritò igitur redarguit ipsum sanctus Evangelista ignorantiæ, quia nequit major dari insciti, seu ignorantia, quàm antè certamen desiderare victoriam, & ante victoriam ambire triumphum: *Quia tempora patiendi non potest felicitas præ venire regnandi.*

7. *Luc.* 9. *v.* 33.

D. Leo Papa hic

8. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Verba sunt Regii Psaltis, civitatem Sion, id est, cœlestem Jerusalem delineantis, in quâ omnes abundant lætitiâ: *Lætantium omnium.* Totum ibi est jucunditas, & gaudium, nullus ibi tristis reperitur, aut mœstus, omnes affluunt deliciis, & per oculos lætitiam, jubilum, & gaudium diffundunt. Doctus Lorinus adducit versionem ex Hebræo relatam ab eminentissimo nostro Cardinale Cajetano, quæ apprimè servit instituto nostro: *Et principes ut parturientes erunt in te.* Ad alium finem torquet Lorinus hanc versionem; verum ego in sensu Considerationis nostræ illam interpretor, ideoque dico, Davidem hâc fuisse usum Metaphorâ, ad demonstrandum, quòd gloria, quam Beati possident in cœlis, sit filia dolorum, quam sibi labore, & sudore pepererunt, & pretio tribulationum comparârunt. Et quemadmodum mulieres ad pariendum fructum ventris sui, ingentes in partu sustinent dolores, ita etiam beatitudo est filia pœnarum, & tribulationũ, quas justi in hâc miseriarum valle perpetiuntur, & obiter hortatur nos omnes candidatos gloriæ cœlestis, ut, si velimus fieri participes gloriæ, ejusque gaudiorum, necessariò debeamus hic gustare amaritudines, & transire per dolores crucis, in angustiis parturientis adumbratos: & sicut lex illa pœnalis omnes comprehendit, & nulla mulier parturiens excipitur, ita omninò, quicumque voluerit in Sion commorari, & esse incola curiæ cœlestis, necesse est, ut patiatur, quia lex est inviolabilis, à quâ nullus eximitur: *Et Principes, ut parturientes erunt in te.* Potest hæc doctrina optimè confirmari ex eâ, quam divus Ambrosius occasione illorum verborum, *ibi dolores, ut parturientis*, insinuat, & fusè in illis hunc eumdem discursum prosequitur, ad quem curiosum lectorem remittimus.

Cajetan. hic.

D. Ambros. super Psal. 47.

9. Inquirunt curiosiùs sacri Doctores, quam ob causam Hebræi abducti in captivitatem Babylonicam secum detulerint citharas, barbitos, lyras suas, cæteraque instrumenta musica, quæ pulsabant in templo Domini, quibusque intonabant laudes divinas, suspenderint in salicibus, quæ erant juxta ripas Euphratis: *in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra* & variant in resolutione dubii. Cassiodorus indicat, illos ea secum detulisse in protestationem fidei, & fiduciæ suæ, quam habebãt in Deo de suâ liberatione; & fundant se in eô, quòd nullatenùs decreverant, cantare, aut pulsare organa sua in Chaldæâ. verùm hâc resolutione præsuppositâ, supervacuum videretur ea deferre instrumenta, nisi certò certùs sperarent

Psal. 136. *v.* 2.

Cassiodorus hic.

rent se è captivitate liberandos. In testimonium igitur hujus fidei suspenderunt ea in medio civitatis hostilis, *in salicibus in medio ejus*, & potest optimè esse in medio civitatis & juxtà ripas Euphratis, quia, secundùm opinionem Plinii, Euphrates intrà ipsa mœnia civitatis præterfluit. Attamen Modernus quidam observavit, quòd Israelitæ hôc in facto ostendentes fidem suam, & confidentiam, nullo pacto agnoverint mysterium illius, quòd organa eorum in salicibus suspensa remanerent: *Afflicti, & captivi Hebræi mysterium fortè ignorantes, in salicibus organa sua suspenderunt. Etenim indè novi cantus erant futuri, ubi canendi instrumenta suspensa continuerunt. Ramus quippè salicis abscissus, & plantatus secùs aquam statim vivescit*, id est, Hebræi afflicti, ignorantes mysterium appenderunt instrumenta sua musica in salicibus, in signum, quòd ex eisdem novi cantus erant futuri. Quemadmodum enim hæc arbor salix tantò magis revirescit, quanto magis resecatur, ita etiam Hebræi, quanto magis affligebantur, & persecutionibus atterebantur, tantò magis erant repullulaturi, & feliciori pristinæ libertatis statui restituendi, redituri enim erant ad antiqua festa & cantica, quibus Deum in templo Jerosolymitano collaudaverant. Hoc denotant organa Israelitarum in salicibus suspensa. Adducit hic Doctor ad confirmationem hujus rei inventum, seu machinationem cujusdam Curiosi, qui volens exprimere, quòd adversitates, & tribulationes majora pariant bona, delineabat salicem denudatam ramis suis, cum hâc subscriptione:

Fernand. in cap. 30 Genes. Sect. 12. Num. 10.

Per damna & casus.

Horatius

& alludens ad illud Horatii:

Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes, animumq; ferro.

Volebat dicere, quod in morte ejus nova vita, & in maximo infortunio summa felicitas ejus consisteret. Ignorárunt hoc mysterium Hebræi; sufficiat tamen nobis ad probationem Considerationis nostræ, quòd in facto illud intenderint, quod Cassiodorus indicat, & quòd saltem sibi persuaserint captivitatem præsentem, & tribulationes, quas patiebantur, fore certum prognosticon futuræ libertatis, ad quam randem aliquandò cum canticis, & lætitiæ jubilis erant redituri.

10. Neque rationi consonum est, ut hic Christiana consideratio subsistat, sed ulteriùs cum sancto Paulo pergere debet: *Hæc in figurâ contingebant illis*, neque tantùm hîc ad factum, quàm ad denotatum per illud advertit. Præfigurabat Jerusalem gloriam, & æternam beatitudinem, & nullus illam adipiscitur, nisi per damna, per cædes, id est, nisi pretio laborum, & afflictionum. Ad simile propositum expendit Tertullianus ordinem rerum naturalium, notatque successionem & vicissitudinem in arboribus, quæ folus, & floribus vestiuntur, quibus rursus denudantur, ut novis revirescant: *Mira ratio: de fraudatrice servatrix; ut reddat, intercipit; ut suffodiat, perdit; ut integret, vitiat; ut etiam amplius, prius desequit. Siquidem uberiora, & culturæ restituit, quàm exterminavit.* Mirum profecto naturæ artificium, quæ tunc magis providam se exhibet, quàdo magis prodiga apparet, quæ, ut reddat, defraudat, ut augeat, minuit, &c. Imò subjungit Tertullianus: *Reverà fœnore interitus, & injuriâ usurâ, & lucro damno semel dixerim universo, conditio redditiva est. Omnia in statum redeunt, ciem abscesserint, omnia incipiunt, cum desierint. Idèo finiuntur, ut fiant, nihil deperit, nisi in salutem.* Lucrum naturæ consistit in damno, vita ejus in morte, quia vita à morte priori dependet, tunc redeunt res, quando fuerunt, & ut compendio dicam, nil perit, nil perditur, nil moritur, nisi ut refloreat, augeatur, & revivascat. Et tandem concludit Tertullianus: *Totus igitur hic ordo revolubilis rerum testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus antè, quàm litteris, viribus prædicavit antè, quàm vocibus, præmisit tibi naturam magistram, submissurus & Prophetiam, quò facilius credas Prophetæ, disciplinam naturæ*, id est, restauratio illa statûs melioris, in quem omnia damna, & jacturæ resolvuntur, & reparantur, priùs fuit operibus, quàm verbis comprobata, antequàm enim essemus discipuli gratiæ, & auditores verbi Dei, jam fueramus discipuli naturæ, qui ab experientiâ magistrâ didiceramus, ex damnis, & ruinis tribulationum, & mortis maxima emolumenta proficisci. Quæ omnia manifestum erant argumentum, & testimonium melioris statûs, qui per resurrectionem acquiritur, & obtinetur. Id autem quod Tertullianus asseruit de resurrectione corporum, pariformiter dico ego de glorià, quam animæ, per tolerantiam tribulationum hôc in mundo, tandem assequuntur in cœlis.

1. Corint. 10. v. 11.

Tertull. lib. de resurrect. carnis capite 12.

1. Ad confirmandum hunc discursum possunt componi, & enucleari duo loca sacræ Paginæ, unus, scilicet, ex veteri, & alter ex novo testamento. Sancto Euangelistà attestante, depingit nobis Salvator noster hominem divitem Epulonem, pretiosioribus vestimentis indutum: *Induebatur purpurâ, & byssо; & epulabatur quotidiè splendidè*, & tandem concludit, quòd *sepultus est in inferno*. Sapiens in Proverbiis loquens de animâ sanctâ, & justâ sub metaphorâ mulieris fortis, delineat omnem ornatum ejus ex byssо, & lino delicatissimo compositum, quod idem est, ac purpura: *Byssus, & purpura indumentum ejus*. Ecce hic duas animas quarum una est perversa, & altera justa, una peccatrix, & altera sancta, ambæ eodem indumenti genere circumamictæ, quia utriusque ornatus, quoad substantiam in idem recidit, *byssus, & purpura indumentum ejus*, &, *qui induebatur purpurâ & byssо*, ita sanè, idem omninò apparet. Attamen si curiosiùs observaveritis differentem formam vestimentorum, reperietis magnam in utràque discrimen, quia de divite avaro narratur, quòd priùs fuerit indutus purpurâ & deindè byssо: *Induebatur purpurâ & byssо*; de animâ autem sanctâ, & justâ, quòd econtrà priùs fuerit indumentum ejus byssus, & postmodùm purpura: *Byssus, & purpura indumentum ejus*. At interrogabitis me, quid magni intersit, aut referat priùs indui uno, vel altero indumenti genere? Dicam, quod sentio. Byssus, seu linea tela, ut dealbetur, variis tormentis, verberibusque exagitatur; postquàm enim linum est collectum, malleo stupario tunditur, colligatur, aquis imponitur, extrahitur, explicatur, desiccatur, iterum percutitur, & ferreo pectine carminatur, &, ut paucis dicam, infelix, & infortunatum linum mille subit tormenta, & percussiones, priusquàm ad illum perfectionis statum perveniat, ut hominum usibus servire possit, & huc collimat dictum Plinii: *Semper, injuria melius*. Et Hugonis Carnotensis proloquium, *melius castigationibus, & ablutionibus redditur cædendum*. Non aliam ob causam assumunt SS. Patres linum in symbolum justi, qui pro Dei amore plurima adversa tolerat; & patitur tribulationes: & purpura, teste nostro Cajetano, vestis est propria Regum, designans florentem eorum statum, & gloriam, quam possident: *Purpura enim Regum, non cujusvis divitis est*, ita ut in lino, seu byssо adumbrentur tribulationes, & persecutiones, in purpurâ verò, gloria, & felicitas humana. Hôc supposito operæ pretium scire est, divinam legem esse indispensabilem, adeoque omnem hominem, quotusquisque fuerit, debere in hâc præsenti, & futurâ vitâ indui hôc duplici vestimentorum genere, hôc tamen ordine, & serie, ut, si in hâc mortali assumpserit unum, in futurâ aliud præparatum sit reperturus. Hoc est, quod si hic induerit byssum, id est, indumentum pœnitentiæ, bonorum operum, & perpessus fuerit calamitates, & afflictiones corporis, veluti linum, induendus sit postmodùm purpurâ, regali scilicet æternæ gloriæ indumento: Verùm si hìc usus fuerit purpura, id est, deliciis, & vanis hujus vitæ oblectamentis, & gloriæ humanæ irritamentis, ibi tandem vestietur lino, & byssо, id est, pœnis æternis, & ultricibus inferni flammis. Hôc modo combinantur duo illa Sancti Lucæ, & Proverbiorum, loca: *induebatur purpura, & byssо. Byssus, & purpura indumentùm ejus*. Ex purpurâ, & byssо confecta fuére vestimenta fortissimæ illius mulieris, quæ salutem assecuta fuit, & similiter divitis Epulonis, qui salutem æternam amisit, attamẽ in ordine, & modo vestiendi magnum fuit discrimen, quia hic induit in mundo purpuram, & postmodùm in aliâ vitâ byssum, ideoque æterna patitur tormenta: illa verò, quia in hâc vitâ mortali usa fuit indumento lineo, & byssino, ibi purpureâ gaudet veste, æternâ perfruens gloriâ. *Ille sepultus est in inferno*, & hæc *ridebit in die novissimo*, quia solus ille, qui ritè hic noverit lugere, plangere, & pati pro Deo, meretur habere partem in deliciis, & gaudiis æternæ gloriæ.

Luc.16. v.19. *Proverb. 31.v.22.* *Plinius lib.10.c. 2. Hugo Carnotensis Sent. de significat. indumen. Sacerd.* *Cajetan. in cap.16. Luc. v. 19.*

Mulier, &c.

CONSIDERATIO VI.

Et hôc verbo Salvatoris, quod primâ fronte videtur austerum, durum, & minùs benignum, colligitur maximum elogium, & suprema excellentia Deiparæ Virginis.

1. VAldè ponderandum est, quòd Salvator noster Christus in cruce pendens non appellaverit

Digitized by Google

pellaverit sanctissimam Virginem, Matrem, sed Mulierem. Omnes rationes SS. Patrum bellæ sunt, quas, tamquàm notissimas, prætereo. Inter cæteras autem singularis mihi apparet, quam etiam in hac Consideratione prosequar, quòd Christus sponte hoc proloquendi modo usus fuerit, ad confundendum, & refellendum hæreticos, quos futuris temporibus noverat exorturos, quorum meminit sanctus Ephiphanius, & affirmat, quod illi asserebant, beatissimam Virginem, non mulierem, sed Deam fuisse, ideoque illam non solùm, ut sanctam, esse colendam, sed etiam, ut Deam singulari cultu fore adorandam. Arrepto calamo invehitur Sãctus in illos superstitiosos Deicolas, & perstringit hos injuriosos Deiparæ cultores, hisce divinis penè verbis: *Non convenit colere sanctos ultrà decorum, sed honorare ipsorum Dominum. Cessat itaque error seductorum. Neque enim Deus est Maria, neque de cœlo corpus habet, sed ex conceptione viri, ac mulieris.* At si diceret Sanctus; cessat error vester, quia injuriam facitis Deiparæ fucato, seu ficto cultu vestro; honorem enim, soli Deo debitum auferris ab eô, & transfertis in creaturam, adorationis cultum ipsi indebitum. Quod sanctus Epiphanius ad confutationem erroris hæreticorum conscripsit, hoc ipsũ Christus pendens in cruce approbavit, quasi prævidens malum, vellet anticipare medelã, & verbo suo, veluti quodam salutari antidoto, obviare futuro errori, ostendens in illâ horâ, quæ, quia postrema erat vitæ, singulariter ad persuadendum, & commonendum serviebat, quod Virgo verè erat Mulier, prognata ex hominibus, soror eorum ex eâdem massâ, & naturâ cum illis procedens, & huc collimabat verbum Redemptoris nostri: *Mulier, ecce Filius tuus.* ut mundo hanc veritatem infallibilem, & indubitatam relinqueret contestatam, scilicet, Matrem suam esse veram & puram Mulierem, & non Deum.

D. Epiphan. lib. 3. Tom. 2. Hæres 78. contrà Antidicomarianitas.

2. Examinat Theodoretus in qnæstionario super Exodum, causam, & motivum, cur Deus voluerit apparere Moysi in rubo, arbore vili, & abjecta: *Apparuitque ei Dominus in flammâ ignis, de medio rubi, &c.* & non potiùs in cedro aliquâ sublimi, & excelsâ? *Quarè Deus in rubo, & non in aliâ planta apparuit?* Et acutè respondit: *Ne quis posset ex rubo Deum effingere*, id est, ita consultum erat, quia cùm Hebræi faciles, & proni essent ad idololatrandum, facillimo negotio cedrum, tamquàm Deum, adorâssent, videntes excelsam ejus staturam, quam Deus, ad apparendum in eâ, assumere dignatus fuerat. Et propter eamdem rationem, ait hic Doctor, conveniens fuit, ut Maria in rubo illò adumbrata, adeò humilis foret, ut se ancillam Domini profiteretur: *Ecce ancilla Domini*, ut illa se humilians, sicque exinaniens, omnibus notum faceret, se non esse Deum, sed creaturam ab eô conditam, & efformatam, quamobrem se illô inferiorem ostendebat, eiqu e per humilitatem homagium præstabat. Fueruntque tanti momenti tam hæc profunda humilitas Deiparæ Virginis, quàm illa advertentia Christi Servatoris in cruce, ut S. Dionysius Areopagita audacter professus fuerit, etiam adhibito juramento, se adeò turbatum, attonitum, & commotum fuisse ex aspectu Virginis, adeoque hallucinatum, & obstupefactum exstitisse propter immensam pulchritudinem ejus & splendorem, ut nec oculi, nec anima sua tantam majestatem, & gloriæ splendorem possent sustinere: *Defecit cor meum, defecit spiritus meus tanta gloriæ majestate oppressus; testor, qui aderat in ipsa Virgine, Deum, si tua divina doctrina non me docuisset, hanc Deum verum esse credidissem.* id est, constanter affirmo, tam divinam mihi apparuisse Virginem, ut facilè devotio ergà illam in Idololatriam incidisset, nisi fides illam illuminasset: *Quoniam nulla videri posset major gloria Beatorum, quàm felicitas illa, quam ego tunc felicissimus degustavi* Corpora glorificata, meo quidem judicio, non poterant majorem gloriam habere illa, quâ ipsa à me visa fruebatur. Ex hôc igitur loquendi modo sancti Doctoris, inferte, quàm necessaria fuerit hæc Christi admonitio, & præcautio. *Mulier, ecce Filius tuus.*

Exodi. 3. v. 2.

Theodoret. quæst. 6 in Exod.

D. Dionys. Areop.

3. Item contigit in nuptiis Canæ Galilææ, quãdo Virgo sanctissima rogavit Filium suum, ut celeberrimo illo miraculo aquam in vinum commutaret; *quid mihi, & tibi Mulier?* Vbi eam etiam titulo Mulieris indigitat. Quod enucleans gloriosus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus, asserit, id nullatenùs ex contemptu, aut vilipendio profectum fuisse: *Vel ideò, quia Dominus noster secundùm quod Deus erat, matrem non habebat, secũdum quod homo erat, habebat Matrem. Miraculum autem, quod facturus erat, secundùm divinitatem facturus erat, non secundùm infirmitatem humanam. At illerã-*

Joan. 2. v. 4.

D. Augustin. in catena D. Thomæ.

quàm non agnoscens viscera humana, operaturus facta divina, dixit: Quid mihi, & tibi mulier? Quæ verba in compendium redacta hoc sonant, quòd noluerit mundum fallere, & decipere, ne sibi persuaderent homines, quòd erat Mater sua, quoad virtutem patrandi miracula, quæ solius sunt divinitatis operationes, ideò, ut eam puram, & veram mulierem agnoscerent non Matrem, sed mulierem nuncupavit.

4. Confirmat hanc doctrinam observatio quædam S. Athanasii, qui existimat ob eamdem causam voluisse Deum, ut Virgo Mater sua foret desponsata. Carpit S. Doctor dictum Evangelistæ, eum, quando S. Angelus Gabriel missus fuit à Deo legatus, dixisse, quòd venerit domum Virginis Mariæ deponsatæ viro, cui nomen erat Ioseph: *Luca 1. v. 26.* *Missus est Angelus Gabriel, &c. ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Ecquæ necessitas, aut motivū Dei, ad dandum ei Sponsum? *Gabriel ad illam ipsam legatur, neq; simpliciter ad quāvis Virginem, sed virginem desponsatam viro, ut Sponso ostenderet, Mariam vere hominem esse.* Ac si diceret, quod tanta fuerit majestas, pulchritudo, modestia, prudentia, virtus, & sanctitas Dominæ nostræ, ut, ne homines in illā cæcutirent, neq; sibi persuasum haberent, eam esse quid excellentius, & divinius muliere, congruentissimum fuerit, eam desponsari, & necessarium fuisse ad hoc, sancti Euangelistæ dictum, & testimonium. Apparebat beata Virgo novum mundi miraculum, Deitas quædam in terris, ne igitur omnes passim hallucinentur, & cogitent, eam esse plùs, quam creaturam, desponsetur viro, & homo agnoscatur: *Ad Virginem desponsatam viro.* Itaque tertiò nobis idipsum in Euangelio innuitur juxtà doctrinam SS. Patrum, quod denotat maximam & necessariam firmitatem & infallibilem certitudinem veritatis in eo contentæ: quia nusquàm in sacris Litteris tertiò idem repetitur, nisi gravissimum aliquod, & maximi momenti negotium designetur, quod aliter se habere nequeat, quemadmodum erudite annotarunt SS. Gregorius Nazianzenus, & Rupertus Abbas super sententiā illa universalis diluvii, in quā non dixit Deus Noemo, quòd arcam fabricaret, nisi postquam trinā vice eamdem sententiam pronuntiasset (ut perlegenti sacram Historiam Geneseos manifestum apparebit: volens hôc pacto, seu trina repetitione sententiæ, firmitatem decreti sui corroborare, & manifestam propalare.

D. Athanasius epist. ad Epictet.

D. Greg. Nazianz. erat. 1. de pace. Rupertus Abb. Gen. 3.

Ex hâc doctrinâ sic deductâ elicio ego maximum elogium, & encomium, quod forsitan ad honorem, & gloriam Deiparæ Virginis dici, aut excogitari potest, tot enim, tantaque sunt dona gratiæ, virtutesque ejus adeò sublimes, & sanctitas ejus adeò magna, & excellens, ut, ne mundus territus, & perculsus ejus majestate, & splendore, deciperetur, eamque poplite inflexo prostratus adoraret veluti Deum, fuerit non solum conveniens, sed etiam necessarium, ut nedum unā, sed iteratis vicibus ei intimaretur, & promulgaretur, quòd erat mulier, & non Deus: *Mulier, ecce filius tuus.* Ex quodam Tertulliani loco declaro mentem meam. Gentiles, inquit Tertullianus, colebant Imperatores suos, veluti Deos, volebantque, ut Christiani eos pariter adorarent, cum tamen, quando in curru triumphali circumducebantur, eos simul commonefacerent, ut se homines esse recordarentur, hisce verbis: *Respice post te, hominem memento te,* ergò, inquit Tertullianus, non vocabo Imperatorem, Deum, sed hominem, & arbitror, me hôc pacto ipsum maximè laudare, illumque dicto meo plùs oblectari debere: *Et utique hôc magis gaudet tanta gloria coruscare, ut illi admonitio conditionis sua sit necessaria.* Nonnè enim potiùs gaudebit, & delectabitur videre, & contemplari, se esse in tantā sublimitate statūs, ut necessarium sit ei in memoriam revocare, quod sit homo, & non Deus? utique non est. Ita sanè lætabitur. Et revera, *minor erat, si tunc Deus diceretur, quia non verè diceretur,* sed esset merum figmentum, & mendacium, quod facilè effingitur, & profertur: *Major est, qui revocatur, ne se Deum existimet,* id est, majus est elogium, & encomium alicujus, dicere ei, quod non sit Deus, quia arguit, & indicat, ipsum esse proximum Deo, & post Deum immediatè ipsum esse supremum, adeoque vicinum Deo, ut ipsi quodammodò adæquetur, nondùm tamen esse Deum, & solum Deum esse majorem illo. Deus est maior Virgine, quia est Deus, & Virgo non est Deus, sed creatura, & minor Deo; neque est, qui aliud contrarium cogitet, & hæc est major excellentia, illā, quam ipsi Antidicomarianitæ hæretici attribuebant, dicentes, ipsam esse Deum, seu Deam cultu latriæ adorandam.

Tertull. in Apologetico. c. 33.

Quando

6. Quando Deus sustulit Prophetam Ezechiëlem ad contemplandum magnitudinem gloriæ suæ, simul per transennam magno eum honore affecit. Ecquis honor ille fuit? Angelus ei acclamabat: *Et tu fili hominis.* Quid ita? inquirit S. Gregorius Magnus: *Quid est enim Propheta ad spiritualia jubilato semper fili hominis, dicere, nisi eum infirmitatis propriæ memoriam facere?* quâ de causâ, quoties Deus Prophetam sublevat ad visionem gloriæ suæ, toties eum filium hominis appellat? nisi *ut conditionis infirmæ elevari non debeat de magnitudine contemplationis suæ?* id est, ut propriæ fragilitatis memor in superbiam non extollatur, neque de seipso ultrà sibi debitum præsumat, eò quod Deus ipsum tanto honore dignetur. Illa est visio gloriæ Dei, ego illam vidi, & cecidi, & quanto Deus me altiùs sustulit, tantò memor vilitatis propriæ, meipsum submissiùs humiliavi, & exinanivi. Vidistine unquàm magis peregrinum, & insuetum modum honorandi aliquem, quàm hunc, quò Deus usus fuit, ad magnificandum Ezechielem, vocando ipsum hominem, seu filium hominis, ne, maximis etiam favoribus condecoratus, unquàm transgressus sphæram, & limites infirmitatis suæ, aliquid divinitatis sibi arrogaret? Et hinc in mundo tantam sibi sanctitatis, & perfectionis opinionem, & famam conciliavit, ut necessarium fuerit, ne in superbiam efferretur, ei in memoriam revocare vilitatem generationis suæ: *Et tu fili hominis.* Magna profectò excellentia hominis ad tantam gloriam sublimati, ut, ne se Deum existimaret, necesse fuerit, humanitatis eum, & infirmitatis suæ memorem reddere: *Et tu fili hominis.*

Ezech 2. v. 1. 3. 6. & 8.

D. Greg. in Ezech. lib. 1. ho. mil. 12.

7. Similem occasionem nactus jam fuerat Deus cum Iobo, volens eum magno honore, & beneficiis condecorare, quia postquàm dixerat de illo: *Non erat similis ei in terrâ*, cœpit cum eò rationem inire, & quæstiones proponere. Fecistine Iob hoc, & illud quemadmodùm ego feci? Quæ omnia in compendium redacta hoc sonant, numquid tu mundum, cœlum, terram, ver, & æstatem fabricâsti? Et tantùm valent, inquit S. Gregorius, ac si diceret, numquid tu Iob æquè bonus es, ac ego, vel existimas te Deum esse? Certè falleris, & toto aberras cœlo, nequaquàm Deus es. Audit hæc Gregorius, & attonitus ita effatur: *O quàm potenter erigitur, qui tam sublimiter humiliatur! ô quanta est hominis victoria, hanc ex Dei comparatione perdidisse! ô quantò hominibus major est, qui testimonio convincitur Deo minor!* Magna sanè laus, & excellentia hominis, qui, ut minor Deo reputetur, opus est, ut testimoniis convincatur, quibus inæqualitas ejus comprobetur. Ad virginem desponsatam viro *Quid mihi, & tibi Mulier? Mulier, ecce filius tuus.* Maria Mulier est, & non Deus, major est Deus hominibus, & Creator superior creaturis suis: *Neque enim Deus est Maria.*

Iob. 1 v. 8.

D. Greg. lib. 29. moral. c. 1.

8. Satis jam probatum, & evidentibus testimoniis confirmatum est Virginem Deiparam non esse Deum, sed Mulierem naturæ inferioris ad divinam, omnes tamen homines, & mulieres incomparabiliter excedens, solum Deum agnoscit superiorem. Verba illa Psalmistæ: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate*, explicant quidam cum sancto Athanasio, de beata Virgine assidente ad dexteram Filii sui gloriosè, & cum triumpho jubilante, uti fusius in Tractatu sequenti disseremus. Quod autem ego premo impræsentiarùm cum incognito, est, quòd David corpus ejus glorioſum depingat circumamictum vestitu deaurato: *in vestitu deaurato*: non dicit vestitu aureo, sed deaurato: *Istud vestimentum est deauratum, non de auro, quod autem est deauratum habet, & tamen aliud est: Deaurati ergò dicuntur fideles, quia charitatem habent, sed non sunt charitas* Alludit ad illud sancti Ioannis: *Deus charitas est.* Quasi diceret: ideò vestimentum Virginis non esse ex auro, sed deauratum, quia aurum est symbolum divinitatis. Non est Deipara Virgo Deus, sed ita deificata, & similis Filio suo in gloriâ, ut necessè fuerit exprimere, quòd non erat aurum, sed deaurata, non Deus, sed dotibus divinis, affatim ditata, ut Matrem Dei decebat, sicque potuisset mundus in illâ hallucinari, nisi dixisset David, illam non esse Deum: *In vestitu deaurato.*

Psal 44. v. 10.

D. Athanas. serm. de Deipará.

Incognitum hic.

1. Ioann. 4. v. 16.

9. Enarrans Moyses historiam Iobi (qui juxtà sanctorum Interpretum opinionem cum Origine, fuit Chronicus Iobi, & ex speciali Dei revelatione intimè scivit omnia, & singula, ejus historiam, & rerum seriem concernentia, quæ etiam exactissimè recensuit: *Nam nemo poterat nisi ex revelatione cognoscere, quomodò diabolus Deum sollicitaverat ad affligendum Iob. Hoc autem, sicut & cætera de creatione, Moyses à Deo accepit*) loquitur in hæc verba: *Vir erat in terrâ Hus nomine Iob.* Non absque causâ & mysterio

Origines apud Pinedam præfat. Iob c. 3. n. 2.

sterio nuncupat eum facer Historicus hominem, quia, cùm in discursu Historiæ esset relaturus ordinem, & seriem vitæ ejus, utputà ærumnas, & labores, quos illi Deus immisit, calamitates, & tribulationes, quas pertulit, inexplicabilem ejus constantiam, & patientiam, quam in omnibus adversis ostendit, certamina, & luctas, quas victor superavit, triumphos, & laureas, quas de Satanâ debellato reportavit, potuisset sibi quispiam persuadere, ipsum non esse hominem, sed alterius peregrinæ, & sublimioris naturæ suprà humanam, & aliquid divinitatis habere. Ad evitandum igitur hunc errorem, & præcavendam deceptionem mentis humanæ, in ipso vestibulo historiæ naturam exprimit, & declarat, eum esse hominem: ***Communem naturam Scriptor indicavit, ne quis, certaminum, ac patientiæ spectata magnitudine, peregrina quadam, & non humana cum natura præditum arbitraretur.*** Sciant cuncti, & notum sit omnibus hanc historiam pervolventibus, Jobum fuisse hominem, & quando audierint magnitudinem, & excellentiam fidei, constantiam & ejus animi invictum robur, non sibi persuadeant, eum idcircò alterius fuisse naturæ à nostrâ, quia *Vir erat*, & homo similis nobis. Ab hâc explicatione non longius recedit S. Joannes Chrysostomus, dicens: ***Ne quis ad agonu sublimitatem respiciens, putaret non humanam, sed peregrinam esse naturam, describit naturam.*** Et subjungit, quod quia Job, homo similis naturæ nobiscum, cæteros homines excelluit, & superavit virtutibus, necessarium fuit declarare ipsum fuisse hominem, ne præsumeretur Deus, vel divinus: ***Homo existens, suprà hominem vivendo conversatus est.*** Quantam animi constantiam ostenderit Deipara Virgo assistens cruci benedictissimi Filii sui, jam copiosiùs anteà demonstravimus. Ne igitur futuris temporibus posset aliquis hallucinari, & præsumere, quòd animus tam virilis, & heroicus, fortitudo adeò constans, non posset subsistere cum subjecto adeò fragili, fœmineo, & muliebri, sed quod deberet esse Dea, vel aliquid latentis divinitatis haberet, (quemadmodùm reipsâ hæreticis evénit) ideo Redemptor mundi palàm & coràm universo terrarum orbe declaravit, illam esse mulierem, &, uti talem, interne passam esse in corde, quod externè tolerabat in corpore: ***Mulier, ecce Filius tuus.*** Et reverà, nisi fides Catholica obligaret ad adorandum, & profitendum unam solam Divinitatem, posset aliquatenùs excusari, qui videns sacratissimam Virginem juxtà crucem Filii sui stantem, & contemplans eam in statu, quò eam nobis sanctus Evangelista exhibet, & repræsentat (in quò etiam Sancti, & Contemplativi eam plùs quam Martyrem prædicant, veluti jam in antecedentibus Considerationibus indicavimus) posset, inquam, arbitrari, illam esse Deã, & non mulierem, divinam, & non humanam.

D. Chrysostomus hom 2. in c. 1. Iob.

Detinebatur ab Herode captivus Princeps Apostolorum, vinctus catenis, & compedibus inter duos milites, qui custodiebant eum cum pluribus aliis vigilibus, eumque servabãt producendum in octavâ Paschæ, ad exhilarandum populum tristi, ac tragico occidendi spectaculo: ***In ipsâ nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & custodes antè ostium custodiebant carcerem.*** Videte, quæso, an major crudelitas cum facinoroso aliquo assassino, aut homicidâ exerceri potuisset, ast, quia ubi humanum non suppetit remedium, divinum accurrit auxilium, liberavit Deus per Angelum, Apostolum suum è carcere, & catenis, quibus vinciebatur. Videntes illi, quod factum fuerat, turbati, & perterriti obstupuerunt: ***Erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.*** Nesciebant, quid cogitarent, aut dicerent, respiciebant se mutuò, &, tamquàm attoniti, quidam hoc, alii illud loquebantar, ignorantes tamen sive bonum, sive malum, quod factum fuerat de Petro. Ecquid illi sentire, aut cogitare poterant de Petro quem ipsi tam solerti, ac vigilanti curâ captivum pro Christo custodiverant? Audite responsionem eminentissimi nostri Cardinalis Cajetani: ***Sermo militum est hic loquentium, ac si Petrus conversus fuisset in aliquod numen.*** Tota militum controversia erat, num forsitan Petrus conversus fuisset in divinitatem aliquã, aut in Deum aliquem. Difficultatem continent hæc verba Cajetani, quia absurdum videtur, dicere, quòd Petrus convertendus esset in Deum, vel in divinitatem aliquam. Quisnam hanc metamorphosim effecisset, aut Petrum hominem in Deum transformásset? Nonnè sciebant ipsum carceri mancipatum, catenis ferreis vinctum, & oppressum? Rectè siquidem poterant cogitare hominem in tetro illo carcere detentum, tot miseriis, & ærumnis undique

10. *Act. 12. v. 6.* *Ibid. v. 18* *Cajetan. hic.*

que cinctum, non nisi consumendum esse, adeoque calamitatibus illis atterendum, ut etiam homo desineret esse. Verùm Cajetano nostro videtur formalis consequentia, & demonstrativè illata ex præmissis; ex hôc enim ipso, quòd Petrus tot, tantaque pro Deo pateretur, intulerunt milites, tamquàm infallibilem consequentiam, quod conversus in numen, aut divinitatem aliquam, carcerem, & vincula evaserat: *Sermo militum est hic loquentium, ac si Petrus fuisset conversus in aliquod numen.* Si itaque labores divinitatem conferant, & tribulationes deificent, potiori ratione, & fundamento poterat præsumi de sacratissimâ Virgine, quod esset Dea, quàm, quòd milites Herodis imaginati sint, Apostolum Petrum conversum fuisse in numen aliquod, quia ipsa stans juxtà crucem Filii sui incomparabiliter plures cruciatus passa est, quam ipse in vitâ, & morte pertulit tormenta.

11. Deprehendit, & detegit sanctus Ambrosius magnum mysterium in epilogo Evangelii S. Joannis Evangelistæ, qui cùm exorsus fuisset
Ioan. 1. v. 1. sacram suam historiam: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, concludit tandem totius Evangelii seriem hisce verbis:
Ioan. 19. v. 25. *Stabat autem juxtà crucem Iesu, Maria Mater ejus*, & ponderat S. Doctor solito ingenii sui acumine, quòd singuli Evangelistarum concluserint suum Evangelium coronide, seu fine proportionato exordio, seu principio ejusdem, ad probandum assumptum à se intentum: *Matthæus & Marcus, qui humana atque mortalia uberius prosecuti sunt, dixerunt, Deus, Deus, ut quid dereliquisti me? ut ad crucem Christi, susceptionem pervenisse crederemus conditionis humanæ. Lucas autem competenter asseruit Latroni veniam sacerdotali intercessione donatam, & Iudæis persequentibus indulgentiam postulatam. Ioannes verò, qui plenius divina penetravit mysteria, non immeritò laboravit, ut, quæ Deum generaverat, mansisse eam Virginem declararet*, id est, Matthæus, & Marcus qui incipiunt ab humanitate Christi, finiunt in desolatione Christi in cruce, quæ verè testatur ejus humanitatem, Lucas autem, qui exorditur Evangelium suum à Sacerdotio Christi, concludit illud in absolutione, quam latroni in cruce impendit. At dilectus Domini discipulus, qui, velut aquila, altius volavit, & intima divinitatis mysteria plenius penetravit, auspicatus est Evangelium suum à divinitate Christi Filii Dei: *In principio erat Verbum, & Verbum erat, &c.* & ut finis correspondaret principio, & ingressus egressui, non reperit commodiorem conclusionem ad probandum veritatem à se intentam, quàm dicere, quòd habuerit Matrem, quæ generosissimâ animi fortitudine astitit juxtà crucem Filii sui morientis: *Stabat juxtà crucem Iesu, Maria mater ejus*, judicans Filium, qui talem habebat Matrem, non posse alium habere Patrem, nisi Deum. Tam divinam, tamque Deificatam contemplatur S. Joannes Virginem, considerans eam adstantem cruci, tantâ animi constantiâ unà cum Filio patiendo acerbissima tormenta passionis ejus, ut rectè judicaverit, posse inferri ex Filio talis Matris ipsum esse Filium Dei Patris. Quæ cùm ita sint, necessarium fuit hoc verbum, *Mulier*, quod Christus è cruce protulit, ad evitandos errores, & temeraria judicia, quæ fieri poterant, ab hominibus, præsumentibus Deiparam Virginem esse putam creaturam. Non igitur fuit austeritas, aut indignatio, sed materies, & occasio maximi encomii, & elogii, quod de beatâ Virgine prædicari potest, videlicèt, quod non sit Deus, sed mulier: *Neque enim Deus est Maria*, sed creaturis omnibus præcellentior, & præstantioribus cæteras perfectionibus, & cumulationibus gratiæ donis longè antecellens. Ad quam, &c.

D. Ambros. lib. 10. in Luc. cap. 23.

TRACTATUS XIII.

IN FESTO GLORIOSÆ ASSVMPTIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Intravit Ieſus in quoddam caſtellum, &c.

Lucæ 10.

NOn credo, neque ſcio aliquod feſtum Deiparæ Virginis, majoris ſolatii, aut lætitiæ, neque aliud jucundius nobis peccatoribus, quàm præſens, in quô S. Mater Eccleſia ovanter celebrat ejus glorioſam Aſſumptionem & triumphantem ejus aſcenſum ad cœlos in corpore, & animâ, ad occupandum ſupremum locum gloriæ ſuper omnes creaturas à Deo conditas. Ideoque exiſtimo hancce ſolemnitatem non triſtibus lamentis, ſuſpiriis, aut cordis dolore celebrandam, quia nos deſerit, & ſuâ præſentiâ orbatos relinquit, ſed ſpirituali quodam gaudio, & ſingulari mentis jubilo recolendam, quia ſcimus, & probè novimus eam hodiè cœlos conſcendere, nedùm ut Deo fruatur, & ab eô excellentiſſimis ſuis meritis condigna præmia, & coronas, debito honore condecorata recipiat, ſed etiam ut lacrymas noſtras detergat, ſpem noſtram firmiorem reddat, & remedio ſalutis noſtræ diligenter incumbat. Et quamquam ſacratiſſima Virgo hodiè morte naturali è vivis diſceſſerit, animaque ejus verè à corpore fuerit ſeparata, nihilominùs ſtatim à morte per Filium ſuum benedictum fuit reſuſcitata, & illicò glorificata, & corpore & animâ ſuper omnes choros Angelorum exaltata, & eorumdem ſpirituum Angelicorum comitatu è terris ad cœlos ſolemni pompâ, & celebri triumpho circumcincta. Evangelium, quô utitur S. Mater Eccleſia in hôcce feſto, eſt S. Lucæ, in quô exercitia, & ſtudia duarum ſororum Magdalenæ, & Marthæ commemorat, quarum illa ſe totam contemplationi myſteriorum, & doctrinæ Chriſti dedicabat, hæc verò operibus miſericordiæ & ſuccurrendis egenis vacabat, inter quos pauper Chriſtus, ejuſque diſcipuli meritò computabantur. Hanc hiſtoriam adducit S. Eccleſia in hodierno feſto ſanctiſſimæ Virginis, (quemadmodum in primâ Conſideratione latiùs elucidabimus) ut agnoſcamus hanc Virginem, quæ hodiè nos deſerens, ad cœlos triumphans aſcendit, in ſe cumulatiſſimè complexam fuiſſe & merita Marthæ, & prærogativas Mariæ, in eâque omnium Sanctorum contemplantium fervores, omniaque opera miſericordiæ & pietatis, vitæ activæ vacantium excellentiâ quâdam fuiſſe recondita. *Ave Maria.*

Intravit

Intravit Jesus in quoddam castellum.

Consideratio I.

De coherentiâ & connexione hodierni Evangelii inter Martham, & Mariam cum præsenti solemnitate Assumptionis gloriosæ Deiparæ Virginis. Et de exactâ remuneratione, quâ Deus pericula propter se assumpta compensat.

A Deò familiare, & commune est omnibus hodiernum Evangelium audientibus dubitare de ejusdem convenientiâ cum hâc festivitate glorioſissimæ Virginis assumptæ, ut operæ pretium duxerim compendiosam illius notitiam tradere, ejusque brevem seriem, & connexionem contexere. Video quidem, & perspectum habeo, quòd hoc Evangelium non solùm non tractet de beatâ Virgine, sed ne quidem alicujus ad eam spectantis mentionem faciat, cùm totum versetur circa piam illam æmulationem, quâ duæ illæ sorores Martha, & Maria Servatorem nostrum genialiter hospitio exceperunt. At verò cùm sacri Evangelistæ mortem, & Assumptionem glorioſæ Virginis silentio prætereant, neque ingotâ Evangeliorum serie ullus reperiatur Textus, aut Capitulum, in quo de eâ ullatenùs mentio habeatur, & S. Mater Ecclesia seligere deberet aliquod Evangelium Virgini Matri in hôcce ejus festo accommodandum, nullum magis appositum, aut congruum huic solemnitati adinvenire, aut excogitare potuit, quàm duarum harum sororum, quarum pia ministeria Christo Domino in hâc mortali vitâ exhibita, & eorum condigna præmii retributio, aliquatenùs symbola sunt obsequiorum, quæ Dei Genitrix Filio suo in hôc mundo obsequioſiſſima præstitit, & præmii, quo eam hodiernâ die in cælesti beatitudine condignè decoravit. Eminentiſſimus noster Cardinalis Cajetanus in Commentario litterali hujus Evangelii adnotavit mysterium quoddam, quod cæteri Interpretes communiter, tamquam minoris momenti, inadvertenter prætereunt solent, occasionem, scilicet, temporisque circumstantiam, quò duæ hæ sorores Martha, & Maria Redemptorem nostrum in domum suam lætanter receperunt: *Historia hæc facta est, paullò ante solemnitatem Paschalem, in quâ Iesus crucifixus est.* Et quamvis eam S. Evangelista Lucas in Capite decimo suæ historiæ enarret, id tamen studiò recensuit anticipativè, more inter sacros Historicos usitatiſſimo. Si enim ad nonum S. Joannis Capitulum recurrerimus, reperiemus, parentes cæci nati, cujus oculos Salvator mundi aperuerat, non fuisse ausos loqui cum illò, neque quidquam de ejus personâ effari, ne Judæorum indignationem incurrerent, aut in aliud periculosum discrimen inciderent: *Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Iudæos: jam enim conspiraverant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extrà Synagogam fieret. Propterea parentes ejus dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate.* Hæc omnia flocci pendentes sanctæ illæ sorores, neque ullum periculum, aut humanum respectum pro Christi amore pertimescentes, maluerunt sese incommodis, & indignationi Judæorum exponere, quàm debito amoris ergà Christum non satisfacere. Consequenter ad jam relata, dicere debemus, parvo temporis intervallo, mox subsecutam fuisse miraculosam Lazari resuscitationem, evidentiſſimum divinæ bonitatis argumentum, quæ magnâ celeritate, & non minori liberalitate pericula, quibus nos propter ejus amorem, & obsequium exponimus, munificentiſſimè compensare consuevit, ideoque noluit Deus præmium discriminum, quibus sese Martha, & Maria Christum audacter, & intrepidè hospitio excipientes, exposuerunt, ad futurum differre sæculum, sed in hâc mortali vitâ illas corporali Lazari resuscitatione, veluti præmio, condecorare, & cohonestare contendit. *Cajetan. hic.* *Isaac. 9. v. 21. 22. & 23.*

2.

Non fuit executioni mandatum, aut opere completum sacrificium illud, quod Deus Abrahamo, de filio Isaac immolando, præceperat; Angelus enim jussu Dei jâ jam caput Isaac amputare volenti prohibuit dicens: *Ne extendas manum tuam super puerum,* & nihilominùs generosum illud Abrahæ factum adeò sibi Deum devinxit, ut per semetipsum juraverit, se talem, tantamque animi promptitudinem *Genes. 22. v. 12.*

Digitized by Google

omnium bonorum largitate, & multiplici sobole abundantissimè compensaturum: *Per memetipsum juravi, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicã tibi, &c.* Vbi primo Consideratione meâ, quòd, quando Angelus brachium Abrahamì jam extensum, ad cervicem filii districto ense feriendam, impedivit, dixerit: *Nunc cognovi, quòd timeas Dominum.* Carpite, & notate illud, *nunc*, quarè modò, & non anteà, quando obediens Patriarcha domo egreditur, vel in triduo itineris, quò ad montem animosus pergit filium immolaturus? Causa in promptu est, quia tunc poterat Abraham adhuc sperare, sibique persuadere, Deum non nisi tentationis ergò ipsum domo evocâsse, & solâ animi promptitudine contentum fuisse, illique reditum cum filio præcepturum; at verò ubi, arrepto gladio; manuque tremulâ, illum in cervicem filii librabat, omnem jam amiserat spem futuræ libertatis filii, & certissimè moriturum reputans, totum se discrimini dederat, & prodigi amoris sui excellentiam exhibuerat. Audite Oleastrum præclarè differentem: *Ecce quid prosit Deo aliquid exponere. Exposuit unicum, & eum non amisit, sed pro eò habuit sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maru.* Rarissimum exemplum ad comprobandum, quanti referat aliquid pro Dei amore periculis exponere; quia enim Patriarcha Abraham non dubitavit filii sui vitam periculosæ mortis aleæ committere, vivum reddidit illi Deus natum, majoribusque eum beneficiis largissimè cumulavit. Felicissima igitur sunt discrimina, propter Deum, suscepta, quæ ipse tam copiosis donis, & tot, tantarumque benedictionum cumulis remunerat.

Ibid. v. 16.

Oleaster hic.

3. Non absque causâ miratur S. Hieronymus, quòd Deus Abdiam dono Prophetiæ ditaverit, eò quòd fuerit præfectus aulæ Regis Achab, qui omnium Israeliticæ gentis impiissimus Regum fuisse comperitur, & quòd ex illius aula, omnium vitiorum seminario, Abdiam sibi prophetam elegerit, admirationedignum censet. Nonnè equidem consultiùs eum ex desertis montium penetralibus evocâsset cui tanti muneris Prophetici dignitatem demandâsset? Haud dubiè sanioris consilii foret, eum è desertò evocare, quàm è tyranni Regis palatio hominem tali ministerio idoneum quærere. Nihilominùs tamen magnum Ecclesiæ lumen Hieronymus omnem penitus admirationis ansam cessaturam affirmat, si ad sacræ paginæ Textum oculos intenderimus: *Abdias autem timebat Dominum valdè. Nam cùm interficeret Iesabel, Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane, & aqua*, fuitque hoc obsequii genus adeò, gratum Deo, ut mercedis loco illum Prophetis annumeraverit, eumque, quia vitam propriam pro salvandâ Prophetarum vitâ periculo commiserat, tali, tantoque honore condecoraverit: *Meruit beneficio hospitalitatis Prophetæ fieri, qui Prophetas exceperat.*

3 Reg. 18. v. 3. & 4.

D. Hieronymus in cap. 1. Abdiæ.

Dum olim populus Hebræorum, tempore Sacerdotis Heli devictus, & à Philistæorum exercitu profligatus fugeret, sacro attestante Eloquio: *Currès vir in Benjamin ex acie venit in Silo, in die illa, veste scissa*, & tulit nuntium deplorandæ cladis, quâ Philistini Hebræos cæciderant, & arcam testamenti captivam abduxerant, quô nuntio consternatus Heli protinùs animam afflavit. Quærût sacri Interpretes, quis, qualisvè fuerit vir ille, qui adeò festinanter tam triste detulit nuntium? Lyranus ex traditione Hebræorum asserit, fuisse Saülem, qui, cùm in ipsâ pugna, & certamine arcam Dei captam aperiri, & ex eâ Goliam legis tabulas surripientem conspiceret, eumdem invicto animi robore aggressus, tabulas legis è manibus ejus evulsit, tantaque celeritate cucurrit, ut eum nulli etiam velocissimi assequi possent, easque in civitatem Silo adportavit: *Dicunt Hebræi quod fuit Saül, qui captâ arcâ videns tabulas testimonis in manu Goliæ, abstulit de manibus ejus, & fugit, & reportavit in Silo*, Et tanti æstimavit Deus hocce generosum Saülis factum, quòd pro honore suo tuendo ipse sese tot periculis objecerat, ut ipsum eam ob causam Regem populi Israelitici, & Principem gentis suæ constituerit: tantus siquidem divinæ legis æmulator, qui cum vitæ discrimine tabulas testimonii è manibus exlegis Goliæ extorserat, regno aptissimus judicatur: & hôc modo novit Deus remunerare pericula, quibus homines sese propter Dei honorem, respectum, & gloriam committunt.

4.

1. Reg. 4. v. 12.

Lyranus hic.

Pharao Rex Ægyptiorum mandaverat cunctis obstetricibus, ut quidquid masculini sexûs ex Hebræis mulieribus nasceretur, in flumen projicerent; at illæ magìs Deum, quàm Pharaonem timentes, non paruerunt mandatis regis, sed potiùs vigilanti curâ vivos mares conservârunt: & subjungit sacer Textus:

5.

Ædifi-

Exod.1. v.21. *Ædificavit Dominus domos obstetricibus*, id est, auxit earum bona, vel benedixit eis multiplici prole, vel utroque simul, bonis, videlicèt, & prolibus. Dignissimum profectò scitu est, quamobrèm Deus has mulieres tot, tantisque beneficiis dotaverit, maximè propter opus pium, ad quod ipsæ sub reatu conscientiæ adstringebantur. Egregiè Oleaster: *Tenebantur lege naturæ obstetrices mares non perdere, sed etiam hoc solvit ipsis Deus.* Quia enim mulieres illæ flocci pendentes furorem, & indignationem Pharaonis, qui idipsum nesciens, eas vitâ privare, seu plectere potuisset, tot sese periculis exposuerant, idcircò Deus eas affluentiâ bonorum ditavit, & multiplici prole, singulari illius temporis beneficio, & benedictione largissimè cumulavit. *Oleaster. hic.*

6. Incedebant David devius per campos, armis onustus, hostium injuriis lacessitus, præliisque fatigatus, & eccè, militibus suis intensissimam sitim haustu frigidæ ex cisternâ Bethlehemiticâ, quam Philistæi jam obsederant, explendam, & restinguendam significat: *Desideravit ergò David, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethlehem juxtà portam!* & mox, audito ejus desiderio, tres generosissimi milites votis principis sui obsequentes: *Irruperunt tres fortes castra Philistinorum, & hausérunt aquam de cisternâ, quæ est in Bethlehem juxtà portam, & attulerunt ad David.* At verò pientissimus simul, & sapientissimus Rex accipiens aquam manibus, perpendensque, quàm caro pretio eam coemerat, quodque si illam gustaret, non aquam, sed sanguinem biberet, ideò ne quidem supremis eam labiis delibavit, sed in hæc verba prorupit. *Nũ sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam?* Plurimas rationes hujus facti assignant sacri Interpretes, Cæterùm, præ aliis servit instituto nostro ea, quàm Lyranus excogitavit, Davidẽ videlicèt, illis verbis: *O si quis mihi, &c.* non tam desiderium explendæ sitis, quàm fidelitatis, & amoris suorum ei gà se manifestasse: *Hoc non dixit propter concupiscentiam aquæ, sed quia volebat eorum audaciam experiri.* Bellè dictum. Mox tamen exoritur difficultas, cur eam non biberit, sed Domino sacrificaverit? *Libavit eam Domino.* Præclarè quæstionem enôdat D. Ambrosius: *Erubuit in suo desiderio bibere alienum periculum.* Ac si David loqueretur: Talia pericula pro solius Dei amore subeunda sunt, quia ipse solus novit, & potest ea digno remunerare præmio. Quæ cum ita sint, non fuit alius præter Saulem inventus, qui se tot periculis objiceret, licèt plures reperirentur, qui pro hominum obsequio, & amore innumeris sese discriminibus, & periculis exponerent. *2.Reg. 23. v.15. & 16.* *Ibid. v.17* *D. Ambr. de vitâ Iacob & vitâ beat.*

Dum arca testamenti è terrâ Philistinorum educeretur, sacro attestante Eloquio, Bethsamitæ læti, & ovantes prodierunt ad videndam eam: *Percussit autem de viris Bethsamitis, eò quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* Inquirunt sacri Doctores causam tam inauditæ stragis, neque omnium una, & concors est sententia. Quidam enim cum Hugone de sancto Victore existimant, causam fuisse, eò quòd arcam Domini in campis sub dio, sine debitâ reverentiâ reliquerint, neque eam in loco decenti collocaverint. Alii sequentes Lyranum, causam hujus referunt in dissolutos mores, & nimiam levitatem, quâ Bethsamitæ arcam Domini prætereuntem aspexerũt. Aliis placet judicium & arbitrium Cajetani dicentis, Deus illos percussisse, quia inordinatâ curiositate arcam discoopertam cominùs intueri voluerunt. Alii approbant opinionem Abulensis, asseverantis, ideò fuisse morte mulctatos à Deo, quia arcam denudârunt ad videndam illam extrinsecùs. Imò plurimi arbitrantur cum Pagnino, & Vatablo, eos voluisse arcam adaperire, & perscrutari, an ea, quæ in illa continebantur, adhuc superessent. Omnes hæ rationes bonæ sunt, & aliis occasionibus congruentes. Verùm instituto nostro maximè accommoda est, quam Procopius, & Theodoretus excogitârunt, Deum, videlicet, tantâ strage populum puniviſse: *Quia nullus pro arcâ subire periculum voluerit; & septem mensibus eam dereliquerint apud alienigenas.* Quemadmodùm enim Deus suscitat eum à mortuis, qui pro ejus amore sese periculis exponit, ita etiam occidit eum, qui pro illius honore, & gloriâ tuendâ, dum occasio, & tempus id exigunt, sese iis committere recusat. 7. *1. Regum 6. v.19.* *Hugo de S. Victore* *Lyra hic.* *Cajetan.* *Abulensis.* *Pagninus* *Vatablus.* *Procopius hic.* *Theodoretus.* *1.Reg. quæst.140.*

Quapropter etiam quando necessitas idipsum postulaverit, honorem, vitam, & cuncta bona, facultatesque nostras pro lege, & obsequio impendere, & discrimini exponere tenemur, quèadmodùm egregiè præstitit Elias, de quô legimus: *Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum.* Propter æmulationem, & defensionem 8. *1.Mach.2. v.58.*

fensionem legis raptus est in cælum corporaliter ferventissimus ille vates Mysterio plenum existimat quidam Modernus hocce factum prophetæ, notatuque dignam reputat talem Eliæ translationem; quæ enim convenientia zeli Eliæ cum cœlo, ad quod transfertur? Dicam, quod sentio. Inter cætera, quibus corpora cælestia differunt, & excedunt elementa, est unum ex præcipuis, motus ipsorum, quia elementa motibus suis proprium quærunt commodum, id est, loca suæ conservationi accommoda, ideoque moventur motu recto, quo, teste Philosophiâ, novum acquirunt *Vbi*, & locum: corpora verò cælestia, quia moventur motu circulari (qui cùm semper intrà idem spatium versetur, non acquirunt novum locum) non aliud intendunt, quàm bonum cõmune totius Universi. Merito igitur Elias, *dum zelat zelum legis, receptus est in cælum*, quia zelatores boni communis propter qualitates symbolicas, quas habent cum corporibus cælestibus communes, jus habent ad locum cælorum, qui necessitate quâdam constringuntur, illis facilem præbere transitum, quousque ad cœlum empyreum, quod est vera quies, & centrum zeli illorum, pertingant. Quinimò cœli ipsi jus quoddam habent sibi arripiendi tales divinæ legis, & boni communis zelatores, qualis fuit Elias, cujus vita, & authoritas pro Dei honore, & populi libertate tuendâ, toties summis periculis exposita, non minùs, quàm in corpore, & animâ ad cœlos translationem promeruit.

9. Commodissimè potest præsens doctrina deservire hisce calamitosis temporibus, quibus quotidiè novæ exactiones, & tributa capitibus nostris imminent. Imitentur omnes zelum Eliæ, maximè illi, quibus ex officio incumbit, immunitatem Reipublicæ tueri, & totis viribus adnitanturbonum commune propugnare, scientes certò certiùs, quòd nullius unquam pro defendendâ patriæ libertate quidquàm perdidit, neque unquàm talis zelus sine præmio remansit. Præclarè Aristoteles in Ethicis: *Aristot. Et hic. 2.* *Pugnare pro patria felicissima avis*, alludit ad veterum augurii, qui sollicitè ab hostibus victoriam reportare cupientes, in quibusdam cœli avibus indubitatum victoriæ suæ prognosticon auspicabantur. Dicit itaque Philosophorum Princeps: *Pugnare pro patria, felicissima avis*, non est, quòd consulant Deorum oracula, aut prosperarum avium observent volatus, quæ fortunatum rei gerendæ annuntient eventum, generosè pugnent pro patriâ, quia hoc ipsum infallibile est boni ominis præsagium, & quamvis veluti inglorii cadant in præho, & intereant hîc sine præmio, vivet nihilominùs honos eorum, & immortali coronabuntur gloriâ in cœlis, quemadmodùm cecinit Poëta:

Dulce, & decorum est pro patria mori. *Horat. lib. 3. Od. 2.*

Estque tam Heroïcæ virtutis opus, tantique apud Deum meriti, ut Angelicus noster Doctor audeat dicere, Romanos, quantumvis gentiles, hanc solam ob causam totius mundi promeruisse imperium, sesèque ob amorem, quo propter bonum patriæ varia periculorum discrimina subierunt, universi terrarum orbis dominatores reddidisse. *D. Thom. de regim Princip. cap 4.*

10. Quantò igitur excellentiori favore, & honore prosequetur Deus illos, qui propter gloriam, & honorem divinum pectus suum acrioribus pugnis, & periculis exposuerunt? Mellifluus Bernardus, ab Oleastro nostro relatus, curiosiùs adnotavit, Gabrielem Archangelum Deiparam Virginem nuncupâsse benedictam inter mulieres: *Benedicta tu in mulieribus* Ne existimetis, inquit sanctus Abbas, prædicta verba sacratissimæ Virgini solâ urbanitatis causâ fuisse adjecta, majus enim, eminentiusque mysterium designant: *Quia Virgo sese exposuit propter Deum, votendo castitatem, illo tempore, vitio datam, ut ab omnibus mulieribus esset maledicta, dedit illi, ut inter mulieres esset benedicta.* Ut ergò Deus maledictionem, quam sacra Virgo propter divinum honorem subire non renuebat, recompensaret, illam, ut benedictam, in terris, & in cœlis honorari, & prædicari voluit: *Benedicta tu in mulieribus.* Imò si consulueritis S. Joannem Damascenum, cur beatissima Virgo hodiernâ die in corpore, & animâ resurgens, gloriosa ad cœlos ascenderit? respondebit vobis, talem assumptionem decuisse B. Virginem, imò & debitam illi fuisse ex iustitiâ, utpotè, quæ sola in cruce morienti adstiterat, & numquàm ipsum deserens acerbissimos cruciatus perferentem, ei compatiens defuerat, verùm etiam ad quoscumque denuò inferendos dolores, & pœnas, adamantino pectore præparata, sese extremis periculis commiserat, expositaque, quemadmodùm eleganter S. Ildefonsus disseruit: *Stabat parata Mater Dei ad quamlibet pœnam susciendam, si percussorum manus accessisset.* A quo non abluit *Lue. 1. v. 28.* *D. Bernard. citat. ab Oleastro in cap. 12. Genes.* *D. Ioan. Damasc. ibi.* *D. Ildefonsus Serm. 2.*

Digitized by Google

D. Aug. abluſit D. Auguſtinus: *Stabat non degeneri mater animo, quæ non metueret peremptorem pendebat in cruce Filium, Mater ſe perſecutoribus offerebat*, ita, ut ſi Matri exterius defuerit martyrium non tamen voluntas, quâ obfirmato animi propoſito illud excipere, & pati cupiebat, quò ſimul gloriæ Reſurrectionis ejus ſummis votis particeps fieri exoptabat.

11. Quemadmodùm itaque hæ duæ ſorores Magdalena & Martha, illa, ut à Chriſto genialiter excepta, & hæc, ut Chriſti hoſpes, illum convivio recreans, promeruerunt fratris ſui Lazari reſuſcitationem, ita beatiſſima Virgo tot utique amoris prærogativis à Deo largiſſimè dotata, quæ ipſi tot pietatis obſequia impenderat, meruit hodierno die ad tanto glorioſiorem vitam reſurgere, quantò obſequia Matris Dei, miniſteriis Magdalenæ, & Marthæ præſtiterunt, & gratiora fuerunt; neque enim ſolum pro illius amore ſeſe periculis expoſuit, ſed etiam illum, in Magdalenâ adumbrata ſpiritualiter in animâ ſuâ, & corporaliter in Marthâ ſignificata, digno hoſpitio viſcerum ſuorum concepit, & lautiſſimè excepit. Addo, vix ullam fieri poſſe comparationem inter obſequia harum ſororum, & ea, quæ Deipara, nedùm novem menſium ſpatio, ſed etiam triginta annorum decurſu obſequentiſſima Filio ſuo exhibuit, & pientiſſimè adminiſtravit.

12. Quæ cùm ita ſint, facilè colligitur dilucida ratio convenientiæ Evangelii duarum ſororum cum præſenti ſolemnitate Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis, & Reginæ Angelorum, & quàm appoſitè S. Mater Eccleſia in ſenſu allegorico eidem Matri illud accommodet: *Intravit Ieſus in quoddam caſtellum, &c.* Venit Filius Dei in orbem terrarum, & cùm Mundus eſſet opus manuum ejus, eumque non dignoſceret, tamquàm Creatorem ſuum, neque eum dignaretur hoſpitio excipere: *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit*, id eſt, taliter ſe geſſit ergà illum, quaſi creatura ejus non eſſet. Non ſecùs egerunt homines cum illò, eodem ſaltem, ſi non arctiori obligationis vinculo ei adſtricti: *Et ſui eum non receperunt.* Quis igitur illum agnovit, & recepit? Dicat Evangeliſta: *Mulier quædam excepit illum in domum ſuam.* Quæ omnia compendio complexus S. Auguſtinus, ita fatur: *Sed Dominus, qui in propria venit, & ſui eum non receperunt, ſuſceptus eſt tamquàm hoſpes. Sequitur enim: Et mulier quædam, &c.* Una ſola mulier hoc ei charitatis officium impendit, quam, teſte S. Vincentio noſtro Ferrerio, Salomon avide expoſtulabat, dicens: *Mulierem fortem quis inveniet?* Sola ſacratiſſima Virgo prædita fuit hâc virtute hoſpitalitatis, quæ Deum in domum uteri ſui virginalis condignè ſuſcepit. Si igitur ſanctiſſima Virgo, inquit melliſluus Doctor, ſcivit, & novit Deum e cœlis ad nos deſcendentem, in domum hoſpitii ſui excipere: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, æquum erat, ut Deus ei vices rependeret, eamque è terris ad cœlos in corpore, & animâ aſcendentem, in domum ſuam reciproco honore exciperet. Notate verba S. Bernardi egregiè prædicantis: *Nec in terræ locus dignior uteri virginalis templo, in quò Filium Dei Maria ſuſcepit, nec in cœlis, regalis ſolio, in quò Mariam hodiè Maria Filius ſublimavit.* Tota ergò hujus Conſiderationis periocha, & compendium eò collimat, ut declaret cauſam, ob quam S. Mater Eccleſia Evangelium hodiernæ Solemnitatis triumpho Deiparæ ad cœlos conſcendentis accommodet, quia, videlicet, Verbum æternum fuit conceptum in utero ſacratiſſimæ Virginis, domo ſanctiſſimâ, quemadmodùm Chriſtus in domo iſtarum ſororum Marthæ, & Magdalenæ fuit hoſpitio exceptus; & unà conatur Evangelium oſtendere, quàm largiter ſoleat Deus remunerare pericula, quibus juſti ſeſe pro illò objiciunt, ut patet manifeſtè in ſanctiſſimâ Virgine, quæ, hodiè triumphans, cœlos ingreditur, & liquidò comprobatur in hiſce duabus ſororibus, quarum fratrem ſuſcitavit à mortuis, ut ejus reſurrectione hoſpitalitatem compenſaret, & diſcrimina, quibus ſeſe ob amorem Dei commiſerant, condigno præmio remuneraret. *Intravit Ieſus in quoddam caſtellum.*

D. Thom. hic.

D. Vinc. Ferrer. ſerm. de Nativit. Virg.

Luc. 1. v. 38.

D. Bern. ſerm. 1. de Aſſumptione B. Virg.

Luc. 10. v. 38.

Ioan. 1. v. 10.

Ioan. 1. v. 11.

Luc. 10. v. 38.

D. Auguſtinus in catenâ

Maria ſedens ſecùs pedes Domini audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat, &c.

CONSIDERATIO II.

Exterior apparatus, quò Martha ſollicitè præparabat domum ſuam ad excipiendum Chriſtum, & devota attentio, quâ Maria audiebat verbum illius, docent nos ſpiritualem diſpoſitionem, & interiorem animæ ornatum, quò eumdem Chriſtum, ſpiritualiter per gratiam, & corporaliter ſub ſpeciebus Sacramentalibus velatum, recipere debemus.

1. POnderat Philo Hebræus ſolertem Dei curam, & diligentiam, quam in creando homine ſingulariter adhibuit, qui tamen cæteras creaturas facillimo negotio fuerat operatus. Creavit cœlos vario colore diſtinctos, planetis exornatos, ruilantibusq; ſtellis quaſi acu pictos, terram omnigenâ plantarum, & arborum ſpecie adornatam, floribus fœcundam, roſas & violas germinantem, totúque animantium inhabitatione ditatam efformavit, mare piſcibus, & aerem vario avium genere locupletem, &, ut paucis plura perſtringam, omnia verbo unico effinxit, *ipſe dixit, & facta ſunt.* At verò, ubi ad efformationem hominis venit, totum ſeſe Deus impendit, & tres ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonæ in uno homine plaſmando occupantur, *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* non ex quacumque, ſed ſelectâ humo tale opus fabricavit. Tot, tantæque operis impenſæ, ô Domine, pro re tantillâ, tamque vili corpore humano applicantur? Ne mireris, inquit Philo, tantam Dei in hoc opere ſolertiam, & laborem impenſiùs dedicatum: *Domus enim quædam, aut templum ſacratum fabricabatur rationali animæ.* Corpus ſiquidem, quod animæ, ſimilitudinis, & imaginis Dei habitaculum parabatur, meritò non parvo artificio, ſed exculti ſſimâ perfectione ædificari oportebat. Quô facto Deus nos edocere voluit, quantâ animi præparatione nos diſponere debeamus, ad eum dignè recipiendum. Quemadmodùm enim, teſte Philone, uſus, & praxis mundana docet, eum, qui Regem aliquem in ædes ſuas hoſpitio excipere ſatagit, omni curâ, & ſtudio allaborare, ut locus, & aula regiæ Majeſtati, & tanti hoſpitis dignitati correſpondeat, ita etiâ pluſquàm rationi conſentaneum eſt, ut anima noſtra, ad recipiendum Regem Regum, dignũ ei habitaculum præparet, & inſtruat: *Si enim, quoties Reges excipiendi ſunt magnificentiùs excolimus ades proprias, & nihil negligendũ exiſtimamus, quod ad ornatũ pertineat, ſed omnia benignè, ac liberaliter exhibemus ut hoſpitiũ jucũdiſſimum reſpondeat dignitati hoſpitis: Regi Regum, & hujus univerſi mundi rectori Deo, qui comitatis, atque humanitatis cauſa dignatus eſt ſuam creaturam inviſere, & à ſummo cœlo ad terram, ut generi humano beneficia ſua conferat, digredi, qualem tandem domum oportet inſtruĩ? Abſit enim, vos lapideam, ligneam, vel. quod dictu nefas eſt, præparare.* Neque ab hâc conſideratione abluſit D. Gregorius Nyſſenus, dicens, ideò Deum hominem poſt cæteras creaturas ſingulariter efformâſſe, quia illi priùs domum præparare, & palatium exſtruere cupiebat, &, antè conſtitutum Regem, ei ſubditos donare volebat: *Vt egregius invitator, antè, quàm cibi parati ſint, convivam domum ſuam non deducit, ſed, omnibus primùm eleganter inſtructis, convivam excipit.* Sicuti enim invitans amicum, juxtà regulas humanitatis, non niſi, omnibus paratis, introducit eum ad convivandum, ita Deus, creatis omnibus, produxit hominem, ut cunctis à Deo præparatis frueretur, & primo oculorum intuitu videret, quàm perfectum eſſet habitaculum, quod Deus illi præparaverat; quô attentè conſiderato, ſe debitorem agnoſceret ad extruendum in animâ ſuâ dignum Deo habitaculum, in quô moraretur, qui tam curioſam, & adornatam domum, putà, mundum totum ei proviserat. Similem diſcurſum efformat S. Anſelmus in ſermone tertio Annuntiationis beatæ Virginis, ad quem curioſum lectorem remitto.

Ex dictis ſummatim concluditur, quantâ nos oporteat ſollicitudine componere, & adornare animas noſtras, ne dedignetur deſcendere ad cõmorandum in illis, nevè quidquam reperiat, quod ejus offendat aſpectum, & interturbet in habitationem, qui tam vigilanti curâ domum, & palatium fabricavit, in quô homo, & præſertim anima ejus deliciaretur, & requieſceret. Ponderat egregiè Oleaſter noſter

Pſal. 148 v. 5.

Geneſ 1. v. 26.

Philo Hebræus lib. de Opific. Mundi.

Philo lib. de Cherubin.

D. Greg. Nyſſenus lib. de hominis Opific. c. 2.

D. Anſelmus ſerm 3 de Annunc. B. Virg.

noſter præceptum, quòd Deus conſtituit filiis Iſraël, mox ubi ingreſſi fuiſſent terram Chanaan, eamque occupâſſent, ab iis inviolabiliter obſervandum, ut, videlicet, quando Sacerdos domos illorum erat ingreſſurus, omne infectum lepræ ab iis eliminarent: *Si fuerit plaga lepræ in ædibus* Vbi Pagninus ita transfert: *Expurgabunt domum, antequàm Sacerdos domum ingrediatur*, id eſt, ſcopis verrent, & mundabunt domum, & univerſa efferent ex eâ antè Sacerdotis introitum. Pulchrè profectò Oleaſter noſter: *Audu hic, quæ reverentia ſit præſentiæ Sacerdotis exhibenda, cùm domum tuam fuerit intraturus; nempè domus ipſa mundanda, ne ſordes domus, ejus oculos offendere poſſint.* Sed ad quid tantus nitor, & mundities ad introitum Sacerdotis, quidve Deus tam accurato ritu, & obſervantiâ nos edocere voluit? *Dei enim Vicarius, & Miniſter eſt, & domum, ad ſalutem tuendam, ingreditur. Suſcipe ergò eum, ſicut Angelum Dei, ſordes exterge, domum munda, cuncta interiora, & exteriora repurga, ne quid in ingreſſu, ejus oculos offendat.* Erat Sacerdos Dei Vicarius in terris, &, ſi quam domum intrabat, eam, redditâ ſanitate, à leprâ purificabat; idcircò decens erat, ut eum omni honore, reſpectu, & reverentiâ ſuſciperent, utpotè, qui ad benefaciendum, ingrediebatur, & vices ipſius Dei gerebat. Cuncta, quæ in veteri lege contigerunt, teſte gentium Doctore Paulo, legis gratiæ ſymbola, & figuræ extiterunt: *Hæc autem omnia in figura contingebant illa.* Et Sacerdos antiquæ legis ſymbolum fuit ſummi noſtri Sacerdotis Ieſu Chriſti, inquit Angelicus noſter Præceptor, qui taliter eſt Sacerdos, ut etiam ſimul ſit Sacrificium, tuncque venit ad domos noſtras, quando eum ſub Sacramenti ſpeciebus velatum recipimus: quapropter omnes Chriſtiani jure quodam adſtringimur, ad faciendum in animabus noſtris, quod Hebræis in domibus ſuis curandum jubebatur: *Expurgabunt domum, &c.* obligamurque mundare conſcientias noſtras ita exactè, ut ne veſtigiũ peccati, vel culpæ, quantumvis minimæ etiam venialis, deprehendatur in illis. Minima enim ſufficiunt, & impediunt, ne condignè talis hoſpes, & Sponſus tam nobilis ſecundum conditionem ſuam decenter recipiatur.

Levit. 14. v. 34.

Pagninus hic.

Oleaſter hic.

1. Corint. 10. v. 11.

D. Thom. in offic. de Sacram.

3. Obſervatione digna ſunt verba, quibus Chriſtus Dominus duobus illis diſcipulis præcepit, ut cœnam Paſchalem præpararent, dum eos ad ædes cujuſdam hominis innominati deſtinavit, qui eis cœnaculum grande ſtratum oſtenderet: *Ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum, & illic parate nobis.* Quæ verba diſertè allegorizat Philippus Abbas: *Grandi ſpatio dilatatur cœnaculum, quia ille ſella breviore, & avaro tripode non latatur, & ut eum ſemper alliciat, tapetibus operoſis, & floribus odoriferis ſternitur, & aptatur, quia immunda, inhoneſta, & turpia pulcher præ filiis hominum aſpernatur*, id eſt, non vult Deus hoſpitari, niſi ubi fuerit mundities. Et hoc myſterium continet electio cœnaculi grandis, periſtromatibus adornati, ad celebrandam cœnam Agni Paſchalis, quia omne aliud cœnaculum, quod hôcce ornatu non fuerit inſtructum, diſplicet ei, & ſolummodò animas illas dignatur ingreſſu ſuo, quæ fuerint virtutibus excultæ, & ab omni culpâ, etiam leviſſimâ, prorſus immunes. Minimum namque veſtigium peccati ſufficit, ad impediendum commodum illius hoſpitium.

Marc. 14 v. 15.

Philippus Abbas li. 1. in cantic. c. 4.

Vulneraſti cor meum, ſoror mea Sponſa, in uno oculorum tuorum, ait Sponſus Sponſæ in Canticis, quibus verbis conteſtatur Sponſus, ſe amore unius oculi Sponſæ captum, & vulneratum. Variant ſacri Interpretes in eorumdem explicatione. Commentator noſter ſentit litteralem, ac genuinam eorum ſignificationem, eſſe encomia, quibus Sponſus modeſtiam, & compoſitos Sponſæ mores deprædicat, utpotè, quæ non niſi dimidiâ luce, ſeu oculo ſe conſpiciendam daret, alluditque ad conſuetudinem mulierum Orientalium, quæ, teſte Tertulliano, tuendæ honeſtatis, pudicitiæ cauſa, obvelatam faciem habent, & tantùm ex facie diſcooperiunt, quantùm ad videndum ſufficit, ipſæ tamen à nemine conſpiciuntur: *Honeſtatis cauſa, atque decoris, ut ne facile viderentur, & concupiſcerentur, faciem ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contenta ſint dimidia frui luce, quàm totam faciem proſtituere.* Ac ſi diceret: ô anima ſancta, maximè mihi placet, & arridet in tuâ pulchritudine, quòd caſtâ quâdam verecundiâ aſſocietur. Bella explicatio, ex quâ depromi poſſet doctrina huic tempori accommodiſſima, aſt alia ſingularis inſtituto noſtro congrua occurrit, pro cujus fundamento, & notitiâ ſervit id, quod celeberrimus Hebræorum Hiſtoricus enarrat: Lex erat firma, & conſtans Perſarum: *Ne mulieres extraneis viris ſe in-*

4. *Cant. 4. v. 9.*

Sotomajor hic.

Tertull. lib. de Virginib. veland. c. 17

Ioſephus lib. de Antiquitat. Iud.

Digitized by Google

se inspiciendas præberent, id est, ut à solo Sponso cernerentur, contrariumque, tamquàm gravissimum crimen, & ab eis maximè alienum, habebatur. Hâc doctrinâ positâ, existimo, verba illa Sponsi, graves quidem, sed amoris plenas continere querelas, quibus de Sponsâ conquerebatur: Itaque *vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa, in uno oculorum tuorum*, idem sonat, ac si diceret: O Sponsa mea, etiam minimus oculorum nictus, quò amatoriè alium adspectas, & crinis capitis tui fortuitò minùs compositus me vulnerat, & quasi sagitta, seu lancea præcordia mea penetrat, & sauciat. Tantine æstimas, ò Domine, etiam levissimam offensam, qualis est inordinata quædam, & diverticulum oculorum à te? Ita sanè, quia in præsentiâ Sponsi adeò tenerè diligentis, etiam minima, graves sunt offensæ, maximè, cùm rationi consentaneum sit, ut leges Dei Sponsi non minùs obligent animam desponsatam per gratiam, quàm leges, & statuta Persarum. Omnes etenim per Baptismum desponsamur Domino Deo, & ab instanti, quò gratiam Baptismalem recipimus, sub singulari illius curâ vivimus. Variis modis Deus visitat, & descendit ad animas nostras, quarè valdè necessarium est, ut, cùm facultates nostræ, ac vires adeò sint exiles, & nihil boni ex nobis ipsi offerre possimus, saltem cum donis, & muneribus, quæ ipse nobis confert, amanter eum hospitio recipiamus, ne malum, quod ex pravâ nostrâ inclinatione habemus, ei remoram injiciat, ipsumque volentem descendere ad animas nostras impediat, ne in ipsis commorari valeat.

5. Imitemur eamdem Sponsam, quæ, protinùs ut ipsum querulosum animadvertit, sollicitâ curâ, ingentique conatu studuit ornatui animæ suæ, eamque sedulò præparavit, ad recipiendum eum, cujus adventum tantoperè exoptabat. Hunc sensum reddunt verba illa: *Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Res ita se habebat, inquiunt S. S. Ambrosius, Gregorius Nyssenus, quibus subscribit noster Sotomajor. Invitaverat Sponsa, & summis precibus interpellaverat Sponsum Dominum, & Regem suum, ut dignaretur declinare ad hortum animæ suæ, & oblectari fragrantiâ florum ejus, id est, sanctis cogitationibus, & recreationem suam capere amœno aspectu fructuum ejus, qui sunt opera virtutum, ipse autem Sponsus benignas ei præbuit aures, & indulsit votis avidè supplicantis, & celerem, festinumque ei addixit adventum. Hoc denotat, *Veni*, inquit Sotomajor, id est, quòd reputaret, eum jam advenisse. Hunc penes se formavit Sponsa discursum. Ajunt sancti Patres, haud dubiè veniet Sponsus meus hospitatum in animâ meâ, igitur æquum est, ut tanto hospiti condignum præparem hospitium, at vero cùm ex propriis mihi ad hoc necessaria non suppetant, omnium creaturarum opem implorabo. Tu itaque aquilo apage hunc, quia asper, ingratus, & noxius es floribus hujus horti, at tu auster, qui leni zephyro, & mansueto flatu foves, procreasque flores, & hortos amœnitate fœcundas, perfla hortum meum, ut germinent flores mei, & fluant fragrantissima aromata ejus, quibus Dilectissimus meus suaviter oblectatus jucundè excipiatur; quasi Sponsa, sub hâc metaphorâ, cunctis mundi curis, oblectamentis, & deliciis vitæ temporalis, in vento aquilonari, juxtà illud Ieremiæ: *Ab aquilone pandetur omne malum*, adumbratis, valediceret, quia jam alius domum suam occupaverat, & cælestia desideria, deliciasque gloriæ, in vento australi significatas, *Deus ab austro veniet*, invitarat ad unà secum celebrandum, & collaudandum lætissimum Sponsi adventum, qui eam tam exoptatâ suî præsentiâ cohonestabat. Hanc sollicitam Sponsæ curam omnes imitari debemus, & solerti studio animas nostras præparare, easque tali cultu exornare, quò ad decenter talem, tantumque Dominum hospitio excipiendum, idoneæ, & condignæ reddantur.

Cant. 4. v. 16. *D. Amb. in Psal. 1.* *D. Greg. Nyssen. erat. 10. in Cant.* *Sotomajor hic.* *Ierem. 2. v. 14.* *Habac. 3. v. 3.*

6. Curiosiùs adnotavit sacer Textus, quòd, quando Dominus Deus dedit Israelitis manna in deserto, symbolum divinissimi Eucharistiæ Sacramenti, antequàm caderet manna, priùs ros cælestis descenderit: *Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter, & Man.* Quæ verba interpretans Lyra ait: *Primò cadebat pruina, quasi stramentum Manna*, id est, erat ros ille adinstar mensæ, seu altaris, super quod panis Angelorum descendebat, &, si fidem dederimus dictis Rabbinorum, quos refert Oleaster: *Man habebat rorem infrà se, & suprà*, quasi inter duas scutellas roris Manna cæleste cooperiebatur. Quæ res manifestè denotat munditiem, & puritatem, requisitam ad condignam venerabilis Eucharistiæ Sacramenti susceptionem, quod in ipso manna

Num. 11. v. 9. *Lyra hic.* *Rabbini apud Oleast.*

Digitized by Google

manna fuit adumbratum, quodque necessariæ sint dispositiones cælestes, ut in animabus nostris digno, & decenti hospitio excipiatur.

7. In libro geneseos refert sacer Chronicus, Patriarcham Abrahamum tres viros; & inter illos, Deum ipsum in domum suam recepisse: *Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi. Cumque sublevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset cucurrit in occursum eorum, & dixit: Domine, si inveni gratiam in conspectu tuo, ne transeas servum tuum.* Magnum reperit mysterium S. Augustinus in eò, quòd Deus non fuerit dedignatus esse hospes, & conviva Abrahami, & non recusaverit excipi tam parvo, seu angusto hospitio; quinimo observat artificium, quò servus Dei usus fuit, ad recipiendum in domum suam Deum ipsum, quasi sacramentaliter occultatum neque peregrinum existimetis loquendi modum, quia eodem etiam sancti Patres utuntur, & singulariter S. Petrus Chrysologus his similia in quodam sermone protulit verba: *Sed quo modo, aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fuderit.* Expendit Sanctus verba illa Christi Servatoris: *Esurivi, & dedistis mihi manducare*, & exaltat meritum paupertatis, dicens, quòd Deus vel pauperem transfundat in se, vel se transfundat in pauperē, ac si apertiùs diceret, duplici modo Deum se sacramentaliter abscondere, uno quidem, in Sacramento Altaris, alio autem modo in paupere: & si dubitatis, attendite, & notate, quàm conformia sint hæc verba iis, quæ ipse Salvator de seipso sub sacramentalibus speciebus velato enuntiavit: *In me manet, & ego in illo.* Ad rem igitur, à quâ digressi sumus, regrediamur. Artificium tam extraneum, quò Abraham, Majestatem supremam, Deum scilicet trinum, & unum, ad angustam illexit casulam, & habitationem, sub habitu peregrini, & pauperis, occultatam, fuit viva fides mysterii, quod recipiebat. Excipite verba magni illius Archiepiscopi: *Licet illa minora fuerint, quæ exhibebantur locorum angustiis, magnitudinem dederat fides.* Quia enim virtus fidei est adeò sagax, & industria (loquitur autem de vivâ fide informatâ, charitate, & sanctis virtutum operibus associatâ) rapuit à Deo attributam immensitatis, illudque in domum suam transtulit, & cum hâc dispositione prævia Deus immensus in angusto tugurio Abrahæ excipi, & collocari potuit. Fides siquidem cœnaculum amplificavit, & extendit, & charitas quâ eum hospitio excepit domum in palatium infinitum commutavit, quò Deus immensus caperetur.

Gen. 18. v. 1.

D. Aug. serm. 68. de temp.

D. Petrus Chrysol. Serm. 14.

Matt. 25. v. 35.

Ioan. 6. v. 57.

8. Valdè notandus est obscurus, & intricatus modus, quò hujus rei gestæ seriem S. Paulus Hebræis scribens, commemorat: *Hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angeli hospitio recepti.* Ita habent Biblia correcta, quamvis antiqua legant, *placuerunt*, id est, quòd quidam hospites peregrinorum latuerunt Deo. Græcorum autem Patrum non una, & eadem est sententia, an Patriarcha Abraham cognoverit, convivas suos esse Angelos, sed effectus, & hospitalitas, quam eis exhibuit, ostendunt, & commonstrant, eum tunc temporis reputâsse illos homines, licèt, postmodùm eos esse Angelos, intellexerit. Huic opinioni suffragatur Angelicus noster Doctor S. Thomas, & Glossa per eum relata: *Alia littera habet, per hanc, quasi nescientes, receperunt Angelos: quia non credebant, eos esse Angelos, quod verum est in principio. Vndè, quòd Abraham adoravit eos, putavit, quòd essent viri sancti à Deo missi, & adoravit eos adoratione dulia, qui exhibetur Sanctis, & quasi hominibus, cibos obtulit. Sed postmodùm intellexit eos Angelos, in quibus Deus loquebatur, &c.* id est, primò credidit, illos esse viros sanctos, eò à Domino missos, eosque, uti tales, adoravit, cibavit, & lotione pedum honoravit, verùm, postea eos Angelos esse, agnovit, ita ut videantur Angeli fuisse latentes, qui sub corporibus phantasticis personati apparebant; Apostolus autem asserit, hospites Angelorum fuisse absconditos, quia non dicit, *latuerunt Angeli*, sed, *latuerunt quidam.* Quonam modo verificari possunt hæc Paulina verba, & quomodo subsistere potest, quòd Apostolus nolit, Angelos fuisse, qui laverunt, sed potiùs velit, hospitales Dei servos fuisse, qui eos hospitio receperunt. Alii suum ferant judicium, ast ego opinor, quòd Abraham, & Sara protinùs ut cognoverunt convivas, quos domi sui habebant, considerârunt eorum dignitatem, & excellentiam, suæque facultatis tenuitatem, & exilitatem in comparatione illius, quod talib. convivis condignum erat, omnia obsequia sua ipsis præstita flocci, vel nihili facientes, tantâ verecundiâ, & rubore suffusi fuerunt, ut coràm iis apparere non præsumpserint:

Hebr. 13. v. 2.

D. Thom. hic. Glossa.

Latuerunt quidam, comparuerunt quidem corpore, sed animo latuerunt, & voluntate absconditi fuerunt. Quemadmodùm homo gregarius, & rusticus, (exemplum, quò in simili utitur eminentissimus noster Cardinalis) consuevit timere in præsentiâ Principis sapientis, ne quidquam, quod ipsi displiceat, in illo appareat, assidens enim mensæ cum eò, non audet manum extendere in paropsidem, &, quasi pudore correptus, latebras quærit, & quasi sese ipsum abscondens, anhelat attonitus tantæ Majestatis præsentiâ orbari, malletque potiùs sub cavernis terræ latêre, quàm tantâ Majestate cominùs rui.; non aliter Patriarcha Abraham habens Deum domi suæ præsentem, cum eò colloquens, ejusque pedes lavans, & mensam ipsi præparans, ac convivium instruens, ita comparebat, ut se quodammodò absconderet: *Latuerunt*, indignum se existimabat, qui coràm tantâ puritate, & sanctitate assisteret: probè enim noverat, quàm facilè, etiam minimum, ei displiceat, & quanta munditia, & virtutum ornatus necessarius sit, ut, juxtà conditionem suam, talis, tantusque conviva decenter, & condignè excipiatur.

Cajetan. super illud Gen. 28. Quidam terribilis est locus, &c.

2. Ex his discurrendo philosophemur, qualis, & quanta debeat esse Christiani hominis perfectio, qui, Deum sub velis, & involucris accidentium Panis, & Vini rectum, sumere præsumit, & quæ, qualisve animæ compositio, quantusque virtutum ornatus exigatur in domo illâ, ad quam permanenter inhabitandum, recipitur. Deum incarnatum appellat Doctor Gentium Paulus, Deum sacramentaliter velatum, & mysterium Incarnationis, Sacramentum absconditum. Virgo Deipara fuit prima domus, quam Filius Dei in suam habitationem, & sedem elegit, ideoque omnia Dei attributa se in Virgine sacratissimâ quodammodò exinanierunt. Hoc denotant verba illa Psalmi: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, quæ S. Mater Ecclesia non incongruè ei accommodat, eaque ex Hebræo transfert S. Hieronymus: *Sicut cantores in choris ita omnes fontes mei in te.* Interrogo. Ecquæ comparatio unius cum alio? aut quæ convenientia inter musicos, & fontes? ut dicat Deus noster in Virgine sacratissimâ esse fontes, & cantores: *Sicut cantores in choris, ita omnes fontes mei in te?* Videtur mihi hæc similitudo apposita, & instituto nostro accommoda; alludit enim ad id, quod fit, dum Rex regium ingreditur sacellum, tunc enim singuli cantores, & musici æmulâ quâdam contentione student Regi dulcedine vocis placere, & præ cæteris eminere, vel quemadmodum hortulani solent, Principe intrante viridarium, seu domum recreativam, laxare aquæ ductus, cunctosque fontium latices in altum educere, quibus Regis animum oblectent, & lætum ejus adventum attestentur; non secùs potentia, sapientia, amor, & cætera Dei attributa omnem vim, & virtutem suam exeruerunt in hanc Virginem, &, quasi per æmulationem, ad summum apicem evexerunt gratiam, dona, virtutes, cæterasque animæ ejus dotes, & perfectiones, quia eligebat eam Deus in habitationem, templum, & domum recreationis suæ: ac proindè bellè convenit cum illò: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, translatio S. Hieronymi: *Sicut cantores in choris, ita omnes fontes mei in te.*

Psal. 86. v. 7.

D. Hieronymus ex Hebræo.

Hinc colligite, quanta puritas conscientiæ, quantaque animæ munditia requiratur in iis, qui divinissimum Altaris Sacramentum recipiunt. Pulchrè observavit Philo Alexandrinus, quòd Deus non dederit filiis Israel manna (unicum, & singulare Sacramenti Eucharistiæ symbolum, & figura) in compitis, aut populi tumultu, sed in solitudine, & deserto: *Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine*, sacro attestante Eloquio. *Non invenitur*, inquit Philosophus, *nisi ubi desertum est vacuum vitiis, & virtutibus refertum, id est, plenum.* Manna cœleste, panem Angelorum non donat Deus, nisi in deserto; extrà tumultuantis mundi commercia, cadit solummodò in locum vacuum vitiis, & refectum virtutibus; non sperent igitur, neque exspectent manna cœleste, qui caducis hujus vitæ curis immerguntur, aut turbulentis hujus Babyloniæ confusionibus implicantur, solum enim desertum Panis hujus cœlestis dignum est receptaculum. Si igitur verum manna cœleste, Corpus dico, & Sanguinem Christi, in antiquâ lege præfiguratum, condignè recipere velitis, mundum fugite, sollicitudines terrenas excutite, animas vestras virtutum ornamentis excolite. Hoc siquidem modo debitè vos præparabitis ad excipiendum hospitio Deum ipsum, & divinis ejus consolationibus perfrui poteritis. 10.

Exod. 16. v. 14.

Philo Alexandr. lib. 2. leg. allegor.

Notissima est omnibus cœna illa Evangelica, quam Rex maximus apparavit. Intravit ille, ut 11.

Digitized by Google

ut mensas, & apparatum earum exploraret, viditque cunctos discumbentes affatim exornatos, & nitore maximo splendidos, verùm, inter cæteros, unum deprehendit non indutum veste nuptiali, dixitque ei: *Amice, quomodò huc intrâsti, non habens vestem nuptialem?* Quibus verbis Salvator eum inurbanitatis, & inverecundiæ redarguit, utpotè, qui absque decenti ornatu, & veste nuptiali illuc intrare præsumpserat. Alludit ad consuetudinem veterum, maximè Romanorum, qui in conviviis suis, veste albâ, in signum lætitiæ, passim utebantur. Et in hoc sensu intelligenda sunt verba Cornelii Taciti, quibus impiam crudelitatem, & horrendam proditionem Neronis in morte Britannici carpendo, detestatur: *Inter sacra mensæ, &c.* His positis premit consideratione suâ S. Maximus supplicium illud, atque ornatum, & nitorem vestium in cæteris, fœditatem, & incompositionem hujus miserrimi hominis justè condemnâsse, & unicam fuisse causam, ob quam in tenebras exteriores mitti jubebatur: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Certum enim est, inquit Sanctus, virtutem, & ornatum perfectorum, continuò neglectum, & socordiam ociosorum accusare, & peccati redarguere: *Quis potuerat minùs displicuisse forsitan, si in consortium justorum minimè se dedisset.* Ac si diceret, quòd omnes eumdem habeant Deum, eamdem Ecclesiam, eadem Sacramenta, idem omninò Altare, & quòd, aliis veste nuptiali adornatis, vivâ fide fulgentibus, aliis castitate eminentibus, & aliis charitate ardentibus, seu aliis singulari virtutum ornamento condecoratis, alius ingrediatur mundano modo vestitus. Manifestum est, inquit Sanctus, pulchritudinem, & decorem virtutum illorum, condemnatorum deformitatem, & sordidam vestem alterius, qui se iis adjunxerit: *Et cùm alius niteret justitiâ, alius lucret fide, alius castitate fulgeret, ille solus conscientiæ fœditate polluitur, cunctis splendentibus, deformis horrore sordebat.* O fratres! mei! nullus deinceps inter vos reperiatur, qui sine debitâ compositione, & decenti ornatu ad sacram Eucharistiæ communionem accedere præsumat, sin minùs in tenebras exteriores, in æternas gehennæ flammas mittetur: accedant soli illi, quorum animæ fuerint per fidem, & charitatem dispositæ, & absque ullius peccati labe aptæ, ad fruendum delicus hujus divinissimi Epuli, & capaces, ad participandum dulcedinem, & suavitatem, quam dignè communicantibus largitur, uti egregiè disseruit S. Bernardus: *Gratiam pro gratiâ, id est, munera gloriæ æterna pro merito temporalis malitiæ.* Et si non cum sanctissimâ Virgine, à communi regulâ exceptâ, sicuti etiam ornatus animæ ejus singularis fuit, propter singularia dona gratiæ, virtutes, prærogativas, & excellentias, quibus eam largissimè præ cæteris cumulavit, & dotavit, saltem cum hisce duabus sororibus Marthâ, & Magdalenâ, quas hodierno die in obsequio, & servitio Christi impensiùs occupatas videmus, accedamus. *Maria sedens secùs pedes Domini, &c. Martha autem satagebat circà frequens ministerium.* Illi dabat sapientiam ad cognoscendum se, & hanc virtutibus ditabat ad assequendum se: *Virtutem operationi, & sapientiam intellectui.*

Matth. 22. v. 12.

Cornelius Tacitus

ibid. v. 13

D. Maximus.

D. Bern. Ser. 5. de Assumpt. B. Virg.

Domine, non est tibi [illegible] ræ, &c.

Considerat io III.

Proprium est, ajtorum, nolle se solos administ-re regimen, mundanorum autem non consentire, aut admittere societatem in illo.

1.

POnderat doctissimus noster Oleaster importunam, & crebram sollicitationem Moysis, quâ Deum instanter rogabat, ne se solum, sed etiam alium secum mitteret in Ægyptum, qui legatione unà fungeretur apud Pharaonem: *Mitte, quem missurus es*; & animadvertit Sanctum desiderare, & appetere socios in Dei famulatu, & nolle ipsum solum Deo potiri, ejusque singulari familiaritate, & alloquio, exclusis aliis, frui, & gaudere, atque, hanc esse genuinam Sanctorum indolem, quòd nolint soli regnare, sicut etiam, qui non sunt sancti, nolunt admittere socios in regimine, & rationem hujus apponit, quia *Servi Principum, quoniam non tam bonum Principis ministerium, quàm propriam utilitatem quærunt, nolunt consortium, servi verò Dei, quia non quod suum est, sed quod Dei, cupiunt, socios ad ministerium desiderant, & petunt*, id est, servi Principum terrenorum studeant proprio commodo, & non utilitati

Exod. 4. v. 13.

Oleaster hic.

Digitized by Google

Principum, at justi, non sibi, sed Dei servitio incumbunt, ac proindè quò Deo familiariores sunt, eò impensiùs conantur, ut plures ei serviant, placeant, & obtemperent. Ad confirmationem hujus doctrinæ adducit Oleaster, id quod Martha respondit Christo: *Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergò illi, ut me adjuvet.* Petit Martha consortium in ministerio, tum propter incapacitatem suam, quâ se solam indoneam reputat digno Christi obsequio, tum etiam, quia desiderat, uncti fruantur, ejus familiaritate, & omnes participent favores, & dona gratiæ ejus. Induunt in hôc singulariter, servi Dei conditionem Domini sui. Nunc rectè capio mysterium cur Deus dixerit Moysi, quando eum destinabat ad Pharaonem, quòd cum illò iret Aaron frater ejus, ut ambo significarent Pharaoni, quatenùs dimitteret populum suum, quem detinebat captivum, & quòd faceret eum, [illegible] Pharaonis: *Ecce constitui Deum Pharaonis: Aaron frater tuus ipse loquetur pro te.* Ac si ei diceret: [illegible] quia lubens acceptasti consortium fratris tui in [illegible] legatione, quam tibi demandavi, probasti [illegible] magis divinum, quàm humanum, quoniam sicut [illegible] us supremus omnium, soli omnis competit ho[illegible], etiam admittit homines, ut honorentur; [illegible]mque sit Dominus universi, voluit, ut homines [illegible] secum dominarentur, ideò tu divinitatem sapidum fratrem tuum Aaronem ad consortium legationis tuæ admittis.

Exod. 7. v. 1.

2. Quantumvis Dæmon hanc veritatem omni conatu studuerit labefactare, & infringere, ut præclarè adnotat Rupertus Abbas in variis locis, asserit tamen, tamquàm indubitatum, quòd intentum serpentis in oblatione, & præsentatione pomi vetiti, non solum fuerit dejicere, & destruere hominem, sed simul etiam veracitatem Dei impugnare, & minuere: fundatur autem in verbis facti Textus: *Nequaquam moriemini; scit enim Deus, quod in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dii, scientes bonum, & malum.* Erratis, neque rectè intelligitis causam probationis illius, vultis scire, quarè Deus vetuerit vobis arborem illam? ex merâ invidiâ boni vestri, quia nullatenùs vult, aliquem sibi similem, & scit, quod, quando vos ex illâ manducaveritis, evadetis in Magnates, & Deos: *Eritis sicut Dii.* Apperite oculos mentis vestræ, & scitote, quòd æqualem sibi oderit, & idcò sub pœnâ mortis vobis interdixerit: *Morte moriemini.* Totum hoc paucis verbis complexus est Doctissimus Abbas: *Hoc utique volebat intelligi, quòd claritatem omnis sapientiæ, divinitatem quoque Deus invidens homini, tale lignum illi interdixit.* Persuasit dæmon protoparenti nostro Adæ, quòd Deus propter invidiam noluerit ei concedere facultatem edendi ex ligno vitæ. O quàm splendidum mendacium! quàm manifesta erroris fallacia! certum est enim, Deum potuisse non creare hominem, si ei æquiparandus esset, vel non creâsse arborem, illius æqualitatis causam futuram.

Gen. 3. v. 5.

Rupert. sup. Ioan. & lib. de vict. verbi Dei, & in Cant.

3. Jam verè contrariam indolem & conditionem ostenderat Deus in ejusdem hominis efformatione, teste Oleastro super illa verba Geneseos: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, quæ continent decretum trium personarum sanctissimæ Trinitatis, super efformando homine, *faciamus*, inquiunt, *ad similitudinem nostram.* Hòc testimonio, inquit Oleaster, convincitur superbia ambitionis humanæ, quæ ita detinet, & occupat corda hominum, ut nolint sibi similem habere, aut æqualem admittere, & nedum invident præclarioribus dotibus prædito, sed etiam insidiantur ei, & omni astu, & technis ejus exitium, & ruinam moliuntur, ut ipsi soli magni, & præclari habeantur, & æstimentur. Non sic Deus meus, non sic Dominus meus, quia non solùm consentit, ut alius appareat sibi similis, & æqualis in regimine, sed etiam studiò, & deditâ operâ ipsum hominem totius universi Dominum effinxit, & creavit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut praesit, &c. Arguus locus iste hominum superbiam, qui nolunt sibi similem, aut æqualem habere, qui, si viderint vicinum crescere, non solùm invident, sed deturbant elevatum, si possunt. Numquid major es Deo, qui sui similem non solùm patitur, sed facit? Nec hoc solùm, sed pulverem ita evehit, ut omnium creaturarum suarum dominium ei tribuat, ita ut ferè sibi æqualem fecisse arbitretur.* Fecit Deus hominem, eumque ad regendum creavit, deditque ei tam absolutum dominium omnium creaturarum, ut ei nihil, nisi æqualitas cum Deo deesse videretur. Ea est conditio Dei, ac Domini, quem colimus, & adoramus, quam imitâtur, & sectantur omnes justi, de quorũ numero erat Martha, quæ idcircò in servitio Dei, & ministerio domestico consortium appetebat.

Gen. 1. v. 26.

Oleaster hic.

Videns

4. Videns Rex Nabuchodonosor miraculosum illum eventum, qui contigit coràm oculis ejus, quòd videlicet Daniël, ejusque socii in fornacem ardentem injecti, sani, & incolumes ambularent in eô, absque ullâ læsione camini ardentis, etiam inustis pilis, ac vestibus, sacro attestante Eloquio, fecit eos Magnates, & titulo Principum aulæ regiæ condecoravit: *Tunc Rex promovit Sidrach, Misach, Abdenago, in provincia Babylonis. &c.* Arbitratur Theodoretus Nabuchodonosorem, solum Danielem promovisse, & exaltâsse; movetut autem ad hoc opinandum, eò quòd sacer Textus in capitulo quarto attestatur, Regem appellâsse Danielem collegam suum: *Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel.* Idemque videtur colligi ex secundo capitulo ejusdem historiæ: *Et constituit eum Principem super omnes Provincias Babylonis*, ita ut Rex in interpretatione mysteriorum nullius habuerit respectum, præterquàm Danielis, qui alio nomine Balthasar appellabatur, verùm ad preces ejus, etiam collegas ejus ad eamdem dignitatem, & honoris excellentiam promoverit, ut ibidem sacra testatur Pagina: *Daniel autem postulavit à Rege, & constituit super opera Provincia Babylonis Sidrach Misach & Abdenago.* Quam ob causam, perçontatur Theodoretus, postulavit Daniël beneficia, & honores non sibi, sed aliis? cupiunt homines sibi solis honores, neque aliorum admittunt consortium in illis: nihilominùs, *hoc honore solus perfrui non sustinuit Prophetа, verùm precum socios, honoris etiã socios asciuit.* Plùs valet apud Deum amor, quàm ambitio. Erat Daniël amicus aliorum duorum adolescentum, qui ipsum, tamquàm fideles Achates, tam in camino ignis, quàm in laudando Deo comitati fuerant, ideoque voluit, eos etiam in honoris dignitate sibi esse socios, neque voluit sanctus adolescens solus perfrui honore, sed ut eòdem etiam comites sui gauderent, popposcit.

Daniel. 3. v. 97.

Daniel 4. v. 5.

Daniel 2. v. 48.

ibid. v. 49.

5. Quando elegit Deus Beseleël, ad fabricandum tabernaculum suum, deditque ei sapientiam, & intellectum præditum omnibus dotibus necessarijs, ad fabrefaciendum summâ industria, & artificio omnia requisita, & pertinentia ad illud, ait sacra Scriptura, quòd dederit ei Deus socium operis Ooliab: *Ecce vocavi ex nomine Beseleel filium Vri, filii Hur de Tribu Iuda, &c. Dedi ei socium Ooliab, filium Achisamech de tribu Dan, &c.* Expendit hîc Oleaster, Beseleël non indignè tulisse, sed gratanter accepisse collegam operis sibi à Deo designatum. Potuisset optimè replicare Moysi, se solum suscipere totius operis fabricam, neque se, ad illam dexterè perficiendam, alterius indigere adjumento, licèt plus temporis in illa foret impensurus, ast nihil horum replicavit, & ne verbum quidem obmurmuravit. *Non indignatur, non agrè fert Beseleel alterius socii consortium, quemadmodum mundi artifices, ac Principum ministri.* Erat Beseleel egregius, imò exculti ssimus sculptor, & hermoglyphus, & in arte illâ supremus, non tamen iniquo animo tulit Ooliab sibi adjutorem operis assignari, quia erat minister Dei, & plurimi æstimabat, non se solum, sed etiam alios plures in Dei servitio occupari; si quis foret minister Regum, aut Principum terræ, neutiquàm consentiret in ministerio sibi adjungi consortem, quia ministri Regum terræ, non attendunt bonum Domini sui, sicut Dei ministri, sed suo privato commodo, & utilitati student, & invigilant.

Exodi 31. v. 2. & 6.

Oleaster hic.

6. Undè in hôc mundani assimilantur soli, justi verò lunæ. Est hæc egregia ponderatio Agellii, illa verba Psalmi interpretantis: *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti*, id est, videbo cœlos illos acu pictos, splendentem lunam, & rutilantes stellas, quæ decore, & pulchritudine suâ clamant, se esse opera digitorum suorum. Quarè indagat Agellius, David collaudans lunam, & stellas, non meminit solis, qui tamen est formosissima Dei creatura, & luce suâ cunctos excedens Planetas, quâ de causâ præterit illum silentio, quando cœlos, & stellas summis laudibus extollit? *Solem verò non commemoravit, quia cùm stellas ponere vellet, quæ de nocte videntur, & interdiu propter lumen solis non apparent, simul illa commemoravit, quæ simul videntur.* Ac si diceret: nocte clarâ, & serenâ splendet luna, & simul stellæ in consortio ejus lucent; exoritur sol, & ita obtenebrat cæteros planetas, ut ad præsentiam ejus nec luna splendeat, nec stellæ appareant. Ideò igitur laudans lunam, & extollens stellas, dissimulat & subticet de sole, quia hic propter innatam quamdam conditionem ei displicuit, & illę ei gratissimæ apparuerunt, in signum, quòd illi placeant Deo, qui conditionem induunt lunæ, & in officio, & in regiminis præsidentiâ consortium admittunt, & illi, Deo displiceant, & ingrati appareant, qui similes Soli omnem

Pſalm. 8. v. 4.

Agellius hic.

lucem

lucem à se procedere, & soli regnare ambiunt, neque patiuntur, ut luna compareat, neque ut stellæ resplendeant.

7. Valdè, & meritò admiratur S. Rupertus Abbas, quòd nequeat, aut velit Moyses solus regere populum Hebræorum, quodque summis votis efflagitet Deum, ut alteri simul gubernandi munus, & onus imponatur: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi*, id est, humeri mei impares sunt, ad tantam sarcinam ferendam. Annuit Deus Moysi, indicans petitionem ejus rectæ rationi consonam, deditque ei septuaginta viros prudentissimos, & in republicâ illa expertissimos, qui ei in regendo populo, tamquàm assessores, auxilio, & consilio assisterent: *Mira pietas Dei, mira benignitas Moysis. Quonam alio modo melius satu populo facere potuit, quatenus videretur non velle solus gloriari?* Noluit Moyses solus potiri favoribus, & beneficiis Dei, noluitque esse solus, ut regeret populi habenas, petitque à Deo coadjutores officii, ne solus gauderet honore, & ut populus melius, rectiusque gubernaretur. Non ita agunt familiares, & intimi Regum terræ, soli ambiunt honorem, etiamsi crepent, & oneri succumbant; & ratio est manifesta, quia non quærunt expeditionem negotiorum, neque consulunt bono, aut commodo Regis, sed suæ propriæ utilitati, & ideirco ambiunt esse soli, neque æqualem sibi admittere volunt.

Num. 11. v. 14.

Rupertus lib. 5. de glorificat. Trin. c. 19

8. Estque hoc adeò tritum, & antiquum in mundo, ut si recurrerimus ad ejus primævam creationem, in primis protoparentibus nostris hujus veritatis confirmationem reperturi simus. De Caino filio Adami testatur sacra Historia, quòd fratrem suum Abelem innocentem interfecerit: *Consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum* Indagant Sancti, ecquod motivum habuerit impius fratricida, ad committendum tam enorme, & nefarium crimen? Responsio communis constat ex sacro Textu, quòd videns fratrem suum cumulationibus donis à Deo dotatum, invidiæ æstro percitus, fratrem suum amicè ad campum, deambulationis ergò, educens, eum proditoriè occiderit: *Pra verecundiâ minorem sibi prælatum videns*, inquit Petrus Comestor. Alii autem, referente Genebrardo, affirmant ex constanti Hebræorum traditione, quòd, quando Cain eum eduxit ad campum, *Egrediamur foras*, ei objecerit & dixerit; *non est justitia, neque judex, neque sæculum aliud, neque præmium, recipient justi, neque pœnas luent impii*, & quia innocens frater ei contradicens, redarguebat temeritatem dicti ejus, interfecit eum. Rabbi Isaac ait, Cain interemisse fratrem suum, ut ipse solus remaneret cum posteris suis, haberetque dominium absolutum totius mundi, *primus sinè secundo*, & ne Abel futurus esset parens, & seminarium futuri sæculi. Adeò familiaris, & antiqua est filius Adæ cupiditas ambiendi singularitatem, & præeminentiam in regimine. Ideò Iulius Cæsar non tulit consortium Pompei, neque Octavianus Marci Antonii, nec Alexander Darii, neque tandem Romulus Remi societatem, ut præclarè cecinit versibus illis Poëta:

Gen. 4. v. 8.

Petr. Comest. in Hist. schol. c. 20. Genebr.

in annal. chron. apud Penafiel. stat. 1. c. 3. §. 7.

Rabbi Isaac cit. à Penaf. stat. 1. c. 4. §. 3.

Nulla fides regni sociis, omnique potestas
Impatiens consortis erit; nec gentibus ullis
Credite, nec longè fœderum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Lucanus lib. 1. belli civilis.

9. Ad hoc propositum combinat Oleaster duo loca sacræ Scripturæ, nempè illum Exodi, in quò Deus constituit Moysen Deum Pharaonis: *Ecce constitui te Deum Pharaonis*, & alium Genesis, ubi Pharao constituit Ioseph Principem, & Viceregem totius Ægypti, observatque modum, quò eum tali honore colendum declaravit: *Vno tantùm regni solio te præcedam*, id est, quòd solâ dignitate, & majestate regiâ illum foret antecessurus. Notate, inquit Oleaster, quàm dispares sint conditiones Regis cœlestis, & Principum terræ, quia ille non solùm gestit honorare servos suos, officiis, & beneficiis, sed etiam proprium suum nomen impartitur, eosque titulo Deorum insignit, uti constat in Moyse, quem constituit Deum Pharaonis: hi verò adeò parci, & avari sunt in honoribus, & titulis dandis, ut caveant, ne servi sui, etiam in nomine appellativo, similes, aut æquales eis videantur, quemadmodùm liquet in Pharaone cũ Iosepho, quem Principem Ægypti sibi substituit: *Quis enim Regum servum suum, quantumcumque dilectum, regium nomen communicare dignatur? Ego, inquit Pharao ipsi Iosepho, quem Ægypti dominum constituebat, solio te præcedam.*

Exod. 7. v. 1.

Gen. 41. v. 40.

Oleaster in c. 23. Exod.

10. Magnum inter cætera, præstitit Mardochæus obsequium Regi Assuero, revelans ei proditionem, & machinationem, quam duo Eunuchi in caput ejus moliti fuerant. Statuit Rex

fidelitatis

fidelitatis obsequium dignâ mercede remunerare, & in eum finem consuluit Aman familiarem suum, eumque rogavit, ut modum, & normam dignè compensandi obsequium suggereret; & Aman volens, regiæ dignitati, & munificentiæ correspondere mercedem obsequii, respondit hisce verbis: *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, &c.* id est, debet indui purpurâ regiâ, & diadema capiti ejus imponi, & insidens equo regio per plateas circumduci. Audiens Assuerus judicium Aman, imperavit, ut mox absque ullâ morâ acciperet vestimenta, & unum ex equis suis, &, quæ suaserat, in Mardochæo exequeretur: *Sumptâ stolâ, & equo, fac ut locutus es, Mardochæo.* Curiosiùs adnotavit Lyra, quòd, licèt Aman tria proposuisset facienda, scilicèt, purpuram dandam, coronam capiti imponendam, & equum, cui insideret, Rex nullam diadematis fecerit mentionem: *De diademate regio tacuit*, quia ea est conditio, & natura Regum terræ, ut, nec brevi quidem tempore, velint privari diademate suo, ne alius, etiam fictè, & simulatè, eorum exhibeat, & repræsentet figuram, aut personam: *Nemo alteri imperium volens concedit.* Adeò ambitiosum est regnare, ut etiam quascumque umbras, aut repræsentationes abominetur, ideoque Alexander dicebat Dario: *Neque cælum duos Soles, neque terram duos Reges ferre posse.*

Esther. 6. v. 7.

ibid. v. 10

Lyra hic.

Sallust°.

Plutarch de Alex.

11. Idcircò prudenter agebat Philosophus, de quò refert Innocentius tertius, quòd, volens explodere insolentiam, & arrogantiam cujusdam Regis, ejusdem, & paris forsitan conditionis cum Pharaone, & Assuero, dum quodam die conspexisset sedentem in solio, & throno Majestatis regiæ, prostratus magnâ humilitate, cum pronus adoraverit, & protinùs, absque ullo verbo, aut alloquio, thronum ejus conscenderit, eique quasi æqualis humero, & dignitate assederit. Admiranti autem Regi inimiam ejus temeritatem, & audaciam, & scisciranti causam tantæ præsumptionis, respondit Philosophus: *Aut Deus es, aut homo, si Deus, debui te adorare, si homo, benè potui juxtà te sedere.* Cui appositè, & sapienter replicavit Rex, si homo sum, non me debebas adorare, si Deus, temerarium fuit teipsum lateri meo adjungere: *Sapienter respondit*, inquit Innocentius, *sed prudenter ille illusit.* Nequit negari, quin dictum Regis fuerit politicum, sed prudentior fuit Philosophus in facto suo cum Rege, irridens ambitiosum, qui detrectabat alium sibi æqualem in solio admittere, quantò minùs ille in regimine consortium permisisset. Est hoc inveteratum malum, & familiare mundanis hominibus, quemadmodùm etiam sancta, & laudabilis est consuetudo in veris justis, & servis Dei, per Martham adumbratis, nolle, se solos frui honore, & dignitate regiminis. *Domine, non est tibi, &c.*

Innoc. 3. l. 2. de contēp. mundi c. 30.

Cousinus Mariale.

Martha Martha sollicita es, &c. Maria optimam partem elegit.

Consideratio IV.

Solet Deus accurrere ad auxiliandum servis suis, & prodire in campum ad propugnandum honorem ipsorum, maximè, dum videt eum labefactari, aut alicui periculoso discrimini exponi.

1. Considerans Doctissimus noster Oleaster æquanimitatem Mariæ Magdalenæ cum sorore suâ Marthâ, quando flocci faciens obmurmurationem Marthæ, ne verbum quidem dignata est respondere, in hæc verba effatur: *Maria cùm à sorore apud Christum accusaretur, non respondit, sed causam Domino commisit, qui pro eâ tacente jus dixit.* Taliter se gessit Maria cum sorore suâ, inquit hic Doctor, quasi de se non loqueretur; at verò quia Dominus zelat honorem servorum suorum, audiens, & videns, quòd Martha sororem suam otiositatis redargueret, eique notam desidiosæ vitæ inureret, eò quòd ipsam inertem secùs pedes Domini sedentem conspiceret, *sedens secùs pedes Domini*, & exciperet verba ex ore ejus prodeuntia, *audiebat verbum illius*, relinqueretque sibi totam rei domesticæ curam, & sollicitudinem, ad excipiendum hospitio Dominum, & Salvatorem, illico Dominus suscepit in se partes, & causam Mariæ, &, ipsâ tacente, pro eâ jus dixit, ejusque justitiam propugnans, ostendit illam nullatenùs otiositatis esse redarguendam, aut calumniis notandam, sed potiùs summis laudibus extollendam, non solùm propter excellentiam occupationis, & exercitii ejus, sed etiam propter optimam

Oleaster in c. 1. Numer.

partem, quam elegerat: *Maria optimam partem elegit.* Ita assolet Deus succurrere necessitati suorum, quando immeritò calumniis, & injuriis, lacessuntur, vel quando honos, seu fama boni nominis eorum periclitatur, omnes insultus, & injurias, quas tolerant, patienter fert, dummodò respectus, honos, & bona fama eorum non lædatur.

2. Ponderat Theodoretus, Saram binâ vice fuisse sub potestate alienâ. Primâ, quando Pharao eam sibi voluit assumere uxorem, uti planum est ex capite 12. Geneseos; secundâ autem, quando Abimelech idem intendit, sicuti ex capite 20. ejusdem Geneseos constat. De primâ vice nihil singulare dicit sacer Textus, verum de secundâ testatur sacra Pagina, quòd Rex eam non tetigerit: *Abimelech verò non tetigerat eam.* Ast quarè in primâ occasione non apponitur similis advertentia, cum par ratio in hâc, & secundâ militare videatur? Causa in promptu est, inquit Theodoretus, quia secundus raptus contigit eodem anno, quò Sara peperit Isaac, voluitque Spiritus sanctus per os, & calamum sacri Historici tueri honorem filii, & antè omnia famam, & bonum nomen matris, ne, videlicet, hæc traduceretur, tamquàm minus honesta, quæ ex alio viro, quàm marito suo concepisset, nevè filius ejus Isaac ab alio parente, quàm Abrahamo per suspicionem genitus putaretur, quod in primâ occasione non fuit necessarium prænotare, sed in secundâ, quia tunc concepit, & peperit Isaac: *Sara tunc erat paritura Isaac. Ne igitur semen Abrahæ suspectum esset, illic manifestè declaravit Scriptura divina, quod Abimelech illam non attigisset.*

Genes. 20. *v.* 4.

Theodoret quæst. 62. *super Genes.* 12.

3. Saniores Interpretes existimât, quòd, quando Deus mandavit Abrahamo sacrificium, & oblationem filii sui Isaac, id vel secretò ei dixerit, vel per internam revelationem significaverit, cùm tamen, quando realem executionem victimæ immolandæ impedivit, sacro attestante, Eloquio, Angelus è cælis clamaverit, & magnis vociferationibus Abrahamo, ne occideret, occlamaverit: *Ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens: Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam super puerum.* Quæro modò, cur ab initio Deus ei nudè & simpliciter fuerit locutus, & postea eum clamoribus per Angelum fuerit allocutus? Appositè Lippomanus: *Ne à Satanâ inimico fidei prohibitus crederetur.* Studiò vociferatus est Angelus, ne cogitaret filius, quòd pater amore, & pietate paternâ commotus, non perficeret sacrificium, jam jussu Dei inchoatum, quodque decreta Dei, tamquam inobediens, transgressus fuerat. Poterat si quidem Isaac præsumere, parentem suum suasu, & astu Dæmonis inductum, ut non obediret mandato Dei præcipientis. Ne igitur, inquit Deus, servus meus Abraham innocens traducatur, tamquàm inobediens jussis meis, non loquatur ei Angelus meus clanculò, uti primâ vice, sed clamet, & vociferetur, ut cunctis innotescat, quid verè ei præcipiam, & æstiment tanti Abraham, quanti æstimandus est, & quantùm heroïca ejus fides, & rara obedientia promereantur.

Genes. 22. *v.* 11. & 12.

Lippom. in catenâ hic.

4. Esau valdè exacerbatus in fratrem, propter furtum illud benedictionis, quam ei Iacob præripuerat, uti sacra testatur Historia, incompositis verbis debacchatus est in absentem, eumque injuriosis improperiis, & calumniis lacessivit, vocans eum furem, & latronem, ut talibus eum verbis denigraret, & apud omnes passim pessimè audiret. *Iustè vocatum est nomen ejus Iacob: supplantavit enim me altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam.* Observat hic magnus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus, Deum obviâsse, & accurrisse in defensionem honoris Iacob, qui propter maledica verba, & opprobria fratris sui Esau, in opinione hominum, seu mundi non modicè periclitabatur. Ecquando, & quomodò hoc fecit Deus? Paullò anteà edixerat nobis sacra Scriptura, Iacob fuisse hominem simplicem, & rectum corde, absque felle, seu ullo dolo, aut vafritie: *Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis*, ut, quando postmodùm ex ore fratris Esau audiremus, eum esse furem, qui primogenita ejus furtivè surripuerat, potiùs attenderemus ad laudes ex ore ipsius Dei emanantes, & crederemus, eum esse simplicem, integrum, & candidum absque ullâ fallitiâ virum: *Iste dolus Iacob, ne putaretur fraudulentus dolus, & non in eo magna rei mysterium quæreretur, superiùs dixit Scriptura: Erat autem Iacob vir simplex, hoc est, sine dolo. Quæ fictio non mentientis, nisi profundi mysterium veritatis*, id est, quod Esau furtum appellavit, mysterium fuit, quod ipse rapinam nuncupavit, sacramentum fuit. Nil condemnandum reperitur in Iacob, simplex, & idem est modò, qui anteà, ac proindè nullus, propter maledica sic commota, & calumnias Esau, ipsum minoris æstimet, aut reputet.

Genes. 27. *v.* 36.

Genes. 25. *v.* 27

D. Aug. lib. 16. *de civit. Dei cap.* 37.

Ob-

Digitized by Google

5. Obmurmurarunt Maria, & Aaròn contra fratrem ſuum Moyſen; *Locuta eſt Maria, & Aaron contrà Moyſen*, hoc tamen, boni habuit hæc murmuratio, quòd fuerit accidentalis, quæ in aliquibus eſt officium, & quaſi proprium vitæ oblectamentum. Vir Dei illam æquanimiter, veluti à Deo immiſſam, tulit, ideoque illam diſſimulavit, tamquàm ad ſe nullatenùs ſpectantem, nihilominùs Deus eam, uti cauſam propriam, in ſe ſuſcepit vindicandam: *Quod cùm audiſſet Dominus, erat enim Moyſes vir Manſuetiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terrâ, &c.* Non patitur Deus, ut tantæ excellentiæ homines murmurationibus impetantur, aut ſiniſtræ opinionis notâ inurantur. Reprehendit Deus, ut dixi, Aaronem, & Mariam, murmurantes contra fratrem ſuum Moyſen. Accipite Oleaſtrum in hòc loco ponderantem verba illa: *Quod cùm audiſſet Dominus, &c. Tacet Moyſis, & Dominus cauſam ejus agit*, id eſt, tacente Moyſe, Deus tantâ curâ, & ſollicitudine ſuſcipit partes Moyſis, quaſi Maria, & Aaron non ſolùm fratrem ſuum injuriâ affeciſſent, ſed quaſi ipſimet Deo obmurmuráſſent. Millenas laudes in favorem ejus prædicavit, & extulit eum ſuper omnes homines, etiam optimos illius temporis, & candidè profeſſus eſt, ideò ſe eum, præ cæteris, tot favoribus, & beneficiis cumulare, quia virtutibus, & meritis reliquos ſuperabat. Quæ omnia eò collimabant, ne Moyſes maculam aliquam infamiæ incurreret, nevè aliquis, propter malevolam, & depravatam fratris ſui, & ſororis intentionem, & dicteria, de illò ſuſpicaretur mala, quibus nullatenùs erat commaculatus. Et ſi aliquis legerit in ſacrâ Scripturâ, quòd Maria, & Aaron calumniati fuerint Moyſen: *Locuta eſt, &c.* in eâdem, imo & in eodem capitulo leget etiam, quod Deus dixerit, Moyſen fuiſſe optimum virorum, & manſuetiſſimum ſuper omnes homines totius mundi: *At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo meâ fidelisſimus eſt.*

Num. 12. *v.* 1.

Ibid. v. 3.

Oleaſter hic.

Ibid. v. 7.

6. Importuni illi, & moleſti amici Iob, qui, loco conſolationis, illum verbis, & injuriis laceſſiverant, propter miſerias, & calamitates, quibus videbant eum affligi, judicantes eum, ſi juſtus eſſet, non tot, tantaq; paſſurum adverſa, ac proindè tribulationes illas, eſſe pœnas peccatis ejus condignas, quas, ob delicta commiſſa, ſibi à Deo immitti promeruerat. Audiit hæc Deus, &, tamquam furibundus leo prodiit in campum, ad propulſandam injuriam amico ſuo illatam, & palàm oſtendit, ſe bile commotum, & exacerbatum, ut noſtro loquendi modo utamur: *Iratus eſt furor meus* (dixit ad Eliphaz Themanitem, qui inter tres eminebat, & cæteris ſapientior habebatur) *in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coràm me rectum, ſicut ſervus meus Iob*, vel, ut transferunt ſeptuaginta Interpretes: *Peccaſti tu, & duo amici tui, nec verum eſtis locuti*, id eſt, non qualicumque iracundia commotus ſum contra te, & tuos amicos, ſeu ſodales, quia peſſimè locuti eſtis, & non rectum de ſervo meo Iob, &, ut compendio dicam, in omnibus peccâſtis, & tamquàm mendaces à veritatis tramite aberrâſtis. Non patitur Iob propter delicta propria, quæ nulla habet, ſed propter amicitiàm meam, quia mihi familiariſſimus eſt, & tales ſoleo majori auſteritate excipere, & favores, quibus eos proſequor, ſunt labores, & tribulationes, quas eis largiter immitto. Quamobrem vobis hoc ſalutare præbeo conſilium, & hortor, ut ſi nolitis à Deo puniri, & caſtigari propter peccatũ detractionis contra ipſum commiſſum, jam reſipiſcatis, & retractetis dicta veſtra, & offeratis ſacrificium Deo, & ipſe ſimul orabit pro vobis, ut Deus errores, & ignorantias vobis ignoſcat: *Sumite ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Iob, & offerte holocauſtum, & ipſe ſervus meus orabit pro vobis, ut non vobis imputetur ſtultitia.* Idcircò etiam diſpoſuit Spiritus ſanctus, ut, antequàm ejus ærumnæ, & calamitates enarrarentur, in ipſo Hiſtoriæ veſtibulo, ejus virtus, & ſancta ſimplicitas præfigeretur: *Erat vir ſimplex, & rectus*, ne, ſcilicet, aliquis ſuſpicaretur, Iobum illas tribulationes pro peccatis ſuis perpeti, ut egregiè animadvertit Angelicus noſter Doctor: *Et ne aliquis adverſitates, quæ poſtmodùm inducuntur, propeccatis hujus viri ei accidiſſe crederet, conſequenter deſcribitur ejus virtus, per quam à peccatis demonſtratur immunis.* Hæc Sanctus noſter.

Iob. 42. *v.* 7.

Septuaginta hic.

Iob. 42. *v.* 8.

Iob. 1. *v.* 1.

D. Thom. c. 1. *lect.* 1.

7. Notiſſimus eſt eventus ille, qui contigit Davidi cum divite illo, & avaro ruſtico Nabal. Decreverat ſanctus Rex eum occidere propter inſulſum reſponſum, quod dederat militibus à Davide ad ipſum deſtinatis. Et quamvis homo ille foret barbarus erat tamen conjunctus matrimonio uxori prudentiſſimæ, & optimæ indolis, videlicet, Abigaili, quæ ſe

Digitized by Google

partem, quam elegerat: *Maria optimam partem elegit.* Ita assolet Deus succurrere necessitati suorum, quando immeritò calumniis, & injuriis, lacessuntur, vel quando honos, seu fama boni nominis eorum periclitatur, omnes insultus, & injurias, quas tolerant, patienter fert, dummodò respectus, honos, & bona fama eorum non lædatur.

2. Ponderat Theodoretus, Saram binâ vice fuisse sub potestate alienâ. Primâ, quando Pharao eam sibi voluit assumere uxorem, uti planum est ex capite 12. Geneseos; secundâ autem, quando Abimelech idem intendit, sicuti ex capite 20. ejusdem Geneseos constat. De primâ vice nihil singulare dicit sacer Textus, verum de secundâ testatur sacra Pagina, quòd Rex eam non tetigerit: *Abimelech verò non tetigerat eam.* Ast quarè in primâ occasione non apponitur similis advertentia, cum par ratio in hâc, & secundâ militare videatur? Causa in promptu est, inquit Theodoretus, quia secundus raptus contigit eodem anno, quô Sara peperit Isaac, voluitque Spiritus sanctus per os, & calamum sacri Historici tueri honorem filii, & antè omnia famam, & bonum nomen matris, ne, videlicet, hæc traduceretur, tamquàm minus honesta, quæ ex alio viro, quàm marito suo concepisset, nevè filius ejus Isaac ab alio parente, quàm Abrahamo per suspicionem genitus putaretur, quod in primâ occasione non fuit necessarium prænotare, sed in secundâ, quia tunc concepit, & peperit Isaac: *Sara tunc erat pariturа Isaac. Ne igitur semen Abrahæ suspectum esset, illic manifestè declaravit Scriptura divina, quod Abimelech illam non attigisset.*

Genes. 20. *v.* 4.

Theodoret quæst. 62. *super Genes.* 12.

3. Saniores Interpretes existimât, quòd, quando Deus mandavit Abrahamo sacrificium, & oblationem filii sui Isaac, id vel secretò ei dixerit, vel per internam revelationem significaverit, cùm tamen, quando realem executionem victimæ immolandæ impedivit, sacro attestante, Eloquio, Angelus è cælis clamaverit, & magnis vociferationibus Abrahamo, ne occideret, occlamaverit: *Ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens: Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam super puerum.* Quæro modò, cur ab initio Deus ei nudè & simpliciter fuerit locutus, & postea eum clamoribus per Angelum fuerit allocutus? Appositè Lippomanus: *Ne à Satanâ inimico fidei prohibitus crederetur.* Studiò vociferatus est Angelus, ne cogitaret filius, quòd pater amore, & pietate paternâ commotus, non perficeret sacrificium, jam jussu Dei inchoatum, quodque decreta Dei, tamquam inobediens, transgressus fuerat. Poterat si quidem Isaac præsumere, parentem suum suasu, & astu Dæmonis inductum, ut non obediret mandato Dei præcipientis. Ne igitur, inquit Deus, servus meus Abraham innocens traducatur, tamquàm inobediens jussis meis, non loquatur ei Angelus meus clanculò, uti primâ vice, sed clamet, & vociferetur, ut cunctis innotescat, quid verè ei præcipiam, & æstiment tanti Abraham, quanti æstimandus est, & quantùm heroïca ejus fides, & rara obedientia promereantur.

Genes. 22. *v.* 11. & 12.

Lippom. in catenâ hist.

4. Esau valdè exacerbatus in fratrem, propter furtum illud benedictionis, quam ei Iacob præripuerat, uti sacra testatur Historia, incompositis verbis debæchatus est in absentem, eumque injuriosis improperiis, & calumniis lacessivit, vocans eum furem, & latronem, ut talibus eum verbis denigraret, & apud omnes passim pessimè audiret. *Iustè vocatum est nomen ejus Iacob: supplantavit enim me altera vice: primogenita meа antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam.* Observat hic magnus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus, Deum obviâsse, & accurrisse in defensionem honoris Iacob, qui propter maledica verba, & opprobria fratris sui Esau, in opinione hominum, seu mundi non modicè periclitabatur. Ecquando, & quomodò hoc fecit Deus? Paullò anteà edixerat nobis sacra Scriptura, Iacob fuisse hominem simplicem, & rectum corde, absque felle, seu ullo dolo, aut vafritie: *Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis*, ut, quando postmodùm ex ore fratris Esau audiremus, eum esse furem, qui primogenita ejus furtivè surripuerat, potiùs attenderemus ad laudes ex ore ipsius Dei emanantes, & crederemus, eum esse simplicem, integrum, & candidum absque ullâ fallitiâ virum: *Iste dolus Iacob, ne putaretur fraudulentus dolus, & non in eo magna rei mysterium quæreretur, superiùs dixit Scriptura: Erat autem Iacob vir simplex, hoc est, sine dolo. Quæ fictio non mentientis, nisi profundi mysterium veritatis*, id est, quod Esau furtum appellavit, mysterium fuit, quod ipse rapinam nuncupavit, sacramentum fuit. Nil condemnandum reperitur in Iacob, simplex, & idem est modò, qui anteà, ac proindè nullus, propter maledica sic commota, & calumnias Esau, ipsum minoris æstimet, aut reputet.

Genes. 27. *v.* 36.

Genes. 25. *v.* 27

D. Aug. lib. 16. *de civit. Dei cap.* 37.

Ob-

Digitized by Google

5. Obmurmurarunt Maria, & Aaron contra fratrem suum Moysen; *Locuta est Maria, & Aaron contrà Moysen*, hoc tamen, boni habuit hæc murmuratio, quòd fuerit accidentalis, quæ in aliquibus est officium, & quasi proprium vitæ oblectamentum. Vir Dei illam æquanimiter, veluti à Deo immissam, tulit, ideoque illam dissimulavit, tamquàm ad se nullatenùs spectantem, nihilominùs Deus eam, uti causam propriam, in se suscepit vindicandam: *Quod cùm audisset Dominus, erat enim Moyses vir Mansuetissimus super omnes homines, qui morabantur in terrâ, &c.* Non patitur Deus, ut tantæ excellentiæ homines murmurationibus impetantur, aut sinistræ opinionis notâ inurantur. Reprehendit Deus, ut dixi, Aaronem, & Mariam, murmurantes contra fratrem suum Moysen. Accipite Oleastrum in hoc loco ponderantem verba illa: *Quod cùm audisset Dominus, &c. Tacet Moysis, & Dominus causam ejus agit*, id est, tacente Moyse, Deus tantâ curâ, & sollicitudine suscipit partes Moysis, quasi Maria, & Aaron non solùm fratrem suum injuria affecissent, sed quasi ipsimet Deo obmurmurâssent. Millenas laudes in favorem ejus prædicavit, & extulit eum super omnes homines, etiam optimos illius temporis, & candidè professus est, ideò se eum, præ cæteris, tot favoribus, & beneficiis cumulare, quia virtutibus, & meritis reliquos superabat. Quæ omnia eò collimabant, ne Moyses maculam aliquam infamiæ incurreret, nevè aliquis, propter malevolam, & depravatam fratris sui, & sororis intentionem, & dicteria, de illò suspicaretur mala, quibus nullatenùs erat commaculatus. Et si aliquis legerit in sacrâ Scripturâ, quòd Maria, & Aaron calumniati fuerint Moysen: *Locuta est, &c.* in eâdem, imo & in eodem capitulo leget etiam, quod Deus dixerit, Moysen fuisse optimum virorum, & mansuetissimum super omnes homines totius mundi: *At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo meâ fidelissimus est.*

Num. 12. *v.* 1.

Ibid. v. 3.

Oleaster hic.

Ibid. v. 7.

6. Importuni illi, & molesti amici Iob, qui, loco consolationis, illum verbis, & injuriis lacessiverant, propter miserias, & calamitates, quibus videbant eum affligi, judicantes eum, si justus esset, non tot, tantaq; passurum adversa, ac proindè tribulationes illas, esse pœnas peccatis ejus condignas, quas, ob delicta commissa, sibi à Deo immitti promeruerat. Audiit hæc Deus, &, tamquam furibundus leo prodiit in campum, ad propulsandam injuriam amico suo illatam, & palàm ostendit, se bile commotum, & exacerbatum, ut nostro loquendi modo utamur: *Iratus est furor meus* (dixit ad Eliphaz Themanitem, qui inter tres eminebat, & cæteris sapientior habebatur) *in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coràm me rectum, sicut servus meus Iob*, vel, ut transferunt septuaginta Interpretes: *Peccastis tu, & duo amici tui, nec verum estis locuti*, id est, non qualicumque iracundia commotus sum contra te, & tuos amicos, seu sodales, quia pessimè locuti estis, & non rectum de servo meo Iob, &, ut compendio dicam, in omnibus peccâstis, & tamquàm mendaces à veritatis tramite aberrâstis. Non patitur Iob propter delicta propria, quæ nulla habet, sed propter amicitiàm meam, quia mihi familiarissimus est, & tales soleo majori austeritate excipere, & favores, quibus eos prosequor, sunt labores, & tribulationes, quas eis largiter immitto. Quamobrem vobis hoc salutare præbeo consilium, & hortor, ut si nolitis à Deo puniri, & castigari propter peccatum detractionis contra ipsum commissum, jam resipiscatis, & retractetis dicta vestra, & offeratis sacrificium Deo, & ipse simul orabit pro vobis, ut Deus errores, & ignorantias vobis ignoscat: *Sumite septem tauros, & septem arietes, & ite ad servum meum Iob, & offerte holocaustum, & ipse servus meus orabit pro vobis, ut non vobis imputetur stultitia.* Idcircò etiam dispositus Spiritus sanctus, ut, antequàm ejus ærumnæ, & calamitates enarrarentur, in ipso Historiæ vestibulo, ejus virtus, & sancta simplicitas præfigeretur: *Erat vir simplex, & rectus*, ne, scilicet, aliquis suspicaretur, Iobum illas tribulationes pro peccatis suis perpeti, ut egregiè animadvertit Angelicus noster Doctor: *Et ne aliquis adversitates, quæ postmodùm inducuntur, propeccatis hujus viri eis accidisse crederet, consequenter describitur ejus virtus, per quam à peccatis demonstratur immunis.* Hæc Sanctus noster.

Septuaginta hic.

Iob. 42. *v.* 7.

Iob. 42. *v.* 8.

Iob. 1. *v.* 1.

D. Thom. c. 1. *lect.* 1.

Notissimus est eventus ille, qui contigit Davidi cum divite illo, & avaro rustico Nabal. Decreverat sanctus Rex eum occidere propter insulsum responsum, quod dederat militibus à Davide ad ipsum destinatis. Et quamvis homo ille foret barbarus erat tamen conjunctus matrimonio uxori prudentissimæ, & optimæ indolis, videlicet, Abigaili, quæ se

7.

comem, & verè probam, & ingenuam exhibuit, quando Davidem, genialiter excepit, & mariti ſtolidam ruſticitatem prudenter excuſavit, dicens, ipſi eſſe ignoſcendam ſtupiditatem, eò quòd ſecundùm nomen ſtolidus eſſet, quapropter David ob amorem mulieris mentis ſuæ decretum mutavit. Accedit, ut homo ille poſt decem dies fatis cederet, atque ſacer Tex-

1. Reg. 25. v. 38. tus: *Cumque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.* Cardinalis Cajetanus adnotat Myſterium in verbo illo ſacræ Scripturæ, quod Dominus eum interfecerit, ſat enim videbatur dictum, quod mortuus

Cajet. hic fuerit: *Scriptum hoc, ad tollendam omnem ſuſpitionem humanæ conditionis.* Noluit Deus, quòd ſubditi Davidis Regem ſuum homicidam reputarent, ſed ut cunctis, qui Nabal mortuum audirent, innoteſceret innocentia Davidis, & ſcirent, Deum fuiſſe, qui eum percuſſerat. Non enim vult Deus, ut ſervorum ſuorum, abſque culpâ, & reatu, fama, aut boni nominis ſplendor commaculetur, nevè, ut iis quiſpiam ſiniſtrè malum aliquod affingat, quod non perpetrârunt; hoc ſonat: *Percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.*

8. Exiſtimavit S. Ioannes Chryſoſtomus, Salvatorem noſtrum non in vanum, ſeu perfunctoriè, ſed ſingulari ſtudio laudes prædicâſſe magni Præcurſoris Baptiſtæ, quando è vinculis, & carcere, in quò juſſu Herodis detinebatur, miſit diſcipulos ſuos ad Salvatorem, ut

Matth. 11. v. 3. hæc nominatiſſima nuntia ad eum deferrent: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* id eſt, an tu es Meſſias ille, quem ſperamus, & an alium præſtolamur venturum? Quaſi aliis verbis clariùs eloqueretur: hactenùs ſpes nos aluit, fovitque ſolatium mortis noſtræ, num tu ſis ille, qui veniens relinques nobis mortem pro conſolatione ſpei, & fiduciæ noſtræ? Dicito nobis, quid ſit de re? Vinctus hîc detineor in carcere, & gauderem utique, quod hæc mors ſolatio foret fiduciæ, & ſpei meæ, & nollem diutiùs inniti ſpei, ad conſolandum me in morte. Solve, quæſo, nobis hujus quæſtionis nodum, quia omnes a b ore & verbo tuo dependemus: *Oportebat, viam turbas ſanari, quæ ex interrogatione diſcipulorum Ioannis multa inconvenientia ſubintellexerint, ignorantes mittentis conſilium. Poterant utique dicere, qui tanta teſtatus eſt de Chriſto, aliter perſuaſus eſt nunc, & dubitat, utrum ſit ipſe.* Quaſi diceret ſanctus Doctor: poſtquàm Salvator

D. Chryſoſt. in cat. D. Thomæ.

noſter ſanârat infidelitatem diſcipulorum Ioannis Baptiſtæ, eamque, miraculis coràm eis factis, comprobârat, geſticbat etiam turbas, quæ eodem incredulitatis morbo laborabant, curare, quia audientes legationem diſcipulorum, quam ex parte magiſtri ſui faciebant Chriſto, & ignorantes myſterii ſecretum, neque intelligentes, quamobrèm Chriſti Præcurſor in ſe ſuſcipiens Diſcipulorum dubitationem, eos nomine ſuo miſerat ad Chriſtum, ut ipſi illum inviſentes, ejuſque familiari converſatione, & dulcedine inescati, in fide conſolidarentur, quemadmodùm etiam reipsâ evênit. Ne igitur aliqui ſuſpicarentur, Ioannem mutâſſe ſententiam, & in contrariam abiiſſe opinionem ab eâ, quam anteà docuerat, & prædicaverat, eumque jam dubitare de veritate Chriſti, & Meſſiæ, ad occurrendum tanto errori, prorumpit Chriſtus in laudes Ioannis Baptiſtæ, dicens, eum non eſſe arundinem vento agitatam, ſed conſtantem firmitatis columnam: *Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* & ne Baptiſtam levitatis, aut inconſtantiæ arguerent, idcircò in laudes ejus exſpatiatur: *Cœpit dicere ad turbas de Ioanne.* Ibid. v. 7.

9. Iam dudum obſervavi in Evangelicâ hiſtoriâ, binâ vice Magdalenam veniſſe ad ungendum pedes, & caput Salvatoris, & utràque vice opus illud pietatis calumniis fuiſſe impetitum; ratiſſimè enim opus bonum, & laudabile maledicentium linguarum ſpicula evadit. In primâ illud Phariſæus calumniatur, dicens: *Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* Luc. 7. v. 39. In ſecundâ verò occaſione Iudas obgannit, blaterans: *Quarè hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum eſt egenis?* Ioan. 12. v. 5. & ambabus vicibus habuit Deum ſibi patrocinantem. Defendit illam Deus, & tam ſeriò partes ejus egit, ut, ubi Phariſæus ſolâ interiori cogitatione illam laceſſeret, & vilipenderet, ibi protinùs Chriſtus adfuerit, & omnia eius pietatis, & amoris indicia per ſeriem, & ordinem enarraverit, quæ ipſa in illâ occaſione exhibuerat, & in quibus tunc temporis Phariſæus incurvus defecerat, ita ut per legitimam conſequentiam concluſerit, eique ad oculum demonſtraverit, Magdalenam excellentiori charitate præ illo dilexiſſe; *plus diligit, &c.* & ubi proditor Iudas eam ſolo prodigalitatis vitio notaverat in copiosâ tam pretioſi unguenti profuſione, ibi

ibi Christus opus ejus tantâ laude celebravit, tot tantisque encomiis dignum prædicavit, ut ejus memoriam in perpetuum in Ecclesiâ remanere voluerit: *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus,* fueruntquè hæc verba scutum, & clypeus, quô Christus Magdalenam tutatus est, & oppositi laudes futuras præsenti obmurmurationi. Ac si diceret Iudæ: Usque modò tu solus calumniatus es illam, sed nullum est suffragium, seu votum tuum in hâc materiâ, quia existimâsti unguentum hoc pretiosum trecentis denariis, & Deum tuum solummodò triginta appretiâsti; porrò ut te, qui eam condemnas prodigalitatis, confundam, ego polliceor illi ex nunc tam certam, & securam tutelam, ut futuris sæculis omnes judicaturi sint opus hoc, & in favorem ejus contrà te prolaturi sententiam, hoc est, *in memoriam ejus, in laudem, & approbationem.* Id quod Salvator ibi egit, idipsum præstitit hodiè in domo ejusdem Magdalenæ, & Marthæ hospitio exceptus, dum hæc de illâ conquereretur, *Domine, non est tibi cura?* Hæc est perpetua Dei consuetudo, ut semper servorum suorum tueatur honorem, ne ab aliis vilipendio, aut contemptui habeantur.

Matth. 26. v. 13.

Martha Martha sollicita es, &c. Maria optimam partem elegit.

Consideratio V.

Approbavit Salvator electionem Mariæ, sed non reprobavit diligentem sollicitudinem Marthæ, ut nos doceret, quòd ad honorandum quosdam, non debeamus alios vituperare, aut injuriis famam eorum denigrare.

1. *D. Greg. in causa D. Thom.* Est præsens consideratio S. Gregorii Magni, cujus hæc sunt verba: *Sed Martha cura non reprehenditur; Mariæ verò laudatur;* tali modo Christus Dominus approbavit partem, quàm elegerat Maria, ut non reprobaverit occupationem, & ministerium Marthæ, unam laudavit, & aliam non vituperavit; tametsi enim status Mariæ sit melior, non ideircò sollicitudo Marthæ desinit esse bona. Studuit, & consuluit Christus honori Mariæ, & unà Martham honoravit, & hæc fuit firma semper Dei conditio, & indoles, ut numquàm ad conciliandum uni authoritatem, alteri injuriam facere soleat. Plurimas, easque excellentissimas habemus hujus veritatis confirmationes, si eas in sacris Litteris perquirere voluerimus.

2. Formaturus Deus Evam matrem nostram, sacro attestante Historico, tulit unam ex costis protoparentis Adami: *Tulit unam de costis ejus.* Existimat doctissimus noster Lusitan° Oleaster, quòd Deus nedum unam, sed duas sumpserit costas, nempè, unam ex latere dextro, & alteram ex sinistro, ideoque legit juxtà Hebræum: *Tulit unam costam è lateribus eius,* confirmatque hanc opinionem suam dictis Adami, qui, expergefactus à somno, seu evigilans ab extasi, quâ tempore extractionis costæ raptus erat, ita effatus est: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Ex quibus liquidò constat, quòd eam ipse appellaverit os ex ossibus suis, & non in singulari, ex osse suo; locus autem, ex quô avulsa fuit costa, fuit vicinus stomacho, quem communiter lienem indigitant. Ecquod motivum habuit Deus, ad auferendum ab Adamo non solùm unam, sed duas costas, & nedum ex uno, sed ambobus lateribus? Appositissimè respondet huic dubitationi Oleaster: *Ne homo plures costas in uno, quàm in altero latere haberet* At verò cur locum, unde tulerat costam, carne replevit? *Replevit carnem pro ea. Clausit autem locum illa, à quibus costas tulerat, carne, ne truncus remaneret homo.* Ac si diceret, quòd Deus noluerit efformare Evam, ad deformandum Adamum, sed tali modo, & artificio abstulit duas costas ab Adamo, ut nullatenùs læsus, aut mancus remanserit.

Gen. 2. v. 22. *Gen. 2. v. 22.* *Oleaster hic.*

3. Singularis est observatio Theodoreti, quòd duo primi justi, quos prima tulit ætas mundi, fuerint Abel, & Enoch, quorum prior à germano fratre suo Cain fuit interemptus: *Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum,* Enoch autem raptus fuit à Deo, & corpore, & animâ translatus ad locum soli Deo cognitum: *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum.* Ambo fuerunt servi Dei, & ambo sancti, & justi, unus moritur ferro, & sanguine, & alius educitur & eripitur vivus è mundi turbine. Cur, quæso, noluit Deus, ut

Gen. 4. v. 8. *Eccles. 44. v. 16*

Digitized by Google

innocens Abel vivus transferretur è mundo ad paradisum? erat namque gratissimus Deo, & singulariter ejus favoribus dotatus. Dicam, quod sentio, inquit Theodoretus, *Enoch honore prosecutus est, Abel quoque ornamento carere non permittet.* Unum, & alterum voluit Deus honorare, Abelem quidem, sed magis Enoch ita tamen, ut non videatur totum honorem uni conferre, quia si hôc modo id fecisset, potuisset unus illorum justè conqueri, quòd alter solus totum haberet; quia igitur ambo erant amici, unus illorum promerito fuisset defraudatus honore, si alter omnem recepisset favorem. Tu Abel martyrio coronaberis, inquit Deus, tu verò Enoch, quia tali non gaudebis honore, corporaliter transfereris ad paradisum, ne videatur auferri ab uno, quod promeruit, ad dandum alteri; hoc enim foret denudare unum Sanctum, ad vestiendum alterum, quod mihi nequaquàm in more est, quia talem soleo servare ordinem in honorandis hominibus, ut non auferam ab uno promeritam mercedem, ad dandum aliis præmium, quod similiter promerentur, sed singuli juxtà merita, & virtutes suas honorantur, & debitis præmiis condecorantur. Quod Deus tunc fecit, ut ostenderet æqualitatem justitiæ, quam perpetuò in suo regimine erat observaturus.

Theodor. quæst 45. super Genes. cap. 4

4. Mandavit Deus Moysi, ut septuaginta seniores ex populo Israel eligeret, quos ad regêdum populum sibi socios, & coadjutores asciscret: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, &c. ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.* Paruit Moyses jussis Dei, duxitque illos secum in tabernaculum. Illos judicavit Deus idoneos, & aptos regimini, deditque eis spiritum, & prophetârunt, ut ostensione, & manifestatione hujus miraculi populus eos agnosceret, & agnitis obediret. Eodem tempore existentibus Eldad, & Medad in tabernaculis suis, irruit super eos idem spiritus, & cœperunt pariter cum septuaginta vaticinari: *Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requievit spiritus.* Quarè, vel ob quam causam, percontatur Theodoretus, etiam hi duo prophetârunt? Septuaginta dixerat Deus sufficere, jam numerus completus est, ut quid igitur hi duo supernumerarii adjunguntur? *Quia æquales meriti cum illis erant.* Verè quidem hi duo non sunt necessarii ad regimen, sunt tamen paris meriti cum cæteris, & hoc sufficit, ut eis non denegetur, quod aliis tribuitur, quia bene meriti sunt, ut hinc dignoscatur, quòd in domo Dei unus non recipiat præmium cum injuriâ alterius, sed quòd omnibus dignis, & promeritis suus honos, favor, & dignitas reservetur, & onus, quod uni juxtà mensuram meriti fuerit impositum, non negabitur cuivis alteri, qui paris meriti extiterit cum illô.

Num. 11. v. 16. & 17.

Ibi. v. 27.

Theodor. hic.

5. Quando Moyses impertivit benedictionem filiis Iacob in tribubus, quarum ipsi fuerunt Proceres, perveniens ad benedicendum duas Tribus Zabulon, & Issachar in hæc verba prorupit: *Lætare Zabulon, in exitu tuo Issachar, & in tabernaculis tuis.* Observat Oleaster, has duas Tribus valdè disparem vivendi normam tenuisse, & diversum exercitii genus professas fuisse, quia Zabulonitæ militiam profitebantur, & continuò armis graves, & onusti militarem vitam, id est, activam exercebant Issacharitæ verò, quietiorem vitæ regulam sectantes, similes Religiosis, & clausuram servantes, studio litterarum, & contemplationi jugiter vacabant. Dicit igitur Moyses, loquens istis duabus Tribubus in vivendi formâ ita discrepantibus, sicuti Maria, & Martha, ambæ lætamini, & exultate, & cuncti forte vestrâ estote contenti, vos Zabulonitæ in bello, & vos Issacharitæ in pace gaudete, quia singulis Deus dona, & bona sua distribuit: *Habent pax, & negotium utilitates suas, neque despiciendus est negotiator, neque qui pium sectatur otium ad studia legis.* Non vult Deus aliquem vituperari, aut despici statum, in quocumque plurima reperiuntur commoda, & utilitates; neque est necessarium ad laudandum pacem, & contemplationis otium, damnare negotium, seu activæ vitæ exercitium; hoc enim foret dedecorari Martham, ad honorandum Mariam, quod nullatenùs permittit Deus, neque consentit, ut una extollatur cum infamiâ alterius, sed ambas vult honore affici, & ambas à calumniâ esse immunes, quia singulæ suas habent virtutes, dotes, & merita. Nullus potest querulosè reprobare statum suum, aut dicere solum alterius esse bonum, commodum, & honestum, quia hoc foret arguere Deum injustitiæ, & ipsi affingere, quòd non servaret debitam æqualitatem; perperàm enim ageret, si totum uni donaret, alteri verò nihil concederet. Certissimum est, quòd Zabulon, & Issachar, Martha, & Maria, omnes

Deut. 33. v. 18.

Oleaster hic.

Digitized by Google

omnes, & singuli in suo statu, & professione poterant se existimare fortunatos, & felices, quia non solet Deus, ad ædificandum unum, alterum destruere, neque impensis horum illos exaltare, & absque eô, quòd aliquem defraudet, habet undè affluenter cunctis copiosa munera impertiatur, & benefaciat.

6. In Capitulo undecimo Numerorum jam citato narrat sacra Pagina, quòd quando Deus mandavit Moysi, ut eligeret Septuaginta viros è primoribus Israel, eosque secum duceret ad ostium tabernaculi, ei dixerit: *Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis*, id est, auferendo de spiritu tuo, eumque donando aliis, ero tibi auxilio in administandâ justitiâ, & regendo populo tibi commissô. Philo Alexandrinus enucleans hæc verba, alia subjunxit instituto nostro accommodatissima: *Cave, ne putes hanc ablationem fieri per abstractionem, disjunctionemque, imò potiùs, qualis ab igne fit.* Volui, inquit Philo, hanc cautelam addere, ne quis, audiens hæc verba Domini, temerè judicet, & errore quòdam seducatur, arbitrans, quòd ablatio spiritûs à Moyse, ad dandum illis septuaginta viris electis, auferret ab illô partem spiritûs, ita ut postmodùm minorem habuerit spiritum, quàm antea, quia in hôc falleretur; Deus enim in donis suis non habet terminum, aut limitem, neque est pauper, sed dives spiritu, adeoque abundans, ut neutiquàm cogatur auferre ab uno, ad dandum alteri tantumdem, ac proindè dictum illud: *Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis*, idem sonat, ac si explicatiùs ediceret, quòd daturus esset eis spiritum ejusdem virtutis, & conditionis cum spiritu Moysis, quia habet Deus spiritum pro omnibus, & profusâ liberalitate potest omnibus benefacere, neque ei opus est, ut aliis molestiam, aut tædium inferat, ad his satisfaciendum: Idipsum insigni quâdam, ac genuinâ similitudine Philo declarat, dicens: *Imò potiùs qualis ab igne fit.* Ablatio illa spiritûs a Moyse fuit quasi candela, quæ ab aliâ accenditur, à quâ lumen suum desumit, absque detrimento tamen luminis prioris candelæ, à quâ lucem suam mutuatur, neque necessarium est, ut ad accendendam unam, altera priùs accensa extinguatur, hoc ergò est: *Auferam de spiritu tuo, &c.* ac si apertiùs diceret Dominus: Accendam te, ô Moyses, & spiritu tuo septuaginta alios viros accendam. Sunt utique dona Dei illimitata, & infinita, teste S. Ambrosio: *Vides, quanta bona in uno bono,* eàque de causâ parvo ipsi constat labore, ut omnibus superabundanter satisfaciat. Quibusdam hôc, & quibusdam alio modo satisfacit, & omnes remanent contenti, absque eô, quod ad benefaciendum uni, ullum incommodum alteri eveniat, aut detrimentum aliquod inferatur.

7. Refert sacer Chronicus in ipso limine Geneseos, quòd in primordiis mundi, dum Deus aquas creaverat, spiritus Domini ferretur super illas: *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Ubi operæ pretium est scire causam, ob quam aquæ potiùs, quàm alia quævis creatura, in se habuerint Spiritum Dei? Theodoretus opinatur, Spiritum sanctum ex tunc periculum fecisse eorum, quæ operaturus erat in lege gratiæ, ipse autem incubatus super aquas designabat electionem, quam facturus erat in eis, assumendo illas in materiam Sacramenti Baptismatis, quod est janua cœli, & redemptionis humanæ instrumentum: *Qui vivificabat, & fœcundabat aquarum naturam, præfigurans quodammodò gratiam Baptismi.* Bella ratio, sed alia intento nostro accommodatior occurrit. Si adnotaveritis cum Oleastro nostro, quòd, quando aquæ totam terræ superficiem occupaverant, ita ut nihil illius appareret, imperaverit illis Deus, ut cederent loco suo, & terræ etiam suum relinquerent, ne ipsæ solæ totum occuparent locum, paruerunt illæ, & exactissimè jussis Domini obtemperârunt: *Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, & appareat arida, & factum est ita.* Accipite Oleastrum hoc factum ita moralizantem: *Cesserunt aqua suo loco, ut terra posset fructificare, tibi verò non præcipitur tuum locum relinquere, sed alienum non occupare.* Ex his factis insensibilium aquarum addiscant homines rationis compotes; & quia illæ, Dei mandato obsequentes, recesserunt ad locum particularem, in quô remanerent, & conservarentur, sine ullo prorsus detrimento terræ, ut ipsa pariter apparere, & fructificare posset, ne intentent homines duo occupare loca, suum nempè, & alienum, neque ad extendendum angustiam domûs suæ, usurpent possessionem alienæ, neque tandem hortos suos studeant amplificare cum vineâ Naboth, sed sint eis exemplo aquæ, quæ ad Dei jussionem cesserunt, & Aridæ locum concesserunt, ut hæc etiam cum mole suâ visibilis apparere posset; ideoque tunc Spiritus Domini ambulabat super illas, in signum, quòd illi verè habeant Spiritum Dei,

Num. 11. v. 17. *Philo Hebr. lib. de Gig.* *Num. 11. v. 17.* *D. Ambros.* *Theodor. quæst. 8. in Gen.* *Ibid. v. 9.* *Oleaster hic.*

Dei, qui earum conditiones imitantur, id est, ne ad exaltandum, honorandum, & sublimandum quosdam, alios deprimant, infament, & denigrent, si secùs fecerint, se non Dei, sed malignò spiritu regi, manifestant.

8. Varias invenio considerationes Sanctorum super modo, & formâ, quam Isaac observavit in dandis benedictionibus, quas impertivit filiis suis Iacob, & Esau. In ambabus enim usus est quasi eisdem verbis, & vocibus, cùm tamen illæ benedictiones inter sese fuerint valdè dispares, & diversæ. Filio Iacob ita dixit: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam*, &c. Esau verò ita affatus est: *In pinguedine terræ, & de rore cœli erit benedictio tua, vives in gladio*, &c. id est, eris officio venator. Ponderate cum catenâ Græcâ differentiam verborum, seu terminorum, quibus pater usus fuit in benedictione unius, & alterius filii, quamvis aliàs videantur coincidere, & idem sonare: *Ille fructibus uberis soli, tritico, vinoque fruetur; hic in ubere quidem solo habitabit, sed ad victum comparandum gladio utetur in prædis, quocircà adjicere noluit, dabit tibi Deus.* Utique filio adduxit Patriarcha affluentiam bonorum terræ, quibus congruè victitare posset, verùm si animadverteritis, in benedictione Iacob cœpit promissio. & addictio illorum, per cœlum, & omnia cum Deo; *Det tibi Deus*: In benedictione autem Esau quarè non observavit eamdem methodum? Ad quid vita ejus debebat esse venatoris, quæ solis prædis capiendis enutriretur, & sustentaretur? Annè hæc ratio sufficiens ad hoc, ut non dicat ei pater, quòd Deus faciat eum insignem venatorem, & fortunatum in illo exercitio? Ita sanè, quia adeò abhorret, & detestatur illos Deus, qui, quò suo, suoque commodo studeant, aliis nocent, ut idcircò solùm, Isaac non fuerit ausus Deum facere Authorem benedictionis Esau, quia prædatoris vitam agebat, & solis feris occisis sustentabatur, & aliquatenùs illis similis videbatur: *Ad victum comparandum gladio utetur in prædis; quocircà adjicere noluit, dabit tibi Deus.* Deus profectò nullatenùs benedictionem reputat auferre vitam alienam, etiamsi sint aves cœli, aut feræ sylvestres, ad conservandam propriam, quia est contra innatam ejus inclinationem. Et si dixerimus, in rigore loquendo, quòd Esau nullam obtinuerit benedictionem, nihil alienum, aut sacro Textui dicemus, quia hoc ipsum videtur dilucidè innuere Isaac in verbis illis: *Et tibi post hæc, fili mi, ultrà quid facimus.* Et ne contristaretur, prophetavit, & prædixit ei, qualis esset vita ejus futura.

Gen. 27. v. 28. Ibid. v. 39. Author catenæ Græc.

9. His ita constitutis, examinemus verba illa, quibus cœlestis Paranymphus sacratissimam Virginem affatus est, quando ei Incarnationem Verbi divini annuntiavit: *Et regnabit in domo Iacob in æternum.* Cur, quæso, non posuit Angelus regnum Christi in domo Abraham, vel Isaac, sed in solâ domo Iacob? juxtà rectam enim rationem Thronus Messiæ in illis maximè debuisset collocari, quibus singulariter repromissio Incarnationis fuerat facta. Nihilominùs subticuit Dei nuntius Abrahamum, & silentio præteriit Isaac, & solus Iacob mentionem fecit: *Regnabit in domo Iacob*, id est, adnotante venerabili Bedâ, quòd regnaturus foret in cordibus fidelium, sive illi Hebræi, sive Gentiles futuri essent: *Vel domum Iacob totam Ecclesiam dicit, vel qua de bonâ radice nata, vel cùm oleaster esset, meritò tamen fidei in novam est inserta olivam.* Ratio, ob quam regnum Christi fuerit potiùs firmatum, & stabilitum in domo Iacob, quàm in domo parentis ejus Isaac, & progenitoris sui Abrahæ, meâ quidem sententiâ, hæc fuit, quia in domo Isaac, omnibus ritè perpensis, uti jam diximus, non erat nisi una benedictio, & hanc, defraudato, & omnibus spoliato Esau, Iacob tulit, & surripuit: *Num unam tantùm benedictionem habes pater?* Et quantumvis tristis, & querulus lamentaretur sortem suam, imò totus solveretur in lacrymas, Iacob sibi totam retinuit; *Et tibi post hæc, fili mi, ultrà quid faciam*, id est, non suppetunt mihi tot benedictiones pro omnibus. In domo autem Abrahæ idem omninò contigit, quia Isaac omnes habuit benedictiones, & Ismaële, instinctu Saræ, misso in exilium, solus Iacob unicus, *in solidum*, fuit hæres. Hoc sonant verba illa: *Ejice ancillam hanc, & filium ejus, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Pereat Ismael, ut dominetur Isaac. Verumenimverò in domo Iacob non ita fuit actum, neque opus fuit tollere pallium, aut vestem unius filii, ad cooperiendam nuditatem alterius. Abundabat Iacob benedictionibus, & singulis suas impertivit, ideoque jam morti proximus, jussit convocari omnes, licèt ægritudine prostratus, & senectute exhaustus (quem-

Luc. 1. v. 32. Beda in catena D. Thom. Gen. 27. v. 38. Ibi. v. 37. Gen. 21. v. 10.

(quemadmodùm egregiè notat D. Chrysostomus) quia tenerrimè diligebat filium suum Ioseph, ubi audivit adventum ejus in domum, ita lætatus fuit, & confortatus, ut, quamvis dejecto esset & pulsu arteriæ, & animo, jamque postremus anhelitus inter suprema hæreret labia, sese erexerit, & consederit: *Confortatus sedit in lectulo.* Ubi disertè aurcum Chrysostomi os ita fatur: *Vides, quemodò amor erga filium senem firmabat, & alacritas vincebat infirmitatem.* Ac si diceret, vires præbuit amor, & in faucibus mortis constitutus, recuperavit animos, ad erigendum se, & sedens in lectulo cœpit prædicare filiis suis, eisque supremam valedictionem impertiri, quos summâ, & ardentissimâ charitate amabat. Et postquàm eis ventura prædixerat, ait sacer Textus, quòd *Benedixit singulis, benedictionibus propriis*, cùm tot essent numero, singulis speciales benedictiones impertivit. Hæc itaque fuit causa, ob quam Angelus dixit sanctissimæ Virgini, quòd Filius ejus foret potiùs regnaturus in domo Iacob, quam in domo Isaac, aut Abrahæ, quia in domo Dei non auferetur benedictio ab uno, ut alteri donetur. Habuit Maria suam benedictionis gratiam, & Martha quoque suam, & taliter Christus Mariam laudavit, ut non vituperaverit, aut dedecoraverit Martham.

Gen. 48. v. 2. *D. Chrys. apud Lippoman.* *Gen. 48. v. 28.*

10. Dum collegium vel senatus Apostolorum decrevisset alium surrogare in locum, per mortem apostatæ, & proditoris Iudæ vacantem, asserit sacer Textus, quod duos designaverint, quorum unum eligerent, & hi fuerunt Barsabas, vel Ioseph cognomento Iustus, & sanctus Matthias: *Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.* Miserunt sortes, & cecidit sors super Matthiam, ita ut ipse fuerit subrogatus in locum vacantem. Advertit ingeniosè Cardinalis noster Hugo, quòd sacra Historia, commemoret, alium designatum cum Matthiâ fuisse cognominatum Iustum. Numquid sufficeret, dixisse, illum fuisse appellatum Barsabam, seu Iosephum? cur igitur addit sacer Historicus, illum fuisse nuncupatum Iustum: *Qui cognominatus est Iustus. In laude Barsabæ immoratur, ne, velut indignus, repelli videretur.* Deditâ operâ, divinitùs inspiratus à Deo enucleatiùs commemorat sanctus Lucas encomia, & elogia Ioseph, atque, eum ab omnibus justum fuisse reputatum, ne passim cogi-

Act. 1. v. 23. *Hugo Card. hic*

Continuo Marsale.

taretur, cum defectu virtutis, aut probitatis fuisse postpositum in electione, & Matthiam, propter solam excellentiam sanctitatis, ei fuisse prælatum. Quocircà Ioseph titulo justi insignitur, & Matthias ad Apostolicam dignitatem evehitur electione, propter præclaras dotes, & merita, quæ in eò Deus conspiciebat. Rectè quidem placet, ut honoretur Matthias titulo, & loco dignitatis Apostolicæ, sed agnoscatur simul Ioseph cognomento Iusti condecoratus. Non enim vult Deus, ut hic, ob laudes, & encomia, seu excellentias Matthiæ, infametur, aut ullam æstimationis suæ jacturam patiatur, quemadmodùm etiam non vult, vituperari Martham propter eminentiam, & meliorem electionem Mariæ sororis ejus: *Maria optimam partem elegit.*

Maria optimam partem elegit.

Consideratio VI.

De celebri triumpho gloriosæ Assumptionis sanctissimæ Virginis, & de causis, ob quas corporaliter fuit translata ad beatitudinem æternam, & de copiosis muneribus, & bonis, quæ per eam è cælo nobis communicari possunt.

1. *Prima pars considerationis.*

GLoriosus, & sanctus Ioannes Damascenus maximè devotus Deiparæ Virgini, & singulariter ejus gloriosæ Assumptioni affectus, insignem composuit sermonem de felicissimo transitu, seu dormitione beatissimæ Virginis, cujus singula verba sunt uniones, margaritæ, & lapides pretiosi: *Hodiè*, inquit ille, *sacra, & animata Arca Dei viventis, quæ suum in utero gestavit artificem, requievit in Templo Dei, quod nullis est excisum manibus.* Loquitur Sanctus de assumptione hujus Reginæ cœlorum ad cœlestia regna, in corpore, & animâ ab Angelis deportatæ, & de sublimitate, & excellentiâ gloriæ, quam in cœlis possidet. Hodiè, inquit, requievit Arca Dei viventis in Templo gloriæ ejus, & subdit: *Chori ducunt Angeli, celebrant Archangeli, Virtutes glorificant, Potestates collætantur, gaudent Dominationes,*

D. Ioan. Damasc. Serm. de dormit. Virg.

Throni diem festum agunt, laudant Cherubim, gloriam ejus, prædicant Seraphim, id est, omnes Chori Angelorum, quasi piâ quâdam æmulatione, unanimi vocum præconio gestiunt assumptionem ejus in corpore, & animâ laudare, & mille encomiis extollere. Et probè sciens Sanctus id, quod ex traditione Apostolicâ omnes piè credimus, videlicet, corpus sacratissimæ Virginis fuisse assumptum ex sepulchro, in quo illud ab Apostolis fuerat reconditum, ipsumq; monumentum repertum fuisse vacuum, & tali pignore defraudatum, studiò, & deliberato animo incipit cum sepulchro inire rationem, & ratiocinando exigere ab illo facti rationem, ubinam thesaurum illum sibi commissum reliquerit, idque hisce elegantissimis verbis: *Tecum loquar, o sacrorum sepulchrorum sanctissimum, post Domini sepulchrum! Vbinam est illud aurum purum, quod manus Apostolorum in te condiderunt? Vbi divitiæ illæ, quæ consumi nequeunt? Vbi novum volumen, in quo ineffabiliter Dei Verbum scriptum fuit? Vbi abyssus gratiæ? Vbi pelagus curationum? ubi tandem est desiderabile Deipara Virginis corpus.* O delicatissima verba ferventissimæ devotionis plena! ubinam sacratissimum corpusculum Virginis, cujus, solatio destituti tristes absentiam lugemus? Respondet Sanctus, nomen, & partes sepulchri agens: *Quid quæritis in sepulchro eam, quæ ad cœlestia translata est tabernacula? Cur à me custodiæ rationes exposcitis? Non possum ego divinis jussis resistere. Sacrosanctum corpus, relictis sindonibus, abiit raptum in sublime, comitantibus Angelis, Archangelis, & omnibus cœlestibus potentiis.* Quid à me exposcitis thesaurum meæ custodiæ demandatum? Nequeo ego Dei mandatis refragari, venerunt Angeli, omnesque cœlestis curiæ ordines, & rapuerunt ad cœlum, Thesaurum, quem à me postulatis.

2. Ad rem præsentem allegorizat doctus, & pius quidam Author verba illa Evangelii nostri, quæ Martha Christo Domino replicavit: *Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet.* Luc. 10. v. 14. Contemplatur animam gloriosæ Virginis egressam è corpore, plenam gloriâ coràm DEI præsentiâ se præsentantem, ac æternum Patrem hisce verbis alloquentem: Domine, quî obliviscaris sororis meæ, carnis, seu corporis, quod in sepulchro putrescet? Recordare, quod unigenitus tuus Filius ex carne meâ suam assumpserit, illa ego ipsum novem mensibus in visceribus meis alui, fovi, & enutrivi, & uberibus meis eum lactavi, brachus meis eum in Ægyptum tuli, pedes, & manus meæ perpetuo ejus obsequio fuerunt mancipatæ; dic ergò illi sorori meæ, carni, ut resurgat è sepulchro; & veniat mecum ad te collaudandum, dic illi, ut me adjuvet. Et convertens anima Virginis oculos suos ad Verbum æternum, vidensque illud humanâ carne circumamictum, quam ipsi tribuerat ita affatur: *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne meâ, quid moratur in resurrectione corporis mei?* Corpus enim meum tuum est, dic ergò illi, ut confestim resurgat, & veniat ad fruendum mecum gloriâ, quia tuum illud ex me natum, originem trahit. Et considerans denique eamdem animam contuentem Spiritus sancti præsentiam, introducit Sanctus eum sic alloquentem: Dilectissime Sponse, tu, qui me in mundo tantâ repleisti gratiâ, & tot cumulasti donis, nunc cùm morer in terra semper viventium, impledesiderium meum, & fave votis meis, & impera corpori meo ut illicò resurgat, & veniat, ut tuâ mecum dulcissimâ præsentia, & visu gloriæ perfruatur. Iube, ut absque morâ, statim advolet ad hanc terram, ubi nulla mors dominatur: *Dic ergo illi, ut me adjuvet.* Manda illi, ut quantocyus ad me accedat, & mecum jubilet, collætetur, & tuam omnipotentiam, magnitudinem una mecum collaudet, & quia mecum laboravit, æquum est, ut simul requiescat. Et Deus incunctanter & sinè interposita morâ, misit angelicos choros, & sine eò, quod generalis resurrectionis diem expectarent, sumpterunt corpus ejus ad gloriam cælestem. Neque possibile erat aliter fieri nisi hoc inconveniens fuisset admittendum, quod, videlicet, finis non responderet principio & exitus ingressui.

Dimas tract. de purgat. cap. 11.

3. Ad propositum occurrunt menti meæ verba quædam ab antiquo Tertulliano prolata, & dicta cuidam perfido hæretico, qui resurrectionem corporum negabat. Ad convincendum eum erroris, & probandum, quod homo resurgere deberet, revocavit ei in memoriam, sollicitudinem, & diligentiam, quâ Deus hominem formaverat, eique suo vitali spiraculo vitam indiderat: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*, monuitque eum, ut consideraret, quomodò, homine amittente gratiam justitiæ originalis, venerit Deus ad paradisum, correcturus, & emendaturus eum: Cum

Genes. 2. v. 7.

Digitized by Google

Genes.3. v.8. *Cum audissent vocem Dei ambulantis ad auram,* statueritque ei leges observandas, & Angelum custodem, & quòd hisce nequaquam contentus, ad succurrendum, & medendum ei, naturam humanam assumpserit, in mundo prædicaverit, & tandem, institutis sanctis Sacramentis, mortem pro homine obiverit acerbissimâ: *Tertull. lib de Resurr. carnis cap 9.* *Quem Deus manibus suis ad imaginem Dei struxit, quem de suo afflatu ad similitudinem suæ vivacitatis animavit quem dominatui totius suæ operationis præposuit, quem de Sacramentis suis, disciplinisque vestivit, cujus mundiciias amat, cujus castigationes probat, cujus passiones sibi adpretiat.* Attamen videtur adhuc error hæreticis infractus subsistere, quia hæc omnia haudquaquàm probant intentum, quòd erat articulus, & certitudo fidei resurrectionis carnis, sed diertissimè infert Tertullianus ex his antecedentibus conclusionem evidentem. *Hæccine non resurget toties Dei?* id est, homo tot titulis creatura Dei non resurget? An ille æternâ oblivione sepeliendus? Nequaquàm. Non secùs argumentor ego in hodierna Assumptione Virginis in corpore & anima ad cœlos, & gloriam ascendentis: Maria toties, totque titulis Dei, totque meritis vera hæreditas Dei, an illa non erat resuscitanda, & assumenda in corpore, & animâ ad paradisum & delitias æternæ beatitudinis? Utique assumi debebat quæ immunis à peccato, confirmata, & nata in gratia, & electa fuerat in Dei Matrem. Impossibile erat, & ab omni ratione alienum, ut illa non resuscitaretur, & ad cælos non assumeretur.

4. Ponderat ad confirmandum præsens intentum Sanctus Augustinus duo loca sacræ Scripturæ, unum ex Exodo, & alterum ex Deuteronomio, in quibus præcipit Deus, ut parentes nostros honoremus: *Exod.20. v.12. Deut. 5. v.16. & Matt.15. v.4.* *Honora patrem tuum, & matrem tuam. Numquid non pertinet ad dignitatem Domini, Matrem suam servare honorem. qui legem non solvere venerat, sed adimplere?* Ex quibus infert S. Doctor, quòd Christus assumpserit Matrem suam in corpore, & animâ ad cœlos, & neutiquàm consenserit, ut corpus ejus sepultum converteretur in terram, & cineres, quod est opprobrium humanæ naturæ: *D. Aug. Serm. hujus festi.* *Putredo namque, & vermis humanæ est opprobrium conditionis: Pium est credere specialis gratiæ eum in morte honorasse.* Æquum enim erat & rationi consentaneum, ut, quæ non habuerat culpam, nullam etiam illius pœnam incurreret, aut subiret.

5. Res est notissima, & ex sacris Litteris clarissimè patet, quòd causa, cur, Deus inflixerit Adamo maledictionem corruptionis: *Pulvis es & in pulverem reverteris*, hæc fuerit, quia nimirum peccavit: ergò, quæ non peccavit, nec poterat peccare, quemadmodum sacra Virgo, sit libera, & immunis a corruptione. Est hæc consequentia similis formæ cum illâ, quam ad hujusce modi propositum fecit Origines: *Gen.3. v.19.* *Origen. hom. 5. in Ierem.* *Si ad peccatores dicitur, terra es tu, & in terram ibitu, quarè non dicatur ad justum, cujus est regnum cælorum, cœlum es & in cœlum ibis?* Nil commercii habet terra cum illâ, quæ est tota cœlestis, neque conveniens fuit, ut illud corpus corrumperetur, quod fuit Templum, & dulcissima Dei habitatio, & domicilium.

6. Singularis est ponderatio Philoxeni, enucleantis maledictionem, quam Deus terræ inflixit: *Maledicta terra in opere tuo*, ubi asserit, quòd Deus tam benignis oculis aspiciebat paradisum, ut ista maledictio cecidisset super aliam terram, diversam à paradiso: probat autem suam propositionem ex eisdem verbis, quæ Dominus pronuntiavit: *Gen.3. v.17.* *Maledicta terra in opere tuo*, id est, quòd malediceretur terra, quam Adam esset araturus; qui igitur Adam exulabatà paradiso, quem deinceps non erat inhabitaturus, neque terram illam ullatenùs vomere, aut ligone araturus, manifestum remanet, quòd illa terra numquam pœnam illam erat subitura: *Philoxen. orat. de arb. vitæ.* *Paradisi terra nequaquam subjecta est execrationi atque damnationi; hæc enim in eam modo terram pronuntiata sunt quæ extra paradisum est, ita ut ab ipsis paradisus maneret immunis.* Existimavit hic Doctor, alienum fore a ratione, ut hæc maledictio comprehenderet terram, quam primus Adam tempore innocentiæ, & justitiæ originalis, incoluerat. Ergo, cum verum sit quod beatissima Virgo creata fuerit in paradisum secundi Adami, in quò Verbum divinum fuit incarnatum, & conceptum & Deus spatio novem mensium habitavit, decens erat, ut non comprehenderet eam maledictio, quam Deus toti terræ imprecabatur, *Pulvis es, & in pulverem reverteris*, damnans eam sententiâ corruptionis, & conversionis in cineres, quam fuit promerita pœna delicti, decens, inquam, erat, ut præservata a corruptione, in corpore, & animâ ad beatitudinis gloriam transferretur.

7. Digna ſunt auditu verba Petri Bleſenſis, adnotantis, quòd ratio, ob quam ſummi Pontifices in ſuis Decretis ſtatuerunt, ut, ſi unus conjugum ſtatum religionis ſuſcipiat, alter nequeat remanere in ſæculo, hæc fuerit, quia, cùm vinculo Matrimonii facti fuerint una caro, juxtà illud Geneſis: *Erunt duo in carne unâ*, judicârunt, non eſſe æquum, aut conforme rationi, ut, partibus unius carnis ab invicem tantâ violentiâ ſeparatis, una in religione, & alia in ſæculo remaneret. Expreſſiùs ſunt Chriſtus, & B. Virgo, una caro, maximè ergò indecens foret, ut una pars carnis Deiparæ Virginis in cœlo moraretur, & altera in terris relinqueretur, atque una foret incorrupta, & altera in cineres converſa: *Vir & uxor duo ſunt in carne una*, inquit Bleſenſis, *expreſſiùs autem Mater, & Filius ſunt una caro. Sanè Patres, qui Spiritu ſancto dictante, decreta promulgaverunt, jus hoc in conjugibus ſanxerunt, ut, ſi alter, deſerens ſæculum, adhæret Deo, alter non remaneat in ſæculo, unius enim carnis partes tam violenter diſtrahi, jus non eſſe, viſum eſt eis. Sic, & indecens videri debet, ſi alia pars carnis Virgineæ, ſit in cœlo, & pars altera reddatur ſolo, ſi parti alteri datum ſit, non videre corruptionem, & altera ſolvatur in cinerem.* Ac proindè hanc infert concluſionem: *Maria ergò à communi viri, & mulieris maledictione facta eſt immunis, quâ dictum eſt in cinerem ibis; undè ab Angelo benedicta eſſe dicitur, quaſi à primordiali maledicto liberata.* Quæ verba hunc reddunt ſenſum: Maria Domina noſtra exempta fuit à generali maledictione filiorum Adæ, per quam omnes in cineres forent convertendi, quod idem inſinuavit Angelus, dicens: *Benedicta tu in mulieribus*, &c.

Gen. 2. v. 24.

Petr. Bleſenſis Serm. 2. hujus feſti.

Luc. 1. v. 28.

8. Enucleans Rupertus Abbas verba illa Oſeæ: *Ero, mors tua, o mors, morſus tuus ero inferne*, affirmat hoc verbum, *morſus tuus*, non debere intelligi activè, id eſt, mordebo te, aut auferam mortem à te, ſed paſſivè, id eſt, mordebis me, & ego morſus tuus ero. Loquitur Salvator mundi, inquit hic Doctor, terræ, & inferno, ſeu limbo, & dicit, dum terra aperiet os ſuum, & deglutiet, ac recipiet in ſe corpus meum, dabo ego vitam, & reſuſcitabo omnia corpora mortua. Hoc innuit ſanctus Evangeliſta: *Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*, eò quòd receperint, & quodammodò communicaverint Corpus Chriſti, & deſcendens anima Redemptoris ad eos, & penetralia terræ, & aperiens Purgatorium os ſuum, & limbus, quodammodò ſpiritualiter communicantes in animâ, & corpore aſcenderunt ad fruendum Deo, juxtà opinionem eorum, qui ſaniùs, & rectiùs judicant: *Ipſe fructus vitæ æternæ* inquit Rupertus, *in ligno crucis pendere voluit, & per paſſionem mortis mortuorum ſimul, & viventium cibus fieri, ut ſuo quique modo comederent eum, tam vivi, quàm mortui.* Si igitur manſio Chriſti per triduum in corde terræ dederit vitam defunctis corporibus in eâ ſepultis, & ſi præſens aſſiſtentia animæ in purgatorio, & limbo liberaverit captivos, ergaſtulo illi incluſos, quantò potiori ratione reſuſcitaturus erat ſanctiſſimam Matrem ſuam, in cujus caſtiſſimis viſceribus, nedum triduò ſepultus, ſed novem menſium ſpatio hoſpitatus requievit. Temerarium exiſtimat S. Anſelmus, dicere, illos reſuſcitatos nō aſcēdiſſe cum Chriſto, & denuò mortuos fuiſſe: *Qui, reſurgente Domino, reſurrexerunt, etiam cū illo aſcēdente ſimulaſt ēdiſſe credendi ſunt. Nullâ ratione illorum temeritati fides accommodanda eſt, qui poſteà illos reverſos in cinerem dicunt.* Imò potiori ratione temerarius foret Chriſtianus, qui Aſſumptionem glorioſæ Virginis in dubium vetteret; qui enim potuiſſet Chriſtus negare Matri beneficium, quod aliis tam munificè conceſſerat?

Rupert. Abb. in c. 6. Ioan. Orig. in Epiſt. ad Roman. Clemens Alex. lib. 6. Strom. D. Epiph. hæreſ. 65. D. Ambr. lib. 4. de fide cap. 1.

D. Anſel. ſuper cap. 17. Matt.

9. Quando Joſuë obſedit civitatem Jerichontinam, eamque deſolavit, & funditùs evertit, ſoli domui Rahab indulſit, & pepercit, cunctas enim domus devaſtans, illam voluit ſalvam, ſattam, tectamque ſervari: *Solo Rahab vivat.* Ecquæ cauſa compaſſionis movit Joſuë, quærit doctus Stella, ad condonandum ſoli Rahab, ejuſque domui? *Quia ſpeculatores Iſrael acceperat*, id eſt, nulla alia, niſi quam ſacer Textus inſinuat, quòd exploratores à Joſue ſubmiſſos ad explorandum terram Promiſſionis comiter exceperat, qui tanto beneficio, & comi hoſpitio ab illâ accepto grati, par pari referentes, juxtà promiſſa ſua, hoc benevolentiæ, & miſericordiæ munus ei perſolverunt. Si igitur, ait hic Doctor, *tantam curam Dominus habuit honorificandi eos, qui ſervum ſuum hoſpitio dederunt: quantam putas habuiſſe cum Martha & Maria? Et ſi his ſororibus tantam, qualem exiſtimas ergò Matrem extitiſſe? ſine dubio dici non poteſt, quale fuit gaudium, qualis feſtivitas, quantus triumphus, quod genus ſolemnitatis, quo Deus, hodiè Virginem Matrem cœleſtibus ſedibus regnaturam ſuſcepit.*

Joſue. 6. v. 17.

Stella hic in cap. 10. Luc.

Matt. 27. v. 52.

Digitized by Google

Adonis. Quæ verba in compendium redacta, ſignificant eos eſſe damnatos propter quod Deum non iuxta in eo cultu conſecutum gloriam fuerint. Hinc Baſilius, Mariæ Aſſumptionem tantæ ſanctitatis compendium, quanto maius quodcunque dilectionis ſignum? Quid horum, quæ memoratis, & meum, & gloriæ meæ ſtudium? Vterque Maria nobis. Meus Deus, & cooperatrix eſtram, auxilio donatum nomen hoc, non hinc in tempis cum, ſed extrema mentis impreſſa, neque commutatur in æternum. Quamobrem ſi quis ſit, qui ſpiritum ſibi fiduciæ, fed Maria, non ſuppetere, ſi animi, ſanctitatem ut ſibi, & ſuper omnes Maria ſuperbiat, ut ſibi, & Deum.

10. Examinant Doctores Hebræi ſtudium ad ſanctitatem, ut ex ea ſublimis dignitas ad illos ſtatur currens: *Beati alacres ipſorum ſe-* Pſal. 118. *mitam ad ſanctitatem.* Et Pſalmiſta Regius: *Viderunt eum, quod congregatus, & decentes in ea ſimilitudine ſuſcitatus ſuſcitatus, qui quia ſanctitatem ſuſcitatus, & ſuſcitatus, & ſuſcitatus, &

fuerat Deo consecratus, non erat decens, ut inter prophanos Ægyptios degeret, sed ratio postulabat, ut in terrâ Promissionis remaneret, quam Deus bonis, & justis præparaverat. Volebat, corpus sacratissimæ Virginis naturali quadam inclinatione remanere sepultum in Ægypto hujus mundi, commorante animâ ejus in terrâ Promissionis, id est, quiescente in gloriâ, verùm intervenit Deus, & mandat ipsi, ne descendat in Ægyptum: *Ne descendas in Ægyptum*, sed potiùs ascendat ad terram viventium, & gloriæ, designatam per terram Promissionis, quia in vitâ fuerat Deo consecratum, & pertulerat mortem, quoad affectum juxtà crucem Filii sui, & delectetur in perenni gloriâ, & unâ cum animâ suâ benedictissimâ in cœlesti patriâ triumphet, & regnet.

13. Et nolite existimare, quòd parùm boni indè omnibus promâneri, etenim si sanctissima Virgo (ut alibi diximus cum Doctissimo Idiotâ, maximo Deiparæ cultore) sit vita animarum nostrarum: *Spiraculum piscatoris*, necessariò, ubi fuerit anima, debebat etiam simul esse corpus, ejusque gloria nostram quoque secutionem reddebat. Ponderatione quadam Tertulliani mentem meam declarabo. Enucleat prædictus Pater verba illa Geneseos: *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ*. Qui hoc fieri potest, inquit Tertullianus, ut Deus eum hominem appellet, qui adhuc non nisi corpus erat: *Iam homo qui adhuc limus*, animam autem postea Deus spiraculo oris sui infudit: *Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*. Qui hominem nuncupat, corpus, & animam, simul dicit, quia ex his duobus hoc compositum conflatur, ex materiâ quippè, & formâ hoc totum componitur: *Vbi quidquid omnino hominis à Deo prospectum, atque provisum est, non solæ animæ, verum, & carni satis debitum, ut si non ex consortio generis, certè vel ex privilegio nominis*. Non est corpus ejusdem generis cum animâ, sed quia Deus illud hominem vocavit: *Formavit igitur Deus hominem, limum de terra*, dando ei hoc nomen, obligavit se, ad concedendum ei totum id, quod homini tribuendum providerat, & devinxit se, ad faciendum utrumque impassibile, & immortale, tam carnem, quàm animam, ita ut ubi fuerit animâ, ibi etiam debeat esse corpus, simulque tam corporibus, quàm animabus gloria promittatur. Itaque si Regina Angelorum sit anima nostra, *spiraculum hominis*, hodieque in corpore, & animâ ad cœlos translata, Dei visione fruatur, debemus omnes, qui ejus corpus sumus, firmâ spem, & fiduciam concipere, quòd etiam unà in consortio ejus beatificâ Dei præsentiâ potiemur; nequit enim fieri, quòd anima in uno, & & corpus in alio loco commoretur: Ubicumque fuerit beata Virgo, vita animarum nostrarum, Deo favente, ibidem cuncti, qui per illam vivimus jucundè lætabimur; *certè vel ex privilegio nominis*, quia ipsa est anima nostra, & animæ nostræ, corpus ejus nuncupantur. Unde superabundant nobis gaudiorum occasiones, & consolationum argumenta, maximè in die hac, qua celeberrimum Deiparæ Virginis triumphum recolimus, & gloriosam ejus Assumptionem ad cœlestia regna celebramus, quando ipsa è mundo, tanti thesauri custodiâ indigno, eripitur. Hæc est optima pars, quam sibi sacratissima Virgo elegit & quæ æternùm permanebit, quia incepit in hoc sæculo, & post mortem suam assecuta est ultimam perfectionem: *Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea.*

Idiota apud Vieg. in Apoc. c. 12. com. 2. Sect. 2.

Gen. 2. v. 7.

Tertull. lib. de resur. car cap. 5.

Ibi. v. 7.

14. Constituta autem beatissima Virgo in cœlis, & exaltata super choros Angelorum, illic residet, & regnat, non solùm in commodum, & gloriam propriam, sed etiam in favorem, & gloriam nostram, perpetuo fruens aspectu Filii sui, & incessanter causis suorum clientum patrocinans, indeque fungens munere, quod sol exequitur in terris. Est hæc consideratio B. Ruperti Abbatis, & melliflui Doctoris S. Bernardi. Merito, inquit Rupertus, videntes hodiè aulicolæ cœlestes sanctissimam Virginem ascendentem ad gloriam cœlestem hisce vocum præconiis eam collaudant, & extollunt: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, ut luna, electa, ut sol.* Quàm pulcher ordo, inquit Rupertus, *in ista laudatione pulchritudinis! primùm consurgens, ut aurora, deinde pulchra, ut luna, deindè electa, ut sol*; id est, quando nascitur, comparatur auroræ, quia in ejus nativitate exorta est aurora, quæ dispellit obscuras noctis tenebras, & parit clarissimam diei lucem. Quando concipit in castissimis visceribus suis Verbum divinum, rectè assimilatur lunæ, quemadmodùm enim hæc totum suum lumen mutuatur a sole, ita etiam Deipara Virgo omnem gratiæ suæ ornatum & decorem percipit ex Dei contubernio, & præsentiâ; at dum gloriosa in corpore, & animâ ad

Secunda pars considerat.

Cant. 6. v. 9.

Rupertus lib. 6. in Cant.

ad cœlos evehitur, soli simillima describitur. *Quando autem de hoc mundo assumpta, atque ad æthereum thalamum translata es, tunc tu, & ex tunc electa, ut sol*, tunc apparuit tota pulchra, & formosa, ut sol. Rupertus intelligit per hunc solem, Christum Redemptorẽ nostrum, aitque, hanc comparationem designare magnitudinem gloriæ, quam beata Virgo possidet in animâ, & corpore, sicuti Filius ejus dilectissimus. Hoc sonat; *Electa ut sol.* Attamen S. Bernardus ponderans apparitionem Virginis in cœlo, quasi foret amicta sole materiali, in hæc verba effatur: *Quemadmodùm ille super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoq; præterita nõdiscut timerita, sed omnib. se exorabilẽ, omnib. clementissimã præbet, omnium denig; necessitates amplissimo quodam miseratur affectu.* Hoc est, sol non respicit, neque curam habet singularium, sed communitati sua largitur beneficia, quemadmodùm Christus dixit per Evangelistam S. Matthæum *Super bonos, & malos.* Non aliter beatissima Virgo, *amicta sole*, nunc in cœlis superni solis indolem, & naturam imitatur, cujus est Mater, in æqualitate hujus planetæ symbolicè adumbrata, miserescens bonorum, & malorum, succurrens indifferenter opulentis, & egenis, magnis, & parvis, quia huic muneri totam se dedicat, & consecrat. Ideoque ingredientem illam regna siderea, ad occupandam gloriam, omnes beati, & Angelici spiritus soli simillimam prædicarunt: *Electa ut sol.*

D. Bern. Serm. de B. Virg. de verb. Apoc. S. Ioan.

Matth. 5. v. 45.

Apoc. 12. v. 1.

15. Plures sanctorum Patrum interpretantur de hâc Domina nostrâ versus illos Davidicos: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Ubi Spiritus S. per os regii Vatis exhibet nobis Virginem nostram, assidentem dextræ Filii sui, coronatam, ut Reginam, & varietate circumdatam, id est, notante Incognito, virtutum, & meritorum varietate exornatam, quia optimum, & supremum cujuslibet statûs gradum perfectionis in se complexa est. Virginis, Matris, Viduæ, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Confessorum, &c. *Circumdata varietate, scilicet, vita, & meritorum. Nam varietatem facit in Ecclesiâ status Conjugatorum, status Virginum, status Continentium, status Martyrum, status Confessorum, status Activorum, status Contemplativorum, status Clericorum, status Laicorum status Prælatorum status Subditorum*, &c. Sanctus autem Athanasius exponit peculiariter hæc verba de assumptione corporali hujus Virginis ad cœlos cum corpore, & animâ & corpus ejus gloriosum nuncupat amictum auro, seu vestitu deaurato: *Ea nunc, ut Regina assistens à dextris Filii, ubique regnantis, quasi in vestitu deaurato incorruptionis & immortalitatis, circumamicta, & variegata sacris, & solemnibus verbis celebratur.* Et subjungit regius Propheta: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum Patris tui.* Juxtà hunc sensum commonuerunt eam, ut de præsentibus gauderet, & paternæ domûs, amicorumque obliviscereretur. Ecquæ causa, ob quam Virginem gloriosam hóc adhortamento instruunt? An fortassis renovatæ memoriæ, seu repetitæ recordationes patentum, amicorum, aut rerum mundanarum possunt præjudicium aliquod inferre, jam Deo placidè fruenti, in eoque, veluti in voluptatum omnium centro, delitescenti? Nequaquàm. At videtur beata Virgo fuisse tam intenta rebus, & sollicitationibus nostris, tamque sedula in necessitatibus nostris sublevandis, ut potiùs his, quàm gloriæ obtentæ intendere, & solerti curâ incumbere videretur: favent huic explicationi verba Agellii, ita loquentis: *Horum igitur oblivisceretur, ut non modo eorum conversationem relinquat, sed & affectum, & memoriam ipsam abjiciat.*

Psal. 44. v. 10.

Incognitus hic.

D. Athanas. Ser. de Deipara.

Ibid. v. 45.

Agellius hic.

16. In hunc finem dispositum divina providentia, ut sanctissima Virgo in valle Josaphat sepulta requiesceret ubi generale illud, & extremum omnium judicium erit celebrandum, uti eleganter attestatur sanctus Hieronymus: *Monstratur sepulchrum Mariæ cernentibus nobis usque ad prasens in valle Josaphat medio, quæ, vallu est inter montem Sion, & montem Oliveti positus: ubi in ejus honorem, fabricata est Ecclesia, mire lapide tabulata, in qua sepulta fuisse ab omnibus ibidem prædicatur, sed nunc vacuum esse mausoleum cernentibus ostenditur.* Fuit igitur, ut dixi, Dei ordinatione id permittente, sepulta beata Virgo in loco illò ut ubi per tres dies pretiosus thesaurus corporis ejus requieverat, ibi in die iræ, & ultionis, mutis vocibus postularet misericordiâ miseris, & impetratet veniam peccatoribus. *Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos.* Verba sunt Ieremiæ per S. Euangelistam Matthæum relata, quibus Propheta prædixit mortem Innocentum ab Herode interficiendorum, & dolorem, seu luctum, quô Rachel ex sepulchro suo eos erat

D. Hieron. in Epist. ad Eustoch. de Assumption. B. Mariæ Virg. Thom. 4.

Matth. 2. v. 18.

Digitized by Google

erat deploratura. Varia, eaque curiosa excogitárunt sancti Patres super hæc verba, quibus, dubiis occurrentibus respondeant. Glossa ordinaria ita loquitur: *Per hoc de Chaldæa historia texitur, quòd similis esset ab ea cladi priori populo Iudæorum futura vastatio*; & paulò infrà, *ad imminentem captivitatem sermo Prophetæ respicit.* Ac si diceret: introducit Propheta Rachelem clamantem è sepulchro (in quo mediâ leucâ à Bethlehem sepulta jacebat) atque lugentem, & deplorantem Israelitas, qui per eum locum in captivitatem Babylonicam abducebantur, eratque hoc adeo triste spectaculum, ut eô etiam mortui ad pietatem, & compassionem commoveri possent. Et videtur specialis fuisse divinæ providentiæ dispositio, ut ibi Rachel sepeliretur, ubi illi in miserrimo captivitatis statu erant pertransituri, ut sic ossa mortua ibidem vociferarentur, Deumque ad commiserandum interpellarent, quò manum supplicii, & vindictæ suspenderet, eosque pristinæ libertati restitueret. Nõ secùs possum', imo debem' Philosophari de sepulchro sanctissimæ Virginis, certò certiùs nobis persuadentes, fuisse singularem Dei misericordiam, quòd in valle illâ sepeliretur, in quâ finale esset judicium exercendum, ut, quemadmodùm Rachel è sepulchro, in quo erat recondita, intercessit pro populo, quem captivum adduci cernebat, ita etiam terra, in quâ Mater Dei fuit deposita, & sepulta, vocibus suis, divini furoris iram placaret, & miseris peccatoribus misericordiam conciliaret. Aget tunc sepulchrum ejus, quod ipsa modo incessanter in cœlis, apud Filium intercedens, diligentissimè exequitur. Audire sanctum Bonaventuram maximum Deiparæ cultorem, ita loquentem: *Magna fuit erga miseros misericordia Mariæ, adhuc exulantis in mundo, sed multò major ergà miseros est misericordia ejus, jam regnantis in cœlo*, id est, si in hâc valle lacrymarum sedulam curam egit peccatorum, nunc in paradiso deliciarum cœlestium, multò diligentiùs, & fervent iùs easdem instaurat curas, & patrocinia congeminat. Quocircà perplacet, ut Angeli eam ad gloriam cœlestem ovantes assumant. Si enim Deus ejus intercessione, & patrocinio commotus, nos eò transtulerit, aut deduxerit, ibi eam jugiter, & incessanter intuebimur, & cum eâ læti, & jubilantes æternùm regnabimus.

Glos. ordin. hic.

D. Bonav.

Iucunditates, & gaudia hujus glorioſæ diei sentiunt, & probè norunt animæ piæ, & devotæ, sed non valet ea hominum lingua exprimere. O quanta lætitia Angelorum contemplantium gloriam hujus nostræ Virginis, dum per eam sedes suas casu Luciferi evacuatas, denuò restaurari recogitant, & mente revolvunt! Expendit Guilielmus Parisiensis dictum Salvatoris nostri, mortem pauperrimi Lazari apud Lucam enarrantis, quòd, videlicet, & solemnes ejus exequias celebraverint: *Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Ad sepeliendum corpus unius pauperculi, & mendici, qui tot, tantaque pro Deo pertulerat, nonnè sufficeret unus Angelus? Haudquaquàm; sed plures Angeli descenderunt è cœlis, qui hymnis, & canticis ejus cohonestarent exequias, & alternis choris ei justa funeralia persolverent. Contendebant spiritus Angelici piâ quâdam æmulatione, quisnam eorum prior sacras reliquias pretioſi illius corporis contingeret, quod tot vulnera, & plagas pro Deo sustinuerat: *Si enim mendicus post obitum portatus est non ab uno Angelo, sed ab Angelis in sinum Abrahæ, ut legitur Lucæ* 16. quantò potiori ratione credere debemus, omnes pariter choros Angelorum delapsos fuisse è cœlis ad terram in ipsâ horâ fœlicissimi transitûs Deiparæ Virginis, & tempore, quo ipsa fuit resuscitata, ad cohonestandum hymnis, & canticis glorioſum ejus triumphũ, à militante Ierusalem ad triumphantem commigrantis: *Quantò magis credendum est, ingentem multitudinem agminum cœlestium Spirituum ad obitum sæpè dictæ Reginæ accurrisse, & postmodùm, resumpto corpore, ipsam cum hymnis, & laudibus in civitatem cœlestem deduxisse.* Quale itidem fuit gaudium, & lætitia hominum publicis vocum præconiis sese per Virginem illam redemptos proclamantium! Ecquis exultantis animi jubilus Prophetarum, & Patriarcharum, qui jam coràm oculis suis cernebant, quod tot sæculis antè prædixerant futurum, & cujus memoria in hac mortali vitâ illos aluerat, & cujus spes, & repromissio ipsis in morte fuerat solamen, & fiducia? Et quod majori consideratione dignum est, quale fuit, gaudium glorioſæ Virginis videre Filium suum dilectissimum, quem jam exultans adorabat, & amplexabatur, tuebat-

17.

Luc. 16. v. 22.

Guiliel. Paris. in Serm. hujus Festi.

ruebatque in oſculum ejus, qui eam tam ovanter excipiebat, tamque amanter aggratulans ei obviabat! O qualis tandem jucunditas Filii! quando videbat dulciſſimam Matrem ſuam jam à labore quieſcentem, & gloriâ quam ei præparaverat, fruentem; quam, teſte S. Bernardo, nequit intellectus humanus in hâc miſeriarum valle degens, aſſequi: *Nam in illo decore te videre, quo induit te Dominus fortitudinem, non eſt hujus temporis vita noſtra, vitiorum fœtore ſordentis*: Et mox ſubjungit melliſluus Doctor: Tu ô perpetua Regina Angelorum, Mater miſericordiæ, eris unica ſpes, & refugium meum, & nedùm ab Angelis, ſed ſimul ab hominibus millenis encomiis in ævum celebraberis, utiturque ad hoc propoſitum cô, quod Poëta Cæſari accinebat:

D. Bern. Serm. 2. ſuper Salve Regina.

Virgil. Æneid. v. 611.

Infreta dum fluvii current, dum montibus umbra
Luſtrabunt convexa; polum dum ſidera paſcet,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

18. Obſervatione digna ſunt, & amoris plena, imò, & ſingularem devotionis affectum ſpirant verba illa melliflua Bernardi, quibus Deiparam alloquitur:

Idem Ser. 3. ut ſupr. *Spes mea, Virgo pia, Virgo ſacra, Virgo Maria,* Et non ampliùs? *Ampliùs multùm, & per omnem modum Nam in æternum, & ultrà non deficiet laus tua de ore hominum, etiam, & Angelorum*, id eſt, non ſufficit mihi hæc dixiſſe, ampliùs dicere contendit, & geſtit animus, verùm nec lingua, nec calamus valet mentis cogitata exprimere, neque latentes cordis affectus depromere, hoc unicum me ſolatur, quòd & homines, & Angeli perenni memoriâ tuas laudes recolent, & celebrabunt. Et ne cœleſtes illi incolæ, Spiritus beati, & Angelici, æternæ gloriæ comprehenſores totam ſibi arrogent hujus diei lætitiam, & exultationem, noverint, & ſciant, etiam ad nos exules in hoc ſæculo conſtitutos, non minimam illius jubili partem pertinere; ſicuti enim paullò antè dixi, alit, & fovet nos ſpes, quâ confidimus nos brevi futuros concives ejus, nosque ad cœleſtem illam Ieruſalem commigraturos. *Reporta arcam Dei in urbem: ſi invenero gratiam in oculis Domini reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum*, aiebat David Sacerdotibus, qui ſe comitabantur, dum fugiens Abſalonem filium ſuum devius per deſerta vagaba-

2. Reg. 15. v. 25.

tur. Portabant Sacerdotes aream Domini usque trans torrentem Cedron, à quô loco noluit David, aream ulteriùs proficiſci, ſed juſſit eam ad civitatem reduci, loquens verba jam relata Sadoc Sacerdoti. Redeat arca ad urbem, quam ego deſero, & relinquo, ſpero tamen, quòd, opitulante Deo, illa mihi reſtituetur, ut poſſim eam denuò videre, & ſolitis obſequiis honorare. O Angelici Spiritus! reportate hanc Arcam, in cœleſtem, & ſpiritualem illam Ieruſalem, aſſumite Virginem hanc ad æternæ gloriæ poſſeſſionem, quia omnes firmâ ſpe confidimus in Deo, quòd, per ejus interceſſionem, nobis civitatem illam ſanctam reſtituet, à quâ propter delicta noſtra miſeri exulamus; quod quidem nihil æſtimamus, quia peregrinatio noſtra, quamvis lõga ſit, eſt tamen omninò facilis, & levis. Hoc unum nobis ſupereſt, ô ſanctiſſima Virgo, ut, per tuam interceſſionem, & patrocinia, gratiam in hâc vitâ obtinere poſſimus, quâ tranquillum mare, & ſecurum tranſitum ad æternam beatitudinem conſequamur. Fatemur, ô Virgo, nobis eſſe impoſſibile, habere tranſitum ad aliam vitam ſimilem tui, quia ſumus omnes peccatores, & tale beneficium tibi ſoli, quæ nunquàm peccâſti, peculiari Dei munere eſt conceſſum.

19. Sanctus Ioannes Damaſcenus, loco jam prídem in hâc Conſideratione citato, alloquitur beatiſſimam Virginem in hunc modum: *O Maria, tibi mors quodammodò erit cymba, quâ tranſiciaris ad immortalitatem*, id eſt, mors tibi navigium fuit, quô feliciter hoc turbulentum mundi mare pertranſites, & ad beatitudinis æternæ portum appelleres. Inſignem facit Sanctus alluſionem. Vidiſtis aliquando, tempore æſtivo, dum cuncta florent, & gratus ſpirat Zephyrus, mareque tranquillum, & placidum invitat, ad navigandum, perſonam aliquam regiam, ſeu Principem quempiam conſcendere navim aliquam leviorem, benè diſpoſitam, & pulchrè undequaque exornatam, omnes, qui ad remum aſſident in honorem ejus ſingulari veſtitu indutos, muſicos dulciſonâ voce concinentes, conſortium jucundiſſimum, &, ut paucis perſtringam maximum eſt gaudium, & jucunditas, ab unâ ad alteram ripam pernavigare: hoc igitur, meo judicio, voluit inſinuare ſanctus Damaſcenus, vocans tranſitum Deiparæ Virginis, navigationem, in quâ proſpero, & ſecundo vento proceſſit, & ſtipata

Angelis, veſtimento gloriæ circumamictis, & alternis choris præconia laudum ejus cantantibus, appulit ad portum gloriæ cœleſtis, imò, & addam, ſanctiſſimæ Trinitatis conſortio cohoneſtata, quæ in eum finem è cœlis in terram deſcendit.

20. Convenerunt tres Reges, putà Rex Iſraël, Iuda, Edom, & cùm poſſent accerſere, ſeu vocare, Prophetam Eliſeum, ipſimet perſonaliter eum quæſiverunt, & acceſſerunt: *Deſcendit ad eum Rex Iſrael, & Ioſaphat Rex Iuda, & Rex Edom.* Indagat curioſiùs Doctiſſimus Abulenſis, quarè ipſimet eum convenerint, & non miſerint ad vocandum eum? & appoſitè ad rem noſtram reſpondet: *Non miſerunt ad vocandum illum, ut veniret ad ſe, ſed deſcenderunt, ut per hoc honorarent eum.* Quaſi dicerent Reges: ſi alius quiſpiam Propheta foret gregarii ordinis, aut qui cum reliquis in numero poneretur, acciremus eum, verùm æquum eſt, & decens, ut Prophetam ſuperioris ordinis, qui cunctos eminentiâ virtutis, & prærogativâ ſanctitatis antecellit, logè majori, & potiori honore præveniamus, & omnes tres ad eum convenendum deſcendamus. Vocet igitur Deus cæteros Sanctos in morte per Angelos ſuos, at ſanctiſſimam Matrem ſuam, cujus gratia, & ſanctitas omnes ſuperexcedit, tota ſanctiſſima Trinitas quærat, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, deſcendant ad terram, & eum ſecum ad æternæ beatitudinis patriam deducant. In hôc ſenſu interpretor verba illa Canticorum: *Veni de Libano, Sponſa mea, veni, veni.* Vocat eam Pater ad coronandum eam, ut Filiam ſuam, vocat eam Filius, ut Matrem, vocat eam Spiritus ſanctus, ut Sponſam ſuam dilectiſſimam, &, honore tam excellenti, ſolis meritis beatiſſimæ Virginis, reſervato, appulit tandem, ſecundo ventorum favore roſeum, enavigans mare, ad portum ſupernæ beatitudinis, ubi cœleſtis eam Sponſus in poſſeſſionem omnium deliciarum, & opum ſuarum introduxit.

4. Reg. c. 3. v. 9.

Abulenſ. hic. qu. 8.

Cant. 4. v. 8.

21. Ineffabili gaudio exultaverunt filiæ Ieruſalem ſodales Sponſæ ſanctæ (ut jam alibi ponderavimus) quando illa ipſis dixit, & confeſſa eſt, ſe introductam in cellaria Sponſi ſui, ſeque jam potiri omnibus bonis, opibus, & deliciis Dilectiſſimi ſui. Et hoc ſonant notiſſima illa verba: *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Et carpit meditatione ſuâ melliſluus Doctor S. Bernardus verba ſodalium Sponſæ, quibus ei reſponderunt: *Exultabimus, & lætabimur in te memores uberum tuorum*, id eſt, proſint tibi, ô Sponſa ſanctiſſima, & proficiant, ad millenos, & millenos annos, bona, divitiæ, & deliciæ tuæ, tua quidem ſunt omnia, ſed nos etiam ea, uti noſtra, cenſemus, & celebramus. Sunt hæc gratiſſima nuntia, quæ umquàm nobis dari poſſent, adeoque poſſet quiſpiam nobis apprecari fauſta, & aggratulari de fœlici ſorte tua, quia commoda, divitiæ, honores, deliciæ, cunctaque bona tua communia ſunt, & tua gloria, omnium ſodalium tuarum eſt: *Scientes, te plenam reverſuram ad nos.* Quia novimus indolem, & genium tuum, quòd quando reverſura fueris ad nos plenis uberibus, hoc ceſſurum ſit in commodum, & utilitatem noſtram, & ex iis omnis fœlicitas, & jucunditas in nos redundaturu ſit. Omnes Chriſtiani, quorum animæ in filiabus Ieruſalem adumbrantur, debent hodierno die glorioſæ Virgini fauſta apprecari, quia Deus eam hodiè ſuper omnes Angelorum choros exultavit, & ad dexteram ſuam Thronum erexit, & claves theſauri miſericordiarum ſuarum tradidit, & commiſit, ut devotè meditatur glorioſus Abbas S. Bernardus, ita ut nobis per eam remedium malorum, quies laborum, & omnium neceſſitatum noſtrarum medela obveniat, & per manus ejus cuncta Dei benificia, gratiarum, & virtutum dona ad nos deriventur. Et meritò quidem, quia cùm ejus obſequia fuerint præſtantiſſima totius mundi, æquum fuit, ut etiam ad eminentiſſimum ſolium, & digniſſimum totius mundi locum ſublimaretur, in quô nullatenùs noſtrûm oblivíſceretur. Novit ſiquidem indigentiam noſtram, manifeſtaque eſt ei inſufficientia noſtra, & neceſſitas, ob quam ejus favore, & patrocinio egemus, per cujus auxilium ſperamus, & confidimus, nos omnes gratiam in hôc ſæculo, & gloriam in futuro obtenturos. Amen.

Cant. 2. v. 3.

D. Bern. in Cant.

***

TRAC-

TRACTATVS XIV.

IN FESTO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS AD NIVES.

Extollens vocem quædam mulier de turba.
Lucæ II.

IN Considerationibus hujus Tractatûs explanabimus primò sensum litteralem Evangelii: Secundò agemus de præsenti solemnitate beatæ Mariæ ad Nives, & de miraculosâ ejus institutione. *Ave Maria.*

Extollens vocem quædam Mulier.

Consideratio I.

Fortunata, & fœlix censenda est Respublica, in qua parvuli, & humiles benè de Principe, ejusque regimine, & Nobiles, seu Magnates malè de eo loquuntur. E contrà verò miserum, & infaustum est reputandum regnum, in quò Plebeji, & pauperes obloquuntur Regi, & soli Magnates seu Proceres omnibus ejus dictis, & factis applaudunt.

1. SI attentiùs sacram Evangelii historiam pervolveritis, pluribus in locis comperietis, Nobiles, & Primates semper fuisse maximos Christi antagonistas, & adversarios, eosq; sæpiùs doctrinam Christi vituperâsse, & personam ejus injuriis lacessiviſse, ignobiles verò, & Plebejos decentiùs de eô fuisse locutos, & verba ejus ferventiori devotione excepisse, eaque avidiori studio ambivisse, & reverentiùs eum observâsse. Ne longiùs abeamus, exemplum habemus hodierno die in Pharisæis, qui eum calumniabantur, & dæmoni familiarem, seu dæmoniacum proclamabant, & mulier quædã minoris notæ & inferioris conditionis ipsum honorabat, & ventrem, qui eum portaverat, beatum prædicabat. Quod, meâ, quidem sententiâ, non caret mysterio, posito, quòd Christus Dominus, uti jam alibi diximus fuerit verus Rex, non solum spiritualis, sed etiam temporalis: *Et regnabit in domo Jacob in æternum.* Hoc siquidem potiùs in majus bonum, & æstimationem regiminis ejus redundat, quia absque dubio felix censenda est Respublica, in qua subditi inferiores, humiles, & egeni rectè loquuntur de Principe, ejusque regimine, majores autẽ, & potentes soli conqueruntur. Secus verò judicandum est de regno, in quô pauperes, & humiles murmurant, & clamant adversus Regem, & domini, seu nobiles soli bene de eô loquuntur, & normã reguminis ejus summis laudibus extollunt. *Luc. I. v. 32.*

Componite, & unà mecum ponderate duo loca sacri Textûs. Duos, inter cæteros, habuit Reges regnum Israel, Saulem, nempè, & Roboam. Saul in principio Regni sui fuit optimus, neque ullus illô melior, ideoque Deus eum in Regem elegerat. Roboam ab initio regni sui fuit omnium pessimus, quia statim cœpit subditos suos vexare tributis, &

donativis, ad hoc instigatus consilio quorumdam Iuvenum ignorantium, & stultorum, quorum consilia, & arbitria sequebatur: *Dixerunt ei juvenes, qui nutriti fuerant cum eo, sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.* Et quid indè subsecutum? *Videns itaque populus, quòd noluisset eos audire Rex, respondit: Quæ nobis pars in filio Isai?* Concitatus est populus adversùs eum, dicens, se eum nolle Regem Saulem. Quando Samuël ex mandato Dei unxit in Regem, eumque, populo, & genti præpositum, declaravit; cuncti præclaras dotes, & merita in Saule agnoscentes, unanimi voto eum Regem acclamarunt, & solemnibus lætitiæ indiciis ei applausérunt: *Clamavit omnis populus: Vivat Rex.* Verùm subjungit facer Textus: *Filii autem Belial dixerunt: Num nos salvare poterit iste? & despexerunt eum, & non attulerunt munera.* S. Gregorius Magnus insinuat, illos, quos sacra Pagina filios Belial indigitat, fuisse nobiles, & primates regni, qui in electione Saulis se injuriam passos, conquerebantur, & se tam vili, & ignobili postpositos, & veluti contemptos, ægrè ferebant, aitque Sanctus, eorum verba hunc reddidisse sensum: *A tam parvo tam grandia speranda sunt? iste tam parvus nos tam magnos, tam debiles, tam fortes salvare posse credendus est?* id est, à tam abjecto Rege, quid boni sperari potest? talis homuncio, & vir nihili, poterit, humeris suis tantam regni molem sufferre, & cuncta debitè administrare? Conferte nunc regimen amborum Regum, cum arbitriis, & placitis subditorum utriusque. Dum incipit Saul regnare pius, probus, & sanctus, vituperant eum nobiles, & magnates, & populus eum laudat, & vocum præconiis Regem acclamat: *Num salvare nos poterit iste? Clamavit omnis populus: Vivat Rex.* Et quando Rex Roboam regnat, & tyrannicè subditos suos opprimit, omnes Primores, & Proceres regni applaudunt tyrannidi, & gravaminibus ejus, dicentes *Amen.* Plebeji autem, & vulgares vociferantur, & queruli eum Regem abominantur: *Sic loquetur ad eos: Minimus digitus meus, &c. quæ nobis pars in filio Isai?* In Republicâ rectè ordinatâ Magnates obmurmurant, & Plebeji applaudunt, & causa in promptu est, quia Primates vilipenduntur, quasi minimi, & æstimantur parvuli, seu plebeji, quasi Magnates forent. In Republicâ autem malè ordinatâ soli Primates benè loquuntur, & Minores querulosi obloquuntur, quia illi dominantur, & triumphant, & hi gravantur, & patiuntur; hæcque est Respublica mundi, & illa Respublica Dei.

3. Reg. 12. v. 10. Ibid. v. 16. 1. Reg. 10. v. 24. Ibi. v. 27. D. Greg. Mag. in 1. Reg. c. 30. lib. 4.

Quando Naaman Syrus familiaris Regis Syriæ statuit apud se petere sanitatem ab Elisæo, & medelam lepræ, quâ totus laborabat, non fuit Propheta dignatus eum alloquio suo, sed responsum ei misit per puerum suum, ut pergeret ad Iordanem, & in eô, ad sanitatem recuperandam, septies lavaretur: *Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: Vade, & lavare septies in Iordane.* Ægrè tulit Naaman modum agendi Elisæi, putabat enim, quòd descenderet Elisæus, & personaliter se à leprâ liberaret, & preculas quasdam adhiberet, quibus sanaretur, & hæc omnia sibi suæque dignitati debita existimabat: *Putabam, quòd egrederetur ad me, & stans invocaret nomen Dei sui,* &c. Et, ut compendiò dicam, eò devenit negotium, ut Naaman offensus Prophetæ jam fermè decreverit, re infectâ, & non exspectatâ sanitate, leprosus in Syriam redire, nisi famulorum suorum consilio acquievisset. Si capitulum quartum ejusdem libri perlegeritis, reperietis, quòd, moriente filio cujusdam viduæ devotæ, quæ solita erat Prophetam genialiter excipere hospitio, ipsamet conscendenderit montem Carmeli, ad convenicndum Prophetam, ibidem commorantem, quodque ipse cum eâ descenderit in domum, ubi puer defunctus jacebat: *Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce, puer mortuus jacebat in lectulo ejus.* Inquiro, quam ob causam Propheta Elisæus præsentiam, & alloquium suum negaverit Naamano, neque voluerit personaliter curare lepram ejus, qui tamen ipsemet adivit domum viduæ, & mortuum ejus filium à morte suscitavit? Quæstionem movet Abulensis: *Quarè Elisæus non exivit ad loquendum Naaman, ut ipse per se diceret ei, quid agere deberet?* Et ingeniosè respondet: *Quia ipse volebat, ut exiret ad eum Elisæus & honoraret eum, & sic sanaret ipsum, ideo noluit consentire ei, ut honoraret ipsum, sed misit ad eũ nuntiũ per quem verba narrarentur ei.* Voluit Naaman apices aulicos secum à Prophetâ observari, &, Prophetam, tamquàm sacellanũ, se reverenter, & obsequiosè alloqui, & idcircò noluit condescẽdere ejus arrogantiæ, hòc ut facto superbam mentis ejus elationẽ, & præsumptionem reprimeret, & confunderet, & quantò ipse majori

4. Reg. 5. v. 10. Ibi. v. 11. Ibid. 4. v. 32. Abulens. q. 7. sup. cap. 5. lib. 4. Reg.

authoritate,

authoritate, & famulâtium superbiori pompâ, & catervâ stipatus veniebat, tantò viliori in pretio ipsum habebat, ideoque etiam per servum suum ei responsum dari curavit. Vidua, dum venit rogatura remedium doloris, & necessitatis suæ, non insolenter, non arroganter processit, sed maximâ animi submissione, & humilitate, prostrata ad pedes ejus, petitionem suam ei indicavit: *Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus;* & quia Propheta erat minister Dei, etiam exactè stylum in domo ejus usitatum observavit, quapropter nobilem, superbum, & arrogantem, tamquam è fœce plebis, & vili conditione prognatum, contempsit, & vilipendit; viduæ verò humili, & mœrore confectæ favit, & tamquam nobilem, & claro stemmate natam, honoravit.

4. Reg. 4. v. 27.

4. Simile est huic facto Elisæi id, quod Redemptor mundi cum Regulo, & Centurione egit, uti doctè S. Gregorius Magnus adnotavit. Quærenti Centurioni Christum, eumque obnixè roganti sanitatem pueri sui, jam animam agentis: *Domine, puer meus jacet in domo paralyticus*, protinùs, & incunctanter obtulit sese Christus, omnemque operam, & præsentiam suam ei mox adfuturam promisit: *Ego veniam, & curabo eum.* In capite autem quarto Ioannis narrat sacer Textus, quòd Princeps, seu Regulus quidam accesserit, & instanter eum rogaverit, ut dignaretur descendere Christus in domum suam, & curare filium suum, à medicis desperatum, & jam cum morte luctantem: *Domine, descende, priusquàm moriatur filius meus.* Non abiit cum ipso Salvator, sed ex loco illo ei sanitatem impertivit: *Vade, filius tuus vivit.* Examinat hæc S. Gregorius Magnus, & curiosam movet quæstionem: *Quid est, quòd Regulus rogat, ut ad ejus filium veniat, & tamen ire corporaliter recusat, ad servum verò Centurionis non invitatur, & tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem præsentiam non dignatur adesse, Centurionis servo non dedignatur occurrere; quid est hoc?* Ecquod mysterium designat, quòd rogatus à Regulo, *descende*, &c. nolit ire ad domum ejus; ad domum autem Centurionis nequaquàm invitatus, non dedignetur, quinimò contendat venire? *Ego veniam*, &c. Appositè respondet Magnus Pontifex, quòd Salvator mundi hoc pacto voluerit deprimere inanitatem superbiæ humanæ, & simul humilem extollere: *Redemptor verò noster ut ostenderet, quia, quæ alta sunt hominum, despicienda sunt, & quæ despecta sunt hominum, despicienda non sunt, ad filium Reguli ire noluit, ad servum Centurionis ire paratus fuit.* Regulus erat vir potens, illustris, & in opinione hominum magnus, & idcirco, fastu quodam, & arrogantiâ fretus, Christo supplicabat, ideoque Christus etiam non abiit in sententiam ejus, aut postulationem, ne videretur ei, quia illustri, aliquid singulare respectus, aut honoris deferre: Centurio autem pauper miles propriam indignitatem suam agnoscebat, & maximâ cum humilitate sanitatem servi sui precabatur, & ideò voluit Salvator, etiam ipso non petente, aut invitante, adire domum ejus, ut hoc facto cunctis innotesceret, quòd minimi, & humiles, propter abjectionem suam, nequaquàm aliquid perdant apud Deum, sed quòd majoris illos æstimet, quàm Magnates, qui in opinione mundi, maximi, & summi censentur.

Matth. 8. v. 6.

Ioan. 4. v. 49.

Ib. v. 50.

D Greg. hom. 28. in Evang.

5. Quia omne studium S. Pauli Doctoris gentium erat presso pede vestigiis Christi Domini in omnibus insistere: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, videtur etiam in hoc voluisse ipsum imitari. Singularis est ponderatio Glossæ ordinariæ, exponentis, cur, S. Paulus scribens Corinthiis, se Apostolum Christi nuncupet: *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi*, cum tamen passim in aliis Epistolis, præsertim in eâ, quam scripsit Romanis, se etiam servum Christi indigitaverit: *Paulus servus Iesu Christi vocatus Apostolus.* Ecquæ causa, ob quam S. Paulus stylum mutet, ut quibusdam se solum Apostolum, aliis autem, & Apostolum, & servum manifestet, & declaret? Accipite responsum Glossæ ordinariæ: *Hic non servum se nominat, quia potiùs erat opus authoritate, & Commendatione contra superbiam Corinthiorum, apud quos vixerat.* Diversitas causarum dispares parit effectus. Romani erant humiles, quocircà, cùm Paulus eos, uti tales, cognosceret, se apud illos humilem exhibebat, seque eorum conservum & coæqualem ejus nominabat, quò facto, licet superior, eos honoraret; at verò cùm longâ experiêtiâ didicisset superbiam, arrogantiam, & fastum Corinthiorum, non se servum, sed Apostolum Christi nuncupavit, neque dignatus est se æqualem eis exhibere, sed potius authoritate, & superioritate quâdam usus, se Magistrum eorũ prædicavit, ut hoc modo eorum præsumptionem

5. 1. Cor. 4. v. 16.

1. Cor. 1. v. 1.

Rom. 1. v. 1.

compescceret, & vanitatem arrogantiæ eorum deprimeret. Humiles æstimavit, tamquàm magnates; & superbos, veluti minimos, depressit & despexit.

6. Christus, in primordiis suæ nativitatis, & Pastores convertit, & Reges. Pastoribus militiam cœlestem, choroscque Angelorum, Regibus autem mutam solummodo stellam destinavit. Pastoribus loquitur Angelus: *Evangelizo vobis gaudium magnum*. Lætа, & jucunda annuntio vobis, quia natus est Salvator mundi, & protinùs: *Facta est cum eo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Dum verò Magi, seu Reges veniunt ab oriente, ad adorandum parvulum infantem recens natum, ingredientes Ierosolymam, in has prorumpunt voces: *Vidimus stellam ejus in oriente.* Interrogo, salvâ tuâ veniâ, ô Domine, & Deus animæ meæ, nonnè majus est, & excellentius Reges convertere, eosque ab oriente adducere, quàm convertere opiliones præsepi Bethlehemitico vicinos, & in eâdem regione super gregem suum vigilias noctis custodientes? Ecquid igitur tam præclaris Regibus minimum deputas ministrum putà, stellam; & ruricolis pastoribus tam insignes destinas nuntios, militiam, videlicet, cœlestis exercitûs? Varias excogitárunt sacri Interpretes hujus quæstionis responsiones, verùm perplacet mihi, & arridet hæc interpretatio, voluisse, scilicet, Flium Dei, dum mundum ingrederetur, è vestigiò stabilire, ac demonstrare normam sui regiminis futuri, ideoque Reges terræ, quos mundus colit, & veneratur, vocare per stellam, ac si rudes fuissent armentarii: *Vidimus stellam*, pastores autem ovium apud homines vilipendio, & contemptui, & quasi flocci habitos, voluisse per Angelos accersere, non secùs, ac si illi Monarchæ, & Principes fuissent: *Facta est cum eo multitudo*, &c.

Luc. 2. v. 10.

Ibid. v. 13.

Matth. 2. v. 2.

7. Describens Plinius triumphum C. Marii, quò, post victoriam Iugurthinam, victor Romam celebri pompâ intravit, ait, quòd throno regio, seu curru triumphali insidens, ingressus fuerit, manu gestans annulum ferreum, & quòd servus à tergo ejus coronam auream manu sustinens pari modo triumphabat. Et hócce symbolo Romani, juxtà quorumdam sententiam, inanis gloriæ vanitatem reprimere volebant, quæ sæpissimè in simili occasione irrepere, & homines in superbiam efferre solebat. At si patentiùs dicerent: Vt triumphans rerum vicissitudinem, à temporis instabilitate dependentem, agnoscat, commutentur insignia, & servus coronam auream, quam, favente fortunâ, obtinere potest, manu sustineat, & triumphans pariter annulum ferreum, qui est pars vinculi, seu catenæ, dexterâ gestet, quia, mutatâ fortunæ rotâ, poterit nunc triumphans, postèà servili vinculo captivus illigari. Affirmant alii, Romanos hòc factò integritatem regiminis, & æquitatem Senatûs sui denotasse, quia in illô non nisi meritorum ratio habebatur, ita ut malis, seu discolis cujuscumque conditionis, statueretur pœna, annulo ferreo, quem C. Marius gestabat, adumbrata, & simul bonis, seu benè meritis, cujuscumque forent status, tribueretur proœmium, per coronam auream in manu servi, denotatum, quodque in suâ Republica punirentur domini, ceu servi, & præmiis donarentur servi, ac si Domini essent. Ideoque, quia Romana respublica tantâ fuit æquitate gubernata, tot sæculis illibata floruit: ast, hâc regiminis formâ deficiente, eorum Respublica non potuit diutiùs subsistere, aut permanere. Eam ob rem proh dolor! quædam Regna, & Provincias in interitum vergere, tristibus oculis conspicimus, & lugemus.

Plinius lib. 33. cap. 1.

8 Accommodatissimus est instituto nostro locus ille vaticinantis Michææ: *Nunc vastaberis filia latronis.* Communiter sacri Doctores de captivitate Hebræorum, quâ in Babyloniam abducendi erant, hæc verba interpretantur; quapropter, quòd eam latronis filiam indigitet, idem fuit, ac si illam furtis, & rapinis deditam appellaret. Verùm Rupertus Abbas existimat, quòd vocare Ierusalem, filiam latronis, quando illi imminens prædicitur vastatio, & mox ventura ruina, prognosticon fuerit excidii per Titum, & Vespasianum exequendi; quæ desolatio tunc futura erat in Ierusalem, quando illius regimen ad talem miseriarum statum erat deventurum, quòd boni, & justi, tamquam fontes, plecterentur, bonisque suis, quia pauperes, per fas, & nefas spoliarentur, pessimi autem, & injusti, quia potentes, impunè grassarentur, & cæteris dominarentur: tunc, inquam, quando vita latronibus concrederetur, & mors insontibus infligeretur, id est, quando Hebræi, propter respectum

Michæ. 5. v. 1.

huma-

humanum, Barrabam, hominem nequam, libertate donaturi, & Christum innocentem suspendio crucis mulctaturi forent, Apostolos supplicio, quia pauperes, & humiles, afficerent, Annam, & Caiphamæ, aut eis similes, quia potentes, & magnates, impunitos relinquerent. Hæc omnia paucis perstrinxit devotissimus noster Archimādrita: *Nunc vastaberis filia latronis, quia latronem petisti dari tibi.* Respublica adeò incōposita, & deordinata, ut in eâ virtutes sine præmio, & vitia sinè pœnæ supplicio remaneant, in quâ non personæ, quales sint, sed quales appareant, æstimantur, non est Respublica Christi, sed Satanæ tyrannis, & nequitiæ habitaculum.

Rupert. lib. 9. in Matth.

9. Egregiè moralizat Petrus Blesensis miraculum illud Elisæi, quô oleum illud multiplicavit in domo viduæ hospitis suæ, & notanter advertit, quòd creverit, & fluxerit oleum istud, toto illô tempore, quô vasa vacua aderant, his autem deficientibus, confestim substiterit, sacro id attestante Eloquio: *Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi, & aliud vas, & ille respondit: Non habes, stetitq; oleum.* Ait igitur hic Doctor: *Elisæus implebat vasa vacua, & deficientibus vasis, stetit oleum: in Curiâ vero contemnuntur vasa vacua, & plena implentur, ligna in sylvas, & aqua in mare deferuntur.* Non ita in Curiis Regum agitur, neque hoc moris est apud eos, qui Reipublicæ in mundo clavum tenent, & gubernant, quia vasa vacua contemnuntur, flocci habentur, & nihil illis infunditur, sola vasa plena replentur, illis, quia vacua sunt, & exinanita, ne quidem gutta olei communicatur, his verò, quia plena sunt, satis, superque infunditur, & adeò replentur, ut etiam superfluitate olei redundent. Hoc est deferre ligna in sylvas, & aquas ad mare, ut antiquum sonat proverbium. Facilè auderem, hanc doctrinam moderno accommodare sæculo, in quô plenissimi bonis omnibus, velut alvearia replentur, & vacui, seu inopes ne guttam quidem olei participant. At rediens ad propositum, dico, & constanter affirmo, infelicissimum esse Reipublicæ statum, in quâ soli opulenti & potentes affluunt bonis, & solitotum ebibunt oleum, & egenis, seu paupertibus, etiam unica gutta, denegatur, è contrà autem fortunatissimam prædico Rempublicam, in quâ oleum influit in vasa vacua, & abjecta, & solùm stagnans subsistit, quando

4. Reg. 4. v. 6.

Petr. Blesens. hic.

sunt plenè completa. Super hanc copiosa cœli descendet benedictio, quia observatur in illâ justitia distributiva, & commutativa, neque regitur respectu carnis, & sanguinis, neque ejus Principes, seu Ministri sunt acceptores personarum, sed, juxtâ ordinem justitiæ, cuique, quod suum est, tribuunt, malos supplicio, & bonos præmio afficiunt.

10. Curiosius adnotavit sanctus Ioannes Chrysostomus dictum illud Evangelici vatis Isaiæ: *In anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum*, &c. Ecquâ ratione non habuit Propheta hanc visionem in vitâ Oziæ, sed solummodò post mortem ejus? Ratio in promptu est, quia, constat ex sacris Litteris, dum Deus eum leprâ percussit, decreverunt Ministri justitiæ eum, juxtà præscriptum legis divinæ, palatio expellere, & è civitate ejicere, in eumque, quemadmodùm & in alios quoscumque infimæ conditionis leprosos, mandatum legis ad amussim exequi; verùm illi Curiales, & Pseudopolitici, ne gratiam Regis amitterent, sententiam legis divinæ nequaquàm executioni mandārunt, cùm tamen in aliis plebejis eam exactissimè observari curarent. Hæcque unica fuit causa, ob quam Propheta, vivente impio Rege, Deum non viderit; quando enim adeò infortunata est Respublica, quòd habeat Principes, seu Rectores, qui rigorem legis exequuntur in humiles, & infimæ conditionis homunciones, & condonant, seu parcunt Magnatibus, & opulentis, incapax est favoris, & gratiæ cœlestis, neque Dei apparitionem ullatenùs promeretur. Verba sancti Præsulis ita sonant: *Exivit Rex cum leprâ, nec tamen ejecerunt eum è civitate, diadema illius, regiumque dignitatem reversi, sed consedit in throno rursùs legem transgrediens. Hinc Propheta necessariò designat mortis tempus, dicens. Et factum est*, &c. *Cùm ille, mortuus esset, tunc vidi Dominum, nam antèà Deum non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & solvit iram.* Faxit Deus, ut alicui Reipublicæ idipsum non eveniat, nevè in eâ reperiatur impius aliquis Ozias, ob cujus impuritatem, & lepram Deus fluenta misericordiæ, & gratiarum suarum retineat, aut subtrahat, cujus necessariò sit exoptanda mors, ut Deus nos benignis intueatur oculis, & impetum furoris sui suspendat, & iram suâ à nobis avertat. Det, inquâ Deus, ut Principes Christiani eâ æquitate, & rectitudine regna

10.

Isa. 6. v. 1

D. Chrys. super hac verba Isaiæ hic. 4

Digitized by Google

sua gubernent, quatenùs ab humilibus, & pauperibus collaudentur, & ab iis, tamquam æquissimi judices, prædicentur, eò quòd parvulos, & humiles honoribus, & præmiis, veluti Magnates, præveniant, & exornent, & si querulosi in Republicâ inveniantur, sint illi Magnates, & Potentes; manifestum enum erit indicium, & evidens argumentum, quòd eorum delicta tanto rigore, ac si populares forent, & minimi, puniantur. Benè loquantur plebeji, & garriant, obganniantque Magnates, & Proceres, ut voluerint, quia semper Christus Dominus gratiam, benevolentiam, & animos humilium, seu pauperum sibi conciliare unicè studuit, & allaboravit. Ideoque commemorat S. Ioannes, quòd vulgus videns miracula à Christo patrata, multi in eum crediderint: *De turba multi credebant in eum.* Ubi præclarè animadvertit Angelicus noster Doctor S. Thomas, eum non de Principibus, seu nobilibus asseverâsse, quòd crediderint in eum, quò enim nobiliores, & potentiores, eò magis ab eô elongabantur: *Non dicit de Principibus, quia quanto majores erant, tantò magis erant elongati.* Et ne longiùs abeamus, oculos in Pharisæos, Nobiles, & Legisperitos hujus Evangelii convertamus. Sanat Christus Dominus hominem dæmoniacum cæcum, murum, & surdum, & hi miraculum non virtute supernâ, aut cœlesti factum, sed arte magicâ, seu virtute diabolicâ perpetratum calumniantur; porrò quædam muliercula de plebe illicò prosiliens in medium, eos malitiæ, & rudis ignorantiæ notâ redarguit, & condemnavit: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.* Ac si diceret: Nequeunt talia opera prodire ab homine peccatore, sed à tam sancto, & justo, ut felicissimus fuerit venter, qui eum gestavit, & sanctissima ubera, quæ eum lactaverunt.

Ioan. 7. v. 31.

D. Thom. hic.

Extollens vocem.

CONSIDERATIO II.

Modestiâ, & prudentia Christiana debet esse norma, & regula amoris, & affectus nostri, ne unquam Deo displiceamus, dum nimiùm hominibus assentari, & placere studemus.

1.

VIdens sancta Marcella honorem Salvatoris nostri coram toto auditorio labefactari, ejusque personam injuriosè calumniis traduci, impatiens injuriæ Christo illatæ, intrepidâ animositate, magnaqua animi constantiâ extollit vocem, omnique humano respectu postposito, divinum tuetur honorem; quia nulla amicitia, aut humanitas locum habet, ubi Deus, aut ejus honoris dignitas intercedit. Hoc videtur Seneca insinuare, loquens Lucilio in hunc modum: Haud dubiè sum amantissimus tui, neque ullum habeo gratiorē mihi amicum; nontamen amore tui aliquid turpe, aut indecorum admittam, quamvis enim amor tibi meam donaverit libertatem, ratio tamen intellectûs, libertatē virtutis, & probitatis meæ sibi vendicavit. Ac si diceret: magno mihi duco honori, & beneficio, amicorū tuorum albo inscribi, attamē tibi manifestū volo, quòd hâc lege, & cōditione tuâ amicitiam ambiam, ne aliquid Deo repugnans, aut dissonum à me postulet, nevè humanitas Domino terreno debita, honori, & obedientiæ, Deo cœlorum, altiori jure competenti, contradicat. Præclarum documentum Philosopho Christiano, non gentili, condignum. Curiales observantiæ ritus, moresque aulici ergà mundum, & homines, sint qualescumque fuerint, eò usque perseverare possunt, quousque Deo non contraveniunt.

Seneca apud Govara in Prolog. lib. de doctrina Princip.

2.

Manifesta hujus doctrinæ confirmatio est id, quod in monte Galaad accidit Patriarchæ Iacob cum Laban. Fuit Iacob è domo Laban cum duabus uxoribus suis Rachele, & Liâ, Rachel furata est idola patris sui, eaque secum detulit, insequitur Laban fugientes, eosque in monte Galaad comprehendit, incompositis verbis duriusculè Iacobum aggreditur, intrat tentorium Rachelis, ut idola sua requirat, sed illa festinans absconderat ea subter stramenta cameli, seditque desuper, & scrutanti omne tentorium, & nihil invenienti, ait: *Ne irascatur Dominus meus, quia coràm te assurgere nequeo.* Animadverterat Rachel patrem suum stantem, seque minùs urbanè coram eô sedentem, & ideo se excusari rogat, ne inhumanitatis arguatur; *quia corā te*, &c. Imò maximè, inquit S. Ambr. ægrè videris te posse excusare à vitio inurbanitatis, & impietatis ergà parentem, quod enim pater tuus coram te pedes stet, &, tu sedens, ei nequaquàm assurgas, magnus est solœcismus, & ineptiligo.

Gen. 31. v. 35.

Nihilomi-

Nihilominùs tamen non solùm eam excusat S. Doctor, verùm etiam summis efferendam præconiis pronuntiat: *Nemo credat, paterna pietatis læsam esse reverentiam, quòd stante patre, sedet.* Rationem autem subjungit, dicens: *Ubi causa agebatur religionis, fides decuit habere sedem judicis, & quasi rea, stare perfidia.* Quasi diceret sanctus Præsul: Concurrerunt simul honor Dei, & hominum, observantia religionis ergà Deum, & reverentia pietatis ergà parentem, quò positò, necessum erat, postponere pietatem patris terreni religioso cultui patris cœlestis, ideoque sedit super idola, eaque abscondit, neque tanto æstimavit patrem, ut ejus amore aliquid inhonesti, aut indecori admitteret; si enim se comem parenti præbuisset, irreligiosa fuisset Deo, venerans ea, quæ ipsi displicebant. Eodem prorsùs agendi modo usa fuit hodiè Marcella cum Pharisæis, quæ intrepida animosam extulit vocem in defensionem Christi Salvatoris, siquidem, cùm res fidei, & religionis ageretur, existimavit, postponendum esse omnem urbanitatis respectum ergà circumstantes, quemadmodùm etiam Rachel non detulit patri suo debitum humanitatis obsequiũ ubi cultus veri Dei lædebatur. Pari modo, quò Pericles roganti amico, ut pro se falsum diceret testimonium: *Se quidem amicũ esse dixit, sed ad aram usque* Sensit vir prudentissimus, eatenus benefaciendum esse amicis, quatenùs justitia, æquitas, & in Deum pietas permittit, id est, omnis humana comitas ad aras solas, & non ultrà pertingit.

D. Ambr lib. 2. de Iacob. & vitâ beatâ, cap. 5.

Plutarch. in Apoph. Gellius lib. 1. cap. 3. & alii

Descendens Moyses de monte, reperit Hebræos idololatrantes in vitulo, & vehementi percitus ira, commotusque zelo honoris divini, in hæc verba prorupit: *Si quis est Domini, jungatur mihi*, id est, quisquis amaverit Dominum, adjungat se socium mihi, & arrepto gladio, omnes trucidet, occidatque fratrem, & amicum, omnes ferro, & sanguine effuso pereant. Res profectò inaudita, & mira Dei severitas & vindicta! Nonne facilius erat Deo, Hebræos illos fulmine è cœlis tactos occidere, quàm filiis Lævitarum præcipere, ut omnes amicos suos ense ferirent? *Et occidat unusquisque fratrẽ, & amicum & proximum suum.* Quæ enim manus adeo crudelis, ut atroci ferro propriam perfodiat carnem? Quod vè cor adeo adamantinum, ut proprium effundat sanguinem? Si hostes & immici juberentur interfici, facilis foret executio, quod autem amicos cogantur interimere, haud dubiè impium est, & crudelitatis indicium. Oblitus est forsitan Moyses legis divinæ, qua pater, mater, fratres, & proximi honorari jubentur. Qui, Sancte Dei, vis esse tot amicorum homicida, & tam impii, & horrendi sceleris dux, & author? Nonnè in duabus illis tabulis testimonii, quas, revertens de monte, defers populo promulgandas, legis mandatum illud: *non occides*? qui igitur modò suades, eidem, ut occidat, & gladio cunctos interficiat? Accipite responsum S. Ambrosii authore suo dignum: *Quod occidi fecit à proximo proximos, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum evidens est, quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitatis. Ea est enim vera pietas, quæ præponit divina humanis, perpetua temporalibus.* Optimè quidem noverat Moyses præceptum honorandi parentes, & proximos, verùm unà perspectum habebat, omnes illos postponendos esse, & calcandos, ubi honor Dei labefactatus, defendendus, & cultus divinus restaurandus erat, quem impii Idololatræ abnegaverant, eumque sacrilegi in vitulum contulerant; ideoque mandavit eos, ferro occidi, ut periculo, & impensis suis tandem agnoscerent, soli Deo honorem, & gloriam esse tribuendam: quò pacto etiam illos edocuit, licitum esse, similes amicos plectere, ceu Moyses illos Idololatras morte mulctavit, ita ut cuilibet fas sit insurgere in parentes, fratres, aut proximos, eisque, verbis obsistere, si honorem à Deo avertere conati fuerint (quemadmodum exemplo suo Marcella hodierno die nos docuit) & incitare omnes justos, ut generosâ animositate partes Dei tueantur, & illos, ut juratos Domini hostes, persequantur. Et fortasse hæc est emphasis illius vocis: *Extollens vocem.* Quasi diceret veram amicitiam nequaquam debere transgredi limites legis divinæ, ideoque, postposito omni humano respectu, se sequi partes, & causam Dei, neque se velle agnoscere parentes, & amicos, qui Dei amicitiam absque causâ sacrilegè repudiaverant.

D. Ambr in Exod.

3.

Exod. 32. v. 26.

Ibid. v. 27.

4.

Discant hinc componere affectus suos illi, qui flocci faciunt displicere Deo, ut sibi animos, & amicitiam hominum mundanorum concilient, quorum symbolum fuit celebratissima illa uxor Loth in statuam salis conversa: *Respiciensque uxor ejus post se, versa est in statuam salis*, inquit sacer Textus. Indagant

Gen. 19. v. 26.

Digitized by Google

sacri Interpretes rationem, ob quam, Deus illam adeò severe puniverit, & in statuam salis converterit. Thargus Ierosolymitanus

Thars. Ierosol.

asserit, illam fuisse Sodomâ oriundam, ac proindè ubi eam incendio conflagrari vidit, retrospexit, ut videret, num domus paterna, & amicorum, eâdem conflagratione involveretur: *Erat de filiabus Sodoma, & retrò aspexit, ut videret, quidnam futurum esset cum domo patru sui, & amicorum.* Hoccinè est adeò enorme delictum, ut tam gravi supplicio expietur? Ita sanè. Quia hôc facto ostendit, quodammodò sibi chariorem esse jacturam, & dānam suorum, quàm reverentiam, & honorem Deo debitum. Decens erat, ut parentes, & amici pœnitus interirent, eosque flocci pendere, neque ullatenùs eorum recordari fas erat, sed sequi Deum, quò eam ducere statuerat, imò, si necesse foret, convenientiùs eos ad gloriam suam ipsamet incendio deleviſſet potius, quàm oculos ad Sodomam convertisset. Aversio enim oculorum, evidens erat aversi animi argumentum; nam si, propter amicitiam mundi, etiam minimum Deo debitum periculo exponitur, pro damno, & suprema jactura est reputandum.

5. Generosa fuit animositas, quâ Moyses fugit ex Ægypto, quæque in opinione hominum, ingratitudinis notam non evadet, eò quòd, insalutato Rege Pharaone, à quo tot beneficia acceperat, inurbanè; discesserit: *Qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terrâ Madian*, & maxime, quod filiæ Regis non valedixerit, quæ illum adoptaverat: *Quem illa adoptavit in locum filii*, &c. Vere tamen in opinione bonorum, & æstimatione prudentum nihil peccavit Moyses, sed potiùs magnam sibi authoritatem conciliavit, quia, ut diserte ait Philo Alexandrinus, non ingrata indoles, aut innata inhumanitas, sed injuria temporis, & diversi rerum eventus eum compulerunt debitum gratitudinis obsequium intermittere, & insalutatis benefactoribus suis, fugam capessere: *Retuliſſet abundè gratiam, nisi animadvertisset Regum jactitias.* Non erat Moyses de numero hominum, qui vivunt tempori, æternitati studebat, & idcirco ingratitudo illa non ex iniquo, sed religioso animo nascebatur, plùs siquidem apud ipsum valebant beneficia, quibus Regi cœlesti, quàm terreno divinciebatur, & incomparabiliter majora erant, quæ à Deo receperat, iis, quæ, munificentiâ Pharaonis, Ægypto debebat. Existimabat Moyses, se muneri fidelis servi haudquaquàm satisfacturum, seque apud Dominum suum ingratitudinis notam incursurum, si Regi tyranno benevolentiæ, & humanitatis indicia exhiberet, qui populum suum tam durâ servitute divexârat. Toto tempore, quò Moyses tutâ conscientâ potuit, Pharaonem summâ reverentiâ, & comitate prosecutus est, imò sæpissime, datâ occasione, illius amore, & observantiæ ergò plurima præstitit, eaque præclarissima honoris, & fidelitatis obsequia, uti Historici vitæ illius luculenter attestantur; verum hæc non diuturniorem habuerunt locum apud Moysen, quàm Pharao Deo resistere, ejusque præceptis contraire cœpit, ubi enim Rex legem Dei prævaricari, ejusque honorem labefactare conatus est, omnis humanitas, & comitas Moysis ergà Regem Prorsus cessavit, & evanuit. Appositè quadrat instituto nostro insignis quædam admonitio quam aulicis, & Regum terræ familiaribus prædicat S. Gregorius Nazianzenus: *Aulici proceres, ac sublimioribus thronis, & dignitatibus insignes, ne horum amplitudine, ac potentiâ insolescatis, fidem Imperatoribus servate, sed priùs Deo.* Commendat S. Antistes iis, qui aures & animos, Regum occupant, humilitatem in familiaritate regia, & fidelitatem in observantiâ legis divinæ, ita ut priùs Deo cœli, quàm Regi terræ placere studeant. Non existimem, salubrius consilium posse excogitari familiaribus Regum hujus sæculi, quos cupiditas fruendi familiaritate Regis, in eaque perseverandi excæcat, ne salutis tuæ recordentur; quia toties Deum offendent, & conscientiam suam lædent, quoties Regis inordinatum dictamen ipsis suaserit: non imitantur tales sanctum Moysen, alias enim nihili facerent favorem Regis terreni, & summis votis gratiam Regis cœlestis conservare satagerent. Ægrè equidem poterit placere Deo, qui se vanæ hominum voluntati accommodat. Nam solent homines passim concupiscere contraria iis, quibus Deus sibi in hominibus complacet, & delectatur.

Exod. 2. v. 15.

Ibid. v. 10.

Philo Alex. lib. de vitâ Moys.

Nazianz.

6. Quapropter summè necessarium est, ut imitemur industriam, quâ usus fuit S. Paulus, ad non amittendum Deum, & lucrifaciendum homines. Ponderat gloriosus Pater Augustinus conversationem, & affabilitatem ejus ergà omnes

1. Cor 9. v. 22. omnes: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes faciam salves.* Omnium in se mores exprimebat, cum flentibus flebat, & cum gaudentibus gaudebat, omnium, & singulorum animis se ingerebat, & adaptabat. Ac si diceret: dum volo militi fidem Catholicam persuadere, militem ago, & more militari cum alloquor, cum mercatore mercatorem me exhibeo, & cum mechanico, mechanicus sum, & ut verbo dicam: *Factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus, sum, ut omnes facerem salves*, ut sic adamatus à cunctis fructuosiùs prædicationis meæ doctrina acceptetur. Audite nunc S. Augustinum præclarè differentem: *Non se utique omnia omnibus simulatione faciebat, quod fingeret se habere, quod illi haberent, sed commiseratione, non enim faciebat, qua alii, in quibus erat peccatum, sed in his, in quibus non peccabant, sese aliis accommodabat.* Erat Doctor gentium Proteus divinus, imo Proteo ipso mutabilior, qui se in tot figuras, quot ad salutem animarum erant necessariæ, transformabat, neque se cum peccatoribus peccatorem simulabat, sed, commiserante charitate, eorum infirmitati condolebat, condescendebatque iis in omnibus, quæ peccati, omnisque malitiæ expertia censebantur, & vehementissimo amore afficiebatur ergà omnes, sed propter Deum, eorumque salutem, quam unice sitiebat. Speculum tersum, & pellucidum omnia sibi objecta, utì sunt, refert, & repræsentat, sive pulchra, sive deformia fuerint. Attamen, si animad verteritis, taliter ea refert, ut simul moneat, & exhibeat defectus, & maculas personæ sibi objectæ speculum verò obscurum, & obnubilatum, quod hujuscemodi perfecte non repræsentat, vitiosum reputatur. Non secùs Apostolus Paulus sita in se aliorum exprimebat mores, atque ita cæteros amabat, ut moneret, eorumque defectus panderet, absque virtutis propriæ periculo, & honoris Dei læsione, ad quem omnes suas actiones, tamquàm ad ultimum finem, dirigebat. Itaque in solis illis obtemperabat hominum voluntati, quæ divinæ nullatenùs contraveniebat, & intantum ejus amorem provocabant, inquantùm Deus in illis non offendebatur. Et hæc sola est morum comitas, quàm quilibet Christianus cum mundo exercere potest, ut nempe, sit solum amicus usque ad aras, seu altare, in quô Deus colitur.

Ibid.

D. Aug. lib. 2 de Serm Domini in monte cap. 19. & Epist. 9. & 19.

Conformiter ad hæc enucleat sanctus Augustinus dictum Christi Salvatoris apud Euangelistam S. Ioannem, quô se viam, veritatem, & vitam indigitat: *Ego sum via, veritas, & vita.* At quando se viam appellat, illicò cupit, ut omnes per se ad Patrem transeamus: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Vbi eleganter magnum Ecclesiæ lumen Augustinus: *Ex quô intelligimus, quod nulla res in itinere nos detinere debet, quandoquidem neque ipse Dominus, inquantùm via nostra esse dignatus est, tenere nos voluit, sed transire.* Vult dicere Magnus Pater, non debere nos, post deliberatum propositum serviendi Deo, eumque super omnia diligendi, quâcumque tandem ab ejusdem firmitate resiliendi, etiam sub specie virtutis, & obsequii Deo grati, habitâ occasione, seu tentatione, ullatenus hujuscemodi aures præbere, sed calcatis omnibus mundi nequitiis, fortiter resistere, ne in amore, quem Deo debemus, desides & ignavi inveniamur 7.

Ioan 14 v. 6.

D. Aug. in c. 14 Ioan.

Non modicè probat hanc doctrinam nostram salutare quoddam Christi salvatoris nostri consilium, apud Evangelistam Matthæum: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Inquirendum est, quales sint oculi illi, quos Christus consulit eruendos? Si enim de oculis corporalibus loquatur, malè ageretur nobiscum, tot enim sunt scandala in mundo, ut si ad quodlibet scandalum, juxtà Christi documentum, deberemus nobis oculum eruere, jam plures in mundo cæci, quàm videntes reperirentur. Sanctus Ioannes Chrysostomus explicat ea verba in hunc modum: *Non autem hoc de membris corporalibus dixit, sed amicis*, id est, si amicus, quô familiarius utimini, seu quocum sæpiùs conversamini, sit, vel possit esse occasio offendendi Deum, etiamsi enim conservatio vitæ vestræ, seu remedium temporale ab illo unice dependere vobis videatur, projicite eum, eiusque familiaritatem deinceps devitate. Ab eâdem opinione non abluit S. Hieronymus, relatus à D. Thomâ in catenâ Et si reapse, quod Deus Opt. avertat, tales nocumento fuerint saluti vestræ, teste Philone Alexandrino, tales necandi sunt: *Necandus est, tamquàm hostis publicus, sine respectu privatæ necessitudinis*, & tamquàm juratí hostes, deiciendi, quia tantum malum vobis inferre adnituntur, quantum est damnum, & jactura 8.

Matth. 18 v. 9.

D. Chrys. sost. in caten.

D. Thom. hic.

D. Hier. in cat. D. Th. hic.

Philo Alexan. de vit. offic.

jactura salutis æternæ, quæ tanti est momenti. Neque vos decipiat perversum quoddam, & diabolicum idioma, à dæmone in mundum invectum, videlicet, quòd sit signum amicitiæ, honor, & excellentia, facere pro amico etiam indecorum, & rationi dissonum, quia contrarium in praxi est apud servos, & ministros Dei, id est, vera amicitia non debet excedere sphæram, & limites legum divinarum, utpotè, quia Deus eas, teste sancto Ambrosio, in defensionem sui honoris, & reverentiæ ordinavit.

Beatus venter, qui te portavit, quinimò, &c.

CONSIDERATIO III.

Verè sapientes parvi æstimant fœlicitates, & prosperitates mundanas hujus vitæ; magni verò faciunt beatitudines vitæ futuræ, quia illa sunt transitoriæ, & instabiles, hæ autem constantes, & æternam permanentes.

1. BEATUS VENTER, *qui te portavit, & ubera, quæ suxisti*, ajebat hæc devota mulier Christo Salvatori nostro. Cui ille respondit: *Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, id est, juxtà interpretationem gravissimorum Doctorum, ubera tempus habent modicum, & limitatum, quò lac præbent, & venter solùm novem mensibus portat infantem, ita ut ambo brevi tempore floreant, siquidem exoneratur uterus, & ubera exsiccantur, neque beatitudo labilis, & parumper subsistens, verè felicitas appellari potest. Fateor ingenuè, Matrem meam fuisse beatam propter ea, quæ elatâ voce deprædicas (quantumvis impius hæresiarcha Calvinus calumniosè dicat, Christum hisce verbis elogia, & laudes illius mulieris improbâsse, in quò veluti rudis grammaticus, & magnus hæreticus, protervè fidei catholicæ obgannivit) verùm felix, non erit anima illa, quæ me, sicut viscera Genitricis meæ, receperit, sed sicut anima ejus, quia illa me novem solummodò mensibus gestârunt, hæc verò me interminabili æternitate excepit. Ex quò colligo, quàm parvi habendæ sint prosperitates, & beatitudines hujus fluxæ vitæ, quæ tam facilè labuntur, & evanescunt. Aptissima est huic instituto egregia quædam meditatio sancti Augustini super Psalmum Davidicum, in quò regius Vates depingens omnem felicitatem in mundo possibilem, componit nobilitatem cum fortitudine, divitias cum pulchritudine, & potentiam cum modestiâ, & prudentiâ: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Quantumcumque mundus mihi applauserit, suasque mihi persuaserit prosperitates, neque illi, neque his, aurem, aut fidem præbebo. Interrogat Sanctus Augustinus, quid ita, sanctissime Rex, cui fidem adhibebis, quid igitur majoris æstimabis, aut quid tandem tibi charius in mundo: *Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus*, vel, ut legit Græcus: *Iucundus, fœlix*, & Lectio Hebraïca: *Beatitudines populi, cujus qui dat esse, Deus est. Tulit omnia de medio, catera, quæ dat Deus, & dedit ipsum Deum*, inquit sanctus Augustinus, id est, omnia omninò contempsit, & vilipendit etiam cuncta, quæ Deus nobis donat, &, solo Deò contentus, ipsum solum amplexatus est, & in ipso totam suam spem, & beatitudinem constituit. O mundani! erigite oculos vestros, attendite, & videte, quòd omnia extrà Deum sint infortunia, & calamitates, uti eleganter idem sanctus Doctor asseruit: *Nihil infelicius fœlicitate peccantium*, quia beatitudines mundanæ non excedunt honorem, divitias, & apparatum exteriorem, quorum unicus finis est oblectare, & quantùm habent pulchritudinis, tantùm iis deest firmitatis, & constantiæ. Umbræ sunt transitoriæ, & cursores veloces, qui citò dispârent: *Divitiarum, & formæ gloria fluxa, atque fragilis est.* & in solâ virtute, & bonis cœlestibus stabilis perpetuitas invenitur. *Virtus clara, æternaque habetur*, inquit Sallustius. *Psal. 143. v. 15.* *D. Augustin. in Psal. 58.* *D. Augustin. Epist. 5. ad Marcell.* *Sallust.*

2. Argutè satis observavit quidam Aulicus, vaniloquos hominum filios sanctificantes velocia hujus vitæ bona, tamquàm felicitatem, & beatitudinem, nomen ipsis imposuisse, quod exilitatem, & caducam eorumdem vanitatem ad vivum exprimit, & vilitatem, per defectum firmitatis, designat; vocant enim oblectamenta, seu delicias temporales Hispanicè, *passatiempos* felicitates, & beatitudines, quæ cum tempore pertranseunt, ac proindè non merentur nomen felicitatis, neque fas est, beatitudinem appellari, quæ momento temporis concluduntur. Hoc ipsum præclare docet S Thomas Angelicus noster Doctor, vocans phantasmata,

Digitized by Google

D. Thò. tom. in Boët. lib. 3. prof. 1.

taſmata, proſperitates hujus ſæculi: *Temporalia bona tantùm ſunt quædam ſimilitudines veræ felicitatis, ſicut phantaſmata ſomniorum, ſunt ſimilitudines rerùm.* Quàm probè noverat hanc veritatem ſanctus Jacob, quando, poſt luctam cum Angelo, noluit eum dimittere, niſi benedictionem reciperet: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Nonnè tu Jacob ſurripuiſti benedictionem fratri tuo? Nonnè jam primogenituram domûs Iſaac patris tui obtinuiſti? Ut quid igitur aliam ambis benedictionem? Ne nimiâ cupiditate plura appetas, ſis tuâ ſorte contentus, noli deinceps novâ ſupplantatione alias benedictiones furari. Dionyſius Carthuſianus partes agit Patriarchæ Jacob aitque, illum hîc benedictionem cœleſtem, & bonorum gratiæ poſtulâſſe: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi imprecando, & myſterialiter impendendo mihi bona gratia, & ſubventionis optata.* Tamquàm diceret: Benedictio, quam ſurripui fratri meo, eſt terrena, illa autem, quam modò efflagito, eſt cœleſtis, ad quid enim mihi proderit, eſſe dotatum benedictione terrenâ, niſi ſimul fuero hæres bonorum cœleſtium? tunc ſiquidem me contentũ, felicem, & divitiis affluentem exiſtimabo, quando benedictione divinâ potiri promeritus fuero: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Benedictiones mundanas, & felicitates terrenas flocci pendo, quia ſolo nomine beatitudinis gaudent, ſuntque bona mobilia, quæ facilè habentem deſerunt, & inopinatè evaneſcunt, ſolas proſperitates ſupernas ambio, & unicè appeto, quia illæ ſunt vere bona immobilia, quæ nunquàm deficiunt, neque poſſidentem vanâ ſpe illudunt: *Beatus populus, cujus Dominus*, &c.

Dionyſ. Carth. hîc art. 28.

Gen. 32. v. 26.

38 Ponderat S. Ambroſius promiſſiones Dei factas Abrahæ, quando ſaltem affectu complevit ſacrificium filii ſui Iſaac: *Benedicam tibi, benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*, id eſt, quòd erat generationem, imò & poſteros ejus, veluti arenas maris, & ſtellas cœli multiplicaturus, quòdque in ejus ſemine, & poſteritate erant benedicendæ omnes gentes terræ, aitque ſanctus Doctor, hiſce verbis tres comprehendi benedictiones, ſed tertiam eſſe diſſimillimam, & plurimùm differentem à duabus, neque ullarenùs alias benedictiones, quas Deus impertit Abrahamo, cum hâc tertiâ eſſe comparandas, quantumvis, teſte Oleaſtro, Judæi omnes materialiter intelligant, aſſerantque in eis Abrahæ, non niſi temporalem multiplicationem, per ſeminalem propagationem, eſſe promiſſam: *Vbi videtur benedictio nihil aliud eſſe, quàm ſeminis multiplicatio*, quia, adnotante S. Ambroſio, duæ primæ ſunt temporales, & bonorum terrenorum, hæc autem tertia: *In ſemine tuo*, &c. eſt ſpiritualis, & bonorum cœleſtium, id eſt, adventus Meſſiæ, & liberationis animarum, quas ille pretioſo ſanguine ſuo libertati gratiæ erat reſtituturus. Idem ſentit Oleaſter: *in Chriſto, qui eſt ſemen tuum ſecundùm carnem, benedicentur omnes gentes terræ.* Idcircò conſequenter tanta eſt differentia inter has benedictiones, quanta inter cœlum, & terram reperitur; quamobrèm etiam ſola hæc æſtimanda eſt, quia illæ ſunt tranſitoriæ, & veloces, quemadmodùm bona, quæ in illis promittuntur, hæc autem æternùm perſeverat, ceu bona, quæ in illâ continentur. Hoc ſonat: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* Hæc ſola veras divitias, & opes reales re promittit, illæ verò, bona caduca, fluxa, umbratica, & apparentia oſtentantes fallunt, &, veluti crotalis, ſeu crepundiis, homines illudunt.

D. Ambr. hîc.

Oleaſter hîc.

Conſiderans Divus Hieronymus verba Davidis, quibus gratias agebat iis, qui mortuum Saülem terræ, ſeu ſepulturæ mandaverant: *Benedicti vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro Rege, & ſepeliſtis eum. Et nunc retribuet vobis Dominus miſericordiã, & veritatem*, in hæc verba effatur: *Miſericordiam in præſenti ſæculo, & veritatem in futuro, quia miſericordia, quæ in præſenti ſæculo tribuitur, ad comparationem æternæ miſericordiæ, mendacium eſt*, hoc eſt per miſericordiam intellexit David bona temporalia, & terrena, per veritatem autem, bona gloriæ, & futuræ vitæ, & meritò quidem, quia maxima miſericordia, quã Deus in hoc ſæculo nobiſcum facere poteſt, comparata ad miſericordiam æternam, mendacium eſt, & deceptio. Sunt etenim gloriæ, & proſperitates hujus ærumnoſæ vitæ adeò exiles, & limitatæ, ut collatæ cum ſupernaturalibus, & æternis, ſint falſæ, apparentes, & mendaces, impotè, quæ ſubitò vos deſerunt, & tunc evaneſcunt, quando maximè iis frui penſaris, uti eleganter dixit celebris noſter Luſitanus: *I'es tu conſa que eſte queda? Ora he noite, ora amanhece, ora corre, hũa mœda, ora outra tudo emmudece, tudo tem no cabo à queda*, id eſt, videſne rem aliquam permanentem: nunc

4. *1. Reg. 2. v. 5. & 6.*

D. Hieronym. in quæſt. Hebraicis.

Franc. Sà Eglog. 10. Birit.

valet una moneta, nunc altera, omnia mutantur, & veterascunt, nihil permanens subsistit.

¶ Prudentissimè loquebatur vidua illa Thecuites, comparans vitam nostram aquæ rabido fluxu præterlabenti: *Quasi aqua dilabimur in terram.* Insigniter observat Eusebius Cæsariensis proprietatem hujus comparationis, affirmatque, hunc reddere sensum: *Quemadmodum aqua, manibus hausta, quanto magis premitur, tanto citius defluit, sic mutabilia cuncta, quanto magis ratio persequitur, tanto magis amittit,* id est, sicut aqua manibus apertis hausta retinetur, &, clauso pugno, per digitos diffluit, & aqua deperditur, non secus, felicitas humana cumulatim sumpta aliquid apparet, verùm, si manum compresseris, & rectè perpensa fuerit illicò dispâret, hodiè potens es, & amicus, cras excidis è gratiâ, & fis inimicus, hodiè locaris in fastigio dignitatis, & fortunæ, cras in imo sepulturæ, veluti prudenter monuit Seneca: *Certus eunt cuncta temporibus. Nasci debent, crescere, extingui.* Sunt felicitates hujus vitæ labiles & transitoriæ, quibus nullus fidere potest, quia sola earum firmitas in fluxâ mutabilitate consistit, quemadmodùm alibi cecinit prophanus Poeta:

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammaq; de stipulâ nostra, brevisq; fuit.

Insignis hujus nostræ doctrinæ confirmatio, est illud quod Jonæ recumbenti in campo Ninive accidit, dum ruinam, & destructionem ejusdem civitatis expectaret, & ecce subitò vidit juxtà se hederam pullulantem, & excrescentem, quæ ei umbram præbebat, quâ ab ardore solis protegeretur, & exultans lætabatur, non secus ac si aurifodinam aliquam comperisset: *Et lætatus est Jonas super hederâ, lætitiâ magnâ.* Addit autem sacer Textus: *In una nocte crevit, & in una nocte exsiccata est,* ita ut Propheta vix illâ frui potuerit. Interrogo, quarè Deus tam citò percusserit hederam, & exaruerit, curvè paraverit vermem, qui eam radicitùs perderet, & destrueret? Hugo Cardinalis sequens lectionem Septuaginta interpretum, ita legit: *Et præcepit Dominus vermi manè in crastinum, & percussit cucurbitam,* aitque illam fuisse cucurbitam ex illis quæ facilè exurgunt, & cuicumque fulcro adhærent, & innituntur, existimatque, Deum id ex industriâ fecisse, ad contristandum, & affligendum Prophetam, in cujus rei testimonium legit interrogativè cum Septuaginta: *Si valdè contristatus es super cucurbitam?* Ac si Deus interrogâsset Propheram. Contristarisne Jona? Ille autem replicavit: *Valdè contristor ego usq; ad mortem.* In cum finem taliter omnia disposui, inquit Dominus, ut tristitia tua adæquaret lætitiam, & exhilarationem tuam, quam ex luxuriantis hederæ umbrâ percepisti, utque unà addisceres lætari, & gaudere: *lætitia magna,* non enim conveniens est gaudium magnum in rebus transitoris hujus sæculi, quarum hedera hæc, seu cucurbita, tam fragilis, & caduca, ut, vix nata, exaruerit, expressum fuit symbolum. Hanc ob causam voluit Deus, ut tam paryo temporis intervallo transires de extremo ad extremum, hoc est, de extremo summi gaudii ad extremum maximi luctûs, & doloris, quatenus edocereris nosse bona temporalia, & fortunæ hujus sæculi, utì sunt in seipsis, nevè deceptus existimares te in illis firmitatem, aut securitatem illam reperturum, quia ex natura suâ subjecta sunt mutabilitati, quemadmodùm egregiè quidam Author dixit: *Fortunam cuius repetas, quàm retineas.* Optimum & salutare documentum nobis præbet in hâc plantulâ, seu cucurbitâ, *qua sub una nocte crevit, & sub una nocte exsiccata est.*

Amarissimo tulit animo Patriarcha Abraham molestam illam importunitatem Saræ, quâ continuò sollicitabat ejectionem è domo filii sui Ismaelis: *Durè accepit hoc Abraham pro filio suo,* quia tenerrimè filium diligebat, non minùs mater ejus Agar, fugiens cum puero, contristabatur, sed ambos ministerio duorum Angelorum consolatus est Deus, dispari tamen tenore verborum. Ad Agar siquidem ait Deus per Angelum, quòd eum mirabiliter esset exaltaturus: *In gentem magnam faciam eum.* Patriarchæ autem dixit, quod eum Primatem populi esset constituturus: *Filium ancillæ faciam in gentem,* ita enim habet Littera originalis. Inquiro, quam ob causam ministri, vel ministri Dei varient in modo legationis suæ, si non substantiam, saltem verba, quibus eam promulgant, & manifestant? Si ambo pater, & mater Abraham, & Agar pari mœrore conficiuntur, quarè eosdem pari solatio non recreat? Plures hujus discriminis rationes assignant alii, singularis tamen, & instituto nostro accommoda est, quam excogitavit Honcala:

Benecn apud Iust. Lipſ. lib. 6. Polit. cap 2.

Ovid. li. 5. de Trist. Eleg. 9. v. 19.

Jona 4. v. 6.

Hug. Cardinalis. Septuag. Interpr.

Publ. Mimus apud Iust. Lipſ. lib. 4. Polit. c. 9.

Gen. 21. v. 11.

Honcala hic.

Popu-

Digitized by Google

Populus ab Ismaële descendens, quamvis plurimus, Patriarchæ fideli cœlestem patriam meditanti, minimè magnus habetur, ancillæ tamen Ægyptiæ, quæ terrenam tantùm molitur urbem, carnalis progeniei grande aliquid esse videtur, id est, Agar vilioris ingenii, & spiritûs terrena cogitabat, neque, altiora sapiens, maximam æstimabat dignitatem, excellentiam, & beatitudinem pluribus imperare, & principatum terrenum gerere, ideoque Deus, accommodans se, per Angelum rudiori illius ingenio, & opinioni, promisit illi populum, non omnibus numeris magnum, quia talis in mundo dari nequit, sed magnum, juxtà ejus æstimationem, & judicium: Abrahamo autem, utpote experientiâ edocto, qui probe noverat mundum, & penitiùs cuncta perpenderat, consideraveratque, omnia terrena nihil esse præter vanitatem, non pollicetur ei populum magnum, sed populum: *Filium ancillæ faciam in gentem.* Agnoscebat utique servus Dei, nihil in mundo magnum, excellens, aut perfectum repetiri. Agite, & componite unum aggregatum omniũ eorum, quæ mundus habet, aut habere potest, coacervate omnes divitias, opes, omnes honores, & omnes felicitates, quæ in terris obtineri possunt, accumulate omnia in unum, & comparate ea cum bonis cœlestibus, & nihil erunt. *Beatus populus, cujus Dominus, Deus ejus,* Plures valet esse in gratiâ Dei, quàm esse Dominum omnium regnorum, & Monarcham totius mundi; & quia sancti altiùs cognoscunt hanc veritatem idcircò tam parvi æstimant omnes voluptates, & felicitates hujus sæculi, quæ brevi & in momento desinunt, & evanescunt, & solummodò totos se in amando, & serviendo Deo impendunt, qui nulli vicissitudini, aut mutationi obnoxius est. Non negat quidem Salvator noster sanctitatem, & fortunatam beatitudinem Genitricis suæ, quæ eum in visceribus suis concepit, cujusque ubera Filium Dei lactaverunt, sed singulariter eam beatam prædicat, quia eumdem in animam suam in sempiternum per gratiam recepit, illa namque felicitas fuit temporalis, hæc æterna, ac proinde una cum altera nullatenùs comparari valet: *Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Qninimò beati, &c.

Consideratio IV.

Conandum est omni studio potiùs promereri dignitates, quàm eas ambire, omnisque cura, & sollicitudo, quæ impenditur ambitioni, adhibenda est idoneitati, ut quis iis dignus sit, major enim honos est promereri, quam possidere dignitates.

FUndatur hæc Consideratio in verbis S. Augustini, explanantis illa Christi Servatoris, quibus mulieri se laudanti respondit: *Quinimò beati, &c. hoc est dicere: Mater mea, quam appellatis felicem, indè felix est, quia verbum Dei custodivit, non quia in illâ Verbum caro factum est.* Hôc siquidem modo, quantum homini fas est, quantumque sub humanum meritum cadere potest, promeruit honorem me concipiendi, & enutriendi. 1. D. *Augustin.*

Simulem stylum observavit Spiritus sanctus in laudando Jobo, utì egregiè notat Didymus: *Vir fuit in terrâ Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus*, &c. *Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.* Estque notandum, sacrum Textum nullam facere mentionem progenitorum Jobi, sed silentio præterire illustrissimam ejus progeniem, solumque Historicum sanctum virtutes ejus commemorare. At cur non præmisit in vestibulo Historiæ clarissimos simul, & nobilissimos ejus proavos, à quibus & vitam, & regnum hæreditavit? *Dei filii à lucidis actionibus nuncupantur; neque enim justus ab hominibus, sed à splendoribus justitiæ, splendentem jequitur nobilitatem.* Flocci penditur in domo Dei nobilitas, neque ullo in pretio sunt tituli, quibus homines gloriantur, sed præclara opera, quæ egérunt, & virtutes, quas exercuerunt, hæc sola sunt, quæ filiis Dei honorem, & æstimationem conciliant: cæterabona, quæ possident, vel sunt naturæ, vel fortunæ, & hæc non tantùm hominem condecorant, quantùm propria merita illustrant. Non reddidit Jobum celebrem in mundo nobilissima prosapia, aut maximorũ Regum cognatio, sed sanctitas, & obsequia Deo præstita commoverunt Deum, ad magnificandum eum, & 2. *Iob. 1. v. 1.* *Didymus in catena.*

& illustri illum nomine cohonestandum; quia vera laus non in assecutione, sed merito honoris consistit. Ita aperte Plinius: *Neque enim augeri dignitate, quàm agnari bonus gratius.* Rationem autem hujus assignat sanctus Thomas Angelicus noster Doctor; quia meritum, est bonum proprium, quò quis nequit spoliari ab aliò, aliud verò dependet a voluntate alienâ, & idcircò affirmat Theologorum Phœnix, quòd *in honore non consistit beatitudo*, quia vera beatitudo est bonum proprium, honor autem mundi est bonum externum, ab alienâ voluntate dependens.

Plin. lib. 1. Epist. 8. citatus à Turtuvet. in paral. disert. 8.

D. Th. 1. 2. q. 2. a. 2

3. Ex quò elicio documentum omni Christiano apprime necessarium, putà, enitendum esse omni conatu, ut potiùs promereatur dignitates, quàm ambiat, & ut omnem curam quæ adhibetur ad obtinendum illas, impendat studio idoneitatis, ut illis dignus reddatur; quia, juxtà hanc Christi doctrinam, majoris excellentiæ est promereri, quàm possidere dignitatis honorē. Non exiguam reperiunt sacri Interpretes difficultatem circà adimpletionem duplicis Prophetiæ, quarum una capite 27 Geneseos recensetur, altera verò in eòdem libro capite 9. continetur: effectus enim earumdem dissimiles videntur, & diversi, imò, & contrarii in sensu, quem illæ sonabant. Prima fuit Isaaci benedicentis filio suo Jacob, cui hæc vaticinans prænuntiavit: *Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur antè te filii matris tuæ*, id est, constituo te dominum fratrum tuorum, & proni, flexoque poplite te, tamquàm dominum suū, adorent. Altera autem est contra Chanaan, cui Noë avus ejus maledixit hisce verbis: *Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis.* Notate, quæso, complementum utriusque vaticinii. Inopinatè prodit Nemrod, nepos Chanaan, primo sceptro, primoque regio diademate condecoratus, fuitque primus in orbe terrarum, qui regiam dignitatem usurpavit, sacro attestante Eloquio: *Iste cœpit esse potens in terrâ*, ita ut loco servitutis, tyrannide oppresserit libertatem hominum, qui hactenùs absque jugo imperii vixerant, extititque primus qui in Babyloniâ regnavit. In hôc sensu, juxtà interpretationem Oleastri, explicari potest præsens locus, quamvis alii aliam excogitaverint expositionem: *Licèt conjectura nonnulla sit ex eò quod infrà dicitur, eum fuisse Regem quem tempora illa ignorabant, & fuisse dominum, aut potiùs tyrannum, qui alios vi oppri-*

Gen. 27. v. 29.

Gen. 9. v. 25.

Gen. 10. v. 8.

Oleaster hic.

mebat. Favetque huic interpretationi lectio septuaginta Interpretum, quæ loco, *potens*, transfert, γίγας. Iste cœpit potenter dominari inter homines, eosque subjugare quemadmodùm gigas potest devincere hominem pusillum, seu mediocris staturæ: Itaque, prima occasione data, qua generatio Chanaan transgressa est terminos, intra quos manebat, dum malediceretur, illico non ad serviendum, sed ad imperandum prodiit, quod est effectus ex diametro oppositus illi, quod vaticinium prænuntiabat. Agedum convertamus oculos ad benedictionem Jacob, qui primâ vice fratri obviàm factus, dum primatus sui, & excellentiæ possessionem capere deberet, & adorari ab illò, juxtà vaticinium patris, adeò oblitus fuit dignitatis suæ, ut vice versâ ipsemet pronus fratrem suum Esau septies adoraverit, eique homagiū, tamquam domino, præstans, omnium bonorū suorum decimas obtulerit, ut apertè facer Textus indicat: *Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec approximaret frater ejus* idemque uxores, & filii ejus præstiterunt, neque cessavit Jacob eum dominum suum cōpellare. Ecce hic diversissimum effectum ab eò, quem Prophetia prædixerat. Magis congruum videretur commutare vaticinia, ita ut Jacob maledictio Chanaan, huic verò benedictio Jacob apponeretur; ita planè judicaret, qui hos textus, juxtà sonum litteralem, interpretaretur, non tamen ille, qui mysterium in illis latens intimiùs inspexerit. Hic namque utrāque Prophetiam ad amussim adimpletam profitebitur, id est, agnoscet Nemrod fuisse servū, & Jacob dominum, quia Nemrod, teste S. Joanne Chrysostomo, ambivit regnum, & dominatum, & violentâ tyrannide invasit, tametsi ad imperium nullis meritis foret idoneus: *Hic iterum prævum suum imitatus, & abjecta natura privilegio, alium servitutis modum adinvenit, & Princeps, atque Rex fieri attentavit.* Ast Jacob, quamquàm adoraverit fratrem suum Esau, quia tamen justus erat, & sanctus, virtutibus, & operibus suis dominium fratrum suorum promeruit. Et quia majus, & excellentius est mereri honoris fastigium, quàm illud possidere, idcirco Spiritus sanctus per os Patriarcharum Noe, & Isaac revelavit. Nemrod servum & Jacob dominum futurum, pluris æstimans Jacob honore, & titulo domini dignum, quàm Nemrod immeritum, regiâ dignitate usurpativè potientem.

Gen 33. v. 3.

D. Chrysost. hom. 29. in Gen.

Glo-

4. Glorioſus Doctor gentium Paulus ſcribens Epheſiis ſeipſum cap. 4. vinctum pro Chriſto indigitat: *Paulus vinctus in Domino*, Vbi curioſè premit S. Ioannes Chryſoſtomus altiori conſideratione, quarè S. Paulus non nuncupaverit ſe hominem raptum ad tertium cœlum, utpotè, qui viderat arcana ſecretorum Dei, neque alius mille titulis ſe mundo manifeſtaverit, poterat quippè dicere: Ego Paulus, princeps Apoſtolorum, prædicator gentium, vas electionis, intimus, & familiariſſimus Chriſti diſcipulus, &c. & ſolummodò, titulo vincti, ſeu captivi pro Chriſto ſe, quaſi illuſtriori decore, inſignitum prædicat, ſolumque carceres, & vincula ſua oſtentat, &, quaſi glorians, mundo manifeſtat. Certè hæc opprobria, & dedecora conſultiùs ſubticuiſſet, quia ignominioſa ſunt, & glorioſius revelationes ſuas propalaſſet, utpotè in gloriam ſuam redundantia, verumtamen non ita S. Paulum egiſſe, ait S. Ioannes Chryſoſtomus: *Quoniam Domini illa erant gratuita dona, hæc verò ſervi tolerantiæ, & patientiæ indicia*, quia, beneficia à Deo accepta, erant vincula, quibus Deo devinciebatur, carceres autem, & ærumnæ, quas pro Deo ſubiverat, erant obſequia Deo exhibita, patientiæ, & amoris ſui ergà Chriſtum manifeſta indicia, ideoque gloriabatur non de honore, & beneficiis à Deo ſibi collatis, quia hoc erat poſſidere, ſed de tribulationibus, quas toleranter ſuſtinuerat, quia hoc erat promereri: Itaque ſanctus Apoſtolus Paulus, tamquàm inſignia nobilitatis ſuæ, merita honoris, & dignitatum non verò poſſeſſionem earumdem glorioſè oſtentabat: *Quoniam Domini illa erant gratuita dona, hæc verò ſervi tolerantiæ, & patientiæ indicia.*

Ad Eph. 4. v. 1.

5. Componite, & ponderate mecum duo loca Euangelii. Accedit Petrus ad Chriſtum, tamquàm os, & interpres collegii Apoſtolici, aitque Domino: *Ecce nos reliquimus omnia.* quid ergo erit nobis?, id eſt, renuntiavimus omnibus, etiam voluntati habendi, & tuam paupertatem ſpontaneè ſecuti ſumus, quodnam igitur præmium nos manet? Quodnam? *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Iſrael.* Accedunt quoque filii Zebedæi titulo cognationis, ad Chriſtum, vel mater nomine ipſorum, petitque duas ſedes pro illis in Regno Chriſti: *Dic, ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram in regno tuo.* Et quemadmodùm notat S. Ioannes Chryſoſtomus, non poſtulabant loca terrena, ſed ſuperna in cœlis. Reſpondet eis Redemptor noſter: *Neſcitis, quid petatis. Calicem quidem meum bibetis.* id eſt, erratis petendo ſedes in regno, ego autem dabo vobis calicem paſſionis meæ, ut quemadmodùm ego, bibendo amariſſimum fel paſſionis, moriturus ſum, etiam vos eumdem guſtando, pro me moriamini. Ecqui, ò Domine, (& hæc mea eſt ponderatio) tot collegio, & cœtui Apoſtolorum tuorũ ſedes promittis, & his duobus, meritis, & virtute excellentioribus (quamvis titulo cognationis eis nolis gratificari) dùm ſedes in regno petunt, calicem paſſionis porrigis, & præbes? Iam dixi vobis. Nonne major eſt honos, mereri, quàm frui, & poſſidere ſublimiorem locum? Nolite igitur admirari reſponſum Salvatoris, quia honorabilior eſt calix, quam ſedes, & excellentius eſt pati, quàm regnare.

Matth. 19. v. 27.

Ibid. v. 28

Matth. 20. v. 21. & v. 23.

6. Hanc ob cauſam Chriſtus Servator noſter, abeunte Judâ, ad tradendum Magiſtrum ſuum Iudæis in hæc verba attentione digna prorupit: *Nunc clarificatus eſt Filius hominis*, id eſt, jam videbitis glorificatum Filium Dei Ecquod illud, *nunc*? quærit eminentiſſimus noſter Cajetanus: *Tempus proditionis*, reſpondet Cardinalis, *paſſionis, mortisque ſuæ, tempus glorificationis appellat*, ita ut mortem, & paſſionem ſuam, ſupremam gloriam nuncupaverit, ſed reverà melius, uti videtur, & congruentius, diem Reſurrectionis, in quâ impaſſibilis, & immortalis apparuit, hoc nomine, & titulo condecoraſſet, in hâc ſiquidem illuſtris, & glorioſus extitit, nihilominùs tamen loquitur de cruce ſuâ, & eam, gloriam vocat, quia per illam mundum redemit, & gloriam eſt adeptus. Quò pacto nobis inſinuat honoratius eſſe compati, quam conregnare cum illò, quia aliud eſt, frui, & poſſidere, & aliud promereri, &, rectè loquendo, excellentius eſt mereri, quàm potiri, aut frui. Hoc ſonat: *Nunc clarificatus eſt Filius hominis.*

Ioan. 13. v. 31.

Cajetan. hic.

7. In abſtruſis illis revelationibus, quas vidit dilectus Ieſu diſcipulus, aſſirmat ſibi oſtium in cœlis ab Angelo fuiſſe apertum, ſeque eò introductum, cominùs viſu perluſtrâſſe magnitudinem, & decorem cœleſtis Ieruſalem,

Ece

Digitized by Google

salem, sibique quædam arcana ibidem fuisse manifestata. Vidi, inquit S. Evangelista Ioannes, turbam numerosam hominum, & palmas in manibus eorum, cumque scisciterer ex Angelo: *Qui sunt isti, & undè venerunt* Respondit mihi hæc verba: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magnâ.* Carpo hîc, & altiùs expendo, quòd Evangelistæ Ioanni duo interroganti, quinam, scilicet, essent, & unde venirent, Angelus ad unum dumtaxat responderit, dicens, eos venisse de magnâ tribulatione, ad alterum penitùs silenter obmutuisse. Ecquarè Angelus non dixit unà, illas esse animas beatas, Dei visione æternùm fruentes, hôc siquidem pacto utrique interrogationi S. Ioannis abundè satisfecisset: Qui sunt isti? Audite Primasium luculenter hunc locum enucleantem: *Cùm autem fidelium numerus ex magnâ dicitur tribulatione venisse, quid aliud demonstratur, nisi, quod alibi legimus, oportet nos per multas tribulationes.* &c. Ac si diceret: Respondens Angelus uni petitioni Ioannis, & non alteri reipsâ ostendit, se datâ operâ subticere gloriam, quam illi homines lætanter possidebant, seque solummodò meminisse tribulationum, quarum passione, & virtute illam adepti fuerant, judicans, & certò sibi persuadens, quòd magis honoraret illos per ea, quæ in hâc mortali vitâ toleraverant, quàm per gloriam, quâ in cœlis fruebantur. Et hoc ipsum insinuant verba, quæ Angelus subjunxit: *Ideò sunt antè thronum Dei.* Notate ly *ideò*, est etenim causalis. Ac si apertiùs diceret: Sufficiat tibi scire causam, ob quam adstant antè thronum Agni, esse opera virtutum, quæ in hôc mundo exercuerunt, quia perduxerunt illos eò, iisque gloriam promeruerunt. Potestque hæc interpretatio confirmari verbis ejusdem Libri Apocalypseos: *Et Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam.* quibus Spiritus sanctus declarat, Reges terræ detulisse secum gloriam, & honorem suum, id est, opera virtutum, & sanctitatem, quasi maxima eorum gloria, & honos, non tam in beatitudine obtentâ, quam in operibus meritoriis vitæ æternæ consistat.

Apoc. 7. v. 13. *Primasius in Glossa.* *Apoc. 21. v. 24.*

8. Duo præclara, & insignia obsequia præstitit Christo Salvatori nostro Petrus Apostolorum Princeps. Primum, in celebri illa confessione, quâ eum palàm verum Dei Filium proclamavit, maximè tempore illo, quò mundus illi injurius abjectissimè de illò sentiebat, & loquebatur: *Tu es Christus Filius Dei vivi,* Secundum autem, quando exactissimum amoris illius examen instituit: *Simon Ioannis diligis me plùs hîs?* Ex his duobus obsequiis, unusquisque dicet, præstantissimum fuisse illud amoris, quippè charitas, teste Doctore gentium Paulo, inter virtutes principem tenet locum: *Major autem horum est charitas.* Cæterùm, si in dubium veritatur, quodnam illorum fuerit præstantius, ipsamet præmia eorum, nodum dubii dissolvent. Si enim rectè animadverteritis, confessionem potestate clavium Ecclesiæ, & summo Pontificatu remuneravit, constituens eum caput Ecclesiæ, & Vicarium suum in terris: *Tu es Petrus* &c. Maxima profectò confessionis remuneratio, sed revera excellentius fuit præmium amoris, quia illi replicavit: *Tu me sequere.* Tamquam diceret: Amorem tuum beneficiis compenso, ut nempè in cruce ad meam imitationem morianis, juxtà explicationem S. Augustini: *Qui non solùm mortem, sed & mortem crucis, sicut Christus, expertus est.* Primum fuit regnare, sed secundum pati, primum fuit possidere, secundum autem mereri, ergò melius, & excellentius fuit pati, & mereri, quàm possidere, & regnare. In hôc sensu declarari possunt verba illa ejusdem Apostoli in suâ Canonicâ: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Non vult dicere, quòd Angeli, eum continuò videntes, desiderent ipsum intueri: *Sed quod verum est, & divinum: Angeli sunt, qui desiderant profectum perfectionis illius adipisci,* inquit S. Clemens Alexandrinus. Optarent Angeli, si possibile foret, adipisci gloriam eisdem modis, quibus, eam Salvator noster obtinuit, quem incessanter gloriosum contemplantur, vellentque eum imitari in passione, quemadmodum enim in regno gloriæ comitantur. Perindè ac foret conditio diminuens gloriæ ipsorum, illam non promeruisse patiendo; majorque esset honos illam merere, quàm possidere.

Ioan. 21. v. 16. *1. Cor. 13. v. 13.* *Matth. 16. v. 18.* *Ioan. 21. v. 22.* *D. Aug. hic in caten. D. Thom.* *1. Pet. 1. v. 12.* *Clem. Alex. ibid.*

9. Viginti quatuor seniores, quos vidit S. Ioannes in suâ Apocalypsi, qui procidentes coram Agno, eum canticis, & citharis sinè intermissione collaudabant, hisce vocibus laudes, & præconia decantabant: *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Venerabilis Beda commentario suo illustrans hûc locum, observavit, quòd gloriam, cui congaudent, & quâ gratulatorie agnum intuentur, in merita antecedentia

Apoc. 5. v. 12. *Beda hic.*

ua

tia referant: *Dignus est agnus, &c. Congaudent quidem gloriæ, sed congratulantur dignitati.* Et quod maximâ laude dignum, & excellens in illâ reperiunt, est, confiteri illum dignum gloriâ propter merita passionis, quæ in illo præcesserunt, quasi Christus honoratior foret propter injurias, & tormenta, quæ pertulit in terris, quam propter gloriam, quâm possidet in cœlis: *Videbuntur, inquit, in martyrum corporibus*, inquit S. Augustinus, *vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam, quâ vis non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit*, id est, post hanc vitam conservabunt martyres in suis corporibus cicatrices vulnerum, &c. at hæc non deformitas, sed decor humanæ naturæ erunt, eædemque cicatrices erunt lætitiæ, & gaudio ipsis justis, quoniam agnoscent, se gloriam per ærumnas, & tribulationes adeptos fuisse. Quemadmodum enim omnia adversa prius ingrata sunt, & sensibus repræsentata horrorem incutiunt, ita postmodum, transacta passione, incredibilem voluptatem afferunt. Imò erunt etiam honori, quia non minimum decus est, promeruisse gloriam, in quâ se vident, adeo, ut ipsamet gloria quodammodo videatur magis honorata, quia fuit per merita, ac virtutes acquisita.

D. Aug. lib. 22. de Civit. cap. 20.

Hebr. 2. v. 9.

19. Plurimis titulis erat debita Christo gloria, quam modò triumphans possidet in cœlis. Præterquàm enim quòd esset Filius Dei, satis erat animam ejus esse visione beatificâ dotatam ad hoc, ut sequelâ quâdam naturali corpus ejus glorificaretur; noluit tamen Christus umquàm illâ frui, nisi per mortem, & crucem, illam adipisceretur. Ita attestatur S. Paulus hisce verbis: *Videmus Jesum propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* Ast quamobrè noluit Christus habere gloriam corporis sui, nisi per mortem, & crucem præviam, & antecedentem? Causa in promptu est, quia hoc modo gloriosior, & excellentior reddebatur ejus gloria, estque hæc ratio, quam passim omnes Doctores assignant, licèt enim ex parte nostrâ plures aliæ possent excogitari, hæc tamen in persona Christi fuit efficacissima. Ex quibus evidenter infero, ipsum pluris æstimâsse meritum gloriæ, quàm consecutionem ejusdem; quò nos edocuit, enitendum esse, ut potiùs promereamur dignitates, quàm eas studiosè ambiamus, quodque sollicitudinem, & solertiam, quam adhibemus in adipiscendo, debeamus impendere, ut idonei, & digni reddamur qui eas possidere mereamur, quia sicuti alibi dixit Lusitanus noster?

Melhor he merecellas sem as ter,
Que possuillas, sem as merecer.

Camoës cant. 9. estav. 93.

Id est, honestiùs est mereri, & non possidere, quàm possidere, & non mereri, alludens in hisce versibus ad illud Catonis, qui pertransiens loca publica, & compita, in quibus superbi Romanorum proceres sibi statuas immortalis gloriæ, & famæ monumenta erigi mandabant, ita effatus est. Quanto honestius erit, inquiri, quare Cato hic non habeat statuam, quàm ipsum calumnia traduci, si haberet? *Maluit se ab hominibus, cur statuam non haberet, quàm cur haberet, exquiri.* Existimabat Philosophus veram laudem potius in merito honoris, quàm in assecutione, & acceptione ejusdem consistere, cui correspondet illud Platonis: *Gloriari quemque oportere magis, quod benè servierit quàm quòd benè fuerit dominatus.*

Cato apud Turturet. loc. cit.

Plato.

Neque honores, aut dignitates hujus vitæ aliquam conferunt æstimationem, aut respectum possidenti, si virtute, & meritis caruerit, multoque laudabilius est, hominem esse meritis, & virtute præditum, quam absque meritis dignitates possidere. Eximius honos fuit Deiparæ Virginis, fuisse Matrem Dei, sed incomparabiliter major fuit excellentia ejus, habuisse opera, & virtutes, quæ illam tam eminentis dignitatis capacem, & idoneam reddiderunt. In hoc sensu intelligenda sunt verba S. Augustini: *Beatior fuit Maria concipiendo mente, quàm ventre.* Et paullò inferiùs. *Felicius gesta visi corde, quàm carne.* Et in epistola quadam affirmat, nomen Matris in Virgine esse quid terrenum, comparativè ad cognationem cœlestem, quam, facientes voluntatem Dei, cum Christo contrahunt: *Maternum nomen in Virgine terrenum est in comparatione cœlestis Maternitatis quam illi contrahunt qui voluntatem Dei faciunt.* Et, ut concludam cum sancto Justino martyre, beatior fuit sanctissima Virgo per virtutem, quâ promeruit esse Mater Dei, quàm per dignitatem, quâ ipsum est assecuta: *Propterea Christum videbat ob hanc virtutem prædicans Matrem suam, per quam virtutem illa assecuta fuisset, ut Virgo Mater fieret.* Quod coincidit cum verbis Salvatoris nostri: *Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, &c.*

D. Augustin. lib. de sanctitat. Virg. c. 3.

Idem epist. 28.

S. Justinus quæst. 136 ad Orthodoxæ

Digitized by Google

Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, &c.

CONSIDERATIO V.

Dicens Redemptor noſter, quòd Deus elegerit Virginem in Matrem ſuam, eò quòd attentiori mente audiverit verbum ſuum, & ſolertiori curâ legem divinam obſervaverit, monuit, & docuit Reges, & Principes, ut, cùm beneficia publica, ſeu dignitates ſubditis ſuis conferre voluerint, etiam notoria, & manifeſta ſint eorum merita.

1. ANgelicus noſter Doctor S. Thomas quærit, & in dubium vertit: *Virùm Filius Dei naturam humanam aſſumere debuerit in omnibus individuis?* id eſt, an conveniens fuerit, quòd Filius Dei ſibi hypoſtaticè naturam humanam in ſingulis individuis uniret. Reſpondet autem negativè, & rationem genuinam ſuæ concluſionis ſubjungit: *Quia hoc derogaret dignitati Filii Dei incarnati, prout eſt primogenitus in multis fratribus ſecundùm humanam naturam, ſicut eſt primogenitus omnis creaturæ ſecundùm divinam.* Non fuit decens, quòd Verbum divinum uniret ſibi naturam humanam in omnibus individuis, quia hoc præjudicaret maximè excellentiæ ipſius, & aliquantulùm magnitudinem ejus obſcuraret, quia primogenitus eſt hominum ſecundùm naturam humanam, &c. Ecquî hoc fieri poſſet? *Eſſent enim omnes homines æqualis dignitatis*, inquit Angelicus Præceptor. Dato ſiquidem caſu, quòd Filius Dei taliter ſibi hypoſtaticè uniret naturam humanam, omnes forent paris conditionis, neque unus major altero, & hoc magnam pareret inconcinnitatem, & eſſet occaſio plurium malorum, & confuſionum. Cæterùm quænam eſſet hæc incompoſita perturbatio? Quòd omnes forent æquè boni, hoc abſurdum, & ineptam cauſaret in Republ. monſtroſitatem, in domo quippè Dei, quæ eſt exemplar Reipublicæ omnibus numeris perfectæ, & compoſitæ, non hoc, ſed contrarium uſitatur; nam in illâ quilibet locum, & dignitatem meritis ſuis conformem obtinet: ideoque Virgo ſacratiſſima ſublimiorem dignitatis eminentiam ſuper omnes creaturas aſſecuta eſt, ut fieret Mater Dei, quoniam virtutibus, & donis cæteras omnes ſuperavit, & exceſſit. Hoc inſinuare voluit hodiè Redemptor noſter, quando dixit, ideò Deum illam elegiſſe præcæteris in Matrem ſuam, quia attentiori mente audivit verbum Dei, & diligentiori curâ mandatis divinæ legis obtemperavit, veluti doctè obſervavit glorioſus Chriſti martyr S. Juſtinus: *Nemini lacutum eſt, quaſi Matrem privaret honore debito, ſed oſtendit, quæ Maternitate beatior debeat dici Virgo. Nam Dei ſermonem audire, & exequi, virtus eſt, animaq; pura, quæ tota Deum ſpectet. Et quia non quamlibet fœminam elegit Deus, quæ Chriſti Mater fieret ſed omnium fœminarum virtutibus excellentiſſimam, propterea Chriſtus volebat ob hanc virtutem prædicari Matrem ſuam, per quam virtutem illa id aſſecuta fuiſſet, ut Virgo Mater fieret.* Et hæc quoque fuit ratio (meâ quidem ſententiâ) ut alibi latiùs ponderavi, ob quam S. Evangeliſta Lucas, declaraturus myſterium Incarnationis Verbi divini in viſceribus ſacratiſſimæ Virginis, addiderit præclariſſimas dotes, & illuſtriſſima gratiarum dona, quæ concurrerunt ad ſublevandum eam ad tantam dignitatem, ut Mater Dei fieret. Nam quantùm ad nobilitatẽ attinet, illam, ex regiâ ſtirpe prognatam deſcribit: *De domo David.* Et ſi neceſſaria ſit puritas, illa per excellentiam puriſſima erat: *Ad Virginem.* Si modeſtia, & clauſura requiratur: *Ingreſſus Angelus ad eam.* Si ſanctitas, & gratia Dei, eccè maximo gratiarum cumulo repletam: *Ave gratia plena.* Si conſtans, & firma quædam ſecuritas numquàm amittendi illam, deſideretur, en Deus ei aderat, ſemper illius ſingularem curam gerens, *Dominus tecum.* Si amabilem Deus exoptet, erat illa benedicta: *Benedicta tu in mulieribus.* Si præter Virginitatem verecundia exigatur: *Quæ cùm audiſſet, turbata eſt.* Si zelatricem pudicitiæ ambiat Deus, tanta virginitatis ſuæ cuſtos fuit, ut etiã cum jacturâ ejuſdem voluerit eſſe Mater Dei: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Si humilem: *Eccè ancilla Domini.* Si obediens placeat: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et, ut verbo dicam, erat Maria theſaurus omnium virtutum, gratiarum, & donorum ſupernaturalium, tamquam ea, quæ futura erat ſacrarium, & trichinium totius ſanctiſſimæ Trini-

D. Thom. 3. p. q. 4. a. 3.

D. Juſtin. ubi ſup.

Luc. 1. v. 27. & ſeq.

Trinitatis. Spiritûs ſancti quidem : *Spiritus ſanctus ſuper veniet in te.* Patris autem æterni: *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Et tandem Filii: *Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* O veram dignitatem ! ô præclara merita! ad aſſequendum tantæ Maternitatis honorem.

2. In quô docuit, & admonuit Deus omnes Reges, & Principes, ut, quando publicis beneficiis, ſeu officiis ſubditos ſuos cohoneſtavêrint, etiam unà eorum merita toti mundo innoteſcant. Ponderat S. Hieronymus præceptum Dei in lege antiquâ circâ electionẽ ſummi Sacerdotis, in præſentiâ omnis populi: *Congregabo omnem cœtum ad oſtium Tabernaculi,* ait Dominus Moyſi, & hic illicò mandato imperantis obedivit. *Congregataque omni turba, ante fores Tabernaculi,* &c. Quamobrem Dominus Deus præcepit, ut totus populus præſens adſtaret in electione ſummi Sacerdotis? Supervacaneum enim hoc videtur, cùm namque ipſemet ſeligeret virum tali miniſterio deputandum, & ſignanter hunc eligendum determinaret, etiamſi populus electioni contradiceret, taliſque eſſet conſtituendus, qualem ipſe decreverat, ad quid igitur præſentiam totius populi in electione requirit? Appoſitè S. Hieronymus: *Requiritur ergò in ordinando Sacerdote, & populi præſentia, ut ſciant omnes, & certi ſint, quòd, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium.* Volo, inquit Deus, eſtque hæc mea firma voluntas, ut electio ſummi Sacerdotis coram toto cœtu populi fiat, ut omnes oculis ſuis videant, quod electus ſit honeſtus, eminens, & benè meritus, in quem omnes dotes neceſſariæ ad talem dignitatem concurrunt, ut cunctus populus agnoſcat, & fateatur, hunc à me promotum, & præ cæteris ſublimatum, etiam alios virtute, & meritorum excellentiâ ſuperare, & excedere.

Levitici 8. v. 3. & 4.

D. Hieronym.

Enucleans ſanctus Ambroſius verba illa Dei ad Abrahamum: *Super Iſmael quoq; exaudivi te,* id eſt etiam audivi, & acquievi petitioni tuæ pro Iſmaele filio tuo, curioſiùs animadvertit ad verbum illud, *quoque*, & ſolito ingenii ſui acumine premit, quòd ſupponat quædam antecedentia circà filium Abrahæ Iſaac tranſacta, & quòd non conceſſerit Patriarchæ vitam, & beneficia, quæ pater pro filio ſuo Iſmaele petierat, niſi poſt inſtitutionẽ, Iſaaci in hæredem, & poſtquàm eum declaraſſet primatem, & caput familiæ ſuæ, quia noluit Deus videri ſimilis mundo, qui alienus à rectâ ratione æqualiter diſtribuit beneficia iis, qui tamen meritis impares exiſtunt. Accipite verba ſancti Ambroſii, quæ egregiè intentum noſtrum confirmant: *Itaque ſicut teſtamenta hominum priùs hæredem ſcribunt, poſteà legatum exprimunt, melioribus hæreditatem, inferioribus legata, ita & Deum in teſtamento uſum, & nos hunc morem accepimus, hæres ſcribitur natura bonus, nobilis legitimo creatus conjugio, legato donatur inferior.* Egit Deus in veteri teſtamento, ceu homines in condendis teſtamentis, qui priùs hæredem inſtituunt, & poſteà legata ſubjungunt, meliori, ſeu maiori hæreditatem, inferioribus autem legata relinquentes. Non ſecùs Dominus Deus Iſaac filium legitimum Abrahæ naturâ bonum, propter virtutes ejus, hæredem declaravit, filio autem minori, nempè Iſmaëli, etiam ſuum legatum obtigit, eique partem aliquam in bonis dedit: *Super Iſmael quoque exaudivi te.* Ac ſi apertiùs diceret S. Ambroſius, quòd quatenùs Iſaac notoriè erat ab omnibus melior habitus Iſmaele, eatenùs etiam Deus ſingulariter voluit eum cumulatioribus beneficiis, & bonis dotare & exornare, & fortaſſe ideircò fecerat in illô experimentum illud, quando eum in juventute ſuâ ſacrificari præcepit, quia jam decreverat in illum ſingulares favores, & beneficia ſua conferre, illum in omnibus anteponendo, & præferendo Iſmaëli: *Super Iſmael quoque exaudivi te.*

3. *Gen. 17. v. 20.*

D. Ambr

Notiſſimi ſunt favores illi, quos, ſacro atteſtante Eloquio, Pharao Rex Ægypti tantâ, & tam profuſâ largitate contulit in ſanctum juvenem Joſephum, filium Patriarchæ Jacob, quando eum totius Ægypti Principem, & Gubernatorem conſtituit. Quod Rex peregit cũ tantâ pompâ, & ſolemnitate, ut indutus regio ornatu mandaverit ei aſcendere in currum ſuũ ſecundum, clamante præcone, ut omnes coràm eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent univerſæ terræ Ægypti: *Tulitq; annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus: Veſtivitq; eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit.* Ad quid tot honoris, & excellentiæ ſigna, & indicia homini vulgari? indagat Rupertus Abbas, & mox reſponſum ſuum ſubjungit, dicens, hanc fuiſſe ſingularem Dei providentiam, & diſpoſitionem, quia ſiquidem Joſeph pro defenſione pudicitiæ, & caſtitatis ſuæ

4. *Gen. 41. v. 42.*

plurima publicè fuerat perpessus, & ignominiæ, seu calumniæ illi illatæ, quas æquo animo toleraverat, erant passim omnibus manifestæ, voluit Deus etiam toti mundo innotescere singulares favores, quos in præmium virtutum, & in remunerationem meritorum ejus, per Regem tyrannum, cœlum ipsi retribuebat: *Pro compedibus, in quibus humiliaverunt pedes ejus, torquem auream suscepit: pro pallio, quò in manu adultera relicto, nudus effugit, stolâ byssina (Deo judice) indutus est; pro servili nomine, regium gestat annulum, & pro carceris humilitate, super altum sedet imperii currum.* Neque ab hôc abluit sanctus Gregorius Nyssenus hisce verbis: *Permisit Deus tentationibus probari adolescentem, aures occludens iis, qui delectantur opprobriis, & maledictis: Si enim non dedisset Iosepho probationem, dixissent maledici à caca hæc fieri fortuna. Inter Ægyptios regnat Ioseph, Barbaris dominatur adolescentulus, quamnam ostendit virtutem pro quanam est virtute hoc assecutus? Ne ergò hæc de Ioseph dicerentur, in eum permisit tentationes, ut ea justo viro fervent testimonium, & obstruerent ora maledicorum*, id est, ex industriâ hæc omnia disposuit Deus, ut Ioseph tot injuriis lacessitus, tot persecutionibus examinatus, posteà dignior & aptior foret honoribus in eum conferendis, sicque murmurationibus viam occluderet, & maledicentium ora obstrueret, qui, nisi scirent eum tentationibus probatum, dum viderent eum juvenem ad tanti imperii fastigium sublimatum, facilè obmurmurare possent, scientes autem eum, veluti adamantinum, & constantem, cuncta superâsse, eum meritò ad talem dignitatem à Deo promotum esse, fateri cogerentur.

Rupert. Abb. lib. 8. in Gen. cap. 40.

D. Greg. Nyssen. in cap 6. 1. ad Cor. 5.

5. Unus David præ cæteris fuit à Deo honore, & singularibus beneficiis præventus, & dotatus, ut ipsemet in Psalmo fatetur: *Depost fœtantis accepit eum*, hoc est, è pastore ovium illum in Regem Israel extulit, & quamquàm ipse plures haberet virtutes, & dotes aptas regno, illæ tamen penitùs mundo erant ignotæ, & incognitæ, ita, ut etiam in opinione proprii parentis esset homo nihili, & minimus omniũ æstimaretur, quemque idcirco viliori opilionis officio dedicaverat, pastores enim gregum communiter rudiores, & ignorantes esse solent. Hôc posito, observari posset & pensiculatè examinari, cur Deus eum elegerit ad sceptrum, & diadema regium Israel, absque eô, quod de aptitudine ejus ad congrediendum cum hostibus, & de dexteritate militari in tractandis armis sufficienter constaret. Quid facit Dominus Deus? Ad obviandum dictis murmuratorum, & obloquentium, permittit persecutiones, & tyrannidem Saülis, ut tolerantia earumdem invictam, generosamque animositatem Davidis comprobet, & contestetur, sicque David per eam regio sceptro dignus manifestetur. Est hæc magni Patris S. Augustini ponderatio super abscissione illâ summitatis vestimenti Saülis, quando David auferens partem chlamydis Saul, vitæ illius pepercit, & cũ posset, non interfecit: *David accepit in pœnitentem inimicum Regem Saul, ut ei faceret quid quid vellet, & elegit potiùs parcere, quàm occidere. Imò divinitùs audierat, se impunè facere, quidquid vellet inimico, & tamen tantam potestatem ad mansuetudinem contulit.* Voluit Deus, ut per effectus agnosceretur, & innotesceret ejus aptitudo ad regnum, ne postmodum alii copiosam Domini beneficiorum multitudinem ergà Davidem admirarentur. Ideoque si rectè animadverteritis, ipsemet Saul, juratus Davidis inimicus, agnoscens mansuetissimam ejus indolem, & in parcendo clementiam, eum imperio dignum proclamavit: *Nunc scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.* Quasi diceret: Tanta animi generositas, non nisi sceptro, & coronâ regiâ compensatur. Ex his diluciderintelliguntur verba illa Psalmi: *Scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.* In quibus manifestè attestatur, illam virtutem sibi ad regnũ, gradum, & viam paràsse. Textus Hebræus ita legit: *Elegit sibi Dominus misericordiam meam.* Tamquàm diceret: Desistite, & cessate à persecutione, quia non potestis me privare regno, ad quod me Deus elegit propter misericordiã, quam præstiti inimicis meis. Si à pedo pastorali ad sceptrum me elegit, etiam a culpide lanceæ ad summitatem regni me exaltavit, & promovit.

D. Augustinus lib. contrà Adimant. lib. 1.

1. Reg 24. v. 21.

Psal. 4. v. 4.

Memini cujusdam petitionis, dignæ magnâ considerationi, quam patientiæ speculum Job Deo exhibuit: *Appendat me in statera justa, & sciat Deus simplicitatem meam.* Difficilis est locus, si in sensu grammaticali foret explanandus, quia videtur supponere, quòd Deus non agnoscat simplicitatem Jobi, quòdque necessarium sit prius adhibere stateram, in quâ ponderet opera ejus, & tandem ex pondere eorum valorem dignoscat. Verùm doctus quidam

6. Job 31. v. 6.

Mo-

Digitized by Google

Moderatus difficultatis nodum luculenter nobis dissolvit. Non desiderabat Job, neque rogabat Deum: *Vt Deus adderet judicio, sciat tandem simplicitatem ejus, quasi verò antè non scivisset, sed hoc vult, ut Deus publico judicio se examinet quò sit omnes scire faciat simplicitatem suam; id enim sibi vult statera justa.* Videat Deus simplicitatem ejus, non quòd sit cognitus hactenùs ignota, sed verba illius hunc reddunt sensum. Plurimùm tibi devincior, ô Domine Deus, propter beneficia, eaque innumera in me collata, an condignas tibi referam gratias, tu nosti, cui omnia patent, & discernis omne malum, & bonum, penès me repertum; sed utinam, Domine, dignareris simplicitatem meam toti mundo propalare, vel uti legit Hebræus: *statera justitiæ*, hoc est, utinàm appenderes justitiam meam in bilance, id est, teste S. Ambrosio: *statera virtutum, & bonorum operum.* O si visum tibi esset, & sumeres bilancem, & appenderes in unâ parte omnia obsequia tibi præstita, omniaque opera mearum virtutum quæ ingenuè fateor, tuas esse misericordias; & in alterâ honorem, quò me indignum affecisti, & famam, quam mihi apud homines conciliâsti, imò & dæmoni terribilem effecisti. Et hæc omnia, in quem finem? *Quò sic omnes scire facias simplicitatem meam*, ne vel ullus homo, vel etiam dæmon audeat obgannire, aut reprobare electionem tuam, & notum sit omnibus, quòd si me beneficiis cohonestaveris, ego vicissim tibi obsequia rependerim, & quòd si me honores, id propter merita mea fiat.

Antem. Fernand. in vision. Balthas. Dan. 5. Sect. 2.

Lect. Hebraica.

D. Ambros.

7. Nequaquàm similis est huic petitioni Job, illa filiorum Zebedæi, quâ a Christo sedes in regno ejus ambitiosè postulârunt: *Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram, & alter ad sinistram in regno tuo.* Precatio eorum fuit honoris, & excellentiæ impetrandæ, sed consultiùs dixissent, ô Domine, honora nos coram condiscipulis nostris, quia, præ cæteris assumpsisti nos ad montem Thabor, ut essemus testes Transfigurationis tuæ, & innotescat omnibus, quòd non perperàm impenderis favores tuos: ast nullatenùs hanc rogandi normam observârunt, sed responsum Redemptoris nostri, quò eos insciitiæ, & stoliditatis arguebat, audacem eorum ambitionem repressit, & damnavit: *Nescitis quid petatis.* Quasi eis diceret, inquit S. Joannes Chrysostomus: Discipuli mei, toto cœlo aberratis in petitione vestrâ, quia digniora loca excellentioribus meritis conceduntur, & contingere potest, ut alii veniant post vos, qui majora habeant merita, & si loca fuerint promissa, & vobis concessa, illi præmio sibi debito defraudarentur. Ac si apertiùs loqueretur: Nulli confero beneficium cũ injuria tertii, ubi distribuero digniora loca, fas est, ut digniori, & meritis præstantiori conferam, ne aliquis aut obloqui, aut conqueri queat: *Nam etsi alii præstantiores videbuntur, si excellentiora, quàm vos, opera facturi sunt, quo modo illis expletis, locum eorum vos occupabitis? An, quia discipuli mei estis? Idcirco etiam, si non digni primatu eritis, præmia tamen quoque consecuturos vos arbitremini!*

Matth. 20. v. 21.

D. Chrysost. hom. 66. in Matth.

8. Discant hinc Reges, & Principes mundi, sumantque exemplum, & normam à Rege Regum, & Domino dominantium gubernandi Provincias sibi commissas, & distribuendi favores, & munera sua, simulque addiscant modum providendi officiis, & dignitatibus publicis, ut, scilicet, donent eos dignioribus titulis, quorum merita fuerint excellentiora, quique ab omnibus digni tali loco, & præfecturâ habeantur. Romani (ut jam alibi adnotavimus) duo ædificaverant Templa, Honoris putà, & Virtutis juxtà se invicem posita, volentes hâc vicinitate integritatem boni, & compositi regiminis suæ Reipublicæ insinuare, uti Politicus quidam rectè observavit. In Republicâ enim, in quâ virtus, & honor socias sibi præbent manus, & unà gradiuntur, & ubi certa præmia notis meritis decernuntur, venusta est, & composita Reipublicæ forma: *Olim Honori, & Virtuti locata ædes juncta, ut ostenderent Antiqui, ibi esse præmia bonorum, ubi apparent merita virtutum.* Enarrans Spiritus sanctus valorem, & excellentiam Danielis apud Reges Babyloniæ, & singulariter apud Darium, quòdque, inter tres selectos ex optimis pueris filiorum Israel, Daniel fuerit eminentior, non solâ virtute, sed etiam dexteritate in rebus, & negotiis politicis pertractandis, nedum viginti quatuor constituti, ad serviendum Regi, sed etiam alii selectissimi recèns assumpti Danieli palmam detulerunt, & se superiorem agnoscebant, eique cæteri Satrapæ rationem reddebant. Notate stylum mysterio plenũ, quò illud delineavit: *Igitur Daniel superabat omnes Principes & Satrapas, quia spiritus Domini amplior erat in illo.* Erat Daniel supremus non solùm in amicitiâ Regis, & administrando

Turtur. in Parallel. dissert. 26

Dan 6. v. 3.

strando regno, sed etiam in virtute, dotibus, & donis gratiarum. Hoc est, inquit Theodoretus: *Gratiam pietatis proportione respondentem acceperat.* Non absque causâ exprimit sacer Textus dotes, & merita Danielis, quando de ejus potentiâ, & æstimatione apud Regem disserit, ut toti mundo exploratum sit, omnia præmia, honores, & beneficia ipsi collata, esse debita ex justitiâ, esseque meritorum ejus condignam remunerationem. Expendit doctissimus Oleaster, sacram Paginam vocare Esau agrestem, rudem, & incompositum, venationi maximè deditum, Jacob verò hominem probum, justũ, & mansuetum, utì legit Pagninus: *Iacob verò vir perfectus.* Quam ob causam sacer Textus ita sigillatim de iis loquitur? Excipite curiosum Oleastri responsum: *Solet Dominus ostendere meritò se elegisse, quos elegit, aut potiùs facere tales.* Narraturus erat sacer Historicus propediem prærogativam, & excellentiam, quam Dominus Deus contulerat Jacob, efferēs eum super fratrem suum Esau, ideò virtutes ejus enumerat, ne quis existimet, eum immeritò prælatum fratri, sed ut sciant cuncti eum merito honore condecoratum. Non valent apud Deum, nisi obsequia, & approbata merita, & qui in ejus domo præ cæteris ad dignitates, & honores evehuntur, notissimum est, etiam illos dotibus, meritis, & virtutibus præeminere. Hoc sonat: *Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Gen. 25. v. 27.

Pagn. & Oleast. hic.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, &c.

CONSIDERATIO VI.

Alta, & sublimis fuit Philosophia hujus mulieris quæ prærogativam, & perfectionem Matris ex virtute, & sanctitate Filii collegit; non tamen minor fuit sapientia Patricii Romani, ejusq; conjugis, quia præterquam, quòd beatissimam Virginem sibi in advocatam assumpserint, eam quoque omnium bonorum suorum hæredem instituerunt.

1. Prima pars considerationis.

HÆc Consideratio, servato recto ordine, debuisset esse tertia hujus Tractatus, ad conformandum nos sacro Textui, cujus verba interpretamur, & ordinem sequimur; cæterùm ex industriâ visum nobis fuit æquum, eam ad postremum locum reservare, ut ageremus de institutione præsentis Solemnitatis. Prima pars ejus fundatur in verbis eminentissimi nostri Cardinalis Cajetani, dicentis: *Beatificat Matrem à fructu ventris.* Prudenter, simul & argutè Philosophata fuit hæc mulier, summis laudibus extollens sacratissimam Virginem à fructu uteri ejus, id est, quia Mater erat Christi Salvatoris nostri. Non minùs doctè ratiocinatur in hac materiâ Angelicus Doctor S. Thomas, dum enim vellet probare maximam perfectionem, & excellentiam gratiæ Deiparæ Virginis, hoc ipsum medium assumpsit: *Rationabiliter creditur, quòd illa, quæ genuit unigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis, majora privilegia gratiæ acceperit*, id est, cùm genuerit Christum, qui juxtà S. Evangelistam Joannem fuit plenus gratiâ, & veritate, decens fuit, ut etiam majora dona, excellentiora privilegia, & cumulatiorem gratiæ plenitudinem præ cæteris creaturis participaret. Eodem prorsùs argumentandi genere utitur S. Joannes Damascenus ad probandum maximam sanctitatem, & eminentiam virtutis sacratissimæ Virginis, & Matris Dei: *Hinc colligere licet, quòd, cùm Christus Maria Filius, sit Sanctus sanctorum, ex consequenti etiam Mater Dei amplissima sit insignita, & gratiis, & excellentiis.* Etenim si Mater Dei sit, & Domini, qui antonomasticè dicitur Sanctus sanctorum, rectè argumentari licet, eam fuisse maximis gratiarum excellentiis dotatam, quia Deus haud quaquàm electurus erat in Matrem suam, nisi mundissimam, & sanctitate præcellentem; hoc enim ipsius dignitati, & honori conveniens erat, & decens.

Cajetan. hic.

3 p. q. 27. art. 1.

D. Ioan. Damasc. lib. de fide Orthod.

2. Propheta Ezechiël describens primum Angelum, cui Deus in primâ suî creatione infudit omnes gratias, & perfectiones, ita loquitur de illo: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Notate, quæso, quod illum Cherubinum appellaverit, *Tu Cherub*, &c. de quibus Cherubim regius Vates affirmat, esse thronum, & solium Dei: *Qui sedes super Cherubim.* Ex quibus locis Ezechielis, & regii Psaltis deducitur, primum Angelum fuisse dumtaxàt adeo perfectũ, quia Deus in eo sedem, & thronum suum erat collocaturus. Appositè S. Ioannes Chrysostomus: *Verè dignum, & justum est, glorificare Dei-*

Ezech. 28 v. 13.

Psal. 79. v. 2.

Chrysost.

Digitized by Google

in Liturgiis. *Deiparam, & semper beatissimam, & penitus incontaminatam Matrem Domini nostri, honorabiliorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim.* Quasi diceret: Vana est comparatio inter Mariam, & Cherubinos & Seraphinos, nulla, inquam, convenientia inter illos, quippe si illi erant sancti seu beati, sacratissima Virgo est sancta in superlativo gradu, *beatissimam*, & majori digna honore, quam Cherubim, & incomparabiliter magis gloriosa, quam Seraphim, quia perfectiori modo Deus animam ejus omnibus gratiis, & donis

Ezech. 28. v. 13. doravit, & adornavit: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* In illam contulit aurum charitatis, argentum puritatis, carbunculum divini amoris, sapphirum desideriorum cœlestium, smaragdum spei æternæ gloriæ. &, ut verbo dicam, cæteros lapides pretiosos ommnum virtutum: illam enim adaptabat, & præparabat ad supremam dignitatem Matris Dei, in qua, veluti in throno suo, novem mensium spatio erat requieturus, & commoraturus:

Isai 2. v. 2. *Erit præparatus mons domûs Domini in vertice montium.*

3. Loquitur Evangelicus Propheta Isaias in secundo capite suæ Prophetiæ litteraliter de Virgine Matre, atque, Dominum sessurum in monte super verticem cæterorum montium. In hunc enim modum declarat S. Gregorius

D. Greg lib. 1. in cap. 1. Regum. Magnus præfata verba: *An non mons sublimis Maria quæ ut ad conceptionem Verbi æterni pertingeret, meritorum verticem, super omnes Angelorum choros, usque ad solium Deitatis erexit.* Quis negabit, montem esse altissimum Virginem Mariam, Reginam Angelorum, quæ, ut digna fieret Mater Dei, & conciperet in utero suo Verbum divinum, præcelluit meritis omnes choros sanctorum, & omnes Angelorum Hierarchias, & pertigit ad ipsam divinitatem? Carpite ultima verba sancti Pontificis: *Usque ad solium Deitatis erexit.* Ac si diceret: Ne quis existimet, quia Filius Dei incarnatus est in visceribus Virginis Mariæ; idcirco illam fuisse depressam, & humiliatam. Nam adeò exaltata fuit per gratiam, quam Deus ei communicavit, & ad tantum sanctitatis gradum sublimata, ut Filius Dei in ejus utero conceptus, non nisi è sinu Patris ad gremium Matris, de puritate ad puritatem, & de cœlo ad cœlum transierit.

4. Neque videatur alicui absque fundamento, me illam cœlum nuncupare, cùdem enim titulo illam Incognitus honoravit, exponens verba illa Psalmistæ: *Qui prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit.* Optimè novi, inquit hic Doctor, diversam esse explicationem aliorum Interpretum super hæc verba, ast, salvâ eorum venia, eadem de sacratissima Virgine, & matre Dei declarare, & interpretari contendo: *Ut per cœlum intelligamus gloriosam Virginem, de quâ carnem assumens, in terram, id est, in peccatores aspexit suâ misericordiâ.* Et propriissimè beatissima Virgo cœlo comparatur, quemadmodum enim hoc, sua pulchritudine, & suâ magnitudine, excellentiam sui creatoris proclamat, ad hunc siquidem sensum pluies explicant verba illa: *Cœli enarrant gloriam Dei*, id est, inquit Lyra, *patenter ostendunt magnitudinem suæ, potentiæ, & ordinem suæ sapientiæ*, ita sanctissima Virgo est cœlum multo illustrius, quod publico vocum præconio manifestat toti mundo, quod in eam omnipotens Deus supremum suæ sapientiæ, & potentiæ contulerit, *Quia fecit mihi magna, qui potens est*, &c. Et sicuti totum hoc materiale cœlum diversis pictum planeris, & variegatum stellis, ita etiam sanctissima Virgo erat omnibus virtutibus adornata & exculta. Imo, sicuti ubi Rex commoratur, ibi aula reputatur, non secùs, ubi Deus existit præsens, simul etiam cœlum reperitur. quinimo erat Virgo nobilius cœlum, quam empyreum, quia, teste S. Ioanne Damasceno, erat vivum, & animatum, maximè dignum, in quo Deus suam eligeret habitationem, Quocircà merito mulier Evangelica collaudans B. Virginem, non fecit mentionem aliorum privilegiorum, seu virtutum, sed solius purissimi ventris ejus, in quo novem mensibus Salvatorem mundi portavit. *Beatus venter, qui te portavit*, existimans quòd in eò totum contineretur, quod de sanctissima Deipara dici, aut excogitari poterat; ex hoc enim solo tota ei felicitas orebatur, & proveniebat.

Incognitus. hic.

Luc. 1. v. 49.

S. Ioan. Damasc. Ser. de Deip.

5. Psal. 109. v. 4. *In splendoribus sanctorum, ex utero antè luciferum genui.* Sunt hæc verba difficillima intellectu, estque hic Psalmus, inter omnes Davidicos, maximè obscurus: in hoc tiquidem passim conveniunt omnes Interpretes sicuti etiam in eò, quòd verba illa (vel de generatione æterna Verbi per intellectum Patris, vel de generatione temporali ejus, ex utero Matris suæ, uti observavit Lorinus: *In splendoribus sanctorum, ex utero antè luciferum genui-*

Lorinus hic.

te, vel, ut Lorinus cum aliis transfert: *In pulchritudinibus sanctorum*, seu, ut legunt Euthymius & Hesychius: *In splendoribus sanctorum tuorum*) exponi queant. Quasi diceret Pater æternus: quando, Fili mi fuisti temporaliter conceptus in utero purissimo benedictæ tuæ Matris, fuisti genitus in pulchritudinibus sanctitatis, & in splendoribus sanctorum tuorum, quia omnes gratias, cunctaque virtutum dona, quæ illos illustriores reddunt, & formosos, habuit tua sanctissima Mater per excellentiam, id est, pulchritudines sanctitatis, & splendores sanctorum, hoc est, omnes virtutes & perfectiones eorum contuli, in eam ut te conciperet, pareret, & nutriret. Communicavi namque ei fidem Patriarcharum, puritatem Angelorum, gratiam Apostolorum, humilitatem Pœnitentium, orationes Anachoretarum, charitatem Martyrum, sobrietatem Confessorum, castitatem Virginum, & cæteras omnes dotes, prærogativas, & excellentias, quæ sanctos illustrant, formosos, & glorioſos efficiunt, in ipsam solam cumulatim coacervavi, & congregavi, quia Mater tua fieri debebat. Hoc sonat: *in pulchritudinibus sanctorum, in splendoribus sanctorum tuorum.* Potestque hæc interpretatio confirmari ex aliâ S. Bernardi super illud Ecclesiastici: *In plenitudine sanctorum detentio mea. Verè in plenitudine sanctorum detentio Virginis Mariæ, cui non defuit fides Patriarcharum, spes Prophetarum, zelus Apostolorum, constantia Martyrũ, sobrietas Confessorum, castitas Virginum, sed nec ipsa puritas Angelorum.* Illam adeò abundè accumulavit honoribus, & gratiis, ut compendiò in eam contulerit, quidquid boni, seu donorum in alios sanctos sparsim effudit, quia illam in Matrem unigeniti Filii sui elegit. Dum itaque Marcella ait de Christo Domino: *Beatus venter, qui te portavit*, &c. paucis verbis expressit quidquid sublime, & excellens, humanus intellectus in gloriam sacratissimæ Virginis eloqui, aut cogitatione suâ assequi potest, ut præclarè differt S. Ambrosius: *Quid nobilius Dei Matre? quid splendidius eâ, quem splendor elegit?* Vocans eam Matrem Dei, in compendium redegit omnia ejus encomia, & prædicans beatum ejus uterum, qui eum portaverat, & beata ubera, quæ lactaverant illum, extulit ad summum usque eius magnitudinem, & dignitatem. Vel enim consideramus beatam Virginem antè actualem Maternitatem Dei, jam tamen electam ad tam nobile ministerium; vel post dignitatem illam jam adeptam, quando in sacra officinâ uteri ejus mysterium peractum est.

Euthymius. Hesychius hic.

Ecclesi 24. v. 17 D. Bern. citat à Mesa. V. Maria.

D. Ambr. de virgin. lib. 2.

6. Egregiè dixit olim Socrates, naturam in illorum generatione, quos ad regnum produxit, immiscuisse aurum, id est, eximias dotes generosam indolem, & excellentes animorum propensiones, iis tamen, quos ad servitutem reservabat, miscuisse ferrũ miseriarum, tribuens eis abjectum animum, & inclinationes viles, quæ ad nihil honesti, aut boni conducerent: *Hu quos natura genuit ad regnum, miscuit aurum; hu, quos genuit ad servitutem, misſuit ferrum.* Videte ergò, quas dotes, quas virtutes, quas perfectiones, & gratiarum dona non communicaret Author naturæ, & gratiæ, illi Dominæ, quam creaverat, ut esset Filia Regis, Sponsa Regis, & Mater Regis? Tamquàm supremæ felicitatis exemplum adducit Plinius quamdam Matronam, cujus filia fuit Regis filia, Regis sponsa, & Regis mater: *Una fœminarum in omni ævo Lacedemonia reperitur, quæ Regu filia, Regu uxor, Regu mater fuit.* Inter cætera summæ felicitatis exempla hoc singularissimum fuit, cui in toto mundo nullum aliud simile reperietur, adeò fortunata fuit, ut simul filia, uxor, & mater Regis foret. Quantò potiori jure possumus dicere, hoc Euangelium nostrum esse compendium supremæ felicitatis, qui est titulus, quò Plinius Matronam illam indigitavit: *Una fœminarum in omni ævo Maria reperitur.* Quia hæc inter omnes mulleres, & in omni sæculo sæculorum reperitur concepta esse tantâ felicitate, ut fuerit Filia Regis: *Regu filia*, id est, Filia Patris: *Regu uxor*, hoc est, Sponsa Spiritûs sancti: *Regu Mater fuit*, id est, filium habuit Regem, quia fuit Mater Filii Dei. Ecce felicitatem, à Plinio enarratam, & à S. Bernardo acutè eisdem fermè vocabulis observatam: *Tecum Spiritus sanctus, de quô concipis, Tecum Pater, qui genuit, quem concipis: Tecum Filius, qui miro modo vester est generale secretum*, eademque felicitas in hisce paucis Marcellæ verbis exprimitur & designatur: *Beatus venter, qui te portavit*, &c.

Socrates in lib. 4. de repub. platonica.

Plin. lib. 7. c. 14. de summâ felicitate.

D. Bern. hom. 3. super Missus est.

7. Fortunatus venter ille, qui te novem mensibus gestavit, quia si anteà sanctus, postmodùm fuit maximè sanctificatus. In hoc sensu exponi possunt verba illa regii Vatis: *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre*, &c. Legit Tertullianus: *Avulsisti me.* Tu, Pater æterne, avulsisti,

Psal. 21. v. 9.

sisti me de visceribus Matris meæ, in quibus ego lætus deliciabar. Premit ingenio suo doctissimus Tertullianus verbum illud, *Avulsisti*, additque sequentia: *Quid avellitur, nisi, quod inhærat? Quod infixum, innexumque est ei, à quo, ut auferatur, avellitur.* Infigitur palus terræ. & quia non misit radices, facilè absque terrâ extrahitur, at verò si jam radicata arbor evellitur, semper aliquid terræ adhæret. Ita sanè Filius Dei, inquit Tertullianus, fuit arbor mystica plantata in utero sacratissimæ suæ Matris, in quam spatio novem mensium misit radices, ideoque in ipsa avulsione ex utero, tulit secum partem virginalium viscerum, putà, carnem, quâ prodiit amictus: &, meâ quidem sententiâ, alludunt verba hæc ad illud, quod Naturales referunt de quibusdam plantis, & herbis odoriferis, quæ tantâ gaudent virtute, ut etiam solum, in quo fuerunt plantatæ, post evulsionem earumdem, remaneat redolens, & medicamentosum: *Sunt nonnulla plantæ, quæ licèt è naturali sede sint avulsæ, tamen earum cespites, & odorem adhuc emittunt, & virtus de illis exit ad sanandas infirmitates.* Si igitur natura talem indiderit vim, & proprietatem arboribus, & herbis, ut eam possint communicare solo, cui inhæserunt, quid non concesserit gratia Deiparæ Virgini, in quâ plantata fuit spatio novem mensium arbor vitæ, quæ cæterarum omnium eminenter continet virtutes? Prudentissimè ergò dixit hæc sancta mulier:

In lib. qui dicitur de arboribus & plant.

8. *Beatus venter, &c.*

Et si altiùs hanc beatitudinem ventris investigare volueritis, attendite ad id, quod S. Evangelista Marcus commemorat de petulantissimâ illa saltatrice filia Herodiadis, quæ postquàm impudentissimo tripudio placuisset Herodi, sibique facultas petendi, quidquid vellet, facta esset, postulavit sceleste caput divini Præcursoris, adnotante S. Ioanne Chrysostomo, ac si ferculum aliquod mensæ apponendum peteret: *Quasi de dapibus loqueretur, sic sacrum illud, atque beatum caput in disco offerri postulat.* Verba autem, quibus id efflagitavit, hæc fuerunt: *Volo, ut protinùs des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Vbi autè vulgata nostra habet, *in disco*, legit Glossa Interlinealis, *in altari*, quæ verba nobis insignissimum suggerunt conceptum. Nonne convivium, & omnes disci mensæ Herodis erant immundi, & prophani? Qui igitur affirmat Interlinealis, quòd filia Herodiadis popposcerit sibi dari caput maximi præcursoris in altari? Ratio ob quam, hæc fuit, quia hoc caput erat adeò sanctum, & purum, ut contingens vas illud, seu discum immundum, & pollutum, eumdem tam sanctum, & immaculatum reddiderit, ut jam non discus, sed altare, non prophanus, sed sacratus remanserit. *Da mihi in altari caput Ioannis Baptistæ.* Si igitur caput maximi inter omnes Sanctos Ecclesiæ Catholicæ ita purificat, & sanctificat locum, in quo reponitur Christus Redemptor noster, quem S. Apostolus Paulus caput omnium Sanctorum, id est, hominum, & Angelorum indigitat: *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ*, qualem sanctitatem, virtutem, & gratiam communicavit sanctissimæ Virgini Matri suæ quam jam antea immaculatam, sanctam, & omni virtutum genere exornatam, omnique gratiâ plenam invênit? Ad hunc modum differit aureo sermone magnus Chrysologus: *Sed Deus, qui, quod humanum est, cùm vult, facit esse divinum, & quod nostræ carnis est, cùm dignatur, suum communicat in spiritum.* Et si in manu & potestate Dei situm est, divinum facere, manifestum est, quòd in nullâ aliâ re, aut subjecto, majorem erat ostensurus vim potentiæ suæ, quàm in suâ Matre, Deificando illam in hâc vitâ, & quodammodò beatificando. Quamobrèm prudentissimè collegit hæc mulier beatitudinem ventris Deiparæ Virginis, ex fructu, quem edidit, & peperit.

Coloss. 1. v. 18.

D. Chrysost. serm. 102.

D. Chrysost. Hom. 49. in Matth. c. 14. Marci 62. v. 24. Glossa Interl.

Indagat sanctus Ambrosius, quale judicium formaverit Noë, quando vidit columbam, quam ex Arcâ emiserat, ad se redeuntem, & ramum olivæ virentis ore adportantem: *Ad illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo.* An fortasse persuasit sibi servus Dei plantam illam peracto diluvio, recens creatam? Minimè gentium. Quid igitur cogitavit? *Vir justus gavisus est fructum de veteri semine aliquem reservatum, & indè collegit misericordia divina insigne, quòd jam diluvium removisset, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluvia*, id est, lætatus fuit vir sanctus, & certò certius credidit, ramum illum fuisse alicujus olivæ, quæ, divinâ providentia, universale illud diluvium immunis evaserat, quia fructus adeò mundus, uti erat ramus ille virens, non poterat esse alicujus arboris, cœno oblitæ, & sordidæ, sed alicujus singulariter à Deo ab inundatione aquarum præservatæ. Quapropter tamquam certum persuasum sibi habebat, diluvium omninò jam pertransisse, & finitum esse, ex virore, & munditiâ

9.

Gen. 8. v. 11.

D. Ambr. lib. de Noë cap. 19.

rami olivæ, qui nonnisi ex arbore fordium experte poterat esse decerptus Prudenter argumentatus est Patriarcha Noe, sed non minùs argutè ratiocinata est hæc mulier, colligens ex sanctitate fructus, eam, quam arbor illi tribuit, & ex multiplici virtute, & perfectione filii gratiam, & prærogativam Matris, quæ eum concepit, & lactavit: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.* Debacchentur igitur, & dicant Pharisæi quidquid voluerint, certissimum namque est, illum, qui opera tam sancta, tamque miraculosa facit, nequaquam posse esse peccatorem, sed sanctum, imò adeò sanctum, ut beatus fuerit uterus, qui ipsum portavit, & felicissima ubera, quæ eumdem lactaverunt; neque inundatio generalis peccatorum eum apprehendit; quinimò sordes omnes, & aquas turbidas, non solũ arbor, sed etiã ramus immunes evaserunt: *Beatus venter, &c.*

10. Secunda pars Cõsiderationis.

Pari modo altissima fuit Philosophia, & laudabilissimum mentis decretum horum cõjugum, in quibus in tantùm excrevit devotio & pietas ergà sanctissimam Dei Matrem, ut non cõtenti solùm ei servire devotione spirituali animarum suarum, etiam bonis, & opibus suis temporalibus eam adoptare contenderint, quam omnes Christiani (quemadmodùm alibi diximus) ceu Matrem adoptivam colunt, & venerantur. Applicuerunt manum operi, quod summâ animi devotione, & spirituali gaudio perfecerunt, redeuntibus denuò fluviis ad mare, undè exierunt: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, undè exeunt flumina, revertuntur*, inquit Ecclesiasticus. Quæ verba, juxtà sanctum Bonaventurã sacri Interpretes passim de Deiparà Virgine exponunt, hoc est, flumina gratiæ dispersa in singulis, & omnibus sanctis in Virginem sanctissimam confluunt: *Omnia ergo flumina intrant in mare, id est, omnes gratiæ intrant in Mariam.* Quibus addidit mellifluus Doctor S. Bernardus, quòd omnia bona, tam spiritualia, quàm temporalia, à profusâ liberalitate B Mariæ nobis obveniant: *Totius boni plenitudinem posuit Deus in Maria, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Æquum ergò est, & rationi consentaneum, ut id, quod per Mariam ad nos descendit, ad illam redeat; & quod hi pissimi conjuges per Mariam obtinuerunt, ejus obsequio, & cultui dedicatum rependant Certissimum nãque est, quod divitiæ, & opes, argentum, & aurum, cæteraque pretiosa, quæ extrà obsequium Dei, & sanctorum, seu extrà templa, cultui, & honori divino consecrata, etiam munificentissimè expenduntur, inutiliter dilapidentur.

Eccles. 1. v. 7.

D. Bonavent. in speculo B. M. V. Lect. 4.

D. Bern. serm. de Nativit. Virg.

11.

Variæ sunt rationes, quas Interpretes assignant super illò facto, quò perfidus discipulus, traditor ille Judas desperabundam confessionem suam expressit, & publicavit: *Peccavi, tradens sanguinem justum. Et, projectis argenteis in templo, recessit.* Palàm agnovit culpam, & retulit in templum triginta argenteos quia Magistrum suum vendiderat. Existimo ego, quod hic perversus nequam, sive voluntate propriâ, sive dispositione divinâ duplicem hôc actu fecerit restitutionem, quarum prima fuit, restauratio honoris Christi, quem proditoriè vendiderat, secunda autem, redditio pecuniæ, quam, condemnans unctionem Magdalenæ, effundentis unguentum pretiosum super caput Salvatoris nostri recumbentis, sibi appropriaverat: *Quarè hoc unguentum non venit trecentis denariis, &c.* Melius fuisset hoc unguentum venumdatum, & pretium illius datum pauperibus, & egenis. Quod dixit, non quia illi cura erat de egenis, sed quia, teste S. Evangelistâ *fur erat, & loculos habebat*, non zelo charitatis ergà pauperes, sed proprio inhians lucro. Hoc sonat: *Projectis argenteis in templo, recessit*, quasi retractans anteà factum, & confitens (ut jam dixi) quòd pecuniæ, & divitiæ mundi, solùm in Dei obsequium rectè impendantur, quodque bona temporalia fructuosè templis cultui divino consecratis applicentur. Favent huic meditationi nostræ verba sancti Joannis Chrysostomi, hunc locum explanantis: *Quoniàm condemnavit seipsum, & argenteos projecit, omnia hæc laudabilia sunt.* O quàm probè noverant hanc veritatem devotissimi nostri conjuges, & quàm sanctè ambo unanimi devotione in hôc pietatis opus conspirârant, tali siquidem industriâ usi sunt in lucrum bonorum suorum temporalium, ut, fruentes ils in hâc mortali, per manus sanctissimæ Virginis potuerint ea ad aliam vitam transferre; ædificantes enim illi in terris templum, in quô à fidelibus piè coleretur, sibi ipsis domum in cœlis æternùm permansuram præparârunt. Et facile credidero, quòd illa ipsorum mansio in cœlis sit una ex præcipuis cœlestis Jerusalem, ut potè singulari zelo, excellenti pietati, & summis earum devotioni, jure, tamquam condignum præmium, debita, & competens.

Matth. 27. v. 4.

Joan. 12. v. 5.

D. Chrysost. hom. 86. in Matth.

In

12. In ſecundo Numerorum capite refert ſacer Textus, Tribum Juda fixiſſe tentoria ſua juxtà Tabernaculum Domini: *Ad Orientem Iudas figet tabernaculum.* Hoc ponderans ſanctus Cyrillus, aſſerit hanc Tribum occupâſſe locum illum, non quia cæteris nobilior, ſed quia devotione ferventior erat. Aſt in quò ſuæ excellentioris devotionis præbuit argumentum? Dicam, quod ſentio, inquit ſanctus Doctor. Quãdo Moyſes à principibus munera ad fabricandum templum Domino, exegit, primus, qui profuſiori liberalitate contribuit, fuit tribus Juda, vel Naaſon, qui erat primas illius Tribus, ideoque illi inter cæteras principem dederunt locum, Deo ſic diſponente, ut primas haberet in dignitate, quæ ſupremas habuerat in pietate partes. Verba Cyrilli hæc ſunt: *Quia cùm Moyſes ad extruendum, & ornandum tabernaculum munera à Principibus erogaret, primus Naaſon ex eãdem Tribu voluntariùs acceſſit, & munifica manu dona ingentia erogavit. Vnde factum eſt, ut caſtra ad orientem Tribus Iuda metaretur, & prior eſſet dignitate, qui prior eſſet pietate.* Quis igitur digniorem occupabit locum in cœlis, quàm Patricius noſter, ejuſque conjux, quia adeò devotos ſe exhibuerunt, ergà Matrem Dei, ut non ſolùm elecmoſynam contribuerint tabernaculo ejus extruendo, ſed illud à fundamentis totum propriis impendiis erexerint: verùm copioſè fuit illis hoc obſequium, etiam in hâc tranſitoriâ vitâ, remuneratum; titulum enim parentum adoptivorum Deiparæ Virginis promeruerunt, illisque adaptari poteſt, quod S. Bernardus de beatâ Virgine, & Matre Dei deprædicat: *Ipſa eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis, quod filium unum, eumdemq; cum Deo Patre meruit habere communem.* Maximus honos, quò Deus hos ſanctos conjuges condecorare potuit, fuit, quòd illis dilectiſſimã ſuam Matrem dederit in filiam adoptivam, quàm Pater æternus habet, uti filiam ſuam: *Ave filia Dei Patris*, conſenſerintque, ut quæ ſua erat filia, etiam illorum conjugum filia adoptione fieret.

Num. 2. v. 3.

D. Cyrill.

D. Bern. in Annunt. Domin. Ser. 2.

13. Neque unam tantummodò Eccleſiam, ſed duas ædificarunt, unam in colle Etquilino, cujus magnam partem, nonis Auguſti, quo tempore maximi calores eſſe ſolent in urbe, de nocte nix miraculosè contexit; alteram autem in animabus ſuis in quibus ei devotè ſerviebant, & ſtudioſè colebant, & venerabantur. Et minimum foret, nihilque eis prodeſſet, fabricare templum materiale Virgini, in quô eã exteriori cultu venerarentur, niſi eam interiori cordis affectu ſpiritualiter colerent, & collaudarent. Obſequia enim exteriora tam Deo, quam Matri ejus præſtita, neceſsè eſt, ut in interna eo dis, & ſpiritûs devotione fundentur, quatenùs Deo grata, & accepta reddantur, ſi enim ſecùs fieret, oleum, & opera perderetur. Dum Philiſtæi Arcam teſtamenti captivam abduxerunt, ſacrâ atteſtante Paginâ, poſuerunt eam ſuper Altare, in quô Deus eorum, ſeu idolum Dagon adorabatur: *Tulerunt ergò Philiſtiim Arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam juxtà Dagon.* Enucleans hunc Textum S. Joannes Chryſoſtomus, indagat, an fortaſsè præſentia Arcæ Domini ſanctificaverit locum, & altare, ubi eam collocâ runt? An ideò ſanctum erat templum eorum, quia habebat Arcam? Et reſpondet negativè, ſed, quod ſi fuerit anteà impurum, modò etiam, ſi antea prophanum, nunc quoque eſt: *Nequà quam, ſed prophanum, ſed impurum.* Quod manifeſtè convincitur ex eò, quod ſacra Hiſtoria enarrat accidiſſe, ſcilicet, Arcam Domini binâ vice dejeciſſe in terram Idolum Dagon. Tantùm aberat, ut Arca Domini ſanctificaret locũ illum, quòd etiam eum deſtruxerit, & deſolaverit; quia parum prodeſt, quòd vos Arcam Domini collocetis in templo, ſi unà cum eâ dæmonio ſedem præbueritis. Et profectò parum profuiſſet hiſce Romanis civibus Deiparæ devotis, ei magnificum, & ſumptuoſum exterius templum extruere, niſi interiora cordis eorum fuiſſent ornata virtutibus, & à peccatis libera, & immunia.

1 Reg. 5. v. 2.

D Chryſoſt. orat. 3. contra Iudæos.

14. Et ſi mihi objeceritis, non omnibus datum eſſe, extruere Eccleſias beatæ Virgini, quia non cuivis ſuppetunt facultates, ſeu media iſtorum conjugum, reſpondeo vobis, quod quilibet veſtrùm ex ſuâ domo particulari poſſit fabricare templum Deiparæ Virgini; concordes namque conjuges Doctor gentium Paulus in Epiſtolis ſuis Eccleſiam appellat, Romanis enim ſcribens, ait: *Salutate Priſcam & Aquilam, & domeſticam Eccleſiam ejus.* Corinthiis porrò ita ſcribit: *Salutant vos in Domino multùm Aquila, & Priſcilla cum domeſtica ſua Eccleſia.* Quarè Doctor gentium imponit nomen Eccleſiæ & templi, domui prophanæ, & non conſecratæ? Audite reſponſum Theophylacti Authore ſuo dignum: *Vbi multa peccata, & virtus, domus illa, Eccleſia dicitur* Domus proborum

Rom. 16. v. 5.

1. Cor. 19. v. 19.

Theophyl. loc.

rum,& ſanctorum conjugum eſt templum orationis,eſt Eccleſia,cui aſſiſtunt Angeli, eſt habitaculum, in quò Deus moratur, & idcircò mellenos ab illo favores recipiunt. Ne ſuperbiant Virgines donorum cœleſtium abundantia,quia etiam probis, & ſanctis conjugibus in ſtatu matrimonii,juxtà normam legis viventibus,eadem communicantur, quemadmodùm his devotiſſimis beatæ Virgini,quorum domus ſimul erat Eccleſia, in quâ perpetuum Deipara Virgo colebatur,& magnificabatur

15. Neſcio an non habeamus aliquas figuras hujus propoſitionis in ſacris Litteris. Præcepit Deus Moyſi, ut faceret duos Cherubinos ex auro puriſſimo,& ductili,eoſque collocaret ad duo latera Arcæ,hoc ſitu,& formâ, ut unus extendens alas versùs alterum, ambo Arcam tegerent: *Duos quoque Cherubim aureos, utrumque latus Propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, reſpicientesque ſe mutuò.* Exod. 25. v 18. & 20. Arca illa myſtica, ſecundum unanimem ſanctorum Patrum interpretationem, erat Virgo ſacroſancta,vel ſaltem ſymbolum illius,uti alibi diximus,in illâ continebantur manna Angelorum nec non duæ tabulæ legis,id eſt,natura humana,& divina,homo, & Verbum incarnatum. Quod autem ego ſingulariter premo,eſt obſervatio Ariæ Montani, quòd nempè duo illi Cherubini, *alter habebat vultum maru, & alter fœminæ.* Arias Mont in apparat. Sacro. Scio quidem S. Paulum Corinthios ſcribere: *Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis* Omnia,quæ fiebant in veteri Teſtamento,erant figuræ,& umbræ legis gratiæ. 1. Cor. 10. v. 11. His poſitis,licitum mihi erit applicare hanc figuram intento noſtro (maximè, cùm omnes ſancti Patres unanimi conſenſu dicant, Arcam fuiſſe figuram Deiparæ Virginis, & Andreas appellet eam: *Commune mundi propitiatorium*) & dicere quòd hi duo Cherubini præfiguraverint duos illos devotos clientes Deiparæ Virginis,putà,maritum,& uxorem,qui ſuis alis,id eſt ſuis opibus,& divitiis (quæ ſunt alæ, quibus mundus volat) ſuſtentant ſacratiſſimam Arcam, & maximâ reverentiâ eam tegunt,ut majori à nobis veneratione colatur, ideoque ipſi Eccleſiam,& templum extruunt,in quo,& ſingulari cultu ei ſerviatur, & ſpecialibus precibus,& ſacrificiis honoretur,& collaudetur. Et teſtata eſt Mater Dei,quàm gratum, & acceptum ſibi eſſet obſequium ſuorum clientum, ſeu conjugum in nive, quæ noctu tempore æſtivo miraculosè decidit. Andreas Cretenſ. de B. Virg.

Nix ſemper fuit ſymbolum allegoricum munditiæ,& puritatis, uti tam ex divinis,quam humanis Litteris manifeſtum eſt. Hoc ſtatuto, conſiderans hoc extraordinarium miraculum, quò ſanctiſſima Virgo devotis ſuis voluntatem ſuam notam fecit dico, quod hoc miraculoſo eventu indicaverit, ſe libenter commoraturam in animâ,quæ candorem, & puritatem nivis habuerit: *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* Pſal. 50. v 9. Quibus vocibus regius Pſaltes Deum rogabat,ut animam ſuam lavaret, & ità à peccatis mundaret, ut albedine ſuâ nivem coæquaret,imò,& ſuperaret. Hoc ſonat: *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor*, uſusque eſt hâc metaphorâ ad declarandum,quod candor ſpiritualis gratiæ,& virtutis longè ſuperet, & excedat omnem candorem corporis, quemadmodùm teſtantur Rufinus, S. Gregorius,Caſſiodorus, Beda, Innocentius, Vrbanus, S. Bruno,& Incognitus,quia inter omnem albedinẽ corporalem,nulla eſt candori nivis æquiparabilis: *Anima pulchritudinem ſignificari omni corporeâ majorem, quia nihil ſit in corporibus nive candidius.* Rufin. S. Greg. Caſſiod. Beda. Innocent. Bruno, &c. Porro S Ambroſius aliam aſſignat rationem, cur David noluerit eſſe contentus candore nivis,atque,hanc fuiſſe: *Quia nix,quamvis ſit candida,cito aliqua ſorde nigreſcit,atque corrumpitur: gratia, ſi teneas eam, erit diuturna, atque perpetua.* D. Ambr apud Lorinum hic. Verumtamen ſciendum eſt,ad quid regius Propheta candorem nivis tantis votis a Deo poſtulaverit? Audite,quid paullò inferiùs dicat: *Ut ædificentur muri Jeruſalem*,hoc eſt,juxta interpretationem SS. Bernardi,& Brunonis ut reſtaurentur ruinæ cœleſtis Jeruſalem, & ut ſedilia gloriæ, quæ per lapſum Angelorum fuerunt evacuata,ab hominibus terrenis occupentur; dicit itaque,quòd ſoli illi lapides, id eſt,ſolæ illæ animæ collocabuntur in muris ſpiritualis Jeruſalem, quæ ſuper nivem fuerint dealbatæ. Et quando,tu,ô Domine, mihi poſtulata conceſſeris,& purificaveris animam meam, eamque aquis gratiæ tuæ ablueris, tunc accepta tibi erunt ſacrificia, quæ in templo tuo gratus obtulero: novi enim indolem tuam & ſcio,quod non acceptes oblationes, neque admittas obſequia,niſi puro corde, & animâ munda tibi immolentur, & exhibeantur. Et ejuſdem indolis eſt Regina Angelorum ideoque hac miraculosâ nive locum deſignavit, in quô ſibi templum extrui cupiebat.

16.

Aſſumpſit ſanctiſſima Virgo hos parentes ſuos

ſuos adoptivos ſub clientelâ,&patrocinio ſuo, ad continuò intercedendum pro illis, quapropter etiam per ipſius potentiſſimam interceſſionem maxima virtutum incrementa in hôc ſæculo impetrârunt, idemque eveniet omnibus, qui ſtudiosè ipſius patrocinio,& favori ſeſe commiſerint. Ad hunc ſenſum declarat eminentiſſimus Cardinalis noſter Hugo verba illa Eccleſiaſtici: *Et, qui operantur in me, non peccabunt*, id eſt, *qui me colunt*, qui mihi ſerviverint, qui me imitati fuerint, in libertatem à peccatis aſſerentur,& in viros ſanctos evadent. Interpretatur hic Doctor, hoc verbum, *operantur*, ad modum, quò ſacra Scriptura dicit, Deum commiſiſſe primo homini Paradiſum terreſtrem: *Vt operaretur, ideſt, ut coleret,& cuſtodiret illum. Beata Virgo*, inquit Hugo, *quaſi vinea eſt, in qua tot vites ſunt, quot virtutes; & quidam colunt, ſivè operantur in ea humilitatem alii virginitatem, alii pietatem.* Ac ſi diceret: Cultura hujus virginalis agri, hujuſque cœleſtis paradiſi conſiſtit in imitatione virtutum, quæ in illô reperiuntur, hoc eſt, in collectione fructuum in eo plantatorum. Vel etiam poſſumus dicere, quod illud: *Qui operabuntur in me, non peccabunt*, idem ſit, tamquam diceret beata Virgo, qui me continuo labore occupaverint, neque ullas mihi indulſerint feriias, aut otia, ſeu, qui irrequietis me ſollicitaverint precibus, jugiterque meum imploraverint auxilium, tales, *non peccabunt*, ſed ibunt de virtute in virtutem, & novis quotidiè meritis, & gratiarum incrementis cumulatius augebuntur,& ditelcent. Dixit quondam S. Auguſtinus, quòd, qui fungitur officio mediatoris, debeat de utroque participare extremo,& apud ambos fide,& æſtimatione pollere, ut condoleat damno unius, nec tamen deſit acceſſus ad alterum. Non ſecus ſacratiſſima Virgo, quatenùs Mater, ſecurum habet acceſſum ad Deum, &, quatenus filia adoptiva horum devotiſſimorum conjugum, magni eos æſtimat, & inceſſanter rebus eorum proſpicit. Et quia præcipuum eorum negotium erat ſalus animæ, idcircò tantoperè eorum ſaluti invigilavit idemque, uti diximus, præſtabit nobis omnibus, & ſingulis, ſi ſincero corde, & perfectâ devotione, ad eam recurrerimus; & quia tota ſpes, & pignus noſtrum eſt, compatietur malis, & afflictionibus noſtris, & ſuo præſidio, precibus, & interceſſione impetrabit nobis in hôc mortali ſæculo augmenta gratiarum, ut in futuro ſimiles appareamus his devotis conjugibus, clientibus ſuis, in glorià. *Ad quam nos perducat Dominus Jeſus, qui cum Patre*, &c.

Eccleſ. 24 *v.* 30.

D. Aug. lib 9. *de Civit. Dei c.* 9.

Tractatus ſequentes ſunt deſumpti ex tomo de Sanctis, & his adjuncti, quia laudes, & gloriam Deiparæ Virginis concernunt.

TRA-

TRACTATVS XV.

IN FESTO SANCTISSIMI NOMINIS MARIÆ.

Et Nomen Virginis MARIA.

Lucæ cap. 1.

AUgustissimo nomini MARIÆ Matris Dei consecrat hodiernâ die devotio Fidelium hos celebres triumphos, dedicatque magnas lætitiæ demonstrationes & offert hos festivos applausus. Et considerans excellentiam hujus sancti, & magnanimi voti, inter humanas curas, & sollicitudines, solertem deprehendo, & detego divinæ providentiæ industriam, quæ percupit, ut terra hæc inferior congrediatur cum Angelis gloriæ, dum homines terreni cum cœlicolis sanctâ quâdam æmulatione majori gaudio, & ardentiori zelo gestiunt, contenduntque celebrare illustrissimum Nomen Reginæ suæ. Non mea hæc est meditatio, sed consideratio devota in doctrina cujusdam amantissimi Deiparæ Virginis fundata: *Tanta virtutis est & excellentia*, inquit ille, reverà sapiens, quamvis Idiota nomine, *tuum sanctissimum Nomen, beatissima Virgo, quòd ad invocationem ipsius cœlum videt, terra lætatur, Angeli congaudent, dæmones contremiscunt, & infernus conturbatur*, id est, personante nomine MARIÆ, solvitur cœlum in risum, Angeli novis exultant jubilis, novosque terra induit colores, dispellitque omnem mœrorem, & tristitiam. Nonnè videtis, qualiter Sanctus combinat cœlum, & terram, Angelos, & homines, & componit quoddam æmulationis genus inter illos in celebrando festivissimo Nomine MARIÆ? ergo nequaquàm exotica fuit mea propositio. His adjungo, quod non solùm infernus conturbetur, & dæmones contremiscant, sed etiam hæresis confundatur, & infideles prosternantur statim ac cernunt, cultum sacratissimi Nominis MARIÆ ardentiori devotione à fidelibus celebrari. De his admirandis effectibus, quos causat, acturus sum in præsenti concione. Non inficior indignitatem meam, sed probè novi ejus potentissimam invocationem, ad solvendum labia mea, & eloquendum saltem aliquid ex multis, quæ sancti Patres in laudem hujus Nominis deprompserunt. Singulariter adnotavi illud, quod S. Paulus Romanis scribit: *Salutate* MARIAM. Et quamquàm plures Sancti hoc de quâdam nobili matronâ interpretêtur quæ, renuntiatis omnibus mundi opibus, in maximâ vivebat austeritate quam primitiva Ecclesia observabat, nihilominùs reperi quemdam Authorem gravè, qui, fundans meam opinionem, affirmat S. Paulum ibidem consulere, & persuadere Romanis devotionem Nominis MARIÆ: *Disce ab Angelo*, inquit gloriosus S. Bernardinus Senensis, *salutare* MARIAM, *in Serm. & con-*

Edicta de contemplatione MARIÆ.

Rom. 16. v. 6.

D. Bern.

62. de salut. Angelica.

& considera mirificum lucrum, quia, cùm homo devotè salutat Virginem, salutatur ab illa. Est enim curialissima Regina, gloriosa Virgo Maria, *nec potest salutari sinè resalutatione morandâ. Si mille Ave* Maria *dixeris in die devotè, millies à Virgine resalutaris. Propterea in mysterium hujus hortatur Apostolus ad Romanos ultimo, Salutate* Mariam, hoc est, tam benigna est, ut à nobis salutata, mox nos resaluter, offerens misericordiam suam, per quam salutem æternam consequamur. Prosit nobis hoc ipsum consilium Doctoris gentium, & ad obtinendam gratiam, præmittamus Nomen Mariæ, *Ave gratia plena, &c.*

Et Nomen Virginis Maria.

Consideratio I.

Ex mysterio Nominis Mariæ *rectè colligimus, Sanctissimam Virginem potiùs fuisse Filiam gratiæ, quam naturæ.*

1. Refert sacer Chronicus Lucas in primordiis Historiæ suæ Evangelicæ legationem nobilissimam, & maximam, quam mundus hactenùs non vidit, aut unquam videbit, tam ex parte mittentis, missi, & ejus, ad quam destinata est, quàm etiam ex parte facti, cujus numquàm simile peractum est in mundo, aut fiet. Introducit itaque S. Evangelista quatuor personas optimas totius cœli, & terræ. E cœlis Deum, & Angelum supremæ hierarchiæ, è terris autem duos conjuges, Mariam, & Joseph, excellentissimos totius mundi, inter eos, quos hactenùs agnovit Majestas autem, & gravitas, quâ sacer Historicus orditur, est notatu digna, rerum series exactissima, quia nedum factum commemorat, verùm etiam, locum, tempus, civitatem, legatum, personam, & Nomen ejus mysticum, quod est Maria, designat: *Et Nomen Virginis* Maria, tot singulatibus circumstantiis benevolam captans attentionem totius mundi, & magnitudinem miraculi revelans & manifestans. Et quia particulares habet dies hocce mysterium, in quibus Evangelici Prædicatores subtilitatem ingenii sui exacuunt, meum, licèt rude, consecrabit, dedicabitque se, ad explicandum partem excellentiarum, quas complectitur Nomen personæ, cui destinata fuit legatio, & æquum est, ut excellentiæ hujus Nominis sint materies concionis nostræ, quia ipsum, est hodiernæ solemnitatis objectum.

2. Præbeat igitur basim, & fundamentum primi discursûs nostri eloquentia dulcissimi Ambrosii, qui enucleans arcanum Nomen Mariæ, affirmat absconditum mysterium ejus consistere in explicatione, quonam modo Deus sit ex genere Mariæ: *Speciale* Mariæ *Domini hoc Nomen invenit, quod significat, Deus ex genere meo.* Et si nomina secundùm doctrinam Doctoris Angelici S. Thomæ, debeant convenire cum proprietatibus, quas significant (quia nomina nihil aliud sunt, quàm notamina, & superscriptiones rerum: *Nomina debent proprietatibus rerum respondere,*) verba S. Ambrosii in declaratione Nominis Mariæ duplicem considerationem admittere, duplicemque sensum reddere possunt: *Deus ex genere meo.* Deus erit Filius meus, ero Mater ejus, ad hoc siquidem sum prædestinata, & electa, vel, *Deus ex genere meo*, id est, Deo sanguine, & parentelâ sum conjuncta, omnisque mea progenies ab eô solo originem trahit, ipsumque unicum agnosco Parentem. Hæc duo sibi mutuò cohærent, & ambo hoc divinum Nomen complectitur, quia mysterium, ob quod Deus non reliquerit arbitrio Annæ, & Joachimi, sed miserit Angelum, qui revelaret, & quantùm erat ex se, nomen illud imponeret, manifestum erat argumentum, nascentem Filiam esse opus solius Dei; quòd enim cœlum, inquit noster Doctor S. Thomas, acceleret, tantâque celeritate festinet ad imponendum nomina, nihil aliud est, quam exprimere, & anticipatè prædicare excellentias, & gratias personæ nascentis: *Nomina divinitùs imponuntur quibusdam à principio nativitatis, ad designandam gratiam, quàm à principio consequuntur.* Et, hac veritate suppositâ, constanter affirmo, Deum, quia elegerat Virginem in Matrem suam, uti Nomen ejus in primo sensu designat: *Deus ex genere meo*, idcircò noluisse, quòd ullam in terris contraheret cognationem, aut ullos haberet, inter homines, progenitores. Quocircà disposuit, quòd nasceretur ex matrimonio sterili, & infœcundo, ut ejus generatio magis gratiæ, quàm naturæ attribueretur. Et hic est secundus sensus hujus nominis: *Deus ex genere meo.*

D. Amb. lib. de Instit. Virg. cap. 5.

D. Thom. 3. p. q. 37. a. 2.

Idem ad Romanos Lect. 1.

Digitized by Google

3. Recurramus ad ſacram Scripturam, & liceat mihi quemdam verſum Pſalmorum Davidis, ſæpiùs in laudes Deiparæ deprædicatum ſingulari explicatione cohoneſtare: *Benedixiſti, Domine, terram tuam*, id eſt, dulciſſimo amore, & paterno affectu impertiiſti benedictionem tuam, ita explicat Doctus Carthuſianus hoc vocabulum, *benedicere*, ac ſi diceret: Benedixiſti, Pater. Lorinus autem inhærens veſtigiis Agellii ita loquitur: *Sæpiſſimè denotat verbum hoc in Scripturis, bonæ voluntatis affectum.* Quærunt ſacri Interpretes, quæ, qualiſvè ſit terra illa quam David antonomaſticè terram Dei appellavit? quamque tam placidis oculis aſpexit divina Majeſtas? Arnobius, & noſter eminentiſſimus Card. Hugo per illam terram, Deiparam intelligi voluit, *id eſt beatam Virginem*, quam Deus ſingularibus benedictionibus donavit, tamquàm Matrem ſuam, ex quâ naſciturus erat. Porrò mox urget dubium; nam benedictiones impertire, ſolis parentibus competit, filius verò, eaſdem accipere, quod tam divinis, quàm humanis Litteris conſonum eſt, adeò ut nullâ prorsùs probatione indigeat. Quæ cùm ita ſint, quam ob cauſam Patriarcha Joachim non benedixit potius virgini ſanctiſſimæ filiæ ſuæ, quam Deus, qui ordinem antevertit: *Benedixiſti, Domine, terram tuam*, approprians ſibi jus actionis quæ meritò parenti Joachimo debebatur? Ad ſatisfaciendum huic quæſtioni occurrit menti meæ locus ſacræ Paginæ, quò nedum præſentis difficultatis nodus diſſolvitur, verum etiam doctrina noſtra propoſita confirmatur. Moritur Abraham, &, non datâ benedictione Filio ſuo Iſaac, in ultimâ horâ tranſitûs ſui, ait ſacer Textus: *Poſt obitum ejus, benedixit Deus Iſaac filio ejus*, hoc eſt, ſupplevit Deus vices Abrahæ, & Iſaacum benedictione condecoravit. Duo movent animum meum, ad factum hoc altius conſiderandum. Primum, cur Abrahamus orbaverit filium benedictione in extremo vitæ ſuæ termino, quandoquidem tunc moris eſſet illam donare? cum ipſemet Iſaac, & filius ejus Jacob, nepoſque ejus Joſeph accerſiverint filios ſuos borâ tranſitûs, & inter dulcia colloquia, & ſuaviſſima, amoriſque plena verba, ſuas eis imprecati fuerint benedictiones? Qui igitur Abraham filium ſuum tali privat honore? Alterum eſt, quarè Deus benedicat Iſaaco poſt obitum, & mortem patris ſui? Fateor ingenuè, mallem potiùs centies ſolutionem hujus difficultatis ab aliò audire, quàm ſemel dare. Attamen operoſiùs inquirens cauſam, conſului placita ſanctorum Patrum, & reperi in S. Paulo, Iſaac non fuiſſe filium Abrahæ, eò quòd ipſum genuerit in decrepitâ ſenectute, & in poſtremâ vitæ ſuæ periodo, quod idem fuit, ac ſi, corpus mortuũ, ipſum generaret: *Propter quod, & ab uno orti ſunt, & (hôc emortuo) tamquàm ſidera cæli*, Hebr. 11. v. 12. Eſt hic ſtylus loquendi, quò etiam utitur, ſcribens Romanis, dum loquitur Abraham: *Non conſideravit corpus ſuum jam emortuum, & emortuam vulvam Saræ.* Rom. 4. v. 19. Non fuit, inquit S. Thomas, & Hugo Cardinalis, minùs miraculoſa generatio Iſaac, quàm ſi duo cadavera ad illam concurrerent, quia etſi verum ſit, quòd ad exercitium quarumdam actionum humanarum duo corpora Abrahami, & Saræ forent viva, & vegeta, quantum verò attinet ad actionem generativam, erant quaſi mortua, quia duo illi defectus ſenii, & ſterilitatis reddebant actionem illam impoſſibilem. *Emortuum ſimpliciter non erat, ſed ut de ſterili generaret, & vetulâ*, ait noſter Hugo, ſequens doctrinam S. Thomæ. Et ſi indubitatum eſt apud Philoſophos, quòd ſi duo mortui generarent unum vivum, non diceretur filius amborum, ſed quæreretur agens principale, cui genitus attribueretur, pari modo ratiocinandum eſt in Iſaac, dando ei patrem, Deum, quia natus eſt. Iſaac ſicut ſidera cœli: *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas*, quæ ſolum Deum, veluti patrem ſuum, agnoſcunt, Deo ſic diſponente, quia Meſſias ex Iſaac erat naſcituus: *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Cum itaque Iſaac ſit filius Dei, non Abrahami, haud eſt magnoperè admirandum, quod hic nequaquam, ſed Deus illi benedicat, tamquàm ſpecialis ejus pater, quodque, mortuo Abrahamo, Deus gerat vices ejus, & Iſaacum ſingulari benedictione cohoneſtet. Audite nunc, quæſo, quàm excellenter benedixerit Deus ſanctiſſimæ Virgini, terræ, videlicet, per excellentiam, ſuæ, utpote qui fructus illius futurus erat: *Benedixiſti Domine, terram tuam.* Eſt ſingulariter pater ejus, ac proindè ad ipſum, & non Joachimum ſpectat Virgini benedictionem impertiri, ut hoc pactò maneat ſtabilita hæc propoſitio, quòd Virgo benedicta potius ſit partus gratiæ, quàm naturæ, non agnoſcens patrem, niſi Deum, ſicut neque Deus aliam, præter ipſam, Matrem recognoſcit. Quæ omnia

Pſal. 84. v. 1.

Dionyſius Carthuſ. & Agell.

D. Arnob. & Hugo Card. hic.

Geneſ. 25. v. 11.

D. Thom. Hugo ad c. 4. Rom.

Gen. 22. v. 17.

Gen. 21. v. 12.

nia, ceu in compendio, continentur in Nomine Mariæ, hoc est, juxtà explicationem S. Ambrosii: *Deus ex genere meo.*

4. 1. Cor. 15. v. 47. Confirmemus hanc veritatem testimonio novi Testamenti: *Primus homo de terrâ, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis.* Per hominem terrenum è terra plasmatum, intelligit Doctor gentium, Adamum generis humani protoparentem, cœlestem autem in cœlis formatum, Christum hujus universi restauratorem, quàmvis tonus litteralis parum catholicus videatur. Nam unus ex erroribus hæreticorum contra humanitatem Christi, fuit, ipsum ex materiâ corporum cœlestium fuisse efformatum, & solum modo pertransisse viscera beatæ Virginis, absque eo, quòd ipsa aliquid sui sanguinis ad efformationem illius contulerit. Neque etiam per cœlum intelligi potest Pater æternus, siquidem Christus secundum humanitatem ab illo non procedit. Vnde semper manet dubium examinandum, quodnam sit illud cœlum, ex quo S. Paulus asserat, Christum esse efformatum. Verum S. Augustinus dissolvit nodum difficultatis hisce verbis: *Cœlestem dico, quia non ex humano conceptus est semine, sed de* Maria *Virgine pro nostra salute assumptus est à Filio Dei.* Cœlestem vocat Christum S. Augustinus, eò quòd ad ipsius fabricationem non concurrerit opus virile, sed tota materia ex officinâ illâ cœlesti Virginis sit assumpta. Itaque in Virgine nostrâ terra humanitatis nostræ remansit adeò dissimilis sui, adeoque aliena à defectibus terræ, ut videns eam S. Paulus, & considerans eamdem S. Augustinus, decreverint eam cœlum nuncupare, & Christum cœlestem, ex ea nascentem: *Secundus homo, de cœlo cœlestis.*

D. Thom. 3. p. q. 31. a. 5. ad 3.

D. Aug. in 4. qual. quæst. 65.

5. Videtur Magnus Augustinus hanc doctrinam hausisse à magistro suo Ambrosio, qui eamdem asseruit super verba illa Christi: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi*, interpretans ea de sacratissima Virgine, ratioque ejus congruentissima est, si enim Christus se panem affirmat descendentem de cœlo, & indubitatum sit, hunc præparatum, & coctum fuisse in officinâ viscerum Deiparæ, haud dubiè Maria etiam juxtà sententiam Christi, est cœlum: *Panis de cœlo, corpus ex Virgine.* Cœlum est Maria, & perfectius quidem altero, mundũ, & purum, omniumque sordium terrenarum expers, & si Maria cœlum est, etiam terra Dei est, gaudens privilegiis, & jurisdictione cœlorum, concilians sibi novas, & singulares benedictiones, quas Deus Mariæ impertivit, contemplans illam, tamquàm particulariter suam: *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Terra, inquam tota Dei, utì eleganter dixit S. Petrus Damianus: *Totam sibi rapuit Spiritus Sanctus* & quia tota fuit Spiritûs sancti, noluit fidere, aut committere alicui creaturæ impositionem Nominis illius, sed illam sibi Deus reservavit, tamquam sibi propriam. Aliis filiis parentes ad libitum, & arbitrium suum propter jurisdictionem in eos, nomina imponunt, quemadmodùm patres, Enoch, Isaac, Manassi, & Ephraim, & matres, Caino, Abeli, Ammon, & Moab, aliisque pluribus nomina indiderunt. Attamen Nomen imponere Virgini Mariæ, solius Dei curæ, & placito reservatur, ablatâ à parentibus omni jurisdictione, sicuti enim in efformatione suâ ab illis nequaquàm dependerat, non erat æquum, ut Nomen ejus parentum arbitrio committeretur: *Non fortunè, aut soloparentum placito, sicut plerisq; sed divina dispensatione Nomen accepit*, dixit antiquus Fulbertus, quem plurimi Doctores sacri sequuntur. Neque aliud possibile erat, sed Deus per semetipsum hujus Nominis Mariæ impositionem exequi debebat.

Paviar. char. cap. 11. D. Petrus Damian. Ser. de Annunt.

Fulbert. Serm. de Nativit. Virg.

Præclara, & instituto nostro accommoda est observatio S. Basilii Seleuci. Ponderat hic magnus Doctor Deum adduxisse ad Adamum omnia animantia, ut singulis nomina imponeret: *Adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea.* Et illico subjungit sacer Textus: *Omne, quod vocavit Adam anima viventis, ipsum est nomen ejus* Observat igitur curiosius hic Sanctus, quòd Deus videatur Adamum constituere Vicarium suum hujus actionis, quia non quomodocumque confidit arbitrio ejus nomina animantium, volens, ut ea prius videret, quàm nominaret, sed infundens ei singularem notitiam omnium proprietatum eorumdem, voluit, ut proprietatibus nomina accommodaret, imo personaliter astitit huic nominum impositioni, ne Adamus in illa errore aliquem committeret. Neque magna admiratione digna est hæc Dei solertia, quia hæc actio illi soli, jure creationis, competebat; nam omnia animantia, erant opera manuum ejus; & si Adamo, quia ipsum creaverat, nomen imposuit, etiam animantibus eadem imponere debebat, quibus ipse solus vitam communicaverat. Atque hìa apparuit singularis favor, quem

D. Hier. tract. de ortu Deip. Ambros. Ser. de Nativit. Virg. Bernard. super Missus est.

6. *Anselm. lib. de conc. c. 2. Gen. 2. v. 19.*

Ambr. lib. 8. Epist. 61. & lib. de benedict.

Deus Adamo fecit, ſicuti enim ipſum omnium animantium Dominum deſignaverat, ea ſubjiciens illius imperio, & poteſtati; in ſignum dominii voluit Deus vices ſuas, & impoſitionem nominum ejus placito committere, condividens Authoritatem cum Adamo, hâc lege, ut hic poteſtatem nominandi haberet, atque ea creandi potentiam ille ſibi reſervaret. Verba S. Baſilii ſunt hæc ſequentia: *Eſto Adam nominũ artifex, quando rerum eſſe non potes, formentur à me, nominentur à te: partiamur fictricu hujus ſolertiæ gloriam. Me cognoſcant artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine, inde nomen, quibus ego eſſentiam*, id eſt, partiamur gloriam hujus creationis, me, ut Authorem naturæ, & te, ut Dominum ſuorum nominum, venerentur, voca tu ea nomine proprio, quia ego creavi ea, & cô modo, quô poſſum, te Deum ſubſtituo, ut iis, quæ ego ex nihilo produxi, tu nomina imponas. Ecquid, fideles Auditores, habet comparatione dignum rude illud, & imperfectum eſſe animantium, cum ſupernaturali, & divino, quod Deus Virgini ſanctæ communicavit? Quamquàm enim, ad imponendum nomina ipſis, ſufficiat, quòd Deus Adamo vices ſuas committat, ad dandũ tamen nomen MARIÆ, neceſsè eſt, ut Deus ipſemet, id peragat. Et cùm Anna, & Joachim id nequeant præſtare, non vult Deus eorum electioni permittere, impoſitionem nominis MARIÆ, ſed totum illud jus ad ſe revocavit, & quia prævenit vices Annæ, & Joachim in benedictione dandâ, eaſdem etiam vult præoccupare, in nomine imponendo, ut nomen attribuatur ei, qui vitam, & eſſe donavit. Vocetur igitur Virgo ſanctiſſima, MARIA, hoc eſt, *Deus ex genere meo*, & nomen ejus non relinquatur arbitrio hominum ſed ſolius Dei, quia in hiſce paucis verbis, quantumvis myſterio plenis, continentur excellentiſſimæ prærogativæ, & & ineffabiles favores, quos Deus, dilpenſatione ſuperna eam vocans MARIAM, munificentiſſimè illi contulit, & donavit: *Deus ex genere meo*, quod idem ſonat, ac *nomen Virginis* MARIA.

D. Baſil. Seleucus orat. 2.

Et nomen Virginis MARIA.

CONSIDERATIO II.

Non ſolùm Deus in nomine MARIÆ *compendiò expreſſit eminem excellentiam dignitatis ejus, ſed etiam in illo cumulatim recondidit univerſam fœlicitatem, & utilitatem noſtram.*

ANgelicus noſter Doctor S. Thomas aliam hujus nominis MARIÆ ſignificationem adinvenit, quæ fundamentum, & materiem hujus diſcurſûs præbebit: MARIA, inquit Theologorum Phœnix: *illuminata in ſe, & illuminatrix in alio.* Interpretatio deſumpta eſt ex S. Hieronymo, qui eiſdem fermè verbis utitur: MARIA *illuminata, & illuminatrix*, hoc eſt, recipit lucem, & eamdem communicat. Videntur hi ſacri Doctores MARIÆ adaptare, proprietates Lunæ, ejuſque operationes circa noctem, quemadmodùm enim Luna recipit, & participat lumen, & ſplendorem ſuum à ſole, in ſolamen noctis (quâ phraſi utitur Tertullianus loquens de creatione ſolis, & lunæ: *Nam & in ſolidamento cœli luciferos ſolu ortus excitavit, luna candentem globum ad ſolatium noctu, incrementis orbis implevit*.) ita etiam radii, & ſplendores æternæ ſapientiæ illuminârunt Virginem ſanctiſſimam, & illa nos per reverberationem divinæ illius lucis, inceſſanter illuminat, ex quibus clarè dicta Sanctorum Thomæ, & Hieronymi verificantur: MARIA *illuminata, & illuminatrix*. Ecquæ enim nox adeò obſcura & triſtis, quam Deipara Virgo ſerenâ luce non irradiet, & illuſtret? fugat obſcuras culpæ tenebras, depellit triſtes animarum luctus, & mœrores, & ſedat inquietas cordium anguſtias, neque ullus adeò dejecti animi inveniri poteſt, quin illicò, memorato dulciſſimo nomine MARIÆ, omni prorſus triſtitiæ non valedicat: *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te*, inquit regius Pſalmiſta. Jucundè vivitur in Sion, neque ulla triſtitiæ aut melancholiæ nebula, ad felicitſſimam illam civitatem pertingit. Eminentiſſimus noſter Cardinalis Cajetanus elicit ex Hebræo

1.

D. Thom. opuſc. 8.

D. Hier. lib. de nomin. Hebrai. in Exod.

Tertull.

Pſal. 86. v. 7.

Hebræo hanc Lectionem *Et principes, ut parturientes, erunt in te.* Scio quidem sacros Interpretes explicando hunc versum Davidicum dicere, quòd David usus fuerit hâc metaphorâ ad declarandum, quòd beati gloriam pretio laborum partam possideant, quodque beatitudo sit filia dolorum, quos pertulerunt, ad modum, quô mulieres per dolores partûs, filios suos consequuntur, & possident. At noster S. Albertus Magnus suggerit nobis aliam explicationem considerationi nostræ apprimè accommodam. De Maria sermonem faciebat, inquit hic Ratisbonensis præsul, quando dixit: *Sicut lætantium omnium, &c,* quia, quicumque degunt sub alis ejus, vivuntque sub præsidio pietatis illius, & invocant nomen ejus, gaudent quiete, & solatio, quò beati in æterna gloriâ perfruuntur, & quantumcumque moliantur eum tribulationes conturbare, invocato nomine Mariæ, langueſcet earum rigor, & omnia mœsta, in gaudium convertentur: *Omnium hominum affectum trahit ad se, & omnium desiderium quietat in se: unde ipsa est lætantium quasi spirituale quoddam regnum cœlorum.* Hyperbolicè quidem loquitur Sanctus, verum enim verò parùm se dixisse putavit, ad dignè commendandum devotionem S. Virginis Mariæ, cui attribuere proprietates cœli, minimum est, quod dici potest, jam enim in Consideratione præcedenti idipsum probavimus, & consequêter rectè dicit S. Albertus, quòd in invocatione Deiparæ Virginis deliciæ, & gaudia æternæ gloriæ participentur.

D. Albert. Mag in Mariali.

2.

Neque hoc multum, aut magnum est, cum etiam Angeli in nomine Mariæ novas gaudiorum circumstantias in ipsâ gloriâ acquirât, gestientes singulis momentis illud eloqui, ut tam crebrâ repetitione ejusdem, nova ipsis gaudia; novæque jucunditates accrescant. Ad hoc videtur collimare frequens illa Angelorum interrogatio, quâ affectantes ignorantiam tam studiosè quærunt: *Quæ est ista*, inquirunt, *quæ ascendit*, &c. Interrogant, quasi illam non novissent, cùm tamen certum sit unum ipsorum ad depellendum timorem Virginis, illam proprio nomine vocitâsse, *Ne timeas*, Maria. Vt quid ergo dissimulant quod norunt, & sese ignorantes fingunt? Attribuite responsum devotioni cujusdam doctissimi Richardi, excellentissimum enim est, & intento nostro maximè deservicus. Interrogant, inquit hic Pater, tot, tamque iteratis vicibus, quænam sit, avidè cupientes sibi responderi, quòd sit Maria, & quam vis eam probe noverint, repetunt interrogationes, ut multiplicatæ repetantur dulcedines: *Quia dulce nomen desiderant sibi responderi.* Fingunt ignorantiam, & dissimulant notitiam, ne perdant suavitatem gaudii quam ex auditione Mariæ percipiunt, & malunt apparere ignorantes, quàm privari dulcedine auditi nominis Mariæ. Hoc vel redolet æmulationem vel sunt indicia invidiæ (loquendo more nostro rustico & inculto) nonpatiuntur, nec æquo animo ferunt Angeli, homines esse solos, qui potiantur hujus nominis dulcedine, & utilitate, cupiunt unà collætari, quoniam, cum sit etiam Regina ipsorum, desiderant in cœlis illam sæpius nominari, ut tanti gaudii possint esse participes. Totum hoc paucis perstrinxit Richardus: *Sic Angeli nomen Mariæ desiderabant nominari, & in notitiam effundi, ut non intra terræ terminos clauderetur, sed etiam celebre haberetur in cœlis.* Noluerunt Angeli esse exclusi ab hâc communi hominum lætitiâ, & dulcedine Mariani Nominis, ideoque pari voce repetunt illud in cœlis, quò par sit gaudium ambobus, ut nempe jubilent homines, & sociâ exultatione Angeli idipsum concelebrent.

Cant. 3. v. 6.

Luc. 1. v. 30.

Richard. l. de laud. Virg. c. 2.

3.

Apparuit Christus Magdalenæ, quando ipsa plorans venerat ad quærendum eum in monumento, & examinans causam luctûs ejus, dixit: *Mulier, quid ploras?* Et illa, tantùm aberat, quòd ejus ex interrogatione agnosceret, ut etiam duplicato dolore novas, copiosioresque profuderit lacrymas. Ad leniendum autem luctum ejus, addidit Christus nomen Mariæ, Maria, vixdum inaudierat se proprio nomine appellari, & illicò, abstersis lacrymis, Christum Dominum agnovit. Enucleans Origines hunc rei eventum curiosè indagat, cur Christus ad primam interrogationem non manifestaverit se ipsi, sed expectaverit secundam, ut illi notitiam sui communicaret? Et cùm haud dubie tam potentia fuerint prima verba quàm secunda Christi, nullarenùs ambigiendum est, quin mysterium contineat, quòd se postremis, & nõ primis illi manifestaverit. Observat ergò doctissimus Origenes, quòd secundâ vice, prætermisso nomine mulieris, illam nomine Mariæ appellavit, fuitque hoc nomen efficacissimum

Joan. 20. v. 15.

Digitized by Google

cissimũ ad illuminandos Magdalenæ oculos,& Christum agnoscendum: *Vbi* MARIA, *audivit,* MARIA, *præsensit in nomine quamdam singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognovit ipsum, à quo vocabatur, esse Magistrum suum.* Illuminavit eam in cognitione Christi hoc Nomen, non quatenùs appellativum erat ipsius, sed quatenùs referebat principalius significatum,& proprium sanctissimæ Virginis; instruens nos hôc salutari exemplo,quãtam dulcedinem communicet hoc Nomen, quantamque utilitatem nobis conferat; præterquàm enim, quòd animam spiritali repleat jubilo, etiam nobis revelat,& manifestat notitiam Christi.

umbra Virg. exercit. 128

4. Hôc posito, Auditores, nescio, quis possit esse adeò inimicus sui, ut nolit non invocare hoc dulcissimum Nomen,cernens tot, tantaque commoda,quæ ex crebrâ ejus repetitione exoriuntur? Non enim soli homines persentiunt dulcedinem invocando hoc celebre Nomen, neque soli exultant incessanter illud repetere, sed ipsemet Deus Christus, Salvator noster, tantam percipiebat dulcedinem in hôc Nomine, ut necessarium fuerit, ad dandum locum tormentis, & doloribus suis, non nominare MARIAM. Suspensus hærebat Redemptor mundi in arbore crucis, totus vulneribus confossus, & plagis excarnificatus, volensque alloqui Matrem suam sanctissimam, eique commendare Ioannem in filium, ita affatur: MULIER, *ecce Filius tuus.* Non me latet,hic solitos esse sanctos Patres inquirere,quâ ratione Dominus non appellaverit eam Matrem,utì erat.sed mulierem, & communiter respondent, quod prudenter in alium finem cecinit Mantuanus:

Ioan.19. v.26.

Mantuan.

Ne materna pium laniaret viscera nomen.

Sed hoc non est, quod favet considerationi nostræ, aliò tendit vera Textûs hujus expositio. Causam igitur moventem Christum in hac occasione,ad non appellandum Virginem Nomine MARIÆ, sed mulieris, investigavit quidam doctus Modernus, existimans, Christum voluisse carere, seque orbare solatio, quòd sibi hoc dulcissimum Nomen parere potuisset, ut hôc pacto locum daret doloribus passionis,& mortis suæ, qui, audito Nomine MARIÆ, omninò vires suas amisissent;additque præfatus Author hæc sequentia verba:

Novarin. lib. 4.

Ac ne videretur fellu amaritudinem, quod illi fuerat oblatum, MARIÆ *Nomen proferens,temperare*, idcircò ergò abstinet à nominando MARIÆ vocabulo,sciēs,illò nominato, mox fellis amaritudinem in dulcedinem commutandam: *Tam dulce quippe* MARIÆ *Nomen est, ut possit fellis amaritudinem lenire.* Nullum profectò præstantius est remedium, nullumque certius antidotum ad dulcorandum amaritudines hujus vitæ, & mitigandum dolores passim occurrentes, quàm invocatio hujus dulcissimi Nominis. Quod adeò verum est,ut gloriosus S. Anselmus quodammodo Nomen MARIÆ, tamquàm excellentius, præponat sanctissimo Nomini IESV. Auscultate verba ejus: *Velocior est nonnunquàm salus, memorato Nomine* MARIÆ, *quàm invocato Nomine Domini unici Filii sui.* Nolo dicere,quòd Nomen MARIÆ superet potentia ipsum Nomẽ IESV, sed propter id, quod prudenter idem Sanctus subjungit: *Christus suo Nomine vocatus non statim exaudit, profectò id justè facit, Invocato autem Nomine Matris,etsi merita invocantis non merentur, ut exaudiatur, merita tamen Matris intercedunt,ut exaudiatur,* id est, ad Christum, ceu Iudicem,spectat punire, ad Virginem autem, utì Advocatam, pertinet intercedere,& idcirco,licèt invocans non mereatur exaudiri,merita tamen MARIÆ adjuvant, ut petita consequatur.

D. Anselmus lib. de excellent. Virgin. c.6.

5. Iam capio rationem, ob quam Virgines illæ fatuæ, pulsantes ad januam cœli, non exaudiantur, quamvis enim sæpius pulsaverint, & repetitis precibus inclamaverint: *Domine, Domine aperi nobis,* repulsam tamen patiuntur. Ex quibus liquidò constat, illas Sponsum vocibus suis sollicitasse,quem, utì Dominum inclamabant,attamen ipse adeò severum se exhibuit pulsantibus, ut ipsis responsi loco dixerit: *Nescio vos.* Neque hoc admirandum, quia Christus, utì Iudex, aliquando exequitur actus justitiæ punitivæ, exercere autem semper actus pietatis, & misericordiæ ad solam jurisdictionem MARIÆ spectat, idcircò videbitis, quòd tametsi omnes Virgines turmatim exierint obviàm Sponso, & Sponsæ *Exierunt obviàm Sponso, & Sponsæ,* non tamen de hâc, sed de illo dicatur, quod ingressum denegaverit: *Sponsus,non Sponsa,respondit: Nescio vos Nam Christus aliquando justitiam, Beata Virgo semper misericordiam exercet;* quemadmodùm curiosè dixit quidam Modernus. Et revera innotuit earum insipientia,& fatuitas; quia pulsantes ad januam gloriæ, non invocârunt

Matth. 25. v.11.

Ibid. v.12.

Ibid. v.4.

Mendoza tom.2. in lib. Regum c. 4. nu. 9. annotat. 12.

Digitized by Google

sunt nomen Maria, sibi ipsis introitum impossibilem reddiderunt, si namque, sicuti dixerunt: *Domine, Domine*, inclamassent, *Domina, Domina*, quod vocabulum, teste S. Epiphanio, & Arnoldo, utì mox videbimus, idem sonat, quod, Maria, non fuissent tam ingratam passæ, repulsam, & absque obstaculo liberum habuissent aditum ad gloriã, quin hoc privilegium est Mariæ quæ omnibus favet, omnes solatur, omnes illuminat, quia Maria vocatur: *Illuminata, & illuminatrix*. Hâc prærogativâ solùm gaudet Nomen ejus. *Et Nomen Virginis* Maria.

Et Nomen Virginis Maria.

Consideratio III.

Nihil horrendius, aut terribilius inferno, quàm supernum Nomen Maria.

8. Tertia interpretatio hujus sacri Nominis, est SS. Epiphanii, Hieronymi, Chrysologi, Eusebii, Isidori, Damasceni, & aliorum, dicentium, Maria, idem sonare, quod, *Domina*, non limitato quidem dominio ejus, sed absoluto, ita ut omnium sit Domina nuncupanda. Sicuti enim Deus illam super omnes creaturas exaltavit, ita etiam dedit illi nomen, quod omne imperium, & dominium absolutissimum significaret. Bellè cogitatum. Sed aliquid altiùs meditandum, quod tamen doctrinæ SS. Patrum non contradicat. Gravis quidam Author Seraphici ordinis varias hujus nominis, *Domina*, interpretationes allegat, quarum unam vel alteram selegimus, quæ & materiem hujus discursûs nobis suppeditabunt: *Domina*, inquit (quod idem sonat ac Maria) significat, *dans minas, vel domans manus*, quæ in rigore Latino idem valent, quod minas, & terrores incutiens, domans, seu alios sibi subjiciens, unde nomen Maria non solum complectitur imperium, & majestatem, sed simul etiam terrorem, & formidinem; ita ut nihil magìs terreat furias inferorum, nihilque magìs horrore afficiat dæmones, quàm supernum Maria Nomen. Ita devote meditatur mellifluus Doctor, hisce verbis: *Non sic timent hostes visibiles quasi cæterum multitudinem copiosam, sicut aërea potestates* Maria *vocabulum, patrocinium, & exemplum fluunt, & pereunt sicut cera à facie ignis, ubicumque invenerunt crebram hujus Nominis recordationem, devotam invocationem*. Et si operosiùs enucleaverimus hæc verba: *Et pereunt sicut cera à facie ignis*, deprehendemus Sanctum Doctorem alludere, ad illud Psalmi Davidici, ubi regius Vates, adnotante S. Hieronymo, rogat Deum, ut resuscitet mortuos, & ad conspectum gloriæ eorum hostes infernales prosternantur: *Exurgat Deus*, inquit regius Psaltes, *& dissipentur inimici ejus, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei*. Vbi argutè S. Hieronymus: *Spiritualiter intelligitur iste Psalmus de Domino, ut resurgat à mortuis, & dissipet inimicos suos, hoc est, Diabolum, & exercitum ejus*. Et ex hoc infert S. Doctor efficacissimam virtutem nominis Iesv, quia invocatum, eosdem effectus, quos resurrectio ejus gloriosa operatur: *Et nunc indubitanter credendum est, quòd, ad invocationem ejus Nominis stare non possunt*. Ex quibus facilè intelligitur, quô spiritu, & emphasi dixerit S. Bernardus: *Et pereunt sicut cera à facie ignis*, quòd nempè attribuat Nomini Mariæ eosdem effectus, quos solet producere, & causare non solum Nomen Filii ejus, sed etiam ipsemet resuscitans, in signum, quòd non minorigaudeat virtute, & potentiâ Nomen Mariæ, quàm Nomen Filii ejus unigeniti, imò neque minori efficaciâ, quam ipsa persona ejus, quando ad debellandos hostes inferorum, immortalis, & gloriosa à mortuis resurrexit. Non potuit Sanctus, altiùs extollere excellentiam Mariæ, quàm ipsam certo quodam modo constituere superiorem Filio suo, & unà ipsâm facere castrum inexpugnabile, ad quod fideles confugiant, turrim fortissimam, in quâ devoti ejus clientes protegantur, & terribilem, ut castrorum aciem ordinatam, ad resistendum, & devincendum omnes hostes, etiam aereas potestates.

Carthag. tom. 2. lib. 2. hom. 8.

D. Bern. apud D.

Bonav. in Speculo cap. 3.

Psal. 67. v. 1.

D. Hieron. hic.

2. Appositè dixit Oraculum Sapientiæ Salomon in Proverbiis, nomen Dòmini turrim esse fortissimam, & inexpugnabilem, & tutum omnibus justis asylum contrà omnium inimicorum insultus: *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit justus, & exaltabitur*, Vel, ut ait alia Lectio: *Ad ipsam currit justus, & salvabitur*. Assumit hunc locum explicandũ devotio Richardi à S. Laurentio, cumque ferventi spiri-

Prov. 1 v. 10.

tu

tu in laudem ſacratiſſimi Nominis Deiparæ Virginis, ſeu MARIÆ præclare explanat: *Dicit Salomon, quis parùm noverat de* MARIA, *turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit juſtus, & ſalvabitur: nobis autem dicendum eſt, turris fortiſſima nomen Domina, ad ipſam confugiet peccator, & ſalvabitur.* Benè apparet, Salomonem parvam habuiſſe notitiam MARIÆ, & nequaquàm agnoviſſe excellentiam Nominis ejus, quia ſi cognoviſſet, profectò illud ſuper nomen Domini extulilſet, quia ſi de hôc dicere potuit, quòd ſit turris fortiſſima, ad quam currit juſtus, de illô reverà affirmare potuiſſet, quòd ſit turris inexpugnabilis; in quâ non ſoli juſti, ſed etiam peccatores refugium, & aſylum reperiunt. Siquidem non ſolos ſanctos defendit, ſed etiam malis, & peccatoribus medetur, omneſque indiſcriminatim contrà hoſtium impetus protegit, & tuetur.

Richard. lib. 11. de laud. Virgin.

3. Venit S. Angelus Gabriel ad ſalutandum hanc ſacratiſſimam Virginem, adnotatque S. Hiſtoriographus Lucas illam ad auditum, & conſpectum ejus turbatam fuiſſe: *Turbata eſt in ſermone ejus.* Vnanimis SS. Patrum ſententia, quam hic ſuppono, affirmat B. Virginem tamquàm inſuetam talibus colloquiis, ad ingreſſum Angeli in habitu viri fuiſſe conturbatam, potuit namque tanta rei novitas, & inſuetudo talem concitare turbationem, &, ad ſedandum commotionem animi ejus, uſurpavit Angelus Nomen ejus, vocans eam MARIAM: *Ne timeas* MARIA. Et vixdùm audivit illa Nomen ſuum, & illicò Nomen reſtituit quietem, & tranquillitatem, quam conſpectus Angeli commoverat, & abſtulerat. Plurimas rationes excogitârunt ſancti Patres, ob quas ſancta Virgo, audito Nomine ſuo, mox ſolitam recuperaverit animi tranquillitatem. Verumenimverò, prætermiſſis aliis tamquam notiſſimis, perplacet mihi magni Chryſologi meditatio, quæ & inſtituto noſtro congruit, & novitatem quamdam ſonat: *Nomen hoc Prophetia germanum eſt.* Ecquit hoc Nomen Mariæ cognatum eſt Prophetiæ? Non capio. Scio quidem, Prædicatores paſſim explicare hæc verba ſancti Præſulis, dicentes, illa alludere ad diſcurſum, quem Virgo, audiens Angelum loquentem, intùs in corde ſuo efformabat.

Luc. 1. v. 29.

Ibid. v. 30.

D Petr. Chryſol. Ser. 146.

11. Vivens MARIA in perpetuâ ſolitudine, neque ſeipſam confidens ullis oculis, aut aſpectibus hominum, qui ne eam ex nomine noverant, ubi ab Angelo proprio ſe Nomine appellari percepit, perſuaſit ſibi Prophetam eſſe, qui Nomen cæteris incognitum rectè divinaverat, agnoſcentique legatum ſibi à Deo eſſe deſtinatum, compoſuit animum, & timorem depoſuit, certior facta, quòd, legatio è cœlis divinitùs miſſa, ſibi obeſſe, aut damno, ſeu dedecori verti non poſſet. Optima quidem eſt hæc explicatio, potrò aliam proferre geſtio, quamvis nova cenſeri poſſit, ad quam ſtabiliendam, ſuppono ex Angelico noſtro Doctore, Prophetiam nihil eſſe aliud, quàm verba, quæ de præſenti enuntiant futurum: *Prophetia, eſt inſpiratio, vel revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuntians.* Ad rem igitur. Dum Virgo turbatur, & terretur, Angelus ad pacandum animum ejus, & metum propulſandum, eam Nomine proprio MARIAM appellat. Et hoc, inquit Chryſologus, eſt abſque dubio, Prophetia: *Nomen hoc Prophetia germanum eſt.* Hæc ſunt prognoſtica certa futurorum eventuum, id eſt, quod, maximis etiam perculſi terroribus, erant exuturi, & depoſituri omnem metum, & formidinem, quodque ad invocationem Nominis MARIÆ, etiam ſummè puſillanimes erant novos animi ardores, novumque robur recuperaturi, ad omnia pericula pacatè vilipendenda, omneſque hoſtium impetus viriliter ſuperandos. Et fortaſsè hoc ipſum innuere voluit idem Ravennas proſequens explicationem ejuſdem Nominis, dum ait: *Vocat ergò Angelus Dominam, ut Dominatorum Genitricem trepidatio deſerat.* Vt fugiet, & propulſet Angelus omnem trepidationem, Nomen ei proprium obicit, & proponit, idemque debet nobis addere novos animos, & calcaria ſuo tempore, ut nos ejus ſervi eôdem præmuniti ſecuritatem aſſequamur, & hoſtes proculcentur, & debellentur. Securitatem igitur ſibi policeri poſſunt, contrà omnes dæmonis inſultus, quicumque ad hoc ſacrarium confugerint, neque ſolùm poſſunt deponere metum in hâc vitâ, ſed etiam in morte, in quâ majorem ſuam feritatem, & rigorem exercere ſolet; & inſolentiori conatu, & vi animas aggredi, & impugnare. Ecquam, quæſo, ſecuritatem non poterit ſibi promittere homo, hac ſanctâ devotione inſtructus? Saltem devotiſſimus S. Bonaventura ita ſentiebat, dicens: *Glorioſum, & admirabile eſt Nomen tuum, qui illud invocant, non expaveſcent in puncto mortis.* O Regina gloriæ, Domina noſtra, glorioſum eſt Nomen tuũ, & ter, quaterq; beati, & felices, qui jugiter illud

D. Tho. 2. 2. q 117. art. 3. in 1. argum.

D Petr. Chryſol. Ser. 142.

D. Bonavent. in Pſalter. B. Virg.

Digitized by Google

repetunt, quia per illud liberantur à timore mortis. Timeat Satan, contremiscat infernus, quia potentia, & imperium tuum illi timorem incutit, & terrefacit, expaveſcat ad ſanctum Nomen tuum, quia per illud, etiam nolens, te veram Dei Matrem, & Dominam profiteri compellitur. Hoc ſiquidem denotat, Maria. *Et Nomen Virginis* Maria.

Et Nomen Virginis Maria.

Consideratio IV.

Maxima reverentia, & cultus debetur huic ſancto Nomini, & eminens quædam puritas, & munditia requiritur in eô, qui Nomen Mariae *vult pronuntiare.*

1. Coronemus hunc Tractatum ultimo diſcurſu quoad reverentiam, & veneration-nem, quam exigit hoc ſanctum Nomen, & puritatem, ſeu munditiam, quâ præditus eſſe debet, qui illud ore pronuntiaverit: *Quis non timeat* Mariam *pollutis labiis nominare?* aiebat S. Bernardinus, arbitrans impoſſibile reperiri Chriſtianum, qui impuris labiis illud eloqui præſumeret. Valdè accommodus eſt huic inſtituto nexus, quem Paranymphus divinus hodiè componit inter virginitatem, ſeu puritatem, & Nomen Mariæ: *Et Nomen Virginis* Maria, connectens epitheton Virginis, cum titulo Mariæ. Et quamvis ſacri Interpretes plures accumulent rationes, ad ſalvandum hunc nexum, præ cæteris tamen arridet, illa, quam quidam Modernus jam relatus approbat: *Tacitè hic quoque nexus nos movet, ut* Mariæ *Nomen prolaturi, celamus ſanctimoniam, & præcipuè impuritas omnis ab illius ore exulet, qui purum* Mariæ *Nomen invocaturus eſt.* Præmunivit ſe Angelus puritate, antequàm Mariam nominaret, exiſtimans, debitam eſſe diſpoſitionem, ad nominandum illam, agere priùs de Virginitate, & munditiâ, quia minori diligentiâ præmiſsâ, indignum ſe reputabat, qui illam nominaret, ac proindè convenientiſſima fuit hæc præventio, & connexio Angeli, præponere virginitatem pronuntiationi Nominis: *Et Nomen Virginis* Maria.

D. Bernardin. tom. 3. Ser. 2.

Novarri, lib. 4. de umbra Virg. excurſu 124.

Couſinus Mariale.

Ideircò Seraphicus Pater S. Bonaventura notanter obſervavit, ſolùm ſepties in ſacris Litteris Nomen Mariæ commemorari, ad denotandum, inquit Sanctus, ſeptem virtutes, quibus anima ejus munificentiſſimè ditata fuit, oppoſitas ſeptem vitiis, quæ Eccleſia capitalia nuncupat. Exhibuit ſacra Virgo profundiſſimam ſuam humilitatem contrà præſumptionem, & ſuperbiam, quando annuntianti Angelo lætiſſimum nuntium, eamque, ut Matrem Dei futuram ſalutanti, *Ave* Maria, ſe ancillam humilem eſſe reſpondet: *Ecce ancilla Domini.* Senſualitati, ſeu luxuriæ, virginalis ejus pudicitia opponitur, & hic eſt nexus, quem jam ponderamus: *Et nomen Virginis* Maria. Contra avaritiam oſtendit ſuam pauperiem, quando Angelus Evangelizans paſtoribus Deum recèns natum, eos ad humillimum præſepe remittit, dicens: *invenietis* Mariam, *& infantem poſitum in præſepio.* Adversùs invidiam elucet ejus charitas, quam cum cognatâ ſuâ Eliſabeth exercuit: *Exurgens* Maria *abiit in montana.* Dimicat contra gulam parſimonia ejus, ſi enim rectè dixerit Apoſtolus: *Optimum eſt gratiâ ſtabilire cor, non eſcis*, & quòd gratia ſit gulæ contraria, nequivit defuiſſe Maria, quam Angelus admirabilem gratiæ inventricem prædicavit: *Ne timeas,* Maria, *inveniſti gratiam apud Deum.* Oppugnat iram ejus manſuetudo, & patientia rara, quam monſtravit invictam in omnibus tribulationibus ſuis, adſtans conſtantiſſima juxtà crucem Filio morienti: *Stabat autem juxtà crucem* Jesu, Maria *Mater ejus.* Et tandem ejus diligentia, & ſollicitudo bellum infert ſocordiæ, & pigritiæ, numquàm illi locum dans, ſed ſemper curis intenta, ſacro atteſtante Eloquio: *Omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, &* Maria *Matre* Jesu. Ex quibus dilucidè colligitur ad confirmationem noſtri aſſumpti, ſacroſanctum Nomen Mariæ ſemper conjunctum eſſe alicui virtuti, ad docendum nos puritatem, quam debet habere is, qui voluerit illud nominare. Solus etenim dignus eſt illud ore pronuntiare, qui habuerit animam virtutibus innotantem, & exornatam.

Luc. 1. v. 28. *Ibid. v. 38.* *Luc. 1. v. 22.* *Luc. 2. v. 12.* *Luc. 1. v. 39.* *Hebr. 13. v. 9.* *Luc. 1. v. 30.* *Ioan. 19. v. 25.* *Actor. 1. v. 14.*

Et ut magis hanc doctrinam accommodemus Themati noſtro, & hodiernæ ſolemnitati, ponderemus illud, quod devotiſſimus ſimul, & acutiſſimus dixit de Nomine Mariæ S. Petrus Chryſologus: *Nomen hoc renaſcentibus* *D. Petrus*

Chryſol. Ser. 146.

ſalutare, hoc virginitatis inſigne, hoc pudicitiæ decus. Vniri Nomen MARIÆ virginitati, eſt prædicare nobis, quòd ſuper ſolas illas virtutes ſupernas puritatis, & virginitatis, tamquàm ſuper baſes aureas, rectè fundetur ſacroſanctum Nomen MARIÆ. Vocatur, Auditores, hæc Eccleſia ſanctæ MARIÆ, quô ſolo titulo, & honore aliis ſupereminet, ſed ſcitote, hunc honorem, & dignitatem hoc vinculum habere ſibi annexum, ut Miniſtri hujus Eccleſiæ æmulentur puritatem Angelorum, minori enim diligentiâ, & prævention e, hujus honoris incapaces redduntur, neque Miniſtrorum, aut Sacellanorum MARIÆ titulum promerentur. Accipite conceptum ſingularem, quem nullus Author, aut Patronus, ſed ſola mea devotio confirmat. Curioſiùs obſervavi, quòd in ipſis mundi incunabilis, Deus ſibi reſervaverit nominis impoſitionem maris: *Congregationes aquarum vocavit maria*, id eſt, congregationi aquarum dedit nomen *maria*, & quamquàm Adamo confiderit nominationem animalium, quod ad juriſdictionem divinam pertinebat, noluit tamen poteſtatem illam extendi ad nominandas aquas, propter ſimilitudinẽ fortaſſe, quam habiturum erat nomen earum, cum Nomine MARIÆ, cujus ſolus Author, & Dominus voluit Deus eſſe, utì jam in primâ Conſideratione fuſiùs probavimus. Quod me maximè angit, eſt cura illa ſingularis Dei, quam habuit ad imponendum nomen mari, poſtquàm vidit illud formatum, & non antequàm eſſet completum, ſicut fecit cum Adamo, cui antè creationem nomen impoſuit: *Faciamus hominem*, &c. Grande myſterium continet hæc divina diſpoſitio, neque tam facilè invenitur ratio, ob quam Deus ad dandum nomen homini, qui eſt opus tam excellens, non expectaverit perfectam, & completam ejus creationem, ad dandum verò nomen mari, opperiatur Deus, quouſque aquæ ſeparentur à terrâ, & ſimul congregatæ non tranſgrediantur terminos ſibi à ſua divinâ Majeſtate præfixos, & tandem videns eas adeò obedientes, appellaverit maria: *Congregationes aquarum appellavit maria*. Mallem in hôc particulari edoceri ab aliô, quàm ipſe nodum difficultatis diſſolvere: Verùm ſi ſecuræ ſunt novitates, quæ fundantur in antiquitate, ad hanc novam reſolutionem utar in præſenti S. Alberti Magni, & aliorum Patrum doctrinâ ſæpiùs repetitâ. Ponderans ergò ſanctus Antiſtes nomen, quod Deus indidit mari, vocans illud *maria*, ad honorem ſanctiſſimi Nominis MARIÆ ita effatur: *Congregationes aquarum vocavit maria, Virgo autem, quæ eſt congregatio omnium virtutum, vocatur* MARIA, ità ut, in opinione hujus Sancti, nomen impoſitum mari, idem fuerit cum futuro Nomine ſanctiſſimæ Virginis. Ex his itaque argumentor, & nodum propoſitæ quæſtionis diſſolvo, nimirùm, quòd, cùm mare eſſet habiturum nomen commune cum ſacratiſſimâ Virgine, voluit Deus priùs illud videre conſummatè perfectum, quàm voluerit tam honeſto titulo condecorare. Et licèt noviſſet ſua Majeſtas, quàm conformis eſſet futura ideæ ſuæ, nihilominùs ad manifeſtandum mundo, quanto in pretio haberet Matrem ſuam, & venerationem debitam Nomini ejus, ad dandum nomen mari, non eſt contentus videre quomodocumque creatum, ſed deſiderat videre illud ultimatè perfectum, putà, ut retrahat immenſitatem gurgitum ſuorum ad latiſſimos ſinus ſuos, exhibeatque ſe obediens mandatis divinis, neque aquæ ejus huc illuc diſperſæ diffluant, ſed congregentur, & corpus unum exornent, videnſque illud ſua Majeſtas jam perfectum, obediens, & formoſum, in unũ congregatum, tunc tandem ei nomen imponit, mare: *Congregationes aquarum vocavit maria*, nolens antè illam diligentiam præmiſſam tribuere nomen, quod MARIÆ erat imponendum. Nonnetur Adam, antequàm ſit perfectus, tribuatur ei nomen priùs, quàm eſſe, cùm enim nomen ejus nullam ſit habiturum ſimilitudinem cum Nomine Virginis, non eget tot prærentionibus, ac mare, propter rationes jam dictas, & ad inſtruendum nos, quanta excellentia, perfectio, & ſanctitas ſupponatur, & exigatur in iis, qui tam ſacroſanctum Nomen participant. In Sacellanis MARIÆ, & Miniſtris Eccleſiæ ipſius, ne quidem umbra peccati reperiri debet; etenim ſi Deus tantam adhibeat ſolertiam, & curam, ut creatura inſenſibilis tot, tantiſque exornetur perfectionibus, propter ſimilitudinem, quam nomen ejus eſt habiturum cum Nomine Matris ſuæ, qualem, quantamque non provocabit indignationem Dei, qui nomine Miniſtri, & Sacellani MARIÆ gaudens, nedum non ſtudet ſanctitati, & perfectioni, ſed etiam vitiis, & omnigeno peccatorum genere ſordeſcens, in omnes luxus, & voluptates effræna diffluit.

Gen. 1. v. 10.

Gen. 1. v. 26.

D. Albert. Magnus.

Notate conſequenter ad dicta, inſigniſſimã Richardi

Richardi obſervationem. Ponderat hic doctus Pater, quòd S. Evangeliſta Lucas loquens de Magdalenâ, dum, adhuc ſentina peccatorum facta, Redemptorem noſtrum in domo Simonis leproſi requireret, ad impetrandum veniam delictorum ſuorum, eam, mulierem, & non mariam nuncupaverit: *Ecce, mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, & protinùs in capitulo ſequenti agens de multitudine copiosâ, quæ Chriſtum cum Apoſtolis, & devotis quibuſdã mulieribus, ſequebatur, inſeruerit Magdalenã, eamque proprio nomine recenſuerit Mariam eam vocans: Maria, *quæ vocatur Magdalene, de quâ ſeptem dæmonia exierant*. Movet hic prudentiſſimè dubium præfatus Pater, animadvertens ſacrum Hiſtoricum, in uno loco eam private ſuo nomine, & vocare mulierem, in alio autem eam indigitare Mariam, &, in hâc diverſitate ſtyli, ſequens deprehendit myſterium: *Nomini* MARIÆ *inſeparabiliter ſanctitas eſt adjuncta quòd, cùm agit beatus Lucas de pœnitentiâ Magdalenæ propter hujus nominis reverentiam non auſus fuit* MARIAM *ſed mulierem nominare: ſed paullò poſt, cùm dicit eam juſtificatam à Domino, de ſuis facultatibus miniſtrare, vocat* MARIAM. Verba adeò clara ſunt, ut vix ulteriori egeant expoſitione; ex eò ſiquidem, quòd pœnitentiam egerit, & facultates ſuas impenderit miniſterio Chriſti, & neceſſitatibus collegii Apoſtolici, eam tam glorioſo titulo, & nomine cohoneſtat, in ſignum quòd ſolus ille promereatur hoc nomen, qui ſeſe in ſupernis illis virtutibus exercuerit. Singulare eſt, ad hoc ſtabiliendum, id, quòd doctus Lorinus refert de mulieribus Polonis, inter quas nulla, ob reverentiam, & veneration nem ſacroſanctæ Virginis. MARIA vocatur: *Honoris cauſa ferè nullam Polonam fœminam Nomine* MARIÆ *appellari*. Conſiderabant illæ ſanctitatem Virginis, agnoſcebantque, ſe longius ab illius imitatione deficere, & judicantes impoſſibile, tantæ obligationi Nominis ſatisfacere, illius honoris ſe incapaces proteſtabantur, nolentes hôc Nomine MARIÆ appellari. Utinàm ad earum exemplum, virtutes, quas tam ſanctum Nomen exigit, ſtudioſè imitaremur, & in nobis ad vivum exprimeremus.

Luc. 7. v. 37.

Luc. 8. v. 2.

Richard. de ſancto Laurent. lib. 1. de laud. Virg. c. 2.

Lorin in Pſal. 99. v. 5.

5. Nunc, Auditores, ſpero, & firmiter mihi perſuadeo, quòd deinceps eritis devotiſſimi ergà hoc ſanctum Nomen, & quod hodiè, hocce feſtum devotè celebrando, demonſtràſtis, ſenſim perficietis, & quod in veneratione, & cultu illius auſpicati eſtis, paulatim majoris devotionis incremento conſummabitis: Et ego ex parte illius, majora vobis gratiarum augmenta polliceor, quia hæc devotio, inter cæteras, maximæ eſt utilitatis, & minimi laboris, multi valet, & pauci conſtat: quia, ut adnotavit S. Bernardinus Senenſis, hoc Nomen duabus terminatur ſyllabis, ut cernens homo facilitatem in pronuntiatione Nominis, non faſtidiat illud crebrius repetere: *Non ſunt niſi duæ ſyllabæ, ut non laboret homo in dicendo, & frequenter nominando hoc ſanctiſſimum Nomen*. Et, cùm exiguus ſit labor, maximum eſt lucrum, quia præter innumerabiles indulgentias, quas ſummi Pontifices, & nominatim Urbanus IV. & Joannes XXII. conceſſerunt hoc Nomen invocantibus, fieri nequit, ait hic Seraphicus S. Bonaventura, ut quis devotè MARIAM nominet, quin ſingularem indè capiat utilitatem, & ſentiat dulcedinem: *Devotè nominari non poteſt* MARIA *ſinè nominantis utilitate*. Imò melliſluus Doctor S. Bernardus hanc veritatem adeo expertus, ſi non votum, ſaltem obfirmatum fecit propoſitum numquam oblivioni tradendi hoc ſanctiſſimum Nomen, certus de commodo, & utilitate, quam ex nominatione illa oriri ſciebat. Adducitque ſanctus Abbas, ad firmandum animi ſui decretum, illud Poëtæ ad Cæſarem:

D. Bernardin. tom. 1. Ser. 52.

D. Bonav. in ſpeculo B. Virgin.

In freta dum fluvii current, dum montibus umbra
Luſtrabunt convexa, polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.

Virgil. 1. Æneid. v. 611.

Et his adjungit Sanctus ſuaviſſima & melliſſima ſua verba:

Spes mea, Virgo pia, Virgo ſacra; Virgo MARIA,
Et non amplius? Amplius multùm, & per omnè modum. Nam in æternum, & ultrò non deficiet laus tua de ore hominum, etiam & Angelorum.

D. Bern. Ser. 3. ſuper Salve Regina.

O ſi quis poſſet, quemadmodùm noſter Angelicus S. Thomas optabat, imbibere ſpiritum Bernardi, ad rectè explicandũ ejus devotionis ſenſum! Aſt, quia nec lingua id eloqui, nec calamus exprimere poteſt, ſuppleat devotio Auditorum, explicationem melliſluæ dulcedinis S. Abbatis. Ego etenim, ne offendam, id attentare non præſumo. Et tu, ô Regina gloriæ, in remunerationem tam ſingularis affectus,

quem tibi conſecrat devotus hic populus, intercede apud Filium tuum unigenitum, ut in majoribus noſtris periculis, & neceſſitatibus, in exæſtuantibus tentationum noſtrarum ardoribus, in arduis noſtris bellorum diſcriminibus, in dubiis hoſtium inſultibus, ſit Nomen tuum, ſcutum contra inimicorum impetus, propugnaculum, quod nos defendat, turris fortiſſima, quæ nos protegat, & aſylum, quòd nos tueatur, lux, quæ nos ducat per ſemitas gratiæ ad aulam cœleſtis gloriæ. *Ad quam nos perducat, &c.*

TRACTATVS XVI.

APOLOGETICVS

CONTRA ICONOCLASTAS

BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS.

Occaſionem hujus concionis præbuit quædam iconomachia Hæreticorum, quam impii quidam exercuerunt hôc bellico tumultu, in quodam Propugnaculo, contrà Iconem Deiparæ Virginis, qui eam conflagrantes, in cinerem redegerunt. Prædicavit autem Concionem hanc Author Hiſpali, fuitque prima, quam ipſe Luſitanus Hiſpanicè dixit.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti.

Lucæ 11.

1. GRaviſſimæ offenſiones, & horrendiſſimæ injuriæ, quas ſacrilega manus, impudens temeritas, atque hæretica pravitas commiſit, & intulit ſacratiſſimæ Virgini, ejuſque dignitati, excitaverunt piam fidelium devotionem, ad hôcce feſtivo applauſu vindicandum honorem Deiparæ in Icone ſuâ læſum, & labefactatum. Impiiſſimum fuit hoc Hæreticorum ſcelus, & excæcatio magis obſtinata, quàm Barbarorum feritas, Gentiliumque ſæva crudelitas. Legimus de quodam in Hiſtoriis, quòd, incendio deſtruens, & conflagrans civitatem quamdam, præceperit militibus ſuis, ne domum, in quâ credebatur Cicero natus, ullatenùs attingerent: *Parcite Tullianæ domui.* Non enim juſtum, aut æquũ, ſed obſirmata quædam ferocia, & impia crudelitas foret comburere domum, quæ fuerat Magiſtri

Magistri Oratorum, & Romanæ eloquentiæ Principis habitaculum. Idem commemorant Annales Hispaniæ, cuidam Regi Alphonso contigisse, quando civitatem Cajetanam occupare gestiebat. Sanctissimam Virginem Matrem Dei appellavit gloriosus S. Ambrosius domicilium, & templum Dei: *Corpus Virginis, Dei templum est* Et effigies hujus sancti templi erat sacra ejus statua majori incomparabiliter digna veneratione, & cultu, quàm domus Marci Ciceronis, nihilominùs non pepercit ei perfidus Hæreticus, neque diabolicus furor ei ullum detulit respectum, imò, invento hoc pretioso thesauro, in ignem conjecit, &, Deo ita permittente, Imago redacta est in cineres. Virgo sanctissima, cœlorum Imperatrix, per tuam intercessionem, ò Domina, plurimi clientes tui incendia illæsi evaserunt, & Tyrannorum fornaces superârunt. Qui igitur commutatæ sunt sortes? Quæve hæc adeò notabilis rerum vicissitudo? Quod denique arcanum complectitur hic tragicus eventus? Illos tunc immunes servâsti, & teipsam modò nequaquam defendis? Salvâ veniâ tuâ, ò Domina, humilitate ingenii mei assequar secretum tam profundum, quia memini quorumdam verborum devotissimi tui clientis S. Ildephonsi, enucleantis, & consideratione suâ prementis, quòd Filius tuus dilectissimus noluerit descendere de cruce, cui affixus pendebat, dum prætereuntes deriderent, & blasphemarent eum, dicentes, juxtà S. Evangelistam Matthæum: *Si Filius Dei es descende de cruce.* Optimè potuisset Redemptor noster, inquit Sanctus, id facere, & hôc miraculo suam divinitatem comprobare, sed ex industriâ in cruce mori voluit: *Ut te veram Matrem ostenderet, verum se esse hominem, patiendo tormenta, monstravit.* Quasi diceret: Erat Redemptor meus, Filius Dei, & Filius tuus; ex Patre erat Deus, ex te erat homo, miracula patrans, liberans alios è tribulationibus, verum se exhibuit Dei Filium, quia miracula ejus, secundùm Doctoris Angelici doctrinam, manifestissima fuerunt ejus divinitatis argumenta: *Miracula, quæ Christus fecit, sufficientia erant, ad manifestandam divinitatem ipsius*, patiens autem, & tolerans tormenta, se verum hominem declaravit. Itaque nolens deserere crucem, cui affixus erat, se verum Filium tuum comprobavit. Igitur, ò Domina, si sis Mater Dei, & Dei hominis, ipsi per omnia similis, quemadmodùm ille tibi, quomodò potentiam tuam manifestas in liberandis servulis tuis à periculis & afflictionibus suis, &, tamquàm mater Dei, non liberaste, & ostendis amorem tuum in tolerandis hostium injuriis, quas evadere posses? Ideò, ò Domina, non liberâsti te ipsam ab incendio inimicorum, sed maluisti conjici in ignem, certissimè sciens exustionem tuam, commutandam in vitam, tuumque vilipendium, & ignominiam, causam majoris honoris, & exaltationis tuæ futuram, hòc ut pactò tu magnificata, fides gloriosè triumphans, & hæresis ignominiosè devicta, & prostrata remaneret.

D. Ambr. lib. 2. de Virginibus.

Matth. 27 v. 40

S. Ildeph. de B. Virg.

D. Thom. 3 p. q. 43. art. 4.

Mysteriis plenæ fuerunt omnes revelationes, quas dilectus Christi discipulus vidit in Apocalypsi suâ, sed, inter cæteras, reseratis cœlis, conspexit templum affatim pretiosum, Dei palatium, atque: *Et impletum est templum fumo à Majestate Dei.* Et si juxta Philosophos fumus sit signum naturale ignis, & hic signum instrumentale illius, verisimile est, quòd templum etiam erat plenum igne. Ecquid denotat Deus inter fumum, & domus ejus inter ignes? Si diceret Apostolorum Benjamin, fumum prodire ex altari, quod fragrabat odoribus, facilè intelligerem, at, quòd fumus ille exeat, *à Majestate Dei*, magnâ judico ponderatione dignum. Undè, existimo, Auditores, salvo sensu litterali verba illa, *à Majestate Dei*, hunc, permittente Deo, posse reddere sensum, ita ut per fumum, & ignem intelligantur peccata Hebræorum, quibus offuscabant, & prophanabant templum Domini. Et si his adjunxerimus insignem quamdam Angelici Præceptoris doctrinam, haud dubiè locus, seu Textus ille erit instituto nostro accommodatissimus. Exponens S. Thomas alium fumum, quem vidit Evangelicus Vates Isaias: *Et domus repleta est fumo*, asserit, Prophetam voluisse designare supplicium in Hebræis quadraginta duobus annis à morte Christi Redemptoris exequendum. *Domus repleta est fumo à Romanis*: Perindè ac diceret Deus, quòd in pœnam peccatorum, quæ in fumo, & igne adumbrantur, aliò fumo, & igne plecterentur. Correspondeat pœna delicto, &, qui in igne peccat, igne puniatur, & moriatur. O perfide, & proterve Hæretice, qui conjuratus es hostis Dei, ejusque sanctissimæ Matris (quæ verum Dei templum est in Jerosolymitano præfiguratum) peccatum tuum præsagit ruinam, & desolationem tuam, incendium, quò tu Iconem sanctam ejus combustisti

2.

Apocal. 15. v. 8.

Isa. 6. v. 4.

D. Thom. hic.

Deus Adamo fecit, ſicuti enim ipſum omnium animantium Dominum deſignaverat, ea ſubjiciens illius imperio, & poteſtati; in ſignum dominii voluit Deus vices ſuas, & impoſitionem nominum ejus placito committere, condividens Authoritatem cum Adamo, hâc lege, ut hic poteſtatem nominandi haberet, atque ea creandi potentiam ille ſibi reſervaret. Verba S. Baſilii ſunt hæc ſequentia: *Eſto Adam nominũ artifex, quando rerum eſſe non potes, formentur à me, nominentur à te: partiamur fictricu hujus ſolertiæ gloriam. Me cognoſcant artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine, inde nomen, quibus ego eſſentiam*, id eſt, partiamur gloriam hujus creationis, me, ut Authorem naturæ, & te, ut Dominum ſuorum nominum, venerentur, voca tu ea nomine proprio, quia ego creavi ea, & eô modo, quô poſſum, te Deum ſubſtituo, ut iis, quæ ego ex nihilo produxi, tu nomina imponas. Ecquid, fideles Auditores, habet comparatione dignum tude illud, & imperfectum eſſe animantium, cum ſupernaturali, & divino, quod Deus Virgini ſanctæ communicavit? Quamquàm enim, ad imponendum nomina ipſis, ſufficiat, quòd Deus Adamo vices ſuas committat, ad dandũ tamen nomen MARIÆ, neceſsè eſt, ut Deus ipſemet, id peragat. Et cùm Anna, & Joachim id nequeant præſtare, non vult Deus eorum electioni permittere, impoſitionem nominis MARIÆ, ſed totum illud jus ad ſe revocavit, & quia prævenit vices Annæ, & Joachim in benedictione dandâ, eaſdem etiam vult præoccupare, in nomine imponendo, ut nomen attribuatur ei, qui vitam, & eſſe donavit. Vocetur igitur Virgo ſanctiſſima, MARIA, hoc eſt, *Deus ex genere meo*, & nomen ejus non relinquatur arbitrio hominum ſed ſolius Dei, quia in hiſce paucis verbis, quantumvis myſterio plenis, continentur excellentiſſimæ prærogativæ, & & ineffabiles favores, quos Deus, dilpenſatione ſuperna eam vocans MARIAM, munificentiſſimè illi contulit, & donavit: *Deus ex genere meo*, quod idem ſonat, ac *nomen Virginis* MARIA.

D. Baſil. Seleucus orat. 2.

Et nomen Virginis MARIA.

CONSIDERATIO II.

Non ſolùm Deus in nomine MARIAE *compendiò expreſſit omnem excellentiam dignitatis ejus, ſed etiam in illo cumulatim recondidit univerſam fœlicitatem, & utilitatem noſtram.*

ANgelicus noſter Doctor S. Thomas aliam hujus nominis MARIÆ ſignificationem adinvenit, quæ fundamentum, & materiem hujus diſcurſus præbebit: MARIA, inquit Theologorum Phœnix: *illuminata in ſe, & illuminatrix in alio.* Interpretatio deſumpta eſt ex S. Hieronymo, qui eiſdem fermè verbis utitur: MARIA *illuminata, & illuminatrix*, hoc eſt, recipit lucem, & eamdem communicat. Videntur hi ſacri Doctores MARIÆ adaptare, proprietates Lunæ, ejuſque operationes circa noctem, quemadmodùm enim Luna recipit, & participat lumen, & ſplendorem ſuum à ſole, in ſolamen noctis (quâ phraſi utitur Tertullianus loquens de creatione ſolis, & lunæ: *Nam & in ſolidamento cœli luciferos ſolu ortus excitavit, luna cadentem globum ad ſolatium noctu, incrementis orbis implevit*) ita etiam radii, & ſplendores æternæ ſapientiæ illuminârunt Virginem ſanctiſſimam, & illa nos per reverberationem divinæ illius lucis, inceſſanter illuminat, ex quibus clarè dicta Sanctorum Thomæ, & Hieronymi verificantur: MARIA *illuminata, & illuminatrix*. Ecquæ enim nox adeò obſcura, & triſtis, quam Deipara Virgo ſerenâ luce non irradiet, & illuſtret? fugat obſcuras culpæ tenebras, depellit triſtes animarum luctus, & mœrores, & ſedat inquietas cordium anguſtias, neque ullus adeò dejecti animi inveniri poteſt, quin illicò, memorato dulciſſimo nomine MARIÆ, omni protſus triſtitiæ non valedicat: *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te*, inquit regius Pſalmiſta. Jucundè vivitur in Sion, neque ulla triſtitiæ aut melancholiæ nebula, ad felicitſſimam illam civitatem pertingit. Eminentiſſimus noſter Cardinalis Cajetanus elicit ex Hebræo

1.

D. Thom. opuſc. 8.

D. Hier. lib. de nomin. Hebrai. in Exod.

Tertull.

Pſal. 86. v. 7.

Hebræo hanc Lectionem *Et principes, ut parturientes, erunt in te.* Scio quidem sacros Interpretes explicando hunc versum Davidicum dicere, quòd David usus fuerit hâc metaphorâ ad declarandum, quòd beati gloriam pretio laborum partam possideant, quodque beatitudo sit filia dolorum, quos pertulerunt, ad modum, quò mulieres per dolores partûs, filios suos consequuntur, & possident. At noster S. Albertus Magnus suggerit nobis aliam explicationem considerationi nostræ apprimè accommodam. De Maria sermonem faciebat, inquit hic Ratisbonensis præsul, quando dixit: *Sicut lætantium omnium*, &c, quia, quicumque degunt sub alis ejus, vivuntque sub præsidio pietatis illius, & invocant nomen ejus, gaudent quiete, & solatio, quò beati in æterna gloriâ perfruuntur, & quantumcumque moliantur eum tribulationes conturbare, invocato nomine Maria, langueſcet earum rigor, & omnia mœsta, in gaudium convertentur: *Omnium hominum affectum trahit ad se, & omnium desiderium quietat in se: unde ipsa est lætantium quasi spirituale quoddam regnum cœlorum.* Hyperbolicè quidem loquitur Sanctus, verum enim verò parùm se dixisse putavit, ad dignè commendandum devotionem S. Virginis Mariæ, cui attribuere proprietates cœli, minimum est, quod dici potest, jam enim in Consideratione præcedenti idipsum probavimus, & consequenter rectè dicit S. Albertus, quòd in invocatione Deiparæ Virginis deliciæ, & gaudia æternæ gloriæ participentur.

D. Albert. Mag in Mariali.

2.

Neque hoc multum, aut magnum est, cum etiam Angeli in nomine Mariæ novas gaudiorum circumstantias in ipsâ gloriâ acquirât, gestientes singulis momentis illud eloqui, ut tam crebrâ repetitione ejusdem, nova ipsis gaudia; novæque jucunditates accrescant. Ad hoc videtur collimare frequens illa Angelorum interrogatio, quâ affectantes ignorantiam tam studiosè quærunt: *Quæ est ista*, inquiunt, *quæ ascendit*, &c. Interrogant, quasi illam non novissent, cùm tamen certum sit unum ipsorum ad depellendum timorem Virginis, illam proprio nomine vocitâsse, *Ne timeas*, Maria. Vt quid ergò dissimulant quod norunt, & sese ignorantes fingunt? Attribuite responsum devotioni cujusdam doctissimi Richardi, excellentissimum enim est, & intento nostro maximè deservicus. Interrogant, inquit hic Pater, toties, tamque iteratis vicibus, quænam sit, avidè cupientes sibi responderi, quòd sit Maria, & quam vis eam probe noverint, repetunt interrogationes, ut multiplicatæ repetantur dulcedines: *Quia dulce nomen desiderant sibi responderi.* Fingunt ignorantiam, & dissimulant notitiam, ne perdant suavitatem gaudii quam ex auditione Mariæ percipiunt, & malunt apparere ignorantes, quàm privari dulcedine auditi nominis Maria Hoc vel redolet æmulationem vel sunt indicia invidiæ (loquendo more nostro rustico & inculto) non patiuntur, nec æquo animo ferunt Angeli, homines esse soios, qui potiantur hujus nominis dulcedine, & utilitate, cupiunt unà collætari, quoniam, cum sit etiam Regina ipsorum, desiderant in cœlis illam sæpius nominari, ut tanti gaudii possint esse participes. Totum hoc paucis perstrinxit Richardus: *Sic Angelis nomen* Maria *desiderabant nominari, & in notitiam effundi, ut non intra terræ terminos clauderetur, sed etiam celebre haberetur in cœlis.* Nolierunt Angeli esse exclusi ab hâc communi hominum lætitiâ, & dulcedine Mariani Nominis, ideoque pari voce repetunt illud in cœlis, quò par sit gaudium ambobus, ut nempe jubilent homines, & sociâ exultatione Angeli idipsum concelebrent.

Richard. l. 1. de laud. Virg. c. 2.

3.

Apparuit Christus Magdalenæ, quando ipsa plorans venerat ad quærendum eum in monumento, & examinans causam luctûs ejus, dixit: *Mulier, quid ploras?* Et illa, tantùm aberat, quòd eum ex interrogatione agnosceret, ut etiam duplicato dolore novas, copiosioresque profuderit lacrymas. Ad leniendum autem luctum ejus, addidit Christus nomen Mariæ, Maria, vixdum inaudierat se proprio nomine appellari, & illicò, absterſis lacrymis, Christum Dominum agnovit. Enucleans Origines hunc rei eventum curiosè indagat, cur Christus ad primam interrogationem non manifestaverit se ipsi, sed expectaverit secundam, ut illi notitiam sui communicaret? Et cùm haud dubie tam potentia fuerint prima verba quàm secunda Christi, nullatenùs ambigiendum est, quin mysterium contineat, quòd se posthemis, & nõ primis illi manifestaverit Observat ergò doctissimus Origenes, quòd secundâ vice, prætermisso nomine mulieris, illam nomine Mariæ appellavit, fuitque hoc nomen efficacissimum

Cant. 3. v. 6.

Luc. 1. v. 30.

Ioan. 20. v. 15.

cissimũ ad illuminandos Magdalenæ oculos,& Christum agnoscendum: *Vbi* MARIA, *audivit*, MARIA, *præsensit in nomine quamdam singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognovit ipsum, à quo vocabatur, esse Magistrum suum.* Illuminavit eam in cognitione Christi hoc Nomen, non quatenùs appellativum erat ipsius, sed quatenùs referebat principalius significatum,& proprium sanctissimæ Virginis; instruens nos hôc salutari exemplo,quãtam dulcedinem communicet hoc Nomen, quantamque utilitatem nobis conferat; præterquàm enim, quòd animam spiritali repleat jubilo, etiam nobis revelat,& manifestat notitiam Christi

4. Hôc posito, Auditores, nescio; quis possit esse adeò inimicus sui, ut nolit non invocare hoc dulcissimum Nomen,cernens tot, tantaque commoda, quæ ex crebrâ ejus repetitione exoriuntur? Non enim soli homines persentiunt dulcedinem invocando hoc celebre Nomen, neque soli exultant incessanter illud repetere, sed ipsemet Deus Christus, Salvator noster, tantam percipiebat dulcedinem in hôc Nomine, ut necessarium fuerit, ad dandum locum tormentis, & doloribus suis, non nominare MARIAM. Suspensus hærebat Redemptor mundi in arbore crucis, totus vulneribus confossus, & plagis excarnificatus, volensque alloqui Matrem suam sanctissimam, eique commendare Ioannem in filium, ita affatur: *Mulier, ecce Filius tuus.* Non me latet, hic solitos esse sanctos Patres inquirere, quâ ratione Dominus non appellaverit eam Matrem, utì erat, sed mulierem, & communiter respondent, quod prudenter in alium finem cecinit Mantuanus:

Ioan.19. v.26.

Mantuan.

Ne materna pium laniaret viscera nomen.

Sed hoc non est, quod favet considerationi nostræ, aliò tendit vera Textûs hujus expositio. Causam igitur moventem Christum in hac occasione, ad non appellandum Virginem Nomine MARIÆ, sed mulieris, investigavit quidam doctus Modernus, existimans, Christum voluisse carere, seque orbare solatio, quòd sibi hoc dulcissimum Nomen parere potuisset, ut hôc pacto locum daret doloribus passionis,& mortis suæ, qui, audito Nomine MARIÆ, omnino vires suas amisissent; addítque præfarus Author hæc sequentia verba:

Novarin. lib.4.

Ac ne videretur fellu amaritudinem, quod illi fuerat oblatum, MARIÆ *Nomen proferens, temperare*, idcircò ergò abstinet à nominando MARIÆ vocabulo,sciẽs,illò nominato, mox fellis amaritudinem in dulcedinem commutandam: *Tam dulce quippe* MARIÆ *Nomen est, ut possit fellis amaritudinem lenire.* Nullum profectò præstantius est remedium, nullumque certius antidotum ad dulcorandum amaritudines hujus vitæ, & mitigandum dolores passim occurrentes, quàm invocatio hujus dulcissimi Nominis. Quod adeò verum est, ut gloriosus S. Anselmus quodammodo Nomen MARIÆ, tamquàm excellentius, præponat sanctissimo Nomini IESV. Auscultate verba ejus: *Velocior est nonnunquàm salus, memorato Nomine* MARIÆ, *quàm invocato Nomine Domini unici Filii sui.* Nolo dicere,quòd Nomen MARIÆ superet potentia ipsum Nomẽ IESV, sed propter id, quod prudenter idem Sanctus subjungit: *Christus suo Nomine vocatus non statim exaudit, profectò id justè facit, Invocato autem Nomine Matris etsi merita invocantis non merentur, ut exaudiatur, merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiatur*, id est, ad Christum, ceu Iudicem, spectat punire, ad Virginem autem, uti Advocatam, pertinet intercedere,& idcirco,licèt invocans non mereatur exaudiri,merita tamen MARIÆ adjuvant, ut petita consequatur.

Umbra Virg. excurs. 128

D. Anselmus lib. de excellent. Virg. c.6.

Iam capio rationem, ob quam Virgines illæ fatuæ, pulsantes ad januam cœli, non exaudiantur, quamvis enim sæpius pulsaverint, & repetitis precibus inclamaverint: *Domine, Domine aperi nobis*, repulsam tamen patiuntur. Ex quibus liquidò constat, illas Sponsum vocibus suis sollicitasse,quem, uti Dominum inclamabant,attamen ipse adeò severum se exhibuit pulsantibus, ut ipsis responsi loco dixerit: *Nescio vos.* Neque hoc admirandum, quia Christus, uti Iudex, aliquando exequitur actus justitiæ punitivæ, exercere autem semper actus pietatis, & misericordiæ ad solam jurisdictionem MARIÆ spectat, idcircò videbitis, quòd tametsi omnes Virgines turmatim exierint obviàm Sponso, & Sponsæ *Exierunt obviàm Sponso, & Sponsæ*, non tamen de hâc, sed de illo dicatur, quod ingressum denegaverit: *Sponsum, non Sponsa, respondit: Nescio vos Nam Christus aliquando justitiam, Beata Virgo semper misericordiam exercet*; quemadmodùm curiosè dixit quidam Modernus. Et reverà innotuit earum insipientia,& fatuitas; quia pulsantes ad januam gloriæ, non invocârunt

f.

Matth. 25. v.11.

Ibid. v.12.

Ibid.v.4.

Mendoza tom.2. in lib.Regum c. 4.nu.9. annotat.

sunt nomen Maria, sibi ipsis introitum impossibilem reddiderunt, si namque, sicuti dixerunt: *Domine, Domine,* inclamassent, *Domina, Domina*, quod vocabulum, teste S. Epiphanio, & Arnoldo, uti mox videbimus, idem sonat, quod, Maria, non fuissent tam ingratam passæ, repulsam, & absque obstaculo liberum habuissent aditum ad gloriã, quin hoc privilegium est Mariæ quæ omnibus favet, omnes solatur, omnes illuminat, quia Maria vocatur: *Illuminata, & illuminatrix.* Hâc prærogativâ solùm gaudet Nomen ejus. *Et Nomen Virginis* Maria.

Et Nomen Virginis Maria.

Consideratio III.

Nihil horrendius, aut terribilius inferno, quàm supernum Nomen Maria.

1.

Tertia interpretatio hujus sacri Nominis, est SS. Epiphanii, Hieronymi, Chrysologi, Eusebii, Isidori, Damasceni, & aliorum, dicentium, Maria, idem sonare, quod, *Domina*, non limitato quidem dominio ejus, sed absoluto, ita ut omnium sit Domina nuncupanda. Sicuti enim Deus illam super omnes creaturas exaltavit, ita etiam dedit illi nomen, quod omne imperium, & dominium absolutissimum significaret. Bellè cogitatum. Sed aliquid altiùs meditandum, quod tamen doctrinæ SS. Patrum non contradicat. Gravis quidam Author Seraphici ordinis varias hujus nominis, *Domina*, interpretationes allegat, quarum unam vel alteram selegimus, quæ & materiem hujus discursûs nobis suppeditabunt: *Domina*, inquit (quod idem sonat ac Maria) significat, *dans minas, vel domans manus*, quæ in rigore Latino idem valent, quod minas, & terrores incutiens, domans, seu alios sibi subjiciens, unde nomen Maria non solum complectitur imperium, & majestatem, sed simul etiam terrorem, & formidinem; ita ut nihil magis terreat furias inferorum, nihilque magis horrore afficiat dæmones, quàm supernum Maria Nomen. Ita devote meditatur mellifluus Doctor, hisce verbis: *Non sic timent hostes visibiles quasi castrorum multitudinem copiosam, sicut aëreas potestates* Maria *vocabulum, patrocinium, & exemplum fluunt, & pereunt sicut cera à facie ignis. ubicumque invenerunt crebram hujus Nominis recordationem, devotam invocationem.* Et si operosiùs enucleaverimus hæc verba: *Et pereunt sicut cera à facie ignis*, deprehendemus Sanctum Doctorem alludere, ad illud Psalmi Davidici, ubi regius Vates, adnotante S. Hieronymo, rogat Deum, ut resuscitet mortuos, & ad conspectum gloriæ eorum hostes infernales prosternantur: *Exurgat Deus*, inquit regius Psaltes, *& dissipentur inimici ejus, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Vbi arguté S. Hieronymus: *Spiritualiter intelligitur iste Psalmus de Domino, ut resurgat à mortuis, & dissipentur inimici ejus, hoc est, Diabolum, & exercitum ejus.* Et ex hoc infert S. Doctor efficacissimam virtutem nominis Iesv, quia invocatum, eosdem effectus, quos resurrectio ejus gloriosa operatur: *Et nunc indubitanter credendum est, quòd, ad invocationem ejus Nominis stare non possunt* Ex quibus facilè intelligitur, quò spiritu, & emphasi dixerit S. Bernardus: *Et pereunt sicut cera à facie ignis*, quòd nempè attribuat Nomini Mariæ eosdem effectus, quos solet producere, & causare non solum Nomen Filii ejus, sed etiam ipsemet resuscitans, in signum, quòd non minori gaudeat virtute, & potentiâ Nomen Maria, quàm Nomen Filii ejus unigeniti, imò neque minori efficaciâ, quam ipsa persona ejus, quando ad debellandos hostes inferorum, immortalis, & gloriosa à mortuis resurrexit. Non potuit Sanctus, altiùs extollere excellentiam Mariæ, quàm ipsam certo quodam modo constituere superiorem Filio suo, & unà ipsam facere castrum inexpugnabile, ad quod fideles confugiant, turrim fortissimam, in quâ devoti ejus clientes protegantur, & terribilem, ut castrorum aciem ordinatam, ad resistendum, & devincendum omnes hostes, etiam aëreas potestates.

Bonav. in Speculo c. 3.

Psal. 67. v. 1.

D. Hieron. hic.

Carthag. tom. 2. lib. 2. hom. 8.

D. Bern. apud D.

2.

Appositè dixit Oraculum Sapientiæ Salomon in Proverbiis, nomen Domini turrim esse fortissimam, & inexpugnabilem, & tutum omnibus justis asylum contrà omnium inimicorum insultus: *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit justus, & exaltabitur*, Vel, ut ait alia Lectio: *Ad ipsam currit justus, & salvabitur.* Assumit hunc locum explicandũ devotio Richardi à S. Laurentio, cumque ferventi spiri-

Prov. 18. v. 10.

tu

tu in laudem ſacratiſſimi Nominis Deiparæ Virginis, ſeu MARIÆ præclare explanat:

Richard. lib. 11. de laud. Virginis. *Dicit Salomon, quis parùm noverat de* MARIA, *turris fortiſſima nomen Domini. ad ipſam currit juſtus, & ſalvabitur: nobis autem dicendum eſt, turris fortiſſima nomen Domina. ad ipſam confugiet peccator, & ſalvabitur.* Benè apparet, Salomonem parvam habuiſſe notitiam MARIÆ, & nequaquàm agnoviſſe excellentiam Nominis ejus, quia ſi cognoviſſet, profectò illud ſuper nomen Domini extuliſſet, quia ſi de hôc dicere potuit, quòd ſit turris fortiſſima, ad quam currit juſtus, de illó reverà affirmare potuiſſet, quòd ſit turris inexpugnabilis, in quâ non ſoli juſti, ſed etiam peccatores refugium, & aſylum reperiunt. Siquidem non ſolos ſanctos defendit, ſed etiam malis, & peccatoribus medetur, omneſque indiſcriminatim contrà hoſtium impetus protegit, & tuetur.

3. Venit S. Angelus Gabriel ad ſalutandum hanc ſacratiſſimam Virginem, adnotatque S. Hiſtoriographus Lucas illam ad auditum, & conſpectum ejus turbatam fuiſſe: *Turbata eſt in ſermone ejus.* Vnanimis SS. Patrum ſententia, quam hic ſuppono, affirmat B. Virginem tamquàm inſuetam talibus colloquiis, ad ingreſſum Angeli in habitu viri fuiſſe conturbatam, potuit namque tanta rei novitas, & inſuetudo talem concitare turbationem, &, ad ſedandum commotionem animi ejus, uſurpavit Angelus Nomen ejus, vocans eam MARIAM: *Ne timeas* MARIA. Et vixdùm audivit illa Nomen ſuum, & illicò Nomen reſtituit quietem, & tranquillitatem, quam conſpectus Angeli commoverat, & abſtulerat. Plurimas rationes excogitârunt ſancti Patres, ob quas ſancta Virgo, audito Nomine ſuo, mox ſolitam recuperaverit animi tranquillitatem. Verumenimvero, prætermiſſis aliis tamquam notiſſimis, perplacet mihi magni Chryſologi meditatio, quæ & inſtituto noſtro congruit, & novitatem quamdam ſonat: *Nomen hoc Prophetia germanum eſt.* Ecquit hoc Nomen Mariæ cognatum eſt Prophetiæ? Non capio. Scio quidem, Prædicatores paſſim explicare hæc verba ſancti Præſulis, dicentes, illa alludere ad diſcurſum, quem Virgo, audiens Angelum loquentem, intùs in corde ſuo efformabat.

Luc. 1. v. 29.

Ibid. v. 30.

D Petr. Chryſol. Ser. 146.

11. Vivens MARIA in perpetuâ ſolitudine, neque ſeipſam confidens ullis oculis, aut aſpectibus hominum, qui ne eam ex nomine noverant, ubi ab Angelo proprio ſe Nomine appellari percepit, perſuaſit ſibi Prophetam eſſe, qui Nomen cæteris incognitum rectè divinaverat, agnoſcentique legatum ſibi à Deo eſſe deſtinatum, compoſuit animum, & timorem depoſuit, certior facta, quòd, legatio è cœlis divinitùs miſſa, ſibi obeſſe, aut damno, ſeu dedecori verti non poſſet. Optima quidem eſt hæc explicatio, porrò aliam proferre geſtio, quamvis nova cenſeri poſſit, ad quam ſtabiliendam, ſuppono ex Angelico noſtro Doctore, Prophetiam nihil eſſe aliud, quàm verba, quæ de præſenti enuntiant futurum: *Prophetia, eſt inſpiratio, vel revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuntians.* Ad rem igitur. Dum Virgo turbatur, & terretur, Angelus ad pacandum animum ejus, & metum propulſandum, eam Nomine proprio MARIAM appellat. Et hoc, inquit Chryſologus, eſt abſque dubio, Prophetia: *Nomen hoc Prophetia germanum eſt.* Hæc ſunt prognoſtica certa futurorum eventuum, id eſt, quod, maximis etiam perculſi terroribus, erant exuturi, & depoſituri omnem metum, & formidinem, quodque ad invocationem Nominis MARIÆ, etiam ſummè puſillanimes erant novos animi ardores, novum que robur recuperaturi, ad omnia pericula pacatè vilipendenda, omneſque hoſtium impetus viriliter ſuperandos. Et fortaſsè hoc ipſum innuere voluit idem Ravennas proſequens explicationem ejuſdem Nominis, dum ait: *Vocat ergò Angelus Dominam, ut Dominatorum Genitricem trepidatio deſerat.* Vt fuget, & propulſet Angelus omnem trepidationem, Nomen ei proprium obicit, & proponit, idemque debet nobis addere novos animos, & calcaria ſuo tempore, ut nos ejus ſervi eódem præmuniti ſecuritatem aſſequamur, & hoſtes proculcentur, & debellentur. Securitatem igitur ſibi polliceri poſſunt, contrà omnes dæmonis inſultus, quicumque ad hoc ſacrarium confugerint, neque ſolùm poſſunt deponere metum in hâc vitâ, ſed etiam in morte, in qua majorem ſuam ſeritatem, & rigorem exercere ſolet; & inſolentiori conatu, & vi animas aggredi, & impugnare. Ecquam, quæſo, ſecuritatem non poterit ſibi promittere homo, hac ſanctâ devotione inſtructus? Saltem devotiſſimus S. Bonaventura ita ſentiebat, dicens: *Glorioſum, & admirabile eſt Nomen tuum, qui illud invocant, non expaveſcent in puncto mortis.* O Regina glorię, Domina noſtra, glorioſum eſt Nomen tuũ, & ter, quaterq; beati, & felices, qui jugiter illud

D. Tho. 2. 2. q. 117. art. 3. in 1. argum.

D Petr. Chryſol. Ser. 142.

D. Bonavent. in Pſalter. B. Virg.

ucpe-

Digitized by Google

repetunt, quia per illud liberantur à timore mortis. Timeat Satan, contremiscat infernus, quia potentia, & imperium tuum illi timorem incutit, & terrefacit, expaveſcat ad ſanctum Nomen tuum, quia per illud, etiam nolens, te veram Dei Matrem, & Dominam profiteri compellitur. Hoc ſiquidem denotat, Maria. *Et Nomen Virginis* Maria.

Et Nomen Virginis Maria.

Consideratio IV.

Maxima reverentia, & cultus debetur huic ſancto Nomini, & eminens quædam puritas, & munditia requiritur in eô, qui Nomen Mariae *vult pronuntiare.*

1. Coronemus hunc Tractatum ultimo diſcurſu quoad reverentiam, & veneration-nem, quam exigit hoc ſanctum Nomen, & puritatem, ſeu munditiam, quâ præditus eſſe debet, qui illud ore pronuntiaverit: *Quis non timeat* Mariam *pollutis labiis nominare?* aiebat S. Bernardinus, arbitrans impoſſibile reperiri Chriſtianum, qui impuris labiis illud eloqui præſumeret. Valdè accommodus eſt huic inſtituto nexus, quem Paranymphus divinus hodiè componit inter virginitatem, ſeu puritatem, & Nomen Mariæ: *Et Nomen Virginis* Maria, connectens epitheton Virginis, cum titulo Mariæ. Et quamvis ſacri Interpretes plures accumulent rationes, ad ſalvandum hunc nexum, præ cæteris tamen arridet, illa, quam quidam Modernus jam relatus approbat: *Tacitè hic quoque nexus nos movet, ut* Mariæ *Nomen prolaturi, colamus ſanctimoniam, & præcipuè impuritas omnis ab illius ore exulet, qui purum* Mariæ *Nomen invocaturus eſt.* Præmunivit ſe Angelus puritate, antequàm Mariam nominaret, exiſtimans, debitam eſſe diſpoſitionem, ad nominandum illam, agere priùs de Virginitate, & munditiâ, quia minori diligentiâ præmiſsâ, indignum ſe reputabat, qui illam nominaret, ac proindè convenientiſſima fuit hæc præventio, & connexio Angeli, præponere virginitatem pronuntiationi Nominis: *Et Nomen Virginis* Maria.

D. Bernardin. tom. 3. Ser. 2.

Novarri. lib. 4. de umbra Virg. excurſu 124.

Continuo Mariale.

Ideircò Seraphicus Pater S. Bonaventura notanter obſervavit, ſolùm ſepties in ſacris Litteris Nomen Mariæ commemorari, ad denotandum, inquit Sanctus, ſeptem virtutes, quibus anima ejus munificentiſſimè ditata fuit, oppoſitas ſeptem vitiis, quæ Eccleſia capitalia nuncupat. Exhibuit ſacra Virgo profundiſſimam ſuam humilitatem contrà præſumptionem, & ſuperbiam, quando annuntianti Angelo lætiſſimum nuntium, eamque, ut Matrem Dei futuram ſalutanti, *Ave* Maria, ſe ancillam humilem eſſe reſpondet: *Ecce ancilla Domini.* Senſualitati, ſeu luxuriæ, virginalis ejus pudicitia opponitur, & hic eſt nexus, quem jam ponderamus: *Et nomen Virginis* Maria. Contra avaritiam oſtendit ſuam pauperiem, quando Angelus Evangelizans paſtoribus Deum recèns natum, eos ad humillimum præſepe remittit, dicens: *invenietis* Mariam, *& infantem poſitum in præſepio.* Adversùs invidiam elucet ejus charitas, quam cum cognatâ ſuâ Eliſabeth exercuit: *Exurgens* Maria *abiit in montana.* Dimicat contra gulam parſimonia ejus, ſi enim rectè dixerit Apoſtolus: *Optimum eſt gratiâ ſtabilire cor, non eſcis*, & quòd gratia ſit gulæ contraria, nequivit defuiſſe Maria, quam Angelus admirabilem gratiæ inventricem prædicavit: *Ne timeas,* Maria, *inveniſti gratiam apud Deum.* Oppugnat iram ejus manſuetudo, & patientia rara, quam monſtravit invictam in omnibus tribulationibus ſuis, adſtans conſtantiſſima juxtà crucem Filio morienti: *Stabat autem juxtà crucem* Jesu, Maria *Mater ejus.* Et tandem ejus diligentia, & ſollicitudo bellum infert ſocordiæ, & pigritiæ, numquàm illi locum dans, ſed ſemper curis intenta, ſacro atteſtante Eloquio: *Omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, &* Maria *Matre* Jesu. Ex quibus dilucidè colligitur ad confirmationem noſtri aſſumpti, ſacroſanctum Nomen Mariæ ſemper conjunctum eſſe alicui virtuti, ad docendum nos puritatem, quam debet habere is, qui voluerit illud nominare. Solus etenim dignus eſt illud ore pronuntiare, qui habuerit animam virtutibus innotantem, & exornatam.

2.

Luc. 1. v. 28. Ibid. v. 38. Luc. 1. v. 41. Luc. 2. v. 12. Luc. 1. v. 39. Hebr. 13. v. 9. Luc. 1. v. 30. Ioan. 19. v. 25. Actor. 1. v. 14.

Et ut magis hanc doctrinam accommodemus Themati noſtro, & hodiernæ ſolemnitati, ponderemus illud, quod devotiſſimus ſimul, & acutiſſimus dixit de Nomine Mariæ S. Petrus Chryſologus: *Nomen hoc renaſcentibus ſalu-*

3.

D. Petrus

Chryſol. Ser. 146.

ſalutare, hoc virginitatis inſigne, hoc pudicitiæ decus. Vnirt Nomen MARIÆ virginitati, eſt prædicare nobis, quòd ſuper ſolas illas virtutes ſupernas puritatis, & virginitatis, tamquàm ſuper baſes aureas, rectè fundetur ſacroſanctum Nomen MARIÆ. Vocatur, Auditores, hæc Eccleſia ſanctæ MARIÆ, quò ſolo titulo, & honore aliis ſupereminet, ſed ſcitote, hunc honorem, & dignitatem hoc vinculum habere ſibi annexum, ut Miniſtri hujus Eccleſiæ æmulentur puritatem Angelorum, minori enim diligentiâ, & præventione, hujus honoris incapaces redduntur, neque Miniſtrorum, aut Sacellanorum MARIÆ titulum promerentur. Accipite conceptum ſingularem, quem nullus Author, aut Patronus, ſed ſola mea devotio confirmat. Curioſiùs obſervavi, quòd in ipſis mundi incunabilis, Deus ſibi reſervaverit nominis impoſitionem maris: *Congregationes aquarum vocavit maria*, id eſt, congregationi aquarum dedit nomen *maria*, & quamquàm Adamo confiderit nominationem animalium, quod ad juriſdictionem divinam pertinebat, noluit tamen poteſtatem illam extendi ad nominandas aquas, propter ſimilitudinẽ fortaſſe, quam habiturum erat nomen earum, cum Nomine MARIÆ, cujus ſolus Author, & Dominus voluit Deus eſſe, utì jam in primâ Conſideratione fuſiùs probavimus. Quod me maximè angit, eſt cura illa ſingularis Dei, quam habuit ad imponendum nomen mari, poſtquàm vidit illud formatum, & non antequàm eſſet completum, ſicut fecit cum Adamo, cui antè creationem nomen impoſuit: *Faciamus hominem*, &c. Grande myſterium continet hæc divina diſpoſitio, neque tam facilè inventur ratio, ob quam Deus ad dandum nomen homini, qui eſt opus tam excellens, non expectaverit perfectam, & completam ejus creationem, ad dandum verò nomen mari, opperiatur Deus, quouſque aquæ ſeparentur à terrâ, & ſimul congregatæ non tranſgrediantur terminos ſibi à ſua divinâ Majeſtate præfixos, & tandem videns eas adeò obedientes, appellaverit maria: *Congregationes aquarum appellavit maria*. Mallem in hôc particulari edoceri ab aliô, quàm ipſe nodum difficultatis diſſolvere: Verùm ſi ſecuræ ſunt novitates, quæ fundantur in antiquitate, ad hanc novam reſolutionem utar in præſenti S. Alberti Magni, & aliorum Patrum doctrinâ ſæpiùs repetitâ. Ponderans ergò ſanctus Antiſtes nomen, quod Deus indidit mari, vocans illud *maria*, ad honorem ſanctiſſimi Nominis MARIÆ ita effatur: *Congregationes aquarum vocavit maria, Virgo autem, quæ eſt congregatio omnium virtutum, vocatur* MARIA, ità ut, in opinione hujus Sancti, nomen impoſitum mari, idem fuerit cum futuro Nomine ſanctiſſimæ Virginis. Ex his itaque argumentor, & nodum propoſitæ quæſtionis diſſolvo, nimirùm, quòd, cùm mare eſſet habiturum nomen commune cum ſacratiſſimâ Virgine, voluit Deus priùs illud videre conſummatè perfectum, quàm voluerit tam honeſto titulo condecorare. Et licèt noviſſet ſua Majeſtas, quàm conformis eſſet futura ideæ ſuæ, nihilominùs ad manifeſtandum mundo, quanto in pretio haberet Matrem ſuam, & venerationem debitam Nomini ejus, ad dandum nomen mari, non eſt contentus videre quomodocumque creatum, ſed deſiderat videre illud ultimatè perfectum, putà, ut retrahat immenſitatem gurgitum ſuorum ad latiſſimos ſinus ſuos, exhibeatque ſe obediens mandatis divinis, neque aquæ ejus huc illuc diſperſæ diffluant, ſed congregentur, & corpus unum exornent, videnſque illud ſua Majeſtas jam perfectum, obediens, & formoſum, in unũ congregatum, tunc tandem ei nomen imponit, mare: *Congregationes aquarum vocavit maria*, nolens antè illam diligentiam præmiſſam tribuere nomen, quod MARIÆ erat imponendum. Nonnetur Adam, antequàm ſit perfectus, tribuatur ei nomen priùs, quàm eſſe, cùm enim nomen ejus nullam ſit habiturum ſimilitudinem cum Nomine Virginis, non eget tot prærentionibus, ac mare, propter rationes jam dictas, & ad inſtruendum nos, quanta excellentia, perfectio, & ſanctitas ſupponatur, & exigatur in iis, qui tam ſacroſanctum Nomen participant. In Sacellanis MARIÆ, & Miniſtris Eccleſiæ ipſius, ne quidem umbra peccati reperiri debet; etenim ſi Deus tantam adhibeat ſolertiam, & curam, ut creatura inſenſibilis tot, tantiſque exornetur perfectionibus, propter ſimilitudinem, quam nomen ejus eſt habiturum cum Nomine Matris ſuæ, qualem, quantamque non provocabit indignationem Dei, qui nomine Miniſtri, & Sacellani MARIÆ gaudens, nedum non ſtudet ſanctitati, & perfectioni, ſed etiam vitiis, & omnigeno peccatorum genere ſordeſcens, in omnes luxus, & voluptates effræna diffluit.

Gen. 1. v. 10.

Gen. 1. v. 26.

D. Albert. Magnus.

Notate conſequenter ad dicta, inſigniſſimã Richardi

Digitized by Google

Richardi obſervationem. Ponderat hic doctus Pater, quòd S. Evangeliſta Lucas loquens de Magdalenâ, dum, adhuc ſentina peccatorum facta, Redemptorem noſtrum in domo Simonis leproſi requireret, ad impetrandum veniam delictorum ſuorum, eam, mulierem, & non

Luc. 7. v. 37. mariam nuncupavent: *Ecce, mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, & protinùs in capitulo ſequenti agens de multitudine copioſâ, quæ Chriſtum cum Apoſtolis, & devotis quibuſdâ mulieribus, ſequebatur, inſeruerit Magdalenâ, eamque proprio nomine recenſuerit Mariam eam vocans: Maria, *quæ vocatur Magdalene, de quâ ſeptem dæmonia exierant.*

Luc. 8. v. 2. Movet hic prudentiſſimè dubium præfatus Pater, animadvertens ſacrum Hiſtoricum, in uno loco eam privare ſuo nomine, & vocare mulierem, in alio autem eam indigitare Mariam, &, in hâc diverſitate ſtyli, ſequens deprehendit myſterium:

Richard. de ſancto Laurent. lib. 1. de laud. Virg. c. 2. *Nomini* MARIÆ *in ſeparabiliter ſanctitas eſt adjuncta quòd, cùm egit beatus Lucas de pœnitentiâ Magdalenæ propter hujus nominis reverentiam non auſus fuit* MARIAM *ſed mulierem nominare: ſed paullò poſt, cùm dicit eam juſtificatam à Domino, de ſuis facultatibus miniſtrare, vocat* MARIAM. Verba adeò clara ſunt, ut vix ulteriori egeant expoſitione; ex eò ſiquidem, quòd pœnitentiam egerit, & facultates ſuas impenderit miniſterio Chriſti, & neceſſitatibus collegii Apoſtolici, eam tam glorioſo titulo, & nomine cohoneſtat, in ſignum quòd ſolus ille promereatur hoc nomen, qui ſeſe in ſupernis illis virtutibus exercuerit. Singulare eſt, ad hoc ſtabiliendum, id, quòd doctus Lorinus refert de mulieribus Polonis, inter quas nulla, ob reverentiam, & veneratione ſacroſanctæ Virginis, MARIA vocatur:

Lorin in Pſal. 99. v. 5. *Honoris cauſa ferè nullam Polonam fœminam Nomine* MARIÆ *appellari.* Conſiderabant illæ ſanctitatem Virginis, agnoſcebantque, ſe longiùs ab illius imitatione deficere, & judicantes impoſſibile, tantæ obligationi Nominis ſatisfacere, illius honoris ſe incapaces proteſtabantur, nolentes hôc Nomine MARIÆ appellari. Utinàm ad earum exemplum, virtutes, quas tam ſanctum Nomen exigit, ſtudiosè imitaremur, & in nobis ad vivum exprimeremus.

5. Nunc, Auditores, ſpero, & firmiter mihi perſuadeo, quòd deinceps eritis devotiſſimi ergà hoc ſanctum Nomen, & quod hodiè, hocce feſtum devotè celebrando, demonſtràſtis, ſenſim perficietis, & quod in veneratione, & cultu illius auſpicati eſtis, paulatim majoris devotionis incremento conſummabitis: Et ego ex parte illius, majora vobis gratiarum augmenta polliceor, quia hæc devotio, inter cæteras, maximæ eſt utilitatis, & minimi laboris, multi valet, & pauci conſtat: quia, ut adnotavit S. Bernardinus Senenſis, hoc Nomen duabus terminatur ſyllabis, ut cernens homo facilitatem in pronuntiatione Nominis, non faſtidiat illud crebrius repetere: *Non ſunt niſi duæ ſyllabæ, ut non laboret homo in dicendo, & frequenter nominando hoc ſanctiſſimum Nomen* Et, cùm exiguus ſit labor, maximum eſt lucrum, quia præter innumerabiles indulgentias, quas ſummi Pontifices, & nominatim Urbanus IV. & Joannes XXII. conceſſerunt hoc Nomen invocantibus, fieri nequit, ait hic Seraphicus S. Bonaventura, ut quis devotè MARIAM nominet, quin ſingularem indè capiat utilitatem, & ſentiat dulcedinem: *Devotè nominare non poteſt* MARIA *ſinè nominantu utilitate* Imò melliſluus Doctor S. Bernardus hanc veritatem adeo expertus, ſi non votum, ſaltem obfirmatum fecit propoſitum numquam oblivioni tradendi hoc ſanctiſſimum Nomen, certus de commodo, & utilitate, quam ex nominatione illa oriri ſciebat. Adducitque ſanctus Abbas, ad firmandum animi ſui decretum, illud Poëtæ ad Cæſarem:

D. Bernardin. tom. 1. Ser. 52.

D. Bonav. in ſpeculo B. Virgin.

Virgil. 1. Æneid. v. 611.

In freta dum fluvii current, dum montibus umbra
Luſtrabunt convexa, polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.

Et his adjungit Sanctus ſuaviſſima & melliſluſſima ſua verba:

D. Bern. Ser. 3. ſuper Salve Regina.

Spes mea, Virgo pia, Virgo ſacra; Virgo MARIA,
Et non amplius? Amplius multùm, & per omnè modum. Nam in æternum, & ultrà non deficiet laus tua de ore hominum, etiam & Angelorum.

O ſi quis poſſet, quemadmodum noſter Angelicus S. Thomas optabat, imbibere ſpiritum Bernardi, ad rectè explicandũ ejus devotionis ſenſum! Aſt, quia nec lingua id eloqui, nec calamus exprimere poteſt, ſuppleat devotio Auditorum, explicationem melliſluæ dulcedinis S. Abbatis. Ego etenim, ne offendam, id attentare non præſumo. Et tu, ô Regina gloriæ, in remunerationem tam ſingularis affectus, quem

quem tibi consecrat devotus hic populus, intercede apud Filium tuum unigenitum, ut in majoribus nostris periculis, & necessitatibus, in exæstuantibus tentationum nostrarum ardoribus, in arduis nostris bellorum discriminibus, in dubiis hostium insultibus, sit Nomen tuum, scutum contra inimicorum impetus, propugnaculum, quod nos defendat, turris fortissima, quæ nos protegat, & asylum, quòd nos tueatur, lux, quæ nos ducat per semitas gratiæ ad aulam cœlestis gloriæ. *Ad quam nos perducat, &c.*

TRACTATVS XVI.

APOLOGETICVS

CONTRA ICONOCLASTAS

BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS.

Occasionem hujus concionis præbuit quædam iconomachia Hæreticorum, quam impii quidam exercuerunt hôc bellico tumultu, in quodam Propugnaculo, contrà Iconem Deiparæ Virginis, qui eam conflagrantes, in cinerem redegerunt. Prædicavit autem Concionem hanc Author Hispali, fuitque prima, quam ipse Lusitanus Hispanicè dixit.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.

Lucæ 11.

1. GRavissimæ offensiones, & horrendissimæ injuriæ, quas sacrilega manus, impudens temeritas, atque hæretica pravitas commisit, & intulit sacratissimæ Virgini, ejusque dignitati, excitaverunt piam fidelium devotionem, ad hôcce festivo applausu vindicandum honorem Deiparæ in Icone suâ læsum, & labefactatum. Impiissimum fuit hoc Hæreticorum scelus, & excæcatio magis obstinata, quàm Barbarorum feritas, Gentiliumque sæva crudelitas. Legimus de quodam in Historiis, quòd, incendio destruens, & conflagrans civitatem quamdam, præceperit militibus suis, ne domum, in quâ credebatur Cicero natus, ullatenùs attingerent: *Parcite Tullianæ domui.* Non enim justum, aut æquũ, sed obfirmata quædam ferocia, & impia crudelitas foret comburere domum, quæ fuerat Magistri

Magistri Oratorum, & Romanæ eloquentiæ Principis habitaculum. Idem commemorant Annales Hispaniæ, cuidam Regi Alphonso contigisse, quando civitatem Cajetanam occupare gestiebat. Sanctissimam Virginem Matrem Dei appellavit gloriosus S. Ambrosius domicilium, & templum Dei: *Corpus Virginis, Dei templum est* Et effigies hujus sancti templi erat sacra ejus statua majori incomparabiliter digna veneratione, & cultu, quàm domus Marci Ciceronis, nihilominùs non pepercit ei perfidus Hæreticus, neque diabolicus furor ei ullum detulit respectum, imò, invento hoc pretioso thesauro, in ignem conjecit, &, Deo ita permittente, Imago redacta est in cineres. Virgo sanctissima, cœlorum Imperatrix, per tuam intercessionem, ò Domina, plurimi clientes tui incendia illæsi evaserunt, & Tyrannorum fornaces superârunt. Qui igitur commutatæ sunt sortes? Quæve hæc adeò notabilis rerum vicissitudo? Quod denique arcanum complectitur hic tragicus eventus? Illos tunc immunes servâsti, & teipsam modò nequaquam defendis? Salvâ venià tuâ, ò Domina, humilitate ingenii mei assequar secretum tam profundum, quia memini quorumdam verborum devotissimi tui clientis S. Ildephonsi, enucleantis, & consideratione suâ prementis, quòd Filius tuus dilectissimus noluerit descendere de cruce, cui affixus pendebat, dum prætereuntes deriderent, & blasphemarent eum, dicentes, juxtà S. Evangelistam Matthæum: *Si Filius Dei es descende de cruce.* Optimè potuisset Redemptor noster, inquit Sanctus, id facere, & hòc miraculo suam divinitatem comprobare, sed ex industriâ in cruce mori voluit: *Ut te veram Matrem ostenderet, verum se esse hominem, patiendo tormenta, monstravit.* Quasi diceret: Erat Redemptor meus, Filius Dei, & Filius tuus; ex Patre erat Deus, ex te erat homo, miracula patrans, liberans alios è tribulationibus, verum se exhibuit Dei Filium, quia miracula ejus, secundùm Doctoris Angelici doctrinam, manifestissima fuerunt ejus divinitatis argumenta: *Miracula, quæ Christus fecit, sufficientia erant, ad manifestandam divinitatem ipsius*, patiens autem, & tolerans tormenta, se verum hominem declaravit. Itaque nolens deserere crucem, cui affixus erat, se verum Filium tuum comprobavit. Igitur, ò Domina, si sis Mater Dei, & Dei hominis, ipsi per omnia similis, quemadmodùm ille tibi, quomodo potentiam tuam manifestas in liberandis servulis tuis à periculis & afflictionibus suis, &, tamquàm mater Dei, non liberas te. & ostendis amorem tuum in tolerandis hostium injuriis, quas evadere posses? Ideò, ò Domina, non liberâsti te ipsam ab incendio inimicorum, sed maluisti conjici in ignem, certissimè sciens exustionem tuam, commutandam in vitam, tuumque vilipendium, & ignominiam, causam majoris honoris, & exaltationis tuæ futuram, hòc ut pactò tu magnificata, fides gloriosè triumphans, & hæresis ignominiosè devicta, & prostrata remaneret.

D. *Ambr. lib. 2. de Virginibus.*

Matth. 27 v. 40

S. Ildeph. de B. Virg.

D. Thom. 3 p. q. 43. art. 4.

Mysteriis plenæ fuerunt omnes revelationes, quas dilectus Christi discipulus vidit in Apocalypsi suâ, sed, inter cæteras, reseratis cœlis, conspexit templum affatim pretiosum, Dei palatium, aitque: *Et impletum est templum fumo à Majestate Dei.* Et si juxtà Philosophos fumus sit signum naturale ignis, & hic signum instrumentale illius, verisimile est, quòd templum etiam erat plenum igne. Ecquid denotat Deus inter fumum, & domus ejus inter ignes? Si diceret Apostolorum Benjamin, fumum prodire ex altari, quod fragrabat odoribus, facilè intelligerem, at, quòd fumus ille exeat, *à Majestate Dei*, magnâ judico ponderatione dignum Undè, existimo, Auditores, salvo sensu litterali verba illa, *à Majestate Dei*, hunc, permittente Deo, posse reddere sensum, ita ut per fumum, & ignem intelligantur peccata Hebræorum, quibus offuscabant, & prophanabant templum Domini. Et si his adjunxerimus insignem quamdam Angelici Præceptoris doctrinam, haud dubiè locus, seu Textus ille erit instituto nostro accommodatissimus. Exponens S. Thomas alium fumum, quem vidit Evangelicus Vates Isaias: *Et domus repleta est fumo*, asserit, Prophetam voluisse designare supplicium in Hebræis quadraginta duobus annis à morte Christi Redemptoris exequendum. *Domus repleta est fumo à Romanis*: Perindè ac diceret Deus, quòd in pœnam peccatorum, quæ in fumo, & igne adumbrantur, aliò fumo, & igne plecterentur Correspondeat pœna delicto, &, qui in igne peccat, igne puniatur, & moriatur. O perfide, & proterve Hæretice, qui conjuratus es hostis Dei, ejusque sanctissimæ Matris (quæ verum Dei templum est in Jerosolymitano præfiguratum) peccatum tuum prælagit ruinam, & desolationem tuam, incendium, quò tu Iconem sanctam ejus com-

2.

Apocal. 15. v. 8.

Isa. 6. v. 4.

D. Thom. hic.

buiſiſti, ſignificavit mortem violentam per ignem, quam juſto Dei judicio eras paſſurus (par enim, & æquum erat, ut qui eam igne offenderat, igne periret) & quòd ab eâdem Matre Dei, quæ cunctos illuminat fideles, prodiret fumus, quo ſuffocareris, & æterno ſupplicio comburereris, nobis autem filiis gratiæ foret lux illuminans, & confortans fidem noſtram, augenſque pietatem, & devotionem fidelium. Ut hæc hodierno die excreſcat in animabus noſtris per Verbum Dei, egemus omnes, Prædicator, unà cum Auditoribus, gratiâ, eam poſtulemus per interceſſionem ſanctiſſimæ Virginis: *Ave Maria.*

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti.

CONSIDERATIO I.

Efficaciſſimum motivum eſt devotis* MARIAE *cultoribus, ad ferventiùs eam colendum, videre opprobria, quibus Hæretici Imaginem ejus contumelioſè afficiunt.

1. CONcors, & unanimis eſt ſanctorum Patrum ſententia, quòd hæc mulier, de quâ loquitur S. Evangeliſta Lucas, ſymbolum fuerit, & figura Eccleſiæ. Hâc doctrinâ, tamquàm certâ, ſuppoſitâ, illicò occurrunt ad fundandum primum noſtrum diſcurſum, verba quædam docti pariter, & antiqui Patris Theophylacti: *Phariſæis, & Scribis miracula taxantibus, mulier ſimplex, dolo carens, illa celebrat. Vbi autem ſunt, qui dicunt Dominum apparenter tantùm apparuiſſe? Hæc teſtis ſit, quod ubera ſuxerit.* Ne obiter prætereatis, inquit Theophylactus, myſticos illos clamores devotæ hujus mulieris, quoniam magni ponderis ſunt voces illius, plena myſteriis ſunt verba ejus, quia nedùm præſentes feriunt, ſed etiam futuros redarguunt. Reprehendit illis verbis duritiam, & blaſphemias incredulorum Phariſæorum, & ſimul eiſdem audacem temeritatem perfidorum hæreticorum retudit. Oppilavit os de præſenti mordentium, & unà ſilentium impoſuit iis, qui aliquando oblatraturi erant. Omnes ſimul confuſi redduntur vocibus ejus, quibus honorem Chriſti, ejuſque Matris, quem labefactari, & traduci animadvertebat, viriliter, & generosè tuebatur. Defendit Filium in Matris puritate, & ex eâdem per formalem conſequentiam concluſit ſanctitatem, imò & divinitatem Filii, qui eam tantâ ſanctitate locupletaverat: *Beatus venter*, inquit, *qui te portavit.* Ac ſi ita loqueretur: Si Mater, quia te novem menſibus in utero geſtavit, fuit beata, quantò tu, qui in illo recubuiſti, ſanctior eris? Quando maximi adverſarii Chriſti, ejuſque Matris conſpirant ad offendendum, & oppugnandum eos, tunc fideliores eorum amici prodeunt in campum ad defendendum, & propugnandum eorum honorem, & dignitatem: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*, vel, uti legit Genebrardus, *uritur pauper.* Eôdem paſſu, quô illi ipſis debitam denegant venerationem, & cultum, accenditur zelus horum, & increſcit devotio eorum. Et ſufficiens motivum eſt fidelibus Dei, MARIÆque ſervulis ſpectare triſtibus oculis mala, quæ hoſtes eorum Hæretici inferunt, & efferatam inſolentiam eorũ, quâ inſolenter eos injuriis laceſſunt, ut majori devotione, & ferventiori ſpiritûs ardore ſeſe eorum obſequio, & cultui dedant, conſecrentque.

Theophyl. hic.

Pſal. 9. v. 23.

Genebrard. hic.

2. Referens ſacra Pagina generationem Seth, filii Adam, in hæc verba effatur: *Seth natus eſt filius, quem vocavit Enos: iſte cœpit invocare nomen Domini.* Paraphraſtes Chaldæus transfert hæc poſtrema verba in hunc modum: *In diebus ejus inceperunt filii hominum, ut non orarent in nomine Domini.* Et Oleaſter: *Tunc prophanatum aut pollutum eſt nomen Domini, id eſt generatio Cain, tempore ſuo, pollut nomen Dei, faciendo mala.* Carpite illud, *Tunc*, ecquod fuit illud tunc? Quando filii Cain incipiunt denegare cultum Deo debitum, & adorationem ipſi jure competentem, tunc filii Dei inchoant, & incipiunt adorare, & laudare Deum, eique debitum honoris, & reverentiæ tributum perſolvunt. Itaque eodem tempore, quo alii eum offendebant, hi honorabant, & quantò illi eum majoribus injuriis, & contumeliis afficiebant, tantò hi majori eum fervore venerabantur, & extollebant. Sed, ſciamus, quæſo, quinam fuerunt illi filii Cain? Agnoſcite patrem, & ex illô, facili negotio, filios cognoſcetis. Antiquiſſima eſt Hebræorum traditio, quòd quando Cain

Gen. 4. v. 26.

Lect. Chaldaica, Oleaſter hic.

eduxit

eduxit fratrem ſuum Abelem ad campum: *Egrediamur foras*, ſimul etiam eidem dixerit: *Non eſt juſtitia, neque judex, neque ſæculum aliud, neque præmium recipiant juſti, neque pœnas luant impii*; & quia bonus, ac probus frater ei contradicebat, illum occidit. Dicit itaque Genebrardus, quòd hic impius fratricida fuerit primus Hæreticus, primuſque Atheiſta, qui Dei providentiam, animæ immortalitatem, & carnis reſurrectionem, &c. negavit, & ipſius filii, & nepotes ſunt infideles, quemadmodùm ille, & perfidi hæretici. Ad horum igitur claſſem, & ſeriem reducuntur Lutherani, & Calviniſtæ, cæterique Sectarii hujus temporis, conjurati hoſtes Dei, ejuſque benedictæ Genitricis, qui inhærentes veſtigiis filiorum Cain, blaſphemant ſanctum nomen ejus, prophanant aras ſacroſanctas, & ſtatuas ejus exurunt. Sed quidnam faciunt in hâc occaſione fideles Catholicorum animi, & devoti, in juſto Enos adumbrati? Quid? Id, quod eorum prototypus egit: *Iſte cœpit invocare nomen Domini*, auſpicantur cum illo laudibus efferre Deum, ejuſque Matrem ſanctiſſimam, & ſinceriori affectu, ſpecialiorique devotione nomina eorum ſancta invocare. In hôc ſenſu explanat doctiſſimus noſter Oleaſter, hæc verba: *Iſte cœpit invocare nomen Domini*. Qui hoc fieri poteſt, indagat noſter inſignis Luſitanus, quandoquidem contrarium ex ſacris Litteris liquidò conſtet, in quibus legimus, primos filios Adæ, Cainum, & Abelem Deo ſacrificâſſe, eumque publico venerationis ritu adorâſſe? *Factum eſt autem, poſt multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & adipibus eorũ.* Et de Adamo patre eorum, affirmat Moyſes Barcephas, quòd vixdùm Deus eum creaverat, quin illicò eum Sacerdotem inſtituerit, & idcircò fuerit verus ſacrificans. Colligit autem hoc ipſum præfatus Doctor ex verbis illis Pſalmi: *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.* Audite verba Moyſis Barcephæ: *Fuiſſe Sacerdotem ex hu verbu agnoſcitur, dum velut loquentem Adamum cum Deo inducens, ait: Tu formaſti me, & poſuiſti*, &c. Alloquitur hic David Deum in perſonâ protoparentis noſtri, aitque ei, quòd ſtatim à creatione ſibi manus impoſuerit, hoc eſt, unà cum creatione ſe Sacerdotem inſtituerit, quemadmodùm uſus, & praxis habuit in primitivâ Eccleſiâ, & etiamnũ eâdem ceremoniâ utuntur Epiſcopi, dum ſacrum præsbyteratûs ordinem conferunt. Reſpondet igitur quæſtioni propoſitæ noſter doctiſſimus Oleaſter appoſitè ad rem noſtram: *Iterum incepium eſt invocari nomen veri Dei quod obliteratum eſt hominibus ad idololatriam declinantibus.* Meritò aſſerit Spiritus ſanctus de Enos, quòd fuerit primus ſacrificans, quatenùs aliquò tempore Dei cultus fuerat prophanatus, & obliteratus. Mortuo Abele, qui fuerat principalior offerens, Cain, ejuſque prognati ad exemplum patris, utpotè, qui gratiâ Dei exciderant, non ſolùm ei debitam ſubjectionem, cultum, & reverentiam, tamquàm ſupremo Domino, & vero Deo, denegarunt, ſed etiam ſceleratis facinoribus cultum ejus contaminârunt, & blaſphemârunt. His itaque tàm miſerè conſtituris, Deo per Hæreticos injuriis affecto, cultu ejus prophanato, pietate emortuâ, & devotione omninò ſepultâ, eam reſuſcitavit Enos, & recenter Deum honorare, & colere incepit, id eſt, ferventiori zelo, & ardentiori ſpiritu, quàm ejus prædeceſſores Dominum venerati fuerant. Non ſecus, viſâ impietate hæreticâ, majori pietate inflammatus fuit zelus fidelium, ſtatim ac illi vilipendût Deum, & ſanctiſſimam Matrem ejus proterunt, & contumeliis, ſeu opprobriis offendunt, hi majoris eum æſtimant, & ferventiùs venerantur, ac colunt. Et dum miniſtri Satanæ, & filii Cain moliuntur cultum Marianum extinguere, ejuſque devotionem, combuſtâ Imagine Deiparæ, funditùs evertere, tunc magis elucet Chriſtiana pietas, augeturque devotio Catholica, ipſaque ſacratiſſima Virgo excellentioribus encomiis, & elogiis extollitur, & ſolemnioribus triumphis, & applauſibus celebratur, ita ut errores Hæreticorum, ſint doctrina, & inſtructio Catholicorum.

Gen. 4. v. 8. Hebræi apud Genebr. in Chronic.

Gen. 4. v. 3.

Pſal. 138. v. 5 Moyſ. Barceph. de paradiſo. 1. p. c. 28.

Oleaſter Gen. 4.

3.

Multa conſideranda reperit melliſluus Doctor S. Bernardus, in velaminibus illis, quæ contexuerunt ex alis ſuis Seraphini illi, quos vidit Propheta Iſaias, quando ad mentem Sancti, volebant Deum lucifero occultare, qui ſolium ſuum propè thronum Dei figere ſatagebat: *Duabus velabant faciem ejus. Quæ nimirùm*, inquit Sanctus, *ſic illum arcuant, ut iſtos ſuſtineant & ſuſtollant.* Ponderavi alibi, qualiter alæ illæ duplici fungebantur munere, Luciferum arcebant, & Seraphinos ſuſtollebant, illi erant in pœnam, & ſupplicium, privantes eum Dei viſione, & his medium erant,

Iſa. 6. v. 2. D. Bern. Ser. 5. de Verb. Iſaiæ.

erant, ad celeriùs Deum assequendum, ejusque visione beatificâ perfruendum. Itaque idipsum, quòd ipsis possessionem gloriæ acciebat, hoc alios eâdem orbabat. Bellè dictum. Sed altius rem contemplor, & maximè pondero, ad stabiliendum Considerationem propositam, quòd Seraphim statim ac extenderunt alas suas, & Deum occultárunt: *Duabus velabant*, &c protinùs intonaverint elogia Domini, & ad æmulationem laudes ejus decantaverint, acclamantes in throno sedenti, eumque Sanctum prædicantes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Benevolas, quæso, præbete mihi aures. Receptissimum est inter sanctos Patres, hunc thronũ gloriæ, hoc solium Majestatis, in quò Deus consedisse dicitur, præfiguratum fuisse sacratissimam Virginem Deiparam, ita siquidem appellavit eam sanctus Epiphanius: *Thronum divinitatis.* Alludit Sanctus ad illud Apocalypseos: *Sedes posita erat in cœlo*, imo & ad illud Davidis dictum: *Thronus ejus testis in cœlo fidelis.* Videntes ergò Seraphini audaciam Luciferi, temerario ausu volentis pertingere ad solium Dei, & sacrosanctum ejus thronum contaminare, &, postposito omnis humanitatis respectu, ejus locum occupare, æmulis vocibus divinas cecinerunt laudes, & incessanter socia exultatione sanctum nomen ejus celebrárunt. Igitur ex temeritate, & insolentiâ hujus superbissimi, & pessimi Angeli arripuerunt boni occasionem se totos dedicandi divinis laudibus decantandis. Favet huic cogitationi meæ Abbas Cellensis: *Vidit namque, consortem naturæ suæ Luciferum gulam desiderii ad hanc mensam extendisse, & non exindè divinitatem, sed mortem degustásse; idcircò abstinet, nec manum conferens mensæ, nec os aperiens negatæ divinitati, ut velit eam deglutire.* Vult dicere hic doctissimus Abbas: Nolite mirari, quòd cœlestes illi Aulici tantoperè alas intellectûs sui submittant, & humiles sese supremo Domino, & throno divinitatis ejus subjicientes, jugiter adorent eum, & reverentes contremiscant, quia intuentur id, quod Lucifero consorti naturæ suæ accidit in appetitu inordinato gulæ divinitatis, quò extendens effrænem manum ad mensam divinitatis, non divinitatem, sed mortem æternam sibi accersivit; idcircò tremente abstinent, & humiles sese dimittunt, & totos se impendunt divinis laudibus, elicientes ex inordinatione Luciferi, & casu malorum Angelorum, salutare documentum ad sui instructionem. Dum protervus Hæreticus, verus Luciferi hæres (hòc siquidem nomine eos indigitat Salvator noster: *Vos ex patre diabolo estis*) legitimus Caini filius, & prognatus, eique simillimus, secundum illud S. Judæ Thadæi in suâ Canonicâ: *Væ illis, qui in via Cain abierunt.* Temerario conatu molitur sedere in throno Dei, & audaci præsumptione prophanare sacrosanctum ejus solium, denegans ei honorem, & reverentiam tot, tantisque titulis debitam, sanctamque ejus Imaginem in flammas conjiciens, ne, in cineres redacta, deinceps coleretur; *Tunc*, fideles Ecclesiæ filii in Propheticis illis Seraphinis adumbrati, ad æmulationem extollentes voces suas, & seipsos excedentes, totos se dedunt, & applicant laudibus Dei, ejusque throni glorioſi, qui est MARIA, sanctissima Virgo, & Mater, decantandis.

Ibid. v. 3. *D. Epiphan. orat. 10. de laud. Virg.* *Apoc. 4. v. 2.* *Abbas Cellens. lib. de pan. c. 1.* *Joan. 8. v. 44.* *Judas in Epist. v. 11.*

4.

Describens Philo Alexandrinus crimen illud execrandum, quò cæcus populus Israeliticus vitulum conflavit, eumque tot festivis triumphis, & lætitiæ signis, ceu Deum, adoravit, uti sacra attestatur Scriptura: *Et surrexerunt ludere*, affirmat, Moysen ab illò tempore solertiori curâ studuisse extructioni, ornatui, & perfectioni tabernaculi, quoniam cùm animadverteret instabilem, minusque constantem gentis illius indolem, firmiter sibi persuasit, maturo remedio esse occurrendum, & constructionem tabernaculi, ad reprimendam populi Idololatriam, præsentissimum esse medium reputavit, & credidit. Hunc sensum reddunt gravissima illius verba: *Placuit igitur tabernaculum erigi, cujus apparatum ex oraculis in monte didicerat, futuri artificii contemplatus ideas incorporeas, ad quarum exemplar intelligibile, oportebat designari sensibiles imagines.* Ecquam rationem motivam habuit Moyses, ex hâc occasione, se ferventiori zelo, & majori curâ applicandi ad opus tabernaculi fabricandi? Causa (nisi, quia mea est demereatur) fuit, quoniam veri servi Dei, numquam se sentiunt magis obligatos, ad præstandum insignia obsequia honoris, & reverentiæ argumenta, quàm quando animadvertunt, divinam Majestatem maximè offendi, seu dum cernunt injurias, opprobria, & vilipendia, quibus inimici, & hostes dignitatem ejus, & cultum labefactare præsumunt. Ex his enim motivis Catholicum pectus excitatur ad sinceritatem fidei suæ demonstrandam, Symbolum fuit hoc tabernaculum sacratissimæ Virginis, & Dominæ nostræ, & in hòc sensu exponit

Exod. 32. v. 6. *Philo lib. 3. de vita Moysis.*

Digitized by Google

Psal.45. v.5.

D. Method. erat. in hypap. Domini.

nit S. Methodius verba illa Davidica: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*, id est, MARIAM, *sanctissimum, & augustissimum tabernaculum.* Hoc igitur, quod tunc contigit sancto Legislatori cum Israelitis, qui, ad idolatriam prolapsi, veri Dei cultum prophanaverant, in nobis veris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ filiis, & Hæreticis Caini sequacibus, & Diaboli filiis opere completum, &, ad vivum, expressum experimur. Eorum petulantes insolentiæ fidem nostram excitant, & sacrilega eorum scelera zelum nostrum inflammant, & accendunt, ut ferventiori devotione, & sinceriori affectu verum Dei tabernaculum veneremur. Iam verè honores ex injuriis nascuntur, errores si liceat dicere, sunt parentes veritatis, & virtutes quodammodò sunt filiæ peccatorum. Et cum hâc muliere Euangelicâ, tamquàm symbolo nostræ S. Matris Ecclesiæ, prodimus in campum, ad animosè, & Christianâ pietate propugnandum honorem Christi Dei nostri, & vindicandum injurias sanctissimæ Matri ejus illatas. Hoc, inquam, hisce festivis jubilis, triumphis, & solemnitatibus protestamur, quæ idem sonant, quod elatæ illæ voces mulieris Evangelicæ: *Beatus venter quite portavit*, &c. Vivas æternùm, ô Virgo semper benedicta, victrix, & triumphans, pereat Hæresis devicta, & prostrata.

Beatus venter, qui te portavit, &c.

CONSIDERATIO II.

Ex eisdem mediis, quibus Hæreticus tentavit eliminare devotionem sanctissimæ Virginis, conciliavit Deus novam veneration-em ejus Imagini.

1. PRo fundamento hujus secundi nostri discursûs, supponenda est breviter quædam necessaria doctrina, hic, & alibi sæpius repetita, nimirum, quòd soleat Deus irritos conatus adversarii animarum nostrarum elidere, & eisdem armis quibus nobis bellum movet, eum jugulare. In quô maximè elucent divinæ bonitatis argumenta, quia ex magnis malis, majora beneficia, & bona elicere consuevit. Ex his facilè intelligentur verba illa servi, in parabolâ talentorum, quibus rationem reddit patrifamilias de pecuniis, quas receperat, non ad usuram applicatis: *Metù*, inquit, *ubi non seminâsti.* Quî hoc fieri potest? aut quomodò hæc verba verificari queunt? Estne possibile, quòd Deus alieno vivat sudore, aut quòd alterius sit labor, & ipsius sit messis? Non capio. Recte dicit servus: *Metù, ubi non seminâsti* quia reverà Deus non seminat mala peccati, seu offensas contra divinam suam Majestatem commissas, & tamen sæpiùs ex illis elicit maxima bona, & ex eisdem mediis, quibus Dæmon, ejusque ministri intentant honorem suum, aut ejus Matris dignitatem obnubilare, nomen sanctum suum offuscare, cultumque omnem, & venerationem exterminare, adauget magis fidem, & Christianam pietatem, & quasi per æmulationem singuli tentant extrema, ut hisce exterioribus signis, etiam reipsâ, hujus doctrinæ veritas comprobetur, quòd ex maximis malis sciat Deus elicere maxima bona; utque confundantur hostes fidei nostræ Catholicæ, & tandem agnoscant, quòd hôc ipso, quô calumniarum, & opprobriorum suorum scopus est Christus; & Mater ejus, in quos jacula contradictionum suarum emittunt, ostentent veri amici eorum amorem suum, quodque illi inanes conatus ad nihil serviant, nisi ut singulorum secreta cordium pandantur, & cognoscatur quisque, qualis fuerit. Ex quibus veritas nostræ conclusionis elucet, quòd mala in bonum commutentur, & quòd eadem media, quæ Hæretico sunt ruina, & perditio, sint Deo, ejusque servis lucrum, & ædificatio. *Matth. 25. v. 24.*

2. Meditabatur Deus apud Prophetam Ieremiam destruere murum Sion, eumque funditus evertere, ut ne vestigium quidem illius superesset: *Cogitavit Dominus dissipare murum filia Sion.* Vbi autem auspicatur hanc desolationem, primùm libellam adhibet *Tetendit funiculum suum.* Quid hoc, Domine Deus? Ad destruendum ædificium, perpēdiculum assumis? Ecquis umquam vidit artificem his uti instrumentis ad dejiciendum, & destruendum, inquit Hugo Cardinalis? Cunei, vectes, mallei ferrei, cæteraque ferramenta apta sunt ad dissolvendos muros, sed amusi nullus uti solet, nisi ad *Thren. 2. v. 8.*

Digitized by Google

dum, ut ædificii parietes recti, & æquales exurgant: *Tetendit funiculum suum, ad destruendum, qui tamen non jubet tendi, nisi in constructione murorum.* Pro resolutione hujus dubii recurrendum est ad octavum capitulum Canticorum: ubi Sponsa, in quâ fuit beatissima Virgo præfigurata, de seipsâ loquitur in hæc verba: *Ego murus, & ubera mea, sicut turris*, id est, sum ego propugnaculum Ecclesiæ, quod illam ab omnibus hostium insultibus protegit, & tuetur. Ad hunc siquidem sensum ea declarat Ghillerius: *Tantumdem sunt, ac si Virgo benedicta, ut spem certissimam suis exhibeat devotis turissimumque sui confugium, ita illos alloquatur, & coràm ipso dilecto suo talia ad quoscumque, vel etiam scelestissimos, habeat verba.* Cui expositioni subscribit Clemens Alexandrinus, ita ut propriissimè sacra Virgo, murus appelletur. Hic itaque murus Ecclesiæ, seu ejus sacra Imago, permittête Deo fuit potrita pedibus, & in cineres redacta. Hic rectè quadrat, quod ad simile propositum dixit quidam, videns civitatem Spartanam absque muris, qui eam circumcingerent, & absque propugnaculis, quæ eam tuerentur, viribusque fortes robore, qui eidem bella parabant: *Væ vineæ sine sepe, & civitati sine muro* Væ, inquam, nobis incolis Sion, filiis Ecclesiæ Catholicæ, absque muro, qui nos custodiat, absque propugnaculo, quod nos defendat, & securos reddat. O Regina gloriæ, quid faciemus nos servuli tui, si tua nos deserat assistentia? Quid erit tandem, quid erit tuis devotis clientibus, si tanto munere, quantum est tua sacra Imago, orbentur, ipsa si quidem murus est fortissimus, sub cujus umbra totâ nostra salus, & refugium, omnisque spes nostra tenetur. Destructo, & exusto muro Sion, ecquod præsidium, seu asylum afflictis civibus superet at? Quæve lacrymæ sufficientes erant, ad exprimendum mœstissimi cordis dolorem? Eià, Auditores, abstergite jam lacrymas, tristitiam seponite, novos resumite animos. An non videtis quod, quando Dominus applicuit manum operi, teste, Ieremiâ, tulerit libellam, quasi ædificare vellet, & jusserit tendi funiculum, ad struendum novum parietem, ut murus normæ, & regulis architecturæ esset conformis, quò pacto nos edoceret, quòd tunc ædificet, quando videtur destruere, quodque tunc novum fabricet opus, quando oculis hominum apparent omnia perdita, & desolata. Hocce mysterium continet usus, & extensio funiculi, seu perpendiculi: *Tetendit funiculum suum.* Tamquàm diceret lugens Propheta: Sciant cuncti, quòd quando Deus, judicio hominum, apparuit, quasi destruens murum Sion, & visus fuit permittere excidium, & obliterationem memoriæ sanctissimæ suæ Genetricis, ejusque devotionis perpetuam exterminationem, tunc unà habuerit in manu regulam, seu libellam, ad mensurandum, & ædificandum, quasi jam majores triumphos, exuberantioresque glorias ei præparans, & disponens.

Hugo Card. hic.

Cant. 8. v. 10.

Ghillerius hic.

Clemens Alexand. lib. 1. pædag. cap. 6.

Lib. 6. de dictis Philosoph. antiq.

Injuriosè calumniabantur actiones, & verba Salvatoris, invidi adversarii, & æmuli ipsius, & ad retundendam, eorum depravatam intentionem, utì recensèt discipulorum Benjamin, dicens illis: *Ego sum lux mundi.* Ac si diceret: Quid stulti stomachamini, & insanitis contrà me, qui sum lux illuminans orbem terrarum? Res itaque sic se habet: Salvator noster locutus est hæc verba, quando adulteram adduxerunt ad tentandum, & capiendum eum in sententiâ, sive favens, sive contraria ipsi foret; si enim lapidandam pronuntiaret, eum crudelitatis condemnaturi erant, utpotè qui misericordiam prædicaret, & pietatem persuaderet; si eam absolveret à delicto, arguerent eum negligentiæ, & transgressionis legis Mosaicæ, quæ adulteras lapidari mandabat. Itaque in quamcumque partem se verteret, astuti adversarii insidias, & calumnias parabant. Idcircò Dominus per sapientiam divinam ordinem antevertit, & taliter disposuit omnia, ut manserint calumniatores confusi, adultera absoluta, ipse glorioſus, & cavillatio exposita, veritasque triumphans. Quibus ita peractis, immediatè post dixit eis: *Ego sum lux mundi*, id est, sum ego splendentissimus sol, qui radiis meis totum illustro mundum. Abbas Rupertus enucleans hæc verba, asserit ea, hunc reddere sonum: *Numquid non derisendi essetu, si solem istum visibilem de sublimibus circ[illegible] suis toti mundo lucentem exsufflando extinguere, vel, aerem pugno verberando, de magno candelabro cœli dejicere, & sub modio recondere conemini? Nempè huic simile est hoc, quòd nomen meum delere, vel famam meam extinguere contenditis: Ego enim sum lux mundi.* Dicite mihi, amabò, ô miseri, numquid essetis toti mundo objectum risûs, si lucem radiorum solis, exsufflando, extinguere velletis? Ecquis sanæ mêtis videns

Joan. 8. v. 12.

Rupert. lib. 8. in c. 8. Joan.

Digitized by Google

dens hoc facientes, non vos, tamquàm insanos, exploderet? Scitote ergò prorsùs idem vobis mecum contingere, si ego sum sol, & veritas, quid efficiet calumnia vestra adversum me? Oleum, & operam perditis, volentes lucidissimos veritatis radios obscura calumniæ nubecula obtenebrare, quia illa semper, etiam vobis invitis, lucebit, & triumphabit. Ad rem igitur nostram. Nonnè meministis, quòd Spiritus S. loquens de serenissima Virgine, eam assimilet soli: *Electa ut sol*, quòdque illa, in

Cant. 6. v. 9. defensionem honoris sui, dum sodales ejus filiæ Ierusalem nigram appellarent, responderit. quod Filius suus, sol divinus, se fecerit sui similem. Sic transferunt quidam ex Hebræo

Cant. 1. v 5. illa verba Vulgatæ: *Decoloravit me sol, assimilavit sol.* Ast in quo sita fuit hæc comparatio? Ipsamet luculenter respondet: *Nigra sum, sed formosa*, id est, nigra quidem sum, sed formosa, tota similis dilecto Filio meo, qui est sol pulcherrimus; etsi enim adversarii, ejus, & mei conentur obtenebrare lucem nostram, & obnubilare splendores nostros, inanis tamen, & frustraneus redditur conatus ipsorum, quoniam quanto plus invidorum oculis abjecti, & ingloriì, tanto magis amicorum oculis refulgentes, & glorioli apparemus. Ratio autem, ob quam est ipsemet sol: *Ego sum lux mundi*, & ego, quæ ipsi maxime assimilor: *Electa ut sol, assimilavit me sol.* Ejusdem Abbatis Ruperti est etiam hic conceptus: *Nigra, secundùm opinionem malè videntium, formosa, secundùm opinionem rectè credentium*, ita ut eisdem medijs, quibus inimici machinantur ruinam, & excidium eorum, cœlum fabricet, & nova ædificia applausuum victoriæ, & glorioli triumphi, triumphante puritate fidei, & veritate Ecclesiæ Catholicæ contra omnes inventiones, & machinationes inferni, quibus Hæretici, dæmonum ministri, sollicite prætendunt eos æternæ tradere oblivioni.

4. *Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno*, vel, ut legit Genebrardus ex fonte Hebraico: *Sicut scuto, ut scutum*, verba sunt regii Vatis, quibus providentiam Dei super justum, vel Christum describit, de quô juxtà litteram, secundùm opinionem plurium Doctorum, & communem Ecclesiæ sensum, ibidem agit. Quæ ponderans doctissimus Theodoretus, curiosam movet quæstionem, ad quid promittat Deus arma veritatis contra injustos oppressores? Quidvè efficiat scutum veritatis contra tenebras noctis? Et respondet, idem fuisse, ac si David diceret, quòd veritas erat contraitura tenebris noctis, & fides Catholica hæresi, ita legit Genebrardus ex Hebræo: *Fides ejus*, & quòd congrederentur in campum, manus manibus conferent, & pro viribus, & potentiâ certarent, & quantumcumque mendacium contenderet obnubilare justum, seu Christum Dominum suum, veritas illi prævaleret. *Nulla major vis, neque fortitudo contra injurias illatas, quàm veritas*, inquit Theodoretus. Videtur sanè regius Propheta præ oculis habuisse nefarium crimen, & execrabile sacrilegium, quod præbuit occasionem hisce tam sanctis, ac catholicis solemnijs, commissum in Filium, qui est veritas *Ego sum veritas*, & in Virginem Matrem veritatis, ita siquidem eam appellat Ecclesia in Litaniis: *Mater veritatis*, & bona, seu beneficia, quæ ab illô erant promanatura, & testimonia fidelium animorum, quilicet semper, præsertim tamen hodiè, majori zelo, & affectu excrescũt, profitentur, serviunt, & adorant Filium, & sanctissimam ejus Matrem, quæ, veluti alter phœnix divinus, combustis suis cineribus, resuscitavit in animabus eorum amorem, & qui æternum vivet, &, favente divino numine, numquàm extinguetur. Nonnè videtis, Auditores quomodo divina bonitas noverit ex malis elicere bona, & ex sacrilegijs Hæreticorum, sacrificia Christianorum?

Psal. 90. v. 3. Genebrar. hic. *Gene-brard. hic.* *Theodor. hic.* *Ioan. 14. v. 6.*

5. Considerate mecum magnas angustias, quibus jam à paucis diebus Monarchiam Hispanicam potentes, simul & nomerosi hostes afflictârunt, hinc siquidem Ottomannica insignia, inde liliata Francorum vexillâ, Confœderatis sagittis unita, illam undique oppugnârunt, tantis viribus & potentiâ, ut aliquoties audiverim ex ore Ducum, & Tribunorum, fuisse adversarios adeò munitos in FUENTERABIA ut illos aggredi, non generositas, sed temeritas foret. Imò dixerunt mihi quidam, Pater, ora pro nobis, quia in mortem properamus, & non nisi miraculosè evademus. Dum igitur hisce angoribus undique concuteremur, potiùs trepidantes, quàm felicem rei exitum sperantes, cœlum divinitùs taliter commutavit sortes, ut inimici Hispanorum in Italiâ, Germania, & alibi, triumphante fide catholicâ, devicti, superati, & debellati fuerint. Audite robustissimum populi Dei Ducem, sanctissimũ Regem Davidem: *Si consistant adversùm me*

Psal. 26. v. 5. & 6.

castra, non timebit cor meum, si exurgat adversùm me pralium, in hoc ego sperabo, id est neque exercitus me terret, neque pericula me movent, imò etiamsi hostes ad extrema me deducant, nullatenùs turbabitur cor meum, semper æquo animo, & animosâ generositate cuncta excipiam, & sperabo: *Si exurgat adversùm me pralium, in hoc ego sperabo.* Hæc communis est horum verborum expositio. Verùm ad intentum nostrum, ly *in hoc*, debet referri ad prælium, & suggerit nobis insignem conceptum. Tamquàm diceret: in ipsum bellum, & hostium impetus spem firmissimam conjicio, Estque hæc interpretatio S Cypriani, qui legit, *in illud sperabo*, id est, ex præsentissimo discrimine, & periculo elicio ego generositatem spei, & fiduciæ, *in ipso magis bello spem nostram consistere*, ita concludit S. Cyprianus, utpotè, probè cognoscens ingeniosam Dei indolem, qui, dum suos majoribus exponit periculis, hôc ipso, arctiori se vinculo adstringit, ad succurrendum, liberandum, & consolandum eos: *In hoc ego sperabo* In ipsis mediis, quæ elegit adversarius meus ad me perdendum, colloco ego omnem spem prosperitatis meæ, &, undè ipse arbitratur me humiliandum, confido ego me magìs à te honorandum, quia certô certiùs scio, quòd repetita verba afflictionum, quas immittis, sint majorum beneficiorum prænuntia, & indubitata excellentioris doni præsagia. Nonnè videtis, Auditores, quôd, quando Hæreticus magìs insolescit, hostis magis superbit, & nos maximè excordes sumus, & per consequens maximè humiliati, &, quod super omnia erat dolendum, quando Deus, sub speciebus sacramentalibus velatus, gravissimè offensus, ejusque Mater atrocibus injuriis lacessita erat, jam jam videbatur Deus dissipaturus murum Sion, id est, Ecclesiam et sensim vergebat ad interitum, tunc assumi perpendiculum ad reædificandum: *Tetendit funiculum suum*, quia adversarii sunt ignominiosè profligati, sacrilegi Hæretici. offensores Filii, & Matris, divinâ ultione, aquis, ferro, & igne puniti, & occisi, Hispania victrix, Mater Dei honorificata, ejusqu e devotio incredibiliter promota, & exaltata. Elicere tam ingentia bona ex tam exorbitantibus malis solus Deus novit, & potest, sicut & ex calumniis, & opprobriis Pharisæorùm depromsit per Marcellam maximos honores, & glorias Matris suæ, quibus ipsa maneat triumphans & propterea hæresis triumphata. Hoc sonat: *Beatus venter qui te portavit &c*

D. Cyprianus ad Martyr. cap. 10.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti.

CONSIDERATIO III.

Nullus, nisi conscientia munda, & immaculata, audeat præsumere Marianas laudes, seu excellentias enarrare, aut recensere.

I.

PEnsiculatè tandem expendamus verba quædam antiqui, & Venerabilis Bedæ, quorum Angelicus Doctor S. Thomas meminit: *Magna devotione, & fides hac mulier ostenditur*, &c. quæ hunc reddunt sensum: haud dubiè hôc facto virtus, & sanctitas hujus mulieris mirum in modum comprobatur, quìa ipsa sola, in tam numerosâ multitudine, aula fuit laudes, & encomia sanctissimæ Virginis intonare, speciali providentiâ Dei, organum, & instrumentum Spiritûs sancti effecta. Ita Canisius fatur *Hac mulieris vox, nè secùs, quàm pro Spiritûs sancti testimonio debet accipi.* Et doctissimus Iansenius: *Nihil dubium est, quin ex suggestione Spiritus sancti, mulier hac Christo testimonium perhibuerit.* Confirmat hunc conceptum doctrina communis SS. Patrum, & sacræ Scripturæ Interpretum, qui unanimi consensu exponentes hæc verba: *Quædam mulier*, affirmant, hanc mulierem fuisse Marcellam, pedisequam sanctæ Marthæ, quemadmodùm Lyranus attestatur: *Dicitur fuisse Marcella, Divæ Marthæ famula.* Astquô fundamento Beda, cæteriquè Doctores hanc mulierem beatificare, & Sanctorum albo adscribere potuerunt? An fortasse propter solam devotionem, & zelum, quô egit partes Salvatoris, eumque contra cæterorum calumnias, & opprobria tueri præsumpsit? Minimè gentium. An ex probitate vitæ, & sanctitate Domini intulerunt consequenter virtutes servi, & quia Martha Domina, & hera ejus sancta erat, collegerunt etiam sanctitatem famulæ? Nequaquàm. Num fortè, quia illa erat mulier plebeja, & infimæ conditionis, & virtus majorem habet cognationem cum humilibus, quam cum superbis & potenti-

Beda in catenâ D. Thom.

Canis. lib. 4. de Virg. c. 15.

Lyra hic.

Digitized by Google

potentibus? Non sanè. An forsitan, quia commorantem inter pessimos, pravi consortii contagium non infecit? Nonnè idcircò, quia fuit de numero paucorum, *quædam mulier* & non multorum, qui est numerus malorum, de turbâ? Non. Quænam igitur causa movens fuit Bedæ, & aliorum Interpretum, ad beatificandam hanc mulierem? Dicam. Animadvertit ille, quòd Deus elegerat hanc mulierem in præconem, & prædicatricem enconiorum sanctissimæ MARIÆ Matris suæ, & quòd soli ipsius vocali confessioni ea enuntianda confiderat, ideò intulit hanc consequentiam; ergò absque ullâ hæsitatione dicendum est, hanc mulierem fuisse beatam, & sanctam, quia nequaquàm Deus permittit, ut quis, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis, nisi fuerit mundæ conscientiæ, & inculpatæ vitæ, Matris suæ elogia, aut præconia evulget, referat, aut enarret.

2. Singularis fuit observatio Philonis Alexandrini super ratâ illâ lege, quam Dominus Deus statuit Sacerdotibus antiquæ legis, ingressuris Sancta Sanctorum, ubi asservabatur Arca testamenti, ad sacrificandum, seu orandum, nimirum, ne alias vestes, præter lineas induerent: *Accingetur zonâ lineâ, cidarim lineam imponet capiti suo: hæc enim vestimenta sunt sancta* Sciendum est, cur hæ vestes potiùs, quàm aliæ virtutem denotabant, & sanctitatem significabant? curvè Deus noluerit, quòd tunica Sacerdotis foret lanea? Erat tunica Sacerdotis tunc idem, quòd in lege gratiæ modò est Alba, quâ nostri Sacerdotes vestiuntur. Causam assignat Philosophus: *Quia lineæ non conficiuntur ex mortali materiâ, sicut lanea* Gaudet linum speciali privilegio contra tineam, neque ullam in linum habet hic vermis jurisdictionem, benè tamen in lanam, cujus panni, licèt crassioris corporis, tamen à tinea læduntur, & corrumpuntur. Quòd itaque dicat Deus, Albam Sacerdotalem, quæ operiens eum à capite usque ad pedes, significans (juxtà quorumdam dictum) animam, quæ est in toto corpore, debere esse lineam, & non laneam voluit nobis insinuare, quòd anima sacrificantis, & ingredientis Sancta Sanctorum, seu appropinquantis ad Arcam testamenti, necessariò debeat esse pura, & munda, neque fas sit illam admittere imperfectionis tineam, aut peccati corruptionem. Ast, optarem scire, quarè Deus velit Arcam testamenti tanto honore affici? Accipite responsum S. Ambrosii Authore suo dignum *Arcam, quid nisi sanctam* MARIAM *dixerimus*? Nolite considerare corticem litteræ, sed altiùs cogitationem erigite, & mysterium Arcæ hujus introspicite. Notum sit vobis, illam fuisse symbolum MARIÆ Deiparæ, de quâ cantat Ecclesia: *Ventris sub Arcâ clausus est* Et ad significandum puritatem conscientiæ, & mundiciem animæ requisitam in Devotis hujusce Virginis, ad dignè eam colendum, & serviendum, voluit Deus etiam figuram ipsius honorari, & magno venerationis cultu adorari, quia non placent Deo obsequia imperfecta, neque gratæ sunt ei laudes ex ore peccatorum prodeuntes, mavultque, ut eam compositis moribus, & operibus virtutum, quàm orationibus, & signis externis collaudemus.

Levit. 16. v. 4.

Philo Alexandr. lib 2 de Monach.

D. Amb. serm. 80 In Hymno.

Nec minoris ponderis est ad rem nostram quædam animadversio Richardi patris antiqui, & magni Deiparæ clientis, dum explicat verba illa Proverbiorum Salomonis, quæ secundùm ejus opinionem tam in litterali, quàm mystico sensu de B. Virgine debent exponi. Loquitur Regum sapientissimus de muliere forti: *Mulierem fortem, quis inveniet?* aitque inter cætera verba, sequentia: *Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt*, dicentes cum Marcellâ: *Beatus venter, qui te portavit. Notate* inquit hic Doctor, *ordinem verborum*, priùs surrexerunt, & deindè laudaverunt. Consultiùs sanè, uti videtur, contrarium ordinem servâssent, ita ut stantes flecterent genua, & erecti se prosternerent, ad digniùs, & majori reverentiâ colendum tam bonam, & piam Matrem, non enim hoc, sed oppositum dicit, quòd nempe priùs surrexerint; & postmodùm eam beatissimam prædicaverint: *Qui enim dignè vult prædicare* MARIAM, *aut ei servire, priùs debent surgere à peccato per pœnitentiam, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, ideò priùs dicitur, surrexerunt*, id est, qui vult condignè laudare MARIAM, & humili eam obsequio venerari, priùs debet exurgere è cœno peccati, è sommo vitii, & resurgere à morte peccatorum, has enim significationes continet hoc verbum. *Surrexerunt*, veluti præceptores linguæ Latinæ in suis Grammaticis docent, surgere, scilicet, excitari, & resuscitari, & omnibus hisce significationibus frequenter utitur sacra Scriptura, quia non placent sanctissimæ Genetrici laudes, & encomia ex ore peccatoris,

3.

Prov 31. v. 10. Ibid. v. 28. Richard. à S. Laur lib. 2. p. 6.

Digitized by Google

tor s; ideoque clientes suos appellat filiòs, qui eam honorare, & colere tenentur, qui obligantur ad imitandum singularem ejus puritatem, & raram sanctitatem: *Item filii ejus*, id est, *imitatores ejus beatissimam prædicaverunt eam*, ut possint unisonam vocem extollere cum devotissimâ Marcellâ: *Beatus venter, qui te portavit - &c.*

Ex his facilè intelligetis, inquit Richardus, emphasim verborum ex Canticis: *Hortus conclusus, fons signatus*, in quibus Spiritus sanctus, dulcissimus animarum sanctarum, ac devotarum Sponsus vocat Sponsam, hortum conclusum, & fontem signatum. Sentiunt enim cum Richardo SS. Iustus, Orgelitanus, Rupertus, & alii, Sponsum hic Sponsam alloqui, quæ est Regina cœlorum, ut nos edoceat puritatem, & munditiam cordis, quam exigit in suis servis, & candorem conscientiæ, quem necesse est habere illos, qui eam celebrant, & honorant: *Debent esse mundi, & immaculati servi, & laudatores* MARIÆ: *ipsa enim est hortus conclusus, & fons signatus.* Sed quæretis ex me, quæ cohærentia, aut similitudo unius cum alio? Qui enim hortus cum virtute, & fons cum sanctitate convenit? Rectè combinantur, inquit Richardus: *Nec intrandum est in hortum florido, & deliciosum pedibus luteolentis, nec aqua purissimi fontis sordidis manibus est hauriendæ.* Non secùs inquit Richardus de B. Virgine: *Ad agendum enim de beatâ Virgine, non est nisi mundo corde & purificatis cogitationibus accedendū.* Ad obsequium, solemnitates, & octavas B. Virgini celebrandas, nequaquàm impuro corde, sed mundo, affatim virtutibus locupletato, & castis cogitationibus exornato accedendum est, quia, qui secùs fecerit, gravissimè offendet hortum, nec minorem injuriam inferet fonti: *Hortus conclusus, fons signatus.* Hæc sunt præparamenta, quæ sanctissima Virgo in suis Devotis ad sui obsequium, & cultum desiderat, & exoptat.

4. *Cant 4. v. 12.*

§. Enarremus nunc fructus, & commoda tam spiritualia, quàm temporalia, quæ clientes ex ejus obsequio affluentissimè percipiunt. In textu illô, quem jam pridem ex Salomone retulimus: *Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt.* transtulerunt Septuaginta Interpretes verba quædam penè miraculosa: *Et divites facti sunt* & eamdem lectionem sequitur S. Augustinus, & hunc reddunt sensum: filii ejus locupletes, & divitiis affluentes facti sunt, & comparando lectionem lectioni, & componendum Vulgatam nostram cum translatione Septuaginta, ita sonant, quod beatificare sacratissimam Virginem, & celebrare ejus excellentias, idem sit, quod ditari, quia quicumque eam collaudat, & festivâ veneratione colit, non solum spiritualibus, sed etiam temporalibus bonis copiosissimè locupletatur, & affatim exornatur.

Prov. 31. v. 28. Septuag Interp. D. August.

Vidit, inter cæteras apparitiones, Propheta Zacharias candelabrum aureum, multiplici lumine splendens, quod omnia claritate suâ illustrabat: *Vidi, & ecce candelabrum aureum totum*, aitque circà candelabrum fuisse duas olivas, arbores fertilissimas. Et scisciranti ex Angelo, revelationum ministro, quales essent illæ mysticæ arbores? Respondit cœlestis nuntius: *Isti sunt duo filii olei*, id est, arbores illæ fructibus graves, sunt filiæ lampadum lucentium, & olei. O Angele sancte, vide, quid dixeris, quia responso tuo te magis in supernaturalibus, quàm cœlestibus rebus versatum ostendis. Rectiùs oppositum dixeris, quòd olivæ erant matres olei, & oleum ex olivis, tamquàm filius ex matre, quia arbores proferunt oleum, & nequaquàm è contra. Ita sanè, Auditores, agitur in terris, aut in domo Dei contrarium contingit, quia oleum est parens olivarum, & hæ filiæ earum. Auscultate responsum sancti Anastasii Nicæni, quô eleganter hunc conceptum enucleat. *Quid est ergò hoc candelabrum? Sancta* MARIA. *Cur autem candelabrum? quoniàm materia expertem lucem gestavit. Cur autem totum aureum? Quoniam post partum mansit Virgo.* Ac si diceret: fuit MARIA in candelabro illô adumbrata, quia, in utero suo virginali lucem immaterialem, & inaccessibilem gestavit, id est, Deum incarnatum, quapropter hoc sacrum vas fuit totum aureum, quia sanctissima Virgo non solum antè, sed etiam in, & post partum castitatem illæsam servavit. Plurima ibidem subjungit sanctus Doctor, ad quem curiosum lectorem remitto, sed hæc sunt, quæ scopo, & intento nostro deserviūt, quibus etiam nodus quæstioni propositæ dissolvitur, nimirùm, si dixerimus, quod, quando devoti MARIÆ clientes illi lampades, & oleum, quô ante imaginem ejus ardent, offerunt, quando, inquam, in eius cultum bona sua expendunt, oleum ipsum est parens fertilissimarum olivarum; eodem namque passu, quô mensuram olei contribuunt, eôdem ex illo enascuntur fertilissimæ arbores

6. *Zach. 4. v. 2. Ibid. v. 14. D. Anastas. Nicæn.*

fructibus

fructibus abundantes, & pro minimo, quod ab illis recipit, retribuit sanctissima Virgo copiosissimam messem, & abundantissimos fructus, & sancto quodam fœnore, & usurâ compensat obsequia sibi præstita, & protinùs agnoscuntur bona illa, quibus remunerat, provenire à præsidè cœlestium Indiarum, quia, ex magnitudine illorum, & augmento rei familiaris, & domesticæ, facillime colliguntur illa à sacratissimâ Virgine promanare, quando siquidem homines propria industria, aut favore, seu beneficio hominum ditescunt, sunt bona, & divitiæ limitatæ, & abbreviatæ vel saltem non sunt ita exuberantes, & copiosæ. An non videntur vobis, Auditores felicissima impendia clientum, & devotorum beatæ MARIÆ, dum singuli eorum thesaurum, seu quemdam opum cumulum acquirunt? Idcirco non admiror, videndo nobilem aliquem divitem, & opulentum, dum mihi certò constat, eum maximam bonorum suorum partem erogare in subveniendis pauperibus, in alendis Religiosorum monasteriis, in ornandis Ecclesiis, in restaurandis templis, in promovendis confraternitatibus, & in celebrandis sumptuosis festis ad honorem Filii, ejusque Matris sanctissimæ, quia, quandoquidem negotietur cum MARIA, necesse est, ut illius thesaurus sit indeficiens, & semper abundans.

7. In hoc sensu explicat, & accommodat Richardus à sancto Laurentio verba illa Ecclesiastici, quæ propriissimè, & ad litteram videntur hoc ipsum sonare: *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.* Vbi eleganter Richardus: *Honorare* MARIAM, *thesaurizare est sibi vitam æternam*, & tantùm valet, ac si diceret: Quando Spiritus sanctus per os, & calamum Solomonis asserit, eum, qui honorat matrem suam, esse similem illi, qui congregat thesaurum, verba illa dicunt relationem, non tam ad filios, qui proprias matres honorant, quæ illos corporaliter pepererunt, quàm ad obsequentissimos servos, & cultores Deiparæ Virginis suæ spiritualis Matris, per quam esse supernaturale, & gratiam receperunt.

Eccl.3. v.5.
Rich.à S.Laur. lib.2. part.2.

8. Coronemus hunc discursum nostrum præclaris illis verbis, quæ habentur in originali Hebræo illius Textûs, quem jam paullò antè retulimus: *Et beatissimam prædicaverunt*, quæ ita sonant: *Et beatificati sunt*, id est, filii, qui honorârunt matrẽ suam, etiam ab illâ honorati, & qui ei servierunt, etiam in hâc vitâ ab illâ

Text. Hebraum.

præmium consecuti fuerunt Salvâ veniâ vestrâ, Auditores, paululum hic digrediar. Si omnes, qui serviunt, aut honorant in hâc occasione sacratissimam Virginem, possint sibi ipsis pollicèri præmium, & favorem ipsius, a quum est, ut etiam à nobis summis encomiis extollâtur, & collaudentur, maximè extranei, & alienigenæ civitatis, seu regni ejus, qui tam generoso animi zelo, tamque munifica, ne dicam, prodigâ liberalitate id præstant, quàm possent etiam magnificentissimi Principes illius nationis id præstare. Explico mentem meam Textu quódam, meâ quidem sententiâ, accommodatissimo. Lex erat inter Romanos receptissima, uti refert Nimervienſis, quod si tempore belli, deficiente annonâ, aliqui indigenarum eis succurrerent, aut subsidium aliquod transmitterent, remunerarentur torque argenteâ, quam, veluti patriæ benefactores, honoris causa solemniter gestarent. Verum si extraneus quispiam, aut alienigena simile præstitisset obsequium, & auxilium, majori præmio donabatur, torque scilicet aureâ, & pretiosissimâ, tamquàm singularis Reipublicæ Romanæ benefactor: *Romani*, inquit hic Author, *auxiliatores externos torquibus aureis ornavêre, cives non nisi argenteis.* Revera, primâ fronte, imprudens, ne dicam, injusta videtur hæc lex tam sapientis Romanorum Senatus. Qui etenim extraneo majus, quam civi præmium donabant? Profectò contrarium prudentiùs fuisset factù, si torque aureâ cives, & argenteâ extraneos exornassent, & maximum suis, & minimum alienigenis dedissent. Verumtamen fuit hæc lex maximè rationi consona, & matura, seu prudenti consilio stabilita, quia, quod civis Romanus auxiliaretur genti suæ, parentibusque, & amicis suis opitularetur, nihil præclarum, aut excelsum erat; hoc namque lex naturalis dictat, & innatus amor patriæ ad hoc faciendum impellit. Non est hæc actio tam heroica, neque opus tanti meriti, ast quòd peregrinus, & alienigena patrocinetur, auxilietur, & succurrat, hoc maximâ laude dignum æstimatur. Qui igitur majus præstat obsequium, digniori mercede remuneretur, & honestiori beneficio, seu præmio exornetur. Prodeunt in campum sacra templa, & religiosa monasteria hujus civitatis Hispalensis contra Hæreticos Dei, ejusque sanctissimæ Matris conjuratos hostes, & egent subsidiis, & aliorum suppetiis,

Ninervienſis.

ut

ut condignâ pompâ, & congruenti ſolemnitate valeant propugnare cauſam ſacratiſſimæ Virginis, & vindicare injurias, & offenſas, quibus protervi adverſarii ejus honorem, & dignitatem labefactare intentârunt, ut tandem beata Virgo hiſce ſolemniis triumphans exultet, & hæreſis triumphata ſuccumbat. Præſtò ſunt ſubſidiis ſuis in hâc occaſione, incolæ civitatis tantâ pietate, & devotione, quantam ipſa experientia edocuit, ſuccurrunt etiam ipſis nobiles Luſitani largiſſimis eleemoſynis, quorum auxilium, & opem implorârunt. Civibus igitur Hiſpalenſibus, & indigenis detur torques argentea, extraneis autem torques aurea, quibus ambo dignè remunerabuntur. Meritò honorentur illi, ſed potiori jure magnificentur hi, & exaltentur: *Beatificati ſunt.* Quamvis enim in illis opera charitatis præmium promereantur, quia tamen ſunt opera indigenarum, & civium, non ſunt adeò meritoria, neque tam excellentia; in his verò ſunt majori æſtimatione digna, utpotè non à naturâ, ſed à merâ gratiâ ortum habentia, quocirca etiam eminentiori ſolemnitate celebranda.

Et ſi voluerimus ſecundùm rigorem explicare hæc verba: *Beatificati ſunt*, poſſumus dicere, quòd Devoti beatiſſimæ Virginis tantum commodum, & lucrum perceperunt ex ejus cultu, & obſequio, ut etiam in hâc vitâ quamdam beatitudinem fuerint aſſecuti, quemadmodùm, juxtà quorumdam explicationem, beatificata fuit ſancta Marcella ex ore Salvatoris noſtri in illis verbis: *Quinimò Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*, maximè ſi unam beatitudinem cum alterâ conferamus: *Beatus venter*, &c. *Beati qui audiunt*, &c. Vel dicamus, quòd Devoti ſacroſanctæ Virginis, qui ardentiori zelo, & propriis impendiis eam colunt, & honorant, habent ſecuritatem quamdam ſuæ ſalutis, & poſſunt etiam, quatenùs viatores, titulo gaudere Beatorum. Rogemus igitur Filium inter brachia Matris ſuæ hærentem, id, quod Seraphicus Doctor S. Bonaventura ab illò petere ſolebat: *Dulciſſime* JESU, *dignare donare mihi miſero peccatori, Matri tuæ dignè ſervire.* Tot enim ſunt commoda, & utilitates, quas obtinent Devoti, eam dignè colentes, ut etiam in hôc ſæculo degentes, quodammodò beati reputari poſſint: *Beatificati ſunt*, inchoativè quidem in hâc vitâ per gratiam, & conſummatè beati erunt, quando in aliâ comprehenſores æternùm Deo fruentur in gloriâ. *Ad quam*, &c.

D. Benav. Tom. 2. opuſ. 2. libell. de fid. relig.

TRA-

TRACTATUS XVII.

APOLOGETICVS,

CONTRA HÆRETICOS

Impugnantes puriſſimam Virginitatem

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

Hæc Concio prædicata fuit contra Hæreticos Granatenſes, qui ſchedulas contrà virginitatem Marianam, & fidem noſtram Catholicam publicè affixerunt. Fuitque expoſitum ſanctiſſimum Venerabile, dum hæc concio diceretur.

Beatus venter, qui te portavit, &c.

Lucæ 11.

MYſtica eſt præſentia tua, ô ſupreme Domine, ſub Sacramento recondite, myſtica, inquam, eſt tua præſentia, in tempore, quò MARIA ſanctiſſima ab iniurtis vindicatur. Forſitan, ô Domine, voluiſti tuâ regiâ præſentiâ animare fideles tuos ad generosè proſequendum defenſionem Virginitatis puriſſimæ Matris tuæ? Sufficientiſſimum erat hoc motivum, quia maximè concernit, & ſpectat ad filios æſtimationem matrum ſuarum tueri & poriſſimùm, quando offenſæ ſunt adeò patentes, & manifeſtæ. Verumtamen meo judicio, ô Domine, non hoc te movit ad prodeundum in publicum, quia ad occludendum os canibus, qui de nocte latrârunt, ſufficiens erat ſolem exortum fuiſſe in ſinu auroræ, & Marcellam cælitùs inſpiratam extuliſſe vocem ſuam, ac benedixiſſe Matri tuæ, eò quòd te geſtaverit, & lactaverit: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti.* Atque ita, mi Domine, alia absque dubio cauſa ad hocce teſtum eduxit. Et, niſi me fallat opinio, cupis tuâ præſentiâ præmiare devotionem fidelium tuorum, quærens ex induſtriâ in cordibus eorum hoſpitio excipi, in remunerationem generoſitatis animi eorum. Optimè recordor, ô Domine, quòd recèns natus annoſum Simeonem quæſieris, & veriſimile eſt, quòd, illi primum eſſe defenſorem integritatis Marianæ, hæc diligentia, & ſollicitudo obtinuerit, quia ſecundùm, quod referunt Egeſippus, & Nicephorus (licèt quidam contradicant) cùm Simeon eſſet omnium Rabbinorum doctiſſimus, judicans, involvere impoſſibilitatem, locum illum Iſaiæ, in quò manifeſtè integritas Virginis revelatur: *Ecce Virgo concipiet, v. 14.*

Nicepb. l. 1. hiſt. c. 12. Egeſip. de ſupple. Evang. Iſai. 7.

Digitized by Google

piet, & pariet Filium, neque valens ingenio suo assequi mysterium, jusserit deleri verbum illud *Virgo*, & reperiens trinâ vice idem vocabulum miraculosè restitutum, rogavit Deum, ut sibi mysterium revelaret, & factus voti sui compos, fuit primus virginitatis Mariannæ propugnator. Et ad hunc sensum interpretantur relati Authores dictum illud S. Lucæ: *Responsum accepit à Spiritu sancto.* Quia, qui dicit responsum, præsupponit quæstionem, & hæc fuit, quam, Simeon motus eventu jam relato, proposuit. Et in præmium defensionis beatæ MARIÆ, quòdque fuerit primus, qui ejus integritatem virginalem promulgaverit, Filius memor obsequii præstiti Genetrici suæ, voluit, reclinatione super brachia ejus, rependere ei devotionem affectuum, & desideriorum ejus: *Accepit eum in ulnas suas.* Supposità autem hâc doctrinâ, tamquàm probabili, audeo dicere, mi Redemptor, quòd, quemadmodùm tunc quæsivisti Simeonem ad compensandum zelum ejus, quò honorem Matris tuæ illæsum tuebatur, ita etiam venis hodiè ad quærendum fideles tuos, qui pari zelo defensionem ejus suscipiunt, compensans eorum devotionem, & cultum, quò sacratissimam Virginem venerantur. Hæc erit, Auditores, materies Concionis meæ. Ecquis non mirabitur temeritatem meam, quòd ego inelegantiam meam Lusitanam audeam adjungere eloquentissimis Hispaniæ oratoribus? quid enim aget formica cum gigante? Quamobrem non solùm difficile, sed etiam impossibile existimo, ut rectè dicam, sed quia cœlum defectus, donum naturæ supplet auxilium gratiæ, hodiè mihi illam securam polliceor. Adest Christus, ad eam dandam promptus, MARIÆ interest, ut eam petat, solùm igitur restat, ut eam interpellemus. Dicitè ergo unanimi voce mecum: *Ave gratia plena.*

Luc. 2. v. 26.

Ibid. v. 28.

Beatus venter qui te portavit, &c.

CONSIDERATIO I.

Singularis prærogativa MARIÆ, *est gaudere suprema dignitate Matris, absque virginalis integritatis jactura, aut detrimento.*

1.

PRo introductione hujus Concionis adnotanda sunt dicta melliflui Doctoris, & magni Deiparæ cultoris Bernardi, apud Hugonem Cardinalem hæc verba: *Beatus venter, &c.* ita interpretantis: *Fuit enim sine corruptione fœcunda, sine gravedine gravida, sine dolore puerpera.* Idem fuit, inquit sanctus Abbas, Marcellam divinitùs afflatam laudibus extollere ventrem MARIÆ, in quò portavit Filium suum, & beatificare ubera, quibus eumdem lactavit, & agere partem, & personam Christianorum, & nomine Ecclesiæ profiteri intactam ejus virginitatem. Ac si diceret: Sentiant, ô Domine, Iudæi, quod voluerint, obganniantque cum dæmone contrà miraculosa tua opera, debacchentur in te, dicantque te pessimũ esse, ego tamẽ te sanctũ prędico & publico præconio Matrẽ tuã felicissimã profiteor: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti.* An non advertitis, inquit eminentissimus Toletus, quòd mulieris vox Matrem exaltet encomiis, absque eô, quòd Patris mentionem faciat? *Non commendavit mulier virum, sed matrem.* Nonnè, reverà, Spiritus Sanctus docet, quòd in probitate filiorum patres sint honorandi, eisque potissimum, utpotè, principalioribus genitoribus, de eorum virtutibus sit congratulandum? Ast, quàm prudenter egit hæc Marcellã nostra! quòd, cum Christus Dominus non haberet Patrem in terris, ita ordinavit laudes Christi, & MARIÆ, ut confitens eam veram Matrem, una etiam ejus virginitatem fuerit venerata: *Insinuabat enim Spiritus sanctus per mulierem hanc Christum, per carnem, ratione cujus portabatur in ventre, & lactabatur ab ubere, non habuisse Patrem, sed Matrem solam.* Hoc denotant mystica verba hujus devotæ mulieris *Beatus venter, qui te portavit.* In quibus æquè & integritas Matris, & sanctitas Filii comprobatur; hujus quidem, quia natus est absque virili semine, solâ divinitate omnem efformationem operante; illius autem, quia Filium absque detrimento virginitatis peperit. Hoc præjacto fundamento, triplicem sensum possunt reddere verba Thematis nostri, conformem doctrinæ sanctorum Patrum, juxtà triplex genus personarum ad quas fuerunt directa; quamquàm enim videatur Marcella soli Christo, & MARIÆ loqui, haud dubiè tamen sermonem suum ad duplicis generis homines, ex quibus auditorium coalescebat, convertit, nempe

D. Bern. apud Hugon. hic.

Luc. II. v. 27.

Toletus hic.

Toletus ibidem.

nempe ad devotos, & amicos Christi, qui eum verum Dei, ejusque Matris Filium profitebantur, & ad æmulos, qui eum persequentes blasphemabant, omnemque ejus vim, & potentiam principi Dæmoniorum adscribebant: *In Beelzebub principe dæmoniorum, &c* Omnibus igitur his loquitur hæc virago, cujus verba fidelibus fuerunt solatio, & confortationi in fide, & devotione Christi, infidelibus autem opprobrio, & ignominiæ, Christo verò ejusque Matri fuerunt defensioni, & æstimationi. Ad hæc tria breviter reducam Considerationes hujus Concionis nostræ.

Luc. 11. v. 18.

2. His prænotatis, certissimum est, & articulus fidei Catholicæ, eumdem Filium Dei, qui antè sæcula fuit genitus productione æterna per actum notionalem intellectûs paterni, etiam fuisse in ultima mundi ætate, temporali nativitate ortum ex utero Virginis, absque virili semine, virtute Spiritûs sancti, qui hocce admirabile opus patravit: *Conceptus est de Spiritu sancto, natus ex* MARIA *Virgine*, eâ remanente post partum magis purâ, quàm stellæ radiis solis illustratæ. Imò sanctus Ambrosius nimis limitatam, & angustam reputavit hanc similitudinem, quapropter eam extendit, dicens, purissimum beatæ Virginis partum, quodammodò æternam generationem Patris fuisse æmulatum: *Quemadmodùm Virgo Divinitas ediderat, ita eum & virgo* MARIA *genuerat*. Quæ verba, licèt fidem excedant, vera tamen sunt, sonantque idem, quod jam dicimus, nimirùm, quòd Deipara non minùs pura, & Virgo remanserit gignendo Filium suum, quàm Pater æternus generans eumdem per intellectum suum. Magna profectò videtur hyperbole, dictum sancti Doctoris, sed totum hoc judicavit necessarium, ad stabiliendam veritatem fidei Catholicæ circa puritatem virginalem MARIÆ plurimis Conciliorum Ecclesiæ canonibus definitam, mirisque Angelici præceptoris S. Thomæ rationibus comprobatam, & evidentibus sacræ Scripturæ testimoniis confirmatam.

D. Amb. Serm. 16.

D. Thom. 3. p. q. 28. art. 1. in corp.

3. Accipite insignem Ieremiæ locum, & attentiùs expendite ejus explicationem, quæ non communis, sed singularis vobis videbitur: *Revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas istas, quia creavit Dominus novum super terram; fœmina circumdabit virum.* Prætereo hic, quarè populum suum, Virginem nuncupet, quia postrema verba nos aliò advocant.

Ier. 31. v. 21. & 22.

Creavit Deus novam creaturam, novum miraculum, quod non solùm oculis humanis fuit hactenùs invisum, sed neque ab ullo hominum intellectu excogitatum. At videamus quid fuerit? Audite Cardinalem Vitriacum ita dissentem: *Primus homo*, inquit hic Pater, *factus est nec de masculo, nec de fœminâ.* id est, ad efformationem Adami neque vir, neque fœmina concurrerunt, fuitque hæc prima efformatio, quam Mundus agnovit, & vidit. Secundum opus manuum Dei fuit Eva: Secundus, *scilicet, Eva de masculo non fœmina*, ad cujus fabricam nihil contulit fœmina, adjuvit tamen Adam, materialia subministrans, quippè ex ejus costâ, fuit ædificata: *Tertius de masculo, & de fœmina*. uti patet in communi omnium hominum productione: *Restabat ergò quartus modus ut fieret homo de fœminâ, non de masculo, Deus simul & homo.* Ad evacuandum omnes generationis modos, restabat productio alicujus sine concursu viri, in quâ omnes impensas operis conferret, & hic fuit Christus, in quo verificatum fuit Ieremiæ vaticinium; ipse namque fuit opus novum, & mirabile, ipsumque mulier, putà, MARIA eum castissimis suis visceribus circumdedit, &, uti Mater, peperit. Plicate hic folium, & ad majorem hujus loci claritatem recurrite mecum ad Librum Geneseos; ubi Deus promisit Patriarchæ Abrahamo quòd filii ejus, & maximè Iacob, ab Angelo Israel dictus, regressuri essent ad terram Promissionis, quæ patriam cælestem adumbrat, generatione quartâ succedente: *Generatione quartâ revertentur hue.* Explicate denuò folium, & componite illud, *Revertere*, vaticinantis Ieremiæ, cum, *Revertentur* Libri Geneseos, & illicò cernetis quàm congruè sibi manus porrigant, & quàm aptè hi Textus cohæreant, ita ut secundus sit responsio primi, siquidem jubet Deus per Ieremiam populo suo, ut revertatur ad videndum illud novum: *Revertere virgo Israel*, &c respondet in Genesi: *Generatione quartâ revertentur*, id est, quando advenerit quartus modus generationis, ita ut productio fiat absque viri cooperatione a solâ muliere, permanente tamen Virgine illæsâ, & hoc sonat dictum Ieremiæ Prophetæ: *Revertere virgo Israel*, loquentis manifestè de MARIA sanctissimâ, in cujus utero purissimo sese conclusit Christus; quemque virum omninò perfectum circumdederunt viscera ejus, quique etiâ ex illis prodiit sine detrimento virginatis, in quo

Vitriac. serm. 1. de Nativit. Domin.

Gen. 15. v. 16.

Digitized by Google

præsertim miraculum, & novum, quòd Deus creavit super terram, resplenduit: *Novum creavit Deus super terram*, &c. Nullatenùs hæsitandum, quin mysterium sit arcanum, & reconditum, &, qua parte non visum est, cuilibet intellectui humano novum appareat, verùm quia nulla fœmina præter MARIAM, ad dignitatem Matris Dei evecta est, nulla etiam fuit, præter eam, Mater, & Virgo, & huic dicto concinit S. Mater Ecclesia: *Gaudia matrus habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est*, &c. *Antiphona.*

4. Neque prorsùs admirandum est, quòd in humanis nulla hujus mysterii exempla nobis suppetant, quia, si imitabile foret, ratio novitatis cessaret. Et ostendit Deus, se adeò zelosum singularis hujus prærogativæ maternæ, ut noluerit, quemquàm, etiam per umbram, vestigia hujus mysterii assequi. Sæpiùs adnotavi, quòd inter prodigia, quæ in morte, & resurrectione Christi contigerunt, unum fuerit, reseratio sepulchrorum, & resuscitatio plurium sanctorum: *Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* *Matth. 27. v. 52.* Et quamvis inter sacros Interpretes acris agitetur controversia, num denuò obierint, vel an corpora resuscitata cœlos conscenderint, perplacet tamen mihi sententia Lyrani, & aliorum Patrum, maximè Angeli Ecclesiæ, S Thomæ asserentium, quòd corpora illa, semel liberata è carcere sepulchrorum, gloriosa cum Christo ad cœlos ascenderunt. Hôc posito, tamquam magis pio, & verisimili, protinùs pulsat animum nova quæstio. Nimirùm, ad quid aperiantur monumenta, ut prodeant, & egrediantur corpora? *Monumenta aperta sunt* Si enim una ex doribus corporis gloriosi sit quòd nullum habeat offendiculum, sed vi, & virtute subtilitatis possit penetrare alia corpora, absque eo, quòd ex simili penetratione ullum patiatur detrimentum, aut læsionem. ut quid aperiantur sepulchra, cùm penetrare queant illa, & facere resurrectionem suam magis miraculosam? Dicant alii, quod voluerint, meo judicio, id factum fuit propter honorem beatæ MARIÆ, scilicet, quòd noluerit Christus penetrari corpora cum sepulchris, ita ut egrederentur ex illis absque ullâ læsione, quia hoc erat singulare symbolum Nativitatis Christi, qui absque corruptione virginei pudoris, ex visceribus Matris prodiit in mundum. Neque voluit sua majestas ullum hujus miraculi exemplar dari in terris, sed voluit hanc excellentiam sibi soli, & MARIÆ reservari, ut, quemadmodùm ipse in testimonium suæ divinitatis ex clauso sepulchro absque ullo detrimento surrexit, idem ex ventre Matris absque ullâ virginitatis ipsius injuriâ in mundum prodiret. Hæc omnia compendiosè complexus est magnus Deiparæ cultor, & Sacellanus S. Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus: *Sicut saxeum*, inquit, *sepulchrum ostium, & pervium, & penetrabile fuit, ita & clausum matricis, & genitale Virginis, cùm esset clausum, & signatum sigillo pudoris.* Ubi singulariter hæc duo miracula Christo adscribit. *D. Ildephonsus Ser. de Purific.*

Iam diximus in Tractatu de Nomine MARIÆ, felicissimam fuisse terram illam, cui Deus suam benedictionem impertivit, & de quâ regius Vates loquitur, dicens: *Benedixisti, Domine, terram tuam*, sed componite, amabo, cum doctissimo nostro Hugone penultimum versum cum primo ejusdem Psalmi, & mox videbitis, quàm bellè instituto nostro quadret. Postquàm Propheta summis encomiis extulisset indolem hujus terræ, ejusque cœlicos favores, concludit tandem cum ubertate fructûs, quem proferet, hisce verbis: *Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum*, id est, inquit Hugo: *Beata Virgo peperit Filium* Nonnè videtis, quòd, explicans modum pariendi Filium, dicat, quòd dabit, & non reddet? *Dedit, non reddidit, quia semen non recepit.* Considerate alios agros, quomodò beneficio industriæ humanæ fructificent, fructus namque eorum non tam dona, quàm remunerationes videntur, restituunt siquidem quod receperunt, at in hâc terrâ MARIÆ exulant omnino leges naturæ, quia cùm illa nihil contulerit ad benefaciendum terræ, sed totum id virtus divina præstiterit, nequaquàm dicitur de illâ quod reddiderit fructum, sed dederit: *Dedit, non vendidit fructum suum*, ad insinuandum nobis puritatem, quâ producit fructum suum, non recipiens, ad dandum illum, aliquod beneficium naturæ sed solâ gratiæ præventione intervenientе. *Psal. 84. v. 1.* *Ibid. v. 13* *Hugo hic*

6. Certè mirum foret, quòd, tantâ sollicitudine, & studio, gratia conaretur præservare MARIAM in tua Conceptione, & quòd partus Christi læderet ejus virginitatem, cùm ad dignitatem Matris æquè necessarium esset, sanctam esse, & Virginem: ac promòc, qui curam habuit eam liberandi à culpa, eamdem adhibuit

Origen.

bult ad conſervandum ejus puritatem, quandoquidem una gratia ſit pignus alterius, & deficiente unâ, non foret Digna Mater tanti Filii: *Ut de mundiſſimâ Matre mundiſſimus naſceretur Filius*, dixit Africæ ſplendor, & lumen Auguſtinus, exigit enim puritas fructûs, eamdem munditiam partûs. Et, ut paucis plura perſtringamus, ſic æqualis foret generatio Matris cum productione Patris æterni: *Quia inviſibiliter in illâ nativitate Patrem Deum habet, ſine homine Matre: in iſtâ Matrem habet Virginem, ſed hominem non habet Patrem.* Quæ verba videtur deſumpſiſſe ſanctus Auguſtinus ex præceptore ſuo ſancto Ambroſio jam antèà relato, quibus mirum in modum extollit inviolatam puritatem MARIÆ in partu, æquiparans eam cum generatione æternâ Filii ſui. Ex quibus ſufficienter probata manet hæc veritas catholica circà puritatem MARIÆ, quòd fuit Aſſumptum præſentis Conſiderationis, & ſcopus vocum Marcellæ, dum divinitùs afflata exclamavit: *Beatus venter, qui te portavit*, &c.

D. Aug. Serm. de Nativit. Domini

Idem Ser. 18. de ead.

Beatus venter, qui te portavit, &c.

CONSIDERATIO II.

Prævenit Deus in animoſâ confeſſione hujus Marcellæ defenſionem virginitatis MARIÆ, *ad confundendum omnes Hæreticos, & Infideles, qui eam impugnant.*

1. VErba hujus devotæ mulieris non minori fuerunt ſolatio Catholicis, quàm ſeveræ vexationi Judæis, qui hiſce diebus audaci temeritate, & ſacrilegâ impietate virginitatem Matris Dei laceſſere, & labefactare præſumpſerunt. Inveteratus eſt hic error eorum, quia, reputantes, Chriſtum eſſe Joſephi legitimum filium, ſemper de verâ filiatione Dei dubitabant: *Nonnè hic eſt fabri filius?* volentes eôdem tempore divinitatem ejus commaculare, & factum ejus humili, & abjectâ parentum proſapiâ offuſcare, & vilipendere. Imò neque in noſtris ſæculis defuerunt Hæretici, qui huic errori patrocinarentur. Ebionitæ enim, & Cherinthus, temporibus S. Ildephonſi ſe manifeſtos virginitatis Marianæ impugnatores declararunt, quibus ſe adjunxit Jovinianus Apoſtata, exiſtimans, quòd naſci Chriſtum, permanente Matre Virgine, erat incidere in hæreſim Manichæi, qui Chriſto verum corpus denegans, ei ſolum phantaſticum affingebat; ſi enim verum habuiſſet corpus, ajebat, impoſſibile foret, integritatem Matris in partu conſervari. Errores ſunt, quos refert, & impugnat Eccleſiæ Angelus, S. Thomas. Prævenit igitur Spiritus ſanctus hos futuros ignorantiæ fucos, & præſertim impiiſſimum hunc errorem, qui Catholicorum corda ad haſce ſolemnitates incendit, excitans generoſum Marcellæ animum, & aſſumens, tamquàm inſtrumentum, linguam, & os ejus, conſtituit in eâ glorioſam confeſſionem virginitatis Deiparæ, ad confundendum, & puniendum (uti Interpretes ſacri obſervant) protervam infidelitatem Hæreticorum, qui eam impugnant. Exordiamur ergo hunc diſcurſum cum juſtâ bile ſancti Ambroſii contra eos, qui incredibile reputant, in MARIÆ partu nequaquàm ejus virginitatem fuiſſe corruptam: *Apis ſine maſculo parit, & nullus refellit. & quia deſponſata Virgo* MARIA *peperit, pudoris ejus faciunt quæſtionem?* Nonnè ridiculum eſt, quòd partus apis ſine maſculo non diſputetur, ſed ſine diſceptatione credatur, & quòd MARIA abſque concurſu Sponſi pepererit, omnes infideles turmatim illibatam ejus virginitatem in quæſtionem vertant? Eſtne poſſibile, quòd gratiæ deerunt facultates, & vires, quibus ad id faciendum natura abundat? Soli Hæretici ignorantiæ individui aſſeclæ poterant locum dare huic temeritati, & permittere inſolenti linguæ erratum conceptum expromere; nullus enim ſanæ rationis compos, poteſt linguâ ſuâ efformare verba, quæ virginalem MARIÆ pudicitiam offendant.

D. Thom. 3. p. qu. 3. a. 2. in corp. & 3. p. q. 28. art. 1. in corp.

D. Ambroſ. lib. 1. examer. cap. 10.

2. O quàm accommoda eſt obſervatio, quam aureum Chryſoſtomi os eloquitur! Vehementer conflictabatur Joſeph propter admirabilem Sponſæ ſuæ graviditatem, & non valens componere ejus virginitatem cum indiciis, & ſignis, quæ videbat cogitavit eam occultè dimittere, hæc autem ipſo interiori cogitatione ruminante, apparuit ei Angelus in ſomnis, qui & myſterium revelavit, & vacillantem juſti mentem pacavit: *Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Joſeph fili David, noli timere accipere* MARIAM *conjugem tuam.* Sed extemplo nova dubitatio animum pulſat, cur

Matth. 13. v. 55.

Matth. 1. v. 20.

Digitized by Google

non potiùs vigilanti, & expergefacto, quàm somnianti, seu dormienti apparuerit? Poterat siquidem experrectus facilius suspicionem deponere, & veritati assensum præbere, quàm dormiens, quia, ubi somnus erat interpres dubii, poterat præsumere somnium agere partes desiderii sui, & falsum esse, quod somniabat, præterquàm quod tam vehementes suspiciones, tamque graves anxietates, vixdum etiam manifestà declaratione sopiri possint. Quî igitur somno relinquitur tam ambiguæ dubitationis resolutio? Rectè, inquit S Chrysostomus: *Apparuit Angelus in somnis, quia nulli enarravit suam suspicionem*, sicut patet ex contextu: *Hæc autem eo cogitante*, &c. omnes anxietates turmatim ascenderant ad cogitativam absque eo, quòd sensus alicujus hæsitationis essent conscii, ideoque divinà dispositione apparuit in somnis Angelus, in quibus imaginativa potest quædam percipere sine eò, quòd sensus sint participes dubiorum Iosephi, quia si sensus manifestè perciperent, quòd Angelus appareret, & ore ad os loqueretur, seu ageret ad tollendas suspiciones, forsitan maligniati fuissent circà pudorem Sponsæ ejus, venissentque in notitiam eorum, quæ anxius Patriarcha interiori imaginatione ruminabat. Porrò Deus adeò sollicitus est, ne quis aliquid effutiat contra puritatem MARIÆ, ut etiam ad sedandum dubium animum Iosephi nolit intervenire ulla verba, quia voces, quæ ullatenùs labefactare possint pudorem virginalem MARIÆ, neque etiam in occasione tanti momenti, vult Deus ore pronuntiari, & eà de causâ absque eò, quòd linguæ, aut sensibus quidpiam communicetur, sanantur suspiciones Iosephi: *Hæc autem eo cogitante, &c.*

D. Chrys. in catena D. Thom.

3. Hac consideratione motus, vehementer excandescit Magnus Cyrillus in Hæreticos sui temporis, conjuratos hostes Virginitatis Marianæ, & præsertim in Iudæos, qui majori protervia pudicitiæ ejus contradicebant. Interrogo inquit Sanctus, an minus admirabile est quod Sara sterilis, & annosa in suo partu transgrediatur limites naturæ, quodque Elizabeth, etiam reluctantibus annis suis, pariat filium in senectute suâ, quàm quod Virgo absque corruptione sui pudoris virginalis concipiat, & pariat? Igitur si primum non negatis, nonnè stulta est contentio contradicere secundo? Quòd virga convertatur in serpentem absque offensâ, seu injuriâ suæ naturæ, quare non poterit ex Matre Virgine nasci Deus homo? Plurima alia exempla recenset præfatus Sanctus ad confundendam Iudæorum malitiam, & simul irridens eorum cæcitatem, concludit, cavillis explodens eos: *O doctissimi Iudæi, unde Adam factus? Nonnè Deus accepit pulverem de terrâ, creavit creaturam hanc admirandam? Quid igitur: Lutum quidem in hominem mutatur, & virgo non generabit? Quod apud homines maximè est impossibile numquid Deus præstare non poterit?* Certè ludibrio habeo inflatam scientiam vestram, an Deus, qui ex limo terræ format hominem, non poterit facere Matrem Virginem? Quasi verò id, quod vos rudi ingenio vestro non assequimi, Deus nequeat facere, & brachium omnipotentiæ ejus limitatæ vestræ scientiæ commensuretur. Agedùm oculos aperite, labia occludite, neque ea solvatis, ad lædendum puritatem MARIÆ, quia singularis cura fuit Filio virginitatem Matris in partu fartam & illæsam tueri. Sed heu! necessum est, adimpleri Prophetias, quæ nobis maledicas illas linguas contrà virginitatem MARIÆ vaticinantur.

D. Cyrill. Ieroſ. catech. 28.

4. Ponderat magnus Adamantius verba illa sancti Simeonis, quibus prædixit sanctissimæ Virgini gladium, qui animam ejus erat transverberaturus: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Et cum nullo modo constet ex Evangelio, quòd gladius aliquis virginis viscera penetraverit, non parùm torquet ingenia Interpretum, quis, qualisvè fuerit gladius, quem Simeon Propheticè dixit animam ejus pertransiturum. Appositè quadrat hîc responsum Origenis: *Nulla docet historia, beatam MARIAM ex hâc vitâ gladii occisione migrasse, præsertim, cùm non anima, sed corpus soleat interfici: undè restat, intelligi gladium illum, de quo dicitur, & gladius in labiis ipsorum.* Quid sollicitè quæritis gladium ferreum, qui feriat præcordia MARIÆ; si danda sint ora, & labia, quæ virginitatem ejus mordeant, & lædant? Quinam enim gladii tam penetrantes, quam linguæ illæ maledicæ, quæ labiis, veluti cote, exacuuntur ad labefactandum integritatem virginalem illius, quæ est Mater Authoris gratiæ? Ast jam dudum fuit conflata hæc plaga, qua idoquidem etiam ab ipsis incunabulis mundi non defuerint hujus virginei pudoris persecutores, jam tunc collimantes

Luca 2. v. 35.

Origenes in catena D. Thom. hic. Pſal. 58.

Digitized by Google

mantes in ſubditos ejus, ad poſteà ſecuriùs feriendum. Locus ille Geneſeos, in quô refertur filios Dei conſiderantes pulchritudinem filiarum hominum, earum amore fuiſſe captos, eaſquè in uxores accepiſſe: *Videntes filii Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant, acceperunt.* ſecundùm communem ſanctorum Patrum opinionem, de filiis Seth, explicatur. Et nihilominus ut advertit Theodoretus, quidam rudes, & malevoli exiſtimarunt, eos Angelos fuiſſe: *Quidam nimis ſtupidi, & ſtolidi exiſtimarunt eos fuiſſe Angelos, putantes ſua fortè intemperantia patrocinium habituros, ſi Angelos ejuſdem criminis reos tenerent.* O temeritatem inauditam! Reperiuntur adeò maledicæ, & maledictæ linguæ, quæ non ſolùm audent famam hominum traducere, ſed etiam ipſorum Angelorum puritatem commaculare! Itaque ſi MARIA, ut canit Eccleſia, eſt *Regina Angelorum*, quid novi eſt, quòd qui linguis ſuis puritatem ſervorum præſumpſerunt laceſſere, etiam audeant eorum Dominæ Virginitatem impugnare, & obſcurare? Nulli condonant, nulli parcunt linguæ illæ, & ad maledicendum, non minùs malitia, quàm virtus eos movet, & inſtigat. Magno ingenii acumine conſiderat ſanctus Bernardus Iudæos, qui olim Suſannam omnis continentiæ conjugalis ſpeculum, & decus, falsò accuſarunt, eoſque comparat Phariſæis, qui adulteram adduxerunt ad Chriſtum, ut eam mortis damnaret, & conferens hæc duo inter ſeſe, in haſce notatu dignas voces erumpit: *Veſtræ, o Phariſæi, manus, nec adultera potuit evadere, nec pudica!* Suſannam honeſtam traducitis, & adulteram comprehenditis, eodem cauterio & caſtam, & impudicam inuritis, quia apud vos nihil tutum eſt, nec parcitis virtuti, neque malitiam abſolvitis. O quàm manifeſtè apparet prava generatio eorum, qui hodiè offendunt Virginitatem MARIÆ, niſi enim eſſent genimina gentis tam proſcriptæ, & infamis, non præſumerent linguis ſuis tantam Virginitatem calumniari, & traducere.

Geneſ. 6. v. 2.

Theodoretus quæſt. 47.

Daniel. 13.

Ioann. 8.

D. Bern. ſerm. 3. ſuper Miſſus eſt.

5. Vnum, inter cætera obſervavi, quòd in tot doloris, & triſtitiæ motivis me aliquantulùm ſolatur, nimirùm, quod hæ ſchedulæ provocatoriæ, tam famoſæ, & infames de nocte fuerint affixæ, quô pacto Authores earum & puſillanimitatem ſuam, & ſcripturæ ſuæ injuſtitiam manifeſtárunt, quia vitia, & peccata ſemper ſunt tenebris amica, & cognata. Mendaces columē habent tenebras, quærentes ſemper obſcuritatē, & latibula, ne lux veritatis eos irradiet, & illuſtret, nō timent veritates examē lucis, & fugere illam, qui has ſchedulas noctu ſparſerunt, argumentum evidens eſt infamiæ eorum: *Benè certè*, inquit Clemens Alexandrinus, *veſpertiliones, bene talpæ, bene cæci ſunt, tāquàm qui ante diem, & in nocte degunt.* Cæci, quibus deeſt lumen fidei, myopes, & cæcutientes ſemper litigant cum luce, & indignātur ſoli, ejuſque radiis, quia eos ſufferre, aut examinare nequeunt. Feræ ſylveſtres, & nocivæ animalia ferocia ſemper obſcura noctis latibula quærunt, quia ipſa feritas ea exanimat, &, cùm ſint communes omnium hoſtes, cunctos timent, & effugiunt. O quàm bellè hos delineavit regius Vates: *Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabūtur*, id eſt, exoriēte ſole, omnes feræ ſylvarum ad cavernas ſuas congregantur, ibique etiam, urgente fame, latitant, donec, adveniente noctis umbrâ, obtectis jam lucentis planetæ radiis, eſcas ſuas quærere valeant: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſâ pertranſibunt omnes beſtiæ ſylvæ* Meticuloſos ſe oſtendunt infideles in relucente fidei die, omnia ſunt imbecillitas animi ad lucem gratiæ comparata, hoc loquendi ſtylo utitur S. Paulus: *Dies autem appropinquavit*, quod ad mentem S. Thomæ idē ſonat, ac: *Tempus gratiæ Chriſti, quod appropinquare nobis dicitur per fidem.* Et juxtà naturam venenatorum animantium, abſcondunt ſe ſub umbrâ noctis, in quâ incogniti operantur, & crudēlem impietatem ſuam exercent. Nonnè videtis, Auditores, quomodò inſolens Hæreticus, & blaſphemus traductor, qui auſus fuit impugnare Virginitatē MARIÆ ad umbras noctis refugerit, & nimis puſilli animi timens ſchedulas ſuas claro die affigere, aut divulgare, quæſiverit latibula obſcuræ noctis, calūniæ, & blaſphemiæ ſuæ tutum aſylum:

Pſal 103. v. 20.

Rom. 13. v. 12.

D. Thom. hic.

Vt jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones,

Horatius in Epiſt. lib. 1. ad Loll.

prudenter cecinit Horatius, quarè non eſt mirum, quòd tam inſolenti audaciâ quærant labefactare honorem Deiparæ, quia tenebras quærunt, ſcientes, impoſſibile eſſe tale committere furtum, ſi diurnam ſolis lucem expectent.

6. Dixit Chriſtus Apoſtolo ſuo Petro, videns eum paratiſſimum ad defendendum honorem ſuæ perſonæ, quòd in ipſâmet nocte ter eſſet Magiſtrū negaturus: *In hac nocte, antequā gallus*

Digitized by Google

Matth. 26. *v.* 34. *gallus cantet, ter me negabis*, & sentit S. Augustinus in tribus illis negationibus, fuisse repræsentata tria genera blasphemiarum, ad quas omnes Hæreticorum, & hostium fidei nostræ errores reducuntur; quia vel aberrant contrà divinitatem Christi, vel contrà humanitatem ejus, vel contrà utrumque simul: *Ter etiam Petrus negavit, nam & error Hæreticorum de Christo tribus generibus terminatur: aut enim de divinitate, aut de humanitate, aut de utroque falluntur.* Hôc statutô, accedit S. Ambrosii observatio, qui enucleans trinam confessionem Petri in examine Christi circà amorem sui, & comparans negationem cum confessione, postquàm acumine ingenii sui pressit æqualitatem numeri in utroque, capit ingeniose differentiam temporis: *Petrus, quia tertiò negaverat, tertiò confitetur, sed negavit in nocte, confitetur in die.* Fateor quidem diversitatem explicationum, quæ huic Ambrosianæ sententiæ applicantur, sed communior, & instituto nostro congruentior est, quòd Petrus negaverit de nocte, nam, qui non cognoscit Christum, non nisi sub umbris tenebrarum, nequit committere peccata sua, verùm fidelis, in Petro adumbratus, dum confitetur Christum, nequit uti patrocinio obscuritatis, quia veritas non est inimica lucis, sed potiùs sedulò quærit lucem diei, & claritatem, Christo attestante per Ioannem: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus.* Sequantur Petrum negantem Hæretici de nocte, quia nos fideles Ecclesiæ filii imitamur Petrum de die, & certò sciant, quòd callidi astus quibus moliuntur labefactare Virginitatem MARIAE, sint exitamenta nostra ad ferventiùs colendum eam, & incendendum zelum nostrum ad ejus honorem propugnandum.

D. *Aug. in catena D. Thom. hic.*

D. *Amb. lib.* 10. *in Luc. c.* 22.

7. Vnicam excusationem (si quæ possit adferri in enormitate tanti delicti) possunt prætexere hi infelicissimi Hæretici, nimirùm allegare suam stoliditatem ad excusandas suas blasphemias, quia nisi stupidi forent, nequaquàm tam increduli, tamque sacrilegè insolentes esse potuissent. Apparuit Angelus Gabriel Zachariæ magni Præcursoris parenti, nuntians ei nativitatem Ioannis, vel manifestans gratiam, dispositionem, & fundamentum, quod cœlum statuebat, Virginitatis Marianæ in conceptione Ioannis, (uti diximus in Consideratione præcedenti) & hic est genuinus sensus illorum verborum: *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua*; in quibus ad depellendum anxium timorem Virginis, quò formidabat partum suum nociturum suæ puritati virginali, objiciunt ei exemplum, Elisabetham cognatam, in sensu, quô id explicant sacri expositores. Dubitat hæsitans Zacharias de nuntio, & pùnitur cœlitùs, ut obmutescat usque in diem navitatis Baptistæ: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem, in quo hæc fiant.* Doctissimus Origenes explicans verbum Græcum quod correspondet, *Tacens*, ait, juxtà rigorem litteræ optimè posse legi hôc modo: *Eris sine ratione.* Et ne latiùs divagemur ab instituto nostro, idem fuit, ac dicere ipsi, quòd nedum fieret mutus, sed etiam amens: *Quod etsi Latinus aliter expresserit, tamen propriè transferri potest, absque sermone, sinè ratione.* Nunc urget dubium meum. Ecquæ proportio, aut convenientia dari potest inter pœnam, & culpam illam? Et si Deus commensuret supplica delictis, quam proportionem habet privatio rationis ad puniendum ejus incrudelitatem? Maximam profecto. Nonne videtis? quicumque enim negat, vel dubitat de quibuscumque concernentibus pudorem, aut Virginitatem Deiparæ, coràm oculis Dei, & hominum, catalogo insipientium, & stultorum annumeratur. Et minùs absurdum est, quòd Zacharias præsumatur impos rationis, quàm quod compos existens ambigeret, aut incideret in dubia, quæ modo jam dicto Virginitatem MARIAE offenderent. Quis dubitet, quia sint stulti & amentes, qui non hæsitando, sed affirmando, & scribendo contendunt denigrare pudicitiam Deiparæ Virginis, eamque æquiparare cæteris matribus, & ipsum Christum traducere, tamquàm partem aliis filius, qui in partu viscera matrum suarum diltrumpunt? Contra hos igitur blasphemos prodeunt hodiè in campum os Marcellæ, & calamus sancti Lucæ, affirmantium sanctum, & intactum esse clausttum MARIAE, imò adeò alienum à quacumque corruptione, & læsione, ut etiam in hâc vitâ titulo, & honore beatitudinis gavisum fuerit. Ita enim loquitur devotissimus beatæ MARIAE cliens S. Bonaventura: *Ex quo* MARIA *de Spiritu Sancto divina est prole fœcundata, nequaquàm Virginitas ejus tali est prole vitiata, sed mirabiliter est in tanta prole glorificata.* Et idcirco vocat eam Marcella beatam: *Beatus venter, qui te portavit, &c.*

Luc. 1. *v.* 6.

Luc. 1. *v.* 20.

Origen. hom. 5. *in Lucam.*

D. *Bonavent.*

Bea-

Digitized by Google

Beatus venter, &c.

CONSIDERATIO III.

Hæ catholicæ demonſtrationes, & communis lætitiæ indicia, ſunt opera divinæ providentiæ, cujus ſingulari curæ commiſſa eſt, defenſio Virginitatis MARIÆ.

1. AD defenſionem Chriſti Salvatoris, ejuſque Matris, collimârunt verba hujus devotiſſimæ mulieris: *Opportuno tempore*, inquit B. Albertus Magnus, *fuit contra blaſphemantes auxiliata.* Et hic etiam eſt ſcopus, in quem præcipuè tendunt hæ catholicæ demonſtrationes, & ſolemnitates, quibus hæc nobilis civitas proteſtatur conſtantiam fidei, quâ credit, & veneratur id, quod Eccleſia à Spiritu ſancto illuſtrata, nos docet, & monet credendum. Et æqua, ac juſta fuit divinæ providentiæ ſollicitudo in excitandis hiſce fidelium animis ad defenſionem Virginitatis MARIÆ, quia ſi Deus tanto zelo ſemper ſtuduit protegere, & tueri pudorem aliarum Sanctarum, eò quòd ſymbola, & figuræ eſſent ſacratiſſimæ Virginis, quantò potiori jure adnitetur, & allaborabit, ut Eccleſia agat partes ſuas, fungaturque munere ſuo, & ardenti zelo pugnet pro pudicitiâ Matris ſuæ, præſertim, dum cernit eam ab infidelibus labefactari. Suppono, tamquàm indubitatum, Saram fuiſſe ſymbolum MARIÆ. De illâ loquebatur S. Chryſoſtomus, qui commemorans miraculoſum ejus partum, dixit: *Et ex mirabili partu ſterilium fœminarum, jam tunc præſtaretur, ac muniretur fides partus Virginis.* Fundatum fuit ædificium Virginitatis Marianæ in impoſſibilitatibus naturæ adumbratis in ſterilitate Saræ. Cui conſonat dictum S. Thomæ: *Oportuit nativitatem ejus ex Virgine per aliqua figurari, ad præparandos animos ad credendum, & ideò Scriptura partum Virginis oſtendit per partum ſterilium, ſcilicet, Saræ.* Congruum fuit, ut partum Virginis antecederent partus ſterilium, & annoſarum, ut intellectus adjutus fide illarum faciliùs crederet poſſibilitatem partûs Virginis, dum ridet ſterilem parientem. Hòc poſito, ſubintrat hîc obſervatio Theodoreti, ponderantis binâ vice Saram fuiſſe ſub poteſtate alienâ, primò ſub Pharaone, & ſecundò ſub Abimelech, qui ambo eam in uxorem appetiêrunt. De primâ vice nihil commemorat ſacer Textus, de ſecundâ verò, ait, Regem Abimelech etiam nullatenus attigiſſe. *Abimelech verò non tetigerat eam.* Interrogo, cùm in pari causâ eadem ſit neceſſitas, quarè in primâ vice non attenditur ad honorem Saræ, ſed ſolùm in ſecundâ? Scitiſne rationem, inquit Theodoretus? Notate, ſecundum raptum contigiſſe eôdem anno, quô Sara concepit, & peperit Iſaac, idcircò voluit ex induſtriâ Spiritus ſanctus per calamum ſacri Hiſtoriographi prævenire malitiam, & obviare quibuſcumque ſuſpicionibus, orituris contra filium, & matrem, ne ipſe alterius patris filius, quàm Abrahami reputaretur, neque de ipsâ matre aliquid ſiniſtri præſumeretur; & quia hæ cauſæ ceſſarunt primâ vice, ideo ſacer Textus de illâ nullam mentionem facit: *Sara tunc paritura erat Iſaac: ne igitur ſemen Abraha ſuſpectum eſſet, illic manifeſtè declaravit Scriptura divina, quòd Abimelech illam non attigiſſet.* Et quia Sara fuit figura MARIÆ, & Iſaac imago Chriſti, ſingularis fuit obligatio Scripturæ præcavere omnes ſuſpiciones nocituras honori utriusque, & peculiari advertentiâ ſtabilire æſtimationem, & integritatem amborum. Abſonum ſanè foret, quòd Eccleſia viriliter non defenderet primigenium exemplar, quando tantis impendiis imaginis apographum, ſeu copia propugnatur. Munus eſt Dei curæ relictum, tueri Deiparam, & inflammare animos fidelium ſuorum contrà eos, qui, confitentes eam Matrem, protervè negant eſſe Virginem.

D. Chryſ. hom. 4. in Gen.

D. Thom ad Hebr. 11.

Theodor. quæſt. 62. ſup. Gen.

2. Rursùs occurrunt memoriæ verba quædam S. Ephiphanii, quorum aliquando ad aliud propoſitum mentionem feci. Alloquitur Sanctus beatiſſimam Virginem, & inter alia, eam ovem appellat: *Ovis immaculata, quæ peperit Agnum Chriſtum.* Alludit ſanctus Doctor ad locum Iſaiæ, ubi Propheta loquens de profundiſſimo ſilentio Chriſti in ſuâ paſſione, & de inenarrabili patientiâ in ſuis cruciatibus, & tormentis, comparat eum agno manſuetiſſimo: *Tamquàm agnus coràm tondente ſe obmutueſcet*, cum adeò eſſet admiranda Chriſti tolerantia, ut Pilatus totus attonitus, & ſtupefactus ei dixerit: *Non audis, quanta adversù te dicunt teſtimonia?* Ad quæ obſurdeſcens Salvator, in ſuo ſilentio perſe-

D. Epiph. de laud. Virginis.

Iſa. 53. v. 7.

Matth. 27. v. 13.

D. Amb. Ser. 49. de accusato Christo apud Pilat.

perseveravit: & meritò quidem ait S. Ambrosius: *Christus tacet, qui defensione non indiget, est enim Pater, qui gloriam ejus, innocentiamque tuetur.* Ait itaque S. Epiphanius, loquens sanctissimæ Virgini: *Ave ovis immaculata, quæ peperit Agnum Christum*, id est, ne doleas, sed flocci facias, ô Domina, quòd Hereticite calumnientur, esto similis Filio tuo in patientiâ, ipse enim mansuetudinem agninam ex visceribus tuis hæreditavit, & quia ipse tantùm in sufferendis injuriis excelluit, jure Maternitatis teneris easdem dissimulare, & causam tuam Deo committere, & defensionem tui honoris eidem confidere, idque facit, quia Ecclesia altiori spiritu stimulata, videns calumnias Hæreticorum, quibus Virginitatem tuam lacessunt, tota convolat ad arma, & sanctâ quâdam æmulatione contendit eminere in veneratione, & cultu tuo, ut Hæreticas calumnias confundat, & exterminet.

3. Valdè singularis, & ingenio Cajetani digna est sequens observatio. Ponderat eminentissimus Cardinalis, quòd in toto discursu passionis Christi, in quâ maximè periclitabatur honor ejus, nullus ejus innocentiam defenderit, neque ejus causam susceipere voluerit. Apostoli namque, eò capto, & relicto, omnes fugerunt, fidelissimi amici elongati deseruerunt, & unus, qui remanserat, turpiter eum negavit. Estne possibile, ut in tantâ multitudine tam amicorum, quàm extraneorum, inter Iudæos nullus reperiatur, qui, si non justitiâ causæ, saltem compassione permotus, ejus agat partes, & innocentiam personæ Christi defendendam susceipiat? Nequaquam, inquit doctissimus Cardinalis, neque existimetis, hoc casu fortuito factum, sed dispositione divinâ cœlitùs ordinatum, quæ studiò hanc defensionem, & protectionem Christi Gentilibus reservavit: *Cajet in cap. 27. Matthæi.* *Notandum, quòd nullus, nullave, expendit minimum verbum in favorem* IESU, *nisi uxor Pilati, & ipse Pilatus, quorum neuter credebat in* IESUM, *sed ambo erant Gentiles.* Solus Pilatus, & ejus uxor opposuerunt se calumniatoribus innocentiæ Christi, ille quidem agnoscens eum justum: *Matth. 27. v. 24.* *Innocens ego sum à sanguine justi hujus,* hæc ergò, mittens nuntios, & supplicans marito, ut causam ejus tueretur: *Ibid. v. 19.* *Nihil tibi, & justo illi,* ita ut, dum Iudæi Christum calumniis, & convitiis traducunt, Gentiles eum justificent, & defendant, in signum, quòd Iudæi omni tempore essent persecuturi Christum, & crudele bellum illaturi ipsius Ecclesiæ, quodque Christiani, qui sunt Gentilium ramusculi, & sarmenta, forent se, tamquàm validi muri illis opposituri etiam cum supremo vitæ periculo, ad tartum, tectumq; ejus honorem tuendum: *Nota*, ait diserte S. Hieronymus, *quòd in Pilato, & uxore ejus justum Dominum confitentium, gentilis populi testimonium sit.* O Regina gloriæ, quantumcumque dissimulaveris injurias in te commissas, cœlum ipsum aderit, ad vindicandum illas, inspirans, & excitans fideles, & devotos tuos, ut solemnibus octavis tuam celebrent virginitatem, vilipendentes divitias, & bona sua, quæ hisce solemnis conferant, & expendunt, imò offerentes vitam suam, ut pretio sanguinis eorum honos Virginitatis tuæ illibatus comparetur, & servetur. *D. Hier. in catena D. Thom. hic.*

4. Neque mihi admirationem causat ferventissimus eorum zelus, cùm enim sis vita nostra, necessarium est, omnia periculosæ committere aleæ, dummodò vitam suam conservent. Confirmo hanc cogitationem meam in verbis sapientissimi Idiotæ, qui devotè alloquens Deiparam Virginem, illam esse vitam peccatorum pronuntiat: *Tu spiraculum hominis, quia per te respirat peccator in spe veniæ.* Intelligit per respirationem, vitam, conformiter ad illud Geneseos: *Spiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Eumdemque titulum vitæ nostræ etiam desumpsit à Christo, quando apud Ioannem de seipso dixit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Dicunt autem Philosophi partes naturaliter studere conservationi totius, quod adeò verum est, ut quotidiana experientia id doceat, ne enim cor, aut caput, quæ sunt principia vitæ nostræ, detrimentum patiantur, totum corpus periculo exponimus. Idcircò, si, juxtà opinionem Idiotæ, Christus, & MARIA sunt fontes, & scaturigines vitæ animarum nostrarum, nostri muneris erit, non solum ex devotione, sed etiam ex necessitate vitam nostram exponere in eorum defensionem, ideoque impulsu quôdam naturali ferumur fideles ad propugnandum puritatem Virginis, & validè tuendum honorem, & reputationem eorum per quos vivimus, & respiramus: *Tu spiraculum hominis.* Facessant ergò blasphemiæ contrà Virginitatem Deiparæ, & vitæ nostræ, valeant libelli famosi contra honorem amantissimi Filii ejus, nec videantur, aut audiantur à catholicis auribus, solus audebit eos videre, qui præsumpsit eos manu scribere. Quisnam fuerit, ignoramus, *Idiota apud Virg. in Apoc. c. 12. comment. 2. sect. 2. Gen. 2. v. 19. Ioan 14. v. 6.*

Digitized by Google

mus, quamvis materies scripturæ dominium suum manifestet, qui enim desiderat, ut lex Mosaica vigeat, se ex Hebræis prognatum gloriatur, quos nos Iudæos appellamus. Et si tales fuerint, facilè ex Scripturis addiscere potuissent reverentiam debitam Virginitati MARIÆ, siquidem in veteri testamento satis exploratè ejus virginalis integritas comprobatur.

5. Moritur Rachel uxor Patriarchæ Iacob, in partu filii sui Benjamin, cui ipsa prudenti consilio nomen, *Benon*, imposuit, id est, filium doloris appellavit, utpotè, qui sibi maximo dolore, scilicet mortis, constitit. Nam cùm eam dolores partûs in loco deserto apprehendissent, ibidem mortua est, & propè Bethlehem sepulturæ mandata: *Mortua est ergo Rachel & sepulta est in via, qua ducit Ephratam, hæc est Bethlehem.* Et, meâ quidem sententiâ, non vacant mysterio circumstantiæ sacri Textûs præsertim quòd ita exactè observent locum, in quo Racheli sepulturam designârunt. Cùm enim Iacob facili negotio ad quatuor passus ultrà potuisset eam sepelire in ipsâ civitate, quæ ad solum lapidis jactum distabat à loco, ubi Patriarcha ei monumentum erexit, noluit non nisi in via, & extra civitatem sepelire. Plurima motiva excogitârunt sacri Doctores circa hoc factum Patriarchæ, sed præ cæteris arridet responsum S. Hieronymi instituto nostro accommodissimum: *Illa quondam dilecta conjux, pro quâ servierat, juxtà Bethlehem, in qua erat Virginitatis præco Dominus nasciturus, à filio doloris occiditur.* Prudentissimè egit Iacob, noluit matrem ingredi Bethlehem, quam parientem cum dolore filius occiderat, quia in illâ fœliciſſimâ civitate futura erat Mater, putà MARIA, adeò immunis à doloribus partûs, & tam libera à periculo vitæ in ipso partu, ut potiùs ejus virginitas magis illibata, omnis doloris, & pœnæ expers, efflòreret, & emineret; ideirco Rachel, quasi confusa, remansit foris extrà civitatem, ne compareret coràm MARIA, cujus beatissimus fructus comprobavit gaudium, & integritatem partûs ejus, & cujus ventrem in hodierno Evangelio devota Marcella beatum prædicavit: *Beatus venter, qui te portavit.* Infœlices ergò filii Iacob, si mater vestra Rachel tot sæculis antè agnovit virginitatem MARIÆ, ejusque lætissimum sinè dolore partum venerata est, noluerítque eâ de causâ intrare Bethlehem, aut in eâ tumultuari, mortua in partu in qua mater Dei partu suo illæso erat mundũ vivificatura, cur vos degeneratis ab illâ agnitione, & cultu, curvè tã manifestã veritatẽ tãtà protervia oppugnatis, & persequimini? Progenitores vestri à longè hocce mysteriũ odorati, illud summâ veneratione coluerunt, & vos illò fruentes in hôc fortunatissimo gratiæ ævo contradicitis veritati adeò compertæ, & quasi cæcutientes clarissimam lucem oppugnatis? Lex Christi vivit, fides ejus regnat, & Christianismus, renitente hæresi, & totũ reluctante inferno, triumphat. MARIA post partum Virgo permansit. Si vos sacræ Scripturæ peritos gloriabunde jactitatis, mementote, esse infallibile Dei verbum, quòd Lex Mosaica solùm durabit usque ad partum Virginis, quæ suo fœliciſſimo partu totam Rempublicam suâ cum lege funditùs erat deletura

Gen. 35. v. 19.

D. Hier. lib. 1. adversus Iovinian.

6. Accipite insignem locum Micheæ, quô & Considerationem, & Tractatum concludo. Describit Propheta in suis vaticiniis temporalem Messiæ nativitatem in porticu Bethlehem: *Et tu Bethlehem terra Iuda, &c.* Quæ verba, ad mentem S. Hieronymi, domum panis significant; quia, ob partum Virginis, hic paupertimus, & abjectissimus populus nimium in modum fertilis, & pane cœlesti, singulari animarum cibo, dotatus, & locupletatus, fuit: *Et in fructiferam, & in domum panis vertitur, qui de cœlo se descendisse dicit.* Alludit Sanctus ad verba Christi: *Ego sum panis vivus, &c.* Ad rem ergo, quia consideravit Propheta Bethlehem adeò munificenter ditatam, addidit sequentia verba: *Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet*, id est quia Messias nasciturus erat per matrem suam ex Iudæis in Bethlehem, ideo permittet Deus, ut ii perseverent usque ad partum unius Virginis, cujus partus erit totalis ruina, & excidium Regni Iuda: *Dabit Dominus Templum, & Ierosolymam, & Iudeos usque ad tempus, quo Virgo pariet* Ita explicat hunc locum S. Hieronymus. Quæ cùm ita sint, ô infœlices Iudæi, quibus tandem ventis fovetis spem vestram? Jam expiravit Rex vester, jam vos errabundi per totum mundum estis dispersi, jam Monarchia vestra perit, & evanuit, jam cessârunt ritus, & ceremoniæ vestræ, jam tandem estis opprobrium hominum, & abjectio plebis, & jam adimpletum est vaticinium Micheæ, quia Virgo peperit Messiã dudùm à vobis expectatum, & desideratum, jam

Micheæ 5. v. 2.

D. Hier. apud Bavadium to. 1. concord. lib. 3. c. 18.

ibid. v. 3.

Bethlehem commutata est in domum panis, & & per totam Ecclesiam Catholicam patet genialis cœna, & publicum convivium in quô pretioso Christi Corpore pascimur, & potamur Sanguine ejus, qui verus est MARIÆ Filius, ex illâ, absque ullâ virginitatis corruptione, natus. Quarè igitur vultis vos sponte tot beneficiis privare, & carcere tantâ felicitate, quantâ nos Catholici jam per mille sexcentorum, & quinquaginta annorum curricula lætè fruimur & gaudenter potimur? Eia ergò renuntiate errori, & nobiscum properate ad venerandum virginitatem MARIÆ, unà nobiscum sexcenties millies protestamini puritatem ejus, ananimi voto nobiscum accedite, ad comedendum hunc cibum vitæ & tandem aliquando agnoscite Ecclesiam Catholicam, Matrem vestram, quia si socii nostri in hâc vitâ fuetitis per gratiam, unà nobiscum fruemini gloriâ. *Ad quam nos, &c.*

TRACTATUS XVIII.

APOLOGETICUS,

In defensionem Virginitatis & Conceptionis BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

Hæc Concio prædicata fuit Hispali in quâdam solemni Octavâ celebratâ in Conventu Reginæ Angelorum contrà Hæreticos, qui injuriis affecerant B. Virginem, ejusque Imaginem; & purissimam Conceptionem calumniosè traduxerant. Erat autem expositum Venerabile, & Sanctissimum Sacramentum.

ILlustrissimæ Angelorum Reginæ, & Matri Dei, ac Dominæ nostræ dedicatur præsens solemnitas, ad vindicandum injurias, quibus sacrilegus, & perfidens Hæreticus temerario ausu, & audaci insolentiâ, ejus dignitatem, & Imaginem lacessivit. Et licèt omnes Conventus hujus civitatis ferventi zelo, & ardenti devotione prodierint in campum, ad resarcienda damna illata excellentiæ Deiparæ Virginis, hic tamen militans sub titulo, & invocatione, *Regina Angelorum*, speciali obligatione adstringitur ejus partes suscipere, quemadmodùm sæpiùs Angeli se promptos ad defensionem, & obsequium Reginæ suæ exhibuerunt. Non loquor abs re, seu fundamento in doctrinâ SS. Patrum, dicentium, quòd Angeli, tamquàm ministri obedientes divinæ providentiæ, à primo instanti Conceptionis B. Virgini exactissimâ obedientiâ in omnibus serviverint, & ministraverint, quamobrèm fortasse etiam singulariter Regina Angelorum nuncupatur. Ita loquitur Arnoldus Carnotensis: *Obsequium Angelorum patet fuisse ab ejus conceptione.* Et potest hæc doctrina confirmari ex Angelico nostro Doctore S. Thomâ, qui probabile reputat, quòd Angeli colligentes pulverem terræ, subministraverint lutum Creatori ad efformandum corpus Adami: *Potuit fieri*, inquit Ecclesiæ Angelus, *ut aliquod ministerium in formatione corporis primi hominis Angelis*

Arnoldus Carnot. de Laud. Virg.

D. Tho. p. 4. art. 2

Digitized by Google

Angeli exhiberent. Et forsitan huc collimabant gravissima illa verba S. Ambrosii: MARIA, *manna dixerim, veluti cœlitùs veniens* Quemadmodùm enim manna cœleste, symbolum divinissimi Sacramenti manibus Angelorum fuit præparatum: *Angelorum esca nutrivisti populum tuum*, ita etiam corpus sanctissimæ Virginis, ministerio Angelorum fuit efformatum, & organizatum, usque ad ultimam dispositionem animæ recipiendæ, cujus unio, uti loquuntur Theologi, propriè nomen Conceptionis tribuit. Affuerunt ergò præsentes huic actioni spiritus Angelici, & virtute, quâ pollent, ad terrendos dæmones, vindicârunt ab injuriâ quodammodò perfectissimam Dei imaginem (uti S. Thomas Deiparam indigitat: *Hanc fecit Dominus infinitam imaginem bonitatis suæ*) prohibentes, ne ignem culpæ inferrent, aut peccato inficerent eam, quæ eorum curæ, & ministerio erat commendata. Eidem conceptui suffragatur sanctus Anselmus prosequens dicta Carnotensis: *Nec dubium, sanctissimum corpus, & sanctissimam animam ab omni fuisse peccati macula, Angelorum custodia protectum.* Itaque Angelis tam nobile onus commissum fuit. Non secùs spectat ad eos, qui specialiter militant sub tutelâ hujus sereniss. Principis, & sub titulo Reginæ Angelorum, imitari Angelorum zelum in defensione pudicitiæ virginalis, & tueri ejus honorem contra Hæreticos, & prædicare ejus eximias prærogativas, & excellentias. Arduum est assumptum, quia quatuor constat punctis, nimirùm Evangelio, de generatione temporali Salvatoris, & Conceptione purissimæ Virginis, ac simul continet vindicationem injuriæ contra Imaginem ejus admissæ, & tandem assistentiam sanctissimi Sacramenti Altaris, quæ omnia ordine, conjunctim tamen, pertractabo. Fateor, provinciam difficilem aggredior, sed gratia dabit vires, eam per Matrem gratiæ postulemus, ut ipsa à Filio eam impetret, quia utriusque causa agitur. Et saluteмus eam, dicentes: *Ave* MARIA.

D. Amb. serm. 2 in Psal. 2.

D. Thom. opusc. de charit.

D. Anſel. de excellent. Virg

***

De qua natus est IESUS, &c.

CONSIDERATIO I.

Motivum principale Incarnationis divinæ, fuit reformatio spiritualis imaginis suæ per gratiam, quam homo priùs deformaverat per culpam.

1. MAgnus Ecclesiæ Doctor S. Ambrosius, indagans in expositione Psalm 118. rationem congruentiæ, ob quam Verbum divinum factum fuerit homo, Frater noster, & Filius Davidis, & Abrahæ: *Filii David, Filii Abraham*, & Filius serenissimæ Virginis: *De qua natus est* IESUS. & declarans Sanctus admirabiles effectus, & supernos fines, ad quos ordinatus fuit adventus Filii Dei in mundum, gravissima verba, & mysteriis plenissima protulit, quæ nobis primi discursûs nostri fundamentum dabunt: *Imago Dei ad eum, qui est imago, venit, & quærit imago eum, qui est ad similitudinem sui, ut iterum signet, ut iterum conformet.* Non vacat mysterio, inquit magnus Antistes, quòd nulla alia persona, quàm secunda, quæ est Filius æternus ab æterno genitus, perfecta imago, & similitudo Patris, incarnata fuerit. At quod mysterium hoc continet? Maximum utique. Nimirùm, quòd imago Dei descenderit ad quærendum aliam imaginem, putà hominem ad reformandum illam, & restituendum pristinæ formæ, & splendori, ad renovandum, inquam, colores, quos ipsa obliteraverat, talis enim fuit homo, ut per culpam perdiderit totum, quod eâ munificâ Dei liberalitate fuerat donatum.

D. Amb. in Pſ. 118.

2. Pro clariori elucidatione discursûs hujus Sancti, suppono, ipsum nequaquàm loqui de imagine naturali impressâ animabus nostris, ad sensum illorum verborum: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, quia illa imago, juxta doctrinam Theologorum, sequitur ad esse naturale sed de spirituali, quam gratia divina superaddit, de quâ egregiè S. Paulus: *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis*, quia sicut imago hominis terreni est peccatû, ita hominis cœlestis erit gratia. Ad hûc modû interpretatur

Gen. 1. v. 26.

1. Cor. 15. v. 49.

Digitized by Google

Angelicus noster S. Thomas allegata verba:
D. Thom. hic lect. 7. *Quamdiu peccatores fuimus, in nobis fuit similitudo Adæ, ut ergò possimus esse cœlestes, & pervenire ad vitam gloriæ, portemus imaginem cœlestis per vitam gratiæ.* Exploratissimum quidem est, Deum unam, & aliam imaginem, seu similitudinem impressisse homini in suâ creatione; efformatus enim fuit intellectualis, & in gratiâ, verùmtamen finis Incarnationis Filii Dei, non fuit restauratio similitudinis naturalis, sed gratuitæ nempè, emendare defectus, & emundare ejus maculas, & restituere homini denuò imaginem Dei, quam per culpam amiserat. Hic fuit scopus Incarnationis Dei, inquit S. Ambrosius: *Liber generationis*, & ad hunc finem fuit ordinata temporalis ejus nativitas: *De qua natus est* IESUS, *&c.*

3. Maximum columen, & stabilimentum hujus conceptus, est quædam curiosa adnotatio Lyrani. Agit Ecclesiasticus de creatione hominis, & enarrans quomodò Deus eum è terrâ plasmaverat, & ad imaginem, & similitudinem
Eccl. 17. v. 1. suam efformaverat, ait: *Deus creavit de terra hominem, & secundùm imaginem suam fecit illum*, & protinùs subjungit: *Et iterùm convertit illum in ipsam.* Plurimi expositores inhærentes vestigiis Glossæ ordinariæ, explanant hæc verba de conversione hominis per mortem in terram, ex quâ fuit formatus, secundùm illud Genesios: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.*
Gen. 3. v. 19. Plures namque, ut videre est in sancto Thomâ, affirmant, quòd non persolvimus
D. Thom. in 3. d. 43. quæst. uni. a. 4 q. 2. Deo tributum mortis per solam separationem animæ à corpore, sed quòd insuper corpus debeat resolvi in cineres, quia adeò exosum, & execrandum fuit Deo peccatum nostræ præsumptionis, & superbiæ, ut, ad refrænandam nostram arrogantiam, voluerit nos redigi in cineres, & ostendere, quòd omnis vana nostra præsumptio in pulverem convertatur, quòdque æquum erat, ut nosmetipsi sub pedibus nostris conculcaremur, qui supra ipsum Deum exaltari contenderamus. Optima quidem est hæc doctrina, verùm præfatus Lyranus eadem verba ingeniosè ad mentem nostram exponit:
Lyran. hic. *Et iterum convertit illum in ipsam, scilicet, imaginem, ad cujus imitationem formatus est homo.* Ac si diceret: Creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, violato Dei præcepto deformata, & deturpata mansit illa imago. Attendite, quæso, & considerate ineffabilem Dei bonitatem; Deus namque nequaquàm contentus beneficio, quod ei in creatione contulerat, denuò renovat, & reformat illam imaginem, ita ut in animâ imago divinitatis reluceat, & excellentia omnium virtutum resplendeat. Quapropter disposuit Deus ut Filius suus (qui est perfectissima imago ejus) fiat homo, ut homo habeat, quem imitetur, cuique se conformet, tamquam exemplari exculissimo, & omnibus numeris perfectissimo, quale est Filius, *Qui est imago Dei invisibilis*, Colloss. 1. & recuperet per gratiam pulchritudinem, & v. 14. nitorem deperditum, sitque imago illius imaginis: *Conformes fieri imagini Filii sui.* Utque ille, qui fuerat per culpam ignominiosè protritus, & humiliatus, per restaurationem gratiæ gloriosè adornatus resurgat, refloreat, & splendescat.

Ex his facilè colligetur solutio cujusdam 4. curiosæ quæstionis, quam sacri expositores, occasione quorumdam verborum S. Pauli, movent: *Misit Deus Filium suum factum ex mu-* Galat. 4. *liere.* Scitote, inquit S. Doctor Gentium, quòd, v. 4. tametsi Deus potuerit mittere Filium suum absque eò, quod ex muliere nasceretur, voluerit tamen, ut ex eâ natus prodiret in mundum: *De qua natus est* IESUS. Potuissetnè Deus creare aliquod corpus purissimum hominis, vel efformare illud ex mundissimâ aliquâ materiâ, & disponere, ut illi Verbum divinum uniretur? Utique potuisset. Quarè igitur id non ita disposuit? Communior responsio est Abbatis Ruperti, qui asseverat, quòd id non egerit, quia Filius Virginis, quam habere Matrem maximi æstimabat: *Poterat quidem de terra, quam sibi* Rupert. *assumpserat, plasmare novum hominem, & esset* lib. 3. *quidem caro, & sanguis, sed non nostra caro, &* comment. *sanguis, sed non nostra caro, & non noster sanguis,* in Ioan. *homo quidem, sed non proximus nobis homo planè, sed non filius hominis.* Bella, & prudens ratio. Verùm aliam deprehendi in S. Augustino, quæ egregiè intentum nostrum confirmat. Indagat sanctus Doctor causam, ob quam Deus dignatus fuerit nasci ex muliere, cùm potuerit apparere in mundo homo perfectus in virili ætate, veluti alter Adam, & evadere omnes illas infantiles molestias, & miserias? Et respondet, quòd quia nedum homo, seu vir, sed etiam mulier passa erat damnum per primam culpam peccati, æquum, & par erat, ut remedium foret tale, quò ambo honorarentur, & pristinæ gratiæ restituerentur: *Cùm illa dispensatio utrum-* D. Aug. *que sexum, & masculum, & fœminam honora-* lib. de Fi- *verit,* de, cap. 4

verit & ad curam Dei pertinere menstraverit, nō solum, quem suscipit, sed etiam illū, per quem suscepit, virum gerendo, nascendo de fœmina. Fiat ergò Deus homo, ut homines honoret, nascatur ex muliere, ut mulieribus honorem conciliet, etsi hactenùs uterq; sexus fuit vilipendio, & contemtui habitus, jam deinceps uterq; honore, & beneficiis cumuletur. Nonnè enim beneficia tam magnifica, favores tam eminentes sunt vindicationes naturæ nostræ? Quis dubitet? Ergò rectè quadrat Evangelium Matthæi de generatione Christi, cum Maternitate MARIAE sanctissimæ, ad comprobandum ejus puritatem: *Liber generationis* IESV *Christi, &c. de quâ natus est* IESVS.

5. Hâc de causâ, teste Idiotâ, voluit Deus Matrem suam concipi sine peccato originali, id est, ut primam, in quâ videretur primum peccatum emendatum, & culpa reparata, nullatenùs tangeret peccatum: *Qui ad hoc te fecit, ut, quod de primo opificio fuerat deformatum, per te reformaretur.* Fuit, ô Virgo purissima, tua conceptio, quædam exaltatio generis humani in peccatum prolapsi cum Adamo, & restitutio, seu reparatio damni recepti, ita ut Deus non habeat, quòd conqueratur, & homini sit satisfactum, quia in illâ fecit Deus restitutionem gratiæ deperditæ. Quâ consideratione motus gloriosus sanctus Bernardus, celeri meditationis suæ gradu ad limbum properat, nova, & fœlicia protoparenti nostro Adæ apprecaturus. Accipite, quæso, mellifluas ejus voces & attentiùs auscultate: *Latere tu, Pater Adam, sed magu tu, o Eva, exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fuistu peremtores. Ambe, inquam, consolamini super filia & tali filia,* quia per filiam vestram reparâstis errata vestra, hæc enim à culpa, & morte communis evasit, quia gratia; & natura consertis manibus concurrerunt, & eodem temporis puncto, quò concepta, etiam fuit sancta, idemque fuit generari, & esse mundam, & immaculatam. Lætamini igitur cum illâ, quia decus vestrum est, & tota posteritas vestra cum illâ honoratur, & imago Dei, ut dixit doctus Idiota, quæ per culpam fuit deformata, in filiâ vestrâ per gratiam est reformata: *Vt quod de primo opificio fuerat deformatum, per te reformaretur.*

Idiota cap. 4.

D. Bern. ho. 1. sup. Missus est.

6. Vel dicamus, magis appositè ad rem nostrā, quod mundities Conceptionis MARIAE fuerit vindicatio injuriæ, quam gratia per peccatum protoparentis ab hominibus passa fuerat. Et quòd in ejus Conceptione prævenerit gratia ad defendēdum proprium honorem suum, &, quòd faciendo Virginem mundam ab omni culpâ, vindicaverit seipsam à maculis, quas contraxerat, & recuperaverit primævam suam possessionem, quam habuerat cum naturâ coævam. Rarissima sunt verba sancti Irenæi: *Quod alligavit Eva, hoc* MARIA *solvit per fidem.* Salvâ venià S. Doctoris, videtur hæc doctrina primo intuitu falsâ, quia licèt Eva causaverit peccatum originale, MARIA tamen illud à nobis non abstulit. Certissimum est. Sed quid? causavit in nobis remedium, & quia concepta sine culpâ in defensionem gratiæ omnia dissolvit, & triumphans cum gratiâ, defendit honorem, & reparavit omnia damna ejus. Verùmtamen patitur hæc doctrina instantiam, quia non videtur sufficere conceptio in gratia, ad vindicandum illam ab omnimodâ injuriâ; exploratum siquidem est, culpam originalem esse communem omnibus, & hocce privilegium est singulare, ergò per conceptionem MARIAE gratia non restituitur primævo suo honori? Si attentiùs hanc materiam discusserimus, comperiemus solam gratiam MARIAE absque ullo dubio esse sufficientem. Ratio autem Theologica suffragatur, quia gratia, quam MARIA in suâ primâ sanctificatione accepit, incomparabiliter major fuit primâ gratiâ cujusvis alterius hominis, imò excellentior gratiâ cæterorum hominum etiam *collectivè*, ut loquuntur Scholastici cum Angelico Præceptore S. Thomâ. Et si hanc adeo magnam, tantamque concedimus gratiam Virgini, ceu æquum est, ut ei detur in instanti Conceptionis, gratia redibit ad pristinam suam possessionem, quòd sit coæva naturæ. Et quamvis in omnibus hominibus non redeat, uti propositâ objectio probat, manet tamen ita ab injuriis vindicata, ac si in omnibus recuperaret suam primam possessionem, quia tanti, imò pluris, valet gratia soli Virgini communicata, quàm, quæ cæteris hominibus fuit donata; hæc namque gratia cæteras complectitur, & datur unà cum esse naturæ, ideoque, quoad numerum, & tempus, denuò recuperat in hâc immaculatâ Virgine omnia, quæ in cæteris creaturis perdiderat. Rectè ergò dicitur MARIA concepta sine culpâ originali fuisse vindex, seu restauratrix gratiæ divinæ.

D. Irenæus lib. 1. c. 22.

D. Thom. 3 p. q. 27. ar. 2.

7. Veneramur quoque hodiernâ die Christum, sub

Digitized by Google

ſub ſpeciebus ſacramentalibus reconditum, oculis omnium expoſitum tamquàm medium potentiſſimum, ad reformandum hanc imaginem. Accipite egregiam antiqui Theophyli moralitatem. Ponderat hic Pater verba illa Chriſti dicta, Petro, & Ioanni, quando illos miſit ad parandum cœnaculum pro cœnâ Paſchali cum diſcipulis ſuis celebrandâ, in quâ ſimul inſtitueret ſanctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum. Interrogaverunt eum Diſcipuli, ubi vellet ſibi parari Paſcha? Reſponditque eis cœleſtis Magiſter: *Ecce introeuntibus vobis civitatem, occurret vobis homo.* Ne videatur vobis carere myſterio, quòd pertractantibus de ſanctiſſimâ Euchariſtiâ, homo obvius occurrat, quia plurima, eaque arcana, occurrunt in hôc rerum eventu ponderanda: *His autem paratoribus occurrit homo, quia per dicta reperimus ſtatum hominis, qui creatus eſt ad imaginem Dei.* Vult dicere, quòd hæc fuerit myſtica ſignificatio admirabilis effectûs, quem ſolet Euchariſtia cauſare in dignè eam recipientibus, nimirùm, quòd ſit reparatrix donorum ſuorum, eaque reſtituat priſtinæ dignitati. Fuit homo in ſuâ creatione factus ad imaginem Dei, quam ipſe per culpam commaculavit, & obluteravit, & ex homine degeneravit in bratum, vel utì dixit S. Ambroſius, rediit in nihilum, ex quó fuerat creatus: *Anima igitur noſtra ad imaginem Dei, in hac totus es homo, quia ſine hac nihil es.* Loquitur de animâ creata in gratiâ. Ab hôc igitur malo, quod homo contraxit per peccatum, liberatur per ſanctiſſimum Sacramentum per hôc etenim denuò fit imago Dei, & depoſitâ omni fœritate beſtiali, rurſùs humanam induit manſuetudinem. Ideircò illi qui vadunt paratum Paſcha, id eſt, qui tractant de hôc diviniſſimo Sacramento, reperiunt hominem ſibi obvium, depoſitâ omni beſtialitate vitiorum, ſeu peccatorum, recuperatis jam donis, & gratiis, in quibus vera imago Creatoris conſiſtit. Itaque digna communio, ſeu acceſſus ad Euchariſtiam corporis, & ſanguinis Chriſti, tribuit nobis ſimilitudinem divinam.

Luca 22. v. 10.

Theophyl. apud D. Thom. in catenâ hic.

D. Ambr. lib. de paradyſo cap. 8.

8. Sed quid tantoperè mirandũ, Auditores, quòd cõmunicans ſe transformet in Chriſtũ, & Chriſtus ſeipſum exprimat, & effingat in communicante? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Non datur transformatio magis amabilis, neque unio magis intima, neque tranſubſtantiatio ſpiritualis unius in aliud magis viva, & expreſſa, quàm hæc, & cùm ex homine, & Chriſto una res coaleſcat modo quodam ſupernaturali, & eminenti, facilè deducitur, quò modo recipiens Chriſtum in Euchariſtiâ poſſit ei aſſimilari. Novimus omnes, & recitamus Orationem Dominicam, ſeu *Pater noſter*, nonnè adnotatis, quòd in illâ rogemus, & petamus à Deo panem quotidianum? Ita ſanè, procul dubio. Volo igitur ſupponere unum commune, ut aliud ſingulare eliciam: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè.* Loquitur juxtà mentem ſacrorum Interpretum de auguſtiſſimo Sacramento, ſpirituali animarũ noſtrarum alimento. Quod autem mihi ſervit ad probandum hunc diſcurſum, eſt vox quædam, quam in ſancto Hieronymo adnotavi, qui ſecundùm Textum Græcum ita transfert: *Panem noſtrum conſubſtantialem da nobis hodie.* Accedit modò ſingularis obſervatio Petri Laodicenſis, qui ſcitcitatur, cur hoc divinum Sacramentum, panis conſubſtantialis nuncupetur? Et reſpondet hiſce verbis: *Quia animi noſtri natura imaginem præ ſe fert, idcirco hic panis conſubſtantialis dici poteſt, quia nimirùm cum vera verſatur eſſentiâ, Deus Verbum, panis vivus.* Ac ſi diceret: eſt conſubſtantialis, quia eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum animabus noſtris. Et hæ quid ſunt? Imagines Dei: *Ad imaginem Dei creavit illum.* Et hic panis, quid eſt? Verbum Dei, quod eſt imago Patris, S. Pauloatteſtante: *Figura ſubſtãtia ejus.* Tranſit ergò de imagine in imaginẽ, aſt, quia ingreditur, utì imago divina, ad reſtaurandũ eam, quã habemus animæ noſtræ impreſſam, fit quodammodò conſubſtantialis noſtræ ſubſtantiæ, proprius enim illius effectus, quemadmodùm pulchrè dixit invictus martyr Areopagita, eſt reformare perditas ſimilitudines divinas: *Vt ad Dei ſimilitudinem tranſeamus*, ita ut ſit proprietas eſſentialis hujus divini Sacramenti, reſtaurare ſpiritualem imaginem animæ, in favorem gratiæ per culpam, & peccatum hominis graviter læſæ, & offenſæ. Et ad idem fuit ordinata ejus inſtitutio, ad quod pariter fuit diſpoſita conceptio puriſſimæ Virginis, & temporalis nativitas Filii Dei in ejus viſceribus. Quæ cùm ita ſint, rectè conveniunt, conceptio immaculata, Deus ſub ſpeciebus ſacramentalibus, defenſio honoris B. MARIÆ, ejuſque Imaginis; cum hodierno Evangelio S. Matthæi, quod nobis exhibet Deum, hominem factum, Filium Davidis, & Abrahæ, & per humanitatem Filium MARIÆ ſemper Virginis:

Ioann. 6. v. 55.

Luc. 11. v. 3.

D. Hieronym. lib. 1. contrà Pelag.

Petr. Laod. in expoſit. orat. Dominic. tom. 3. Biblioth. vett. Patr.

Geneſ. 1. v. 27.

Hebr. 1. v. 3.

D. Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. c. 4.

Digitized by Google

ginis: *De qua natus est* JESUS, *qui vocatur Christus.*

De qua Natus est Jesus, &c.

CONSIDERATIO II.

Solius Dei industria est, uti mediis quodammodò oppositis, & contrariis ad consequendos fines à se intentos, ideoque etsi permittat magna mala, est, ut ex iis majora bona eliciat.

1. INdubitata est, & constans doctrina SS. Patrum, principale motivum Dæmonis fuisse ad inducendum protoparentem ad peccandum, & comedendum virulentum illud pomum, commune totius naturæ humanæ toxicum; vixdum enim incipis homo esse, & vivere, quin illicò se reperiat subditum peccato, fonti, & scaturigini omnium miseriarum, quarum maxima est, simul tempore inchoare vitam, & esse peccatorem. Causam igitur impellentem dæmonem, ad tam avidè sollicitandum causam primi hominis, asserunt, fuisse desiderium inficiendi, & intoxicandi naturam humanam, ut Deus videns illam commaculatam culpâ, nequaquàm illi hypostaticè uniretur, neque homo fieret, ad redimendum genus humanum. Fundatur hæc doctrina in dictis Angelici nostri Doctoris, qui docet Incarnationem Verbi divini fuisse revelatam Angelo, & homini, antequàm ambo peccarent, quamquàm Christus ipsis tantummodò fuerit revelatus, ut consummator gloriæ, & gratiæ, non tamen, ut restaurator peccati, & culpæ: unum, ne tam tristi nuntio felicitas illius statûs amicaretur, & alterum, quia, ut mellifluus Doctor S. Bernardus meditatur: *si scivisset Diabolus, Christum fore in remedium peccati incarnaturum, primos parentes non tentasset, ne ex eorum peccato tantum bonum nasceretur.* Id est, ne homini tantam causaret fœlicitatem, eum nullatenùs ad peccatum pertraxisset, sed divina bonitas has machinationes dissolvit, ejusque calliditatem, & vafritiem elusit, sumens motivum ex maximâ offensâ, ad supremum beneficiorum munus conferendum, exhibensque ineffabilem pietatem contrà atrocissimum Diaboli scelus, ut clarè constet, quòd per eamdem viam, quâ putabat dæmon reddere impossibilem Incarnationem Verbi, per eamdem acceleraverit suum adventum in orbem terrarum, utens motivo culpæ, ad exhibendam supremam misericordiæ suæ beneficentiam.

D. Bern.

2. In Conceptione sanctissimæ Virginis manifestè videmus omnes diaboli astutias, animarum nostrarum hostis infensissimi, detectas, & superatas. Persuadebat sibi dæmon, quòd in peccato primi hominis omnis spei, & voti sui malevoli finem esset consecuturus, quòdque contaminatâ totâ naturâ humanâ dedignaretur Deus incarnari, aut eam naturam assumere. Sed eccè, quomodò illius in contrarium versa sit sententia, & quomodò irriti ejus conatus eludantur? Propter idem peccatum præservavit Deus Matrem suam, eamque absque alicujus peccati umbrâ purissimam prædestinavit. In hôc sensu explicari possunt verba illa Lucæ, qui texens seriem generationis Reginæ Angelorum, desinit, & finit in Deo, hisce verbis: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei*, vel, ut legit Syriacus in Biblis Versionum: *Qui fuit ex Deo.* Quasi diceret Spiritus sanctus per os, & calamum Evangelistæ: Ille Adam, qui fuit pater MARIÆ sanctissimæ, quandò fuit: *Qui fuit Dei, Adam ex Deo.* non ceciderat in peccatum aut culpam. Tam sollicitus, tamque diligens fuit Deus in præservandâ animâ hujus Virginis in conceptione ejus, & purificandis ejus visceribus, ex quibus, tamquàm ex principio mundissimo, processura erat totius humani generis restauratio. Hic etiã est spiritus, & emphasis verborũ S. Lucæ, quæ jam retulimus: *Qui fuit Adã, qui fuit Dei*, quasi explodens Diabolũ, qui volens remorã injicere tanto beneficio hominũ, Adamũ fecerat peccatorem. Quandò Adam fuit Dei, fuit Pater MARIÆ, tunc (si credere fas est sententiæ aliorum, quam refert S. Thomas, Angelicus noster Doctor) reservavit Deus carnem ad formandum eam, ut ex omni parte foret pura, & immaculata. Ex quibus planam fit omnes Satanæ technas fuisse dissipatas.

Luc. 3. v. 38. Lect. Syriaca.

3. Imò etiam in præsenti solemnitate, & festivis applausibus populi Christiani, quos in honorem sacratissimæ Virginis, & in defensionem Imaginis ejus, quam Hæretici injuriosè incendio conflagrârunt, hæc veritas palàm elucet, eisdem enim mediis, quibus Dæmon per

Digitized by Google

ſequaces ſuos ejus devotionem extirpare, memoriamque ejus æternâ oblivione ſepelire contendit, eisdem videmus eam magis fidelium cordibus infixam, & religionem Catholicam magis triumphantem, quò enim magis concutitur, eò magis quotidiana ſumit incrementa. Lacesſita exſurgit, & contempta honoratur. In ſacris Litteris hæc ſuperna Virgo viti comparatur: *Ego quaſi vitis*, non ſe vitem, ſed quaſi vitem nominat, id eſt, vitis eſt imago, & ſymbolum ejus. Quòd Spiritus ſanctus eam aſſimilet palmæ, roſæ, ſeu terebintho, non admiror, quia has metaphoras ſæpiùs audivimus, ſed quòd eam humillimæ viti comparet, ecquod myſterium continet? Non capio. Scio quidem hæc verba varias admittere explicationes, ſed ex doctrinâ ſancti Ambroſii elicui inſignem diſcurſùs noſtri confirmationem. Notat S. Doctor magnâ ingenii dexteritate ſingulares proprietates vitis, loquiturque hæc diſertiſſima verba: *Dum humiliatur, extollitur, dum reſcinditur, coronatur, reſciſſa non minuitur, ſed augetur.* Hoc igitur affirmat de ſeipsâ ſanctiſſima Virgo: *Ego quaſi vitis.* Scitote, (videtur loqui Hæreticis, hoſtibus ſuis) quòd ego ſim veluti vitis, quantò magis humiliata, tantò magis exaltata, quantò magis injuriis laceſſita, tantò magis glorioſa: & tantùm abſunt adverſarii mei, ut ſuum conſequantur finem, ut etiam eadem media, quibus utuntur, ne quis me veneretur, aſſumat Deus, ut ego celebriori obſequio colar, & ferventiori devotione invocer: ut verbo dicam, vitis eſt figura, in quâ ego adumbror, hæc ſepulta exurgit: *Dum humiliatur, attollitur, &c.* Hôc modò Imagine meâ combuſtâ, & in ignem conjectâ, & in cineres conversâ, magis à fidelibus meis diligor, & à Devotis meis magis glorioſa honoror.

Eccl. 24. v. 25.

D. Amb. lib. 9. in Lucam.

4. Ecquid prodeſt, quòd infidelis hoſtis Dei, ejusque benedictæ Matris, prophanet ejus Imaginem, & millenis opprobriis eam traducat, ſi in omnibus contra ſeipſum agat, & ex eisdem Deus eliciat maximum honorem ſuæ Matris. Excellentiſſimum eſt nomen, quod Seraphicus Doctor attribuit huic ſupernæ Virgini: *Salve virens ſalix.* Quarè eam ſalicem indigitat? Dicant alii animi ſui ſenſa, exiſtimo ego ſanctum Doctorem in hôcce titulo alludere ad ſalices Babyloniæ, in quibus filii Iſraël captivi appenderunt inſtrumenta muſica: *In ſalicibus, in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra.* Pro plenioti intelligentia hujus loci, obſervanda eſt adnotatio cujuſdam doctiſſimi Moderni in commentariis ſuper Geneſim, ponderantis hoc factum Hebræorum. Ecquod myſterium continet, inquit, ſuſpenſio organorum in ſalicibus, quæ erant plantatæ ad littus fluminis Gentilium? Exiſtimo, reſpondet Modernus, divinitùs hæc ita fuiſſe diſpoſita, ut in his arboribus, & non aliis ſuſpenderentur, in ſignum, & prognoſticon futurorum bonorum, quæ ſperabant, & proſperioris fortunæ, quâ illi per tribulationes, & ærumnas tandem aliquando erant potituri: *Afflicti, & captivi Hebræi myſterium fortè ignorantes, in ſalicibus ſuſpenderunt, etenim novi cantus erant futuri, ubi canendi inſtrumenta ſuſpenſa continuerunt, ſalix quippe deciſa mirum in modum vireſcit*, hoc eſt, quemadmodùm hæc arbor, quò magis amputatur, eò magis revireſcit, & ictibus aſciæ, ſeu ſecuris percuſſa, magis exurgit, ita illi majoribus ærumnis afflicti fœliciorem erant conſecuturi ſortem, redeuntes ad priſtinam libertatem, & ad feſtiva gaudia, quæ aliquando in templo Heroſolymitano habuerant. Hoc denotavit ſuſpenſio organorum in ſalicibus. Ad confirmationem autem ſuæ doctrinæ adducit hic Author emblema cujusdam curioſi, qui volens docere, quòd infortunia, & calamitates eſſent occaſio majoris boni, & proſperioris fortunæ, pingebat ſalicem ramis ſuis exſpoliatam, eò quòd omnes eſſent præciſi, cum hôc lemmate ſubſcripto: *Per damna, per cades*, alludens ad illud Horatii:

Benedict. Fern. in c. 27. Gen. Lect. 2.

Horatium

Per damna, per cades ab ipſo
Ducit opus, animumque ferro.

Tamquàm diceret, quòd in damnis lucra ſua, & in infortuniis ſuis felicitates ſuæ ſitæ eſſent. Non fuerunt Iſraëlitæ ingenio ſuo hoc myſterium aſſecuti, quamvis Caſſiodorus aſſeveret, illos ſecum detuliſſe inſtrumenta ſua, dum captivi abducerentur in proteſtationem fidei ſuæ, & fiduciæ, quam habebant in Deo, quòd calamitates eorum finem eſſent habituræ, certô certiùs agnoſcentes, quòd præſens captivitas, & afflictiones, quas in illâ experiebantur, forent ſecura prognoſtica, quòd eorum mœrores, & triſtitiæ aliquando in gaudium, & lætitiam converterentur. Redeamus ergò ad verba ſancti Bonaventuræ: *Salve virens ſalix*, id eſt, tu, ô Regina Angelorum, es vera ſalix. Dum enim manibus inimicorum tuorum ferro, & igne fueris in Imagine tuâ læſa, & laceſſita. *Per damna, per cades*, ex ipſis ignominiis,

D. Bonavent. in ſpecul.

Pſal. 136. v. 2.

ñiis, opprobris, & injuriis tuis cumulatior honos, & glorioſior triumphus tuus enaſcetur.

f. O quàm irrita, & caſſa videt adverſarius humani generis omnia animi ſui decreta, & conſilia! neque minùs fallitur, dum Deus inſtituit auguſtiſſimum Corporis, & ſanguinis ſui Sacramentum. Etſi ipſe (porrigens venenatum pomum) perſuaſerit illi, quod hoc morſu divinitatem adipiſceretur: *Eritis ſicut Dii*, cùm tamen contraria fuerit executio promiſſioni, & per morſum pomi ſe ſpoliatum gratiâ, & perennitate vitæ reperit; Chriſtus econtrà adverſas tuens partes inſtituit alium cibum ſeu buccellam cœleſtem, quam homo comedens, præter bona deperdita per culpam, vitam recuperavit, & quamdam perpetuitatem acquiſivit. O quam grata, & inſignis expoſitio Angelici Doctoris incidit menti meæ! *Diſciplina medici*, inquit Eccleſiaſticus, *exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur.* Tota difficultas hujus loci conſiſtit in examinatione, & inquiſitione Medici, de quò hic ſacer Textus verba facit. Quidam ea interpretantur de Medicis terrenis, non parvo, ſeu exili fundamento moti. Medicus enim celebris, & expertus, magnam apud omnes laudem meretur, quamvis paucißimi inveniantur, qui ſibi per ſcientiam, & doctrinam hunc ſibi concilient honorem. Verùmtamen Angelicus noſter Præceptor S. Thomas declarat ea in ſenſu myſtico, ſeu ſpirituali de divino animarum noſtrarum Medico, ſecundùm illud ſancti Auguſtini: *Summus Medicus deſcendit de cœlo quia magnus ægrotus jacebat in terris*, qui dexteritate doctrinæ ſuæ omnes ægrotos, culpa laborantes, ſanavit, qui ſine ejus curatione, omni remedio erant deſtituti. Aſt non licebit ſcire medicamentum, quod illis applicuit, ex quò tam admirabiles effectus promanârunt, ſeu undè illud attulerit, & ubi tam ſalutare pharmacum repererit? Utique, inquit Salomon, in ſubſequentibus verbis: *Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit ea.* Inquirit hîc Angelicus Doctor quale fuerit iſtud antitodum? Et appoſitè reſpondet, illud fuiſſe ſanctiſſimum Sacramentum Altaris, pretioſi Corporis & ſanguinis Chriſti, aſſumptum ex terrâ Virginis Mariæ: *Altiſſimus de terra, id eſt, de carne Virginis creavit medicinam.* Notetur vocabulum, *terra*, quia continet myſterium, & directè probat intentum noſtrum. Idem enim ſonat, ac ſi diceret: quamquàm terra fuerit maledicta per culpam, & nonniſi tribulos, & ſpinas peccatorum, ſeu dolores, & ægritudines animæ producat: *Maledicta terra in opere tuo: ſpinas, & tribulos germinabit tibi* (quæ in ſenſu & opinione ſanct: Auguſtini de naturâ humanâ intelligitur) attamen divina ſapientia taliter diſpoſuit omnia, ut ex eâdem terrâ; & maſsâ Adami, non maledictâ per culpam, ſed benedictâ per gratiam: *Benedixiſti, Domine terram tuam*, creaverit ſaluberrimam medicinam ad curandas infirmitates animæ, hôc enim tituto inclytus Chriſti Martyr S. Ignatius auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum appellavit: *Pharmacum immortalitatis.* Eſt ſiquidem verè panis vitæ, fons gratiæ in omnibus contrarius alteri buccellæ pomi noxialis, quod in mentitâ quâdam divinitate ruinam, & maximam perditionem noſtram tegebat & occultabat.

Gen. 3. v. 17. & 18.

Pſal. 84. v. 1.

D. Ignatius tom. 3. Bibliotheca vett. Patr.

Eccl. 38. v. 5.

D. Aug.

D. Thom. opuſc. 58.

Jam facili negotio cognoſcetur ratio, ob quam infeliciſſimus Judas ſuſpendio vitam finiverit, quemadmodùm protoparens noſter Adamus. Nemo hunc loquendi modum, tamquàm peregrinum, & exoticum reputet, eſt etenim magni Doctoris S. Auguſtini, explicantis verba illa Deuteronomii: *Maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno*, ait autem Spiritum ſanctum in illis alludere ad parentem noſtrum Adamum, qui transgrediens mandatum divinæ legis, & comedens fructum vetitum, ſpiritualiter manſit ſuſpenſus, & affixus arbori, cujus pomum manducavit: *Adam namque in ligno prævaricationis corruit, idèò ſibi, & poſteris ſuis maledictionem meruit, de quâ dictum eſt, maledictus homo, qui pendet in ligno: maledictam namque, id eſt, execrabilem, & turpiſſimam mortem ſuſcepit.* Finitâ cænâ, quam Chriſtus Dominus celebravit cum Diſcipulis ſuis, abiit Judas ex collegio Apoſtolorum ad Phariſæos, ſacrilegâ venditione Magiſtrum ſuum Salvatorem noſtrum traditurus. Hôc funeſto, & execrando ſcelere peracto, atteſtante S. Lucâ in Actis Apoſtolorum, ſeipſum deſperabundus laqueo ſuſpendit. *Et ſuſpenſus crepuit medius.* Componite modò hos duos peccatores, & adnotate, quomodo ambo eodem ſupplicii genere plectantur: *Maledictus à Deo, qui pendet in ligno, ſuſpenſus crepuit medius.* Mallem audire ex ore alterius me doctioris, cauſam, ob quam Judas eâdè vili, & ignominioſâ morte perierit, quam Adam perpeſſus eſt. Eſto enim quòd hic

D. Aug. lib. 14. contra Fauſtum.

Deut. 21. v. 23.

Act. 1. v. 18.

ſequaces ſuos ejus devotionem extirpare, memoriamque ejus æternâ oblivione ſepelire contendit, eisdem videmus eam magis fidelium cordibus infixam, & religionem Catholicam magis triumphantem, quò enim magis concutitur, eò magis quotidiana ſumit incrementa. Lacesſita exſurgit, & contempta honoratur. In ſacris Litteris hæc ſuperna Virgo viti comparatur: *Ego quaſi vitis*, non ſe vitem, ſed quaſi vitem nominat, id eſt, vitis eſt imago, & ſymbolum ejus. Quòd Spiritus ſanctus eam aſſimilet palmæ, roſæ, ſeu terebintho, non admiror, quia has metaphoras ſæpiùs audivimus, ſed quòd eam humillimæ viti comparet, ecquod myſterium continet? Non capio. Scio quidem hæc verba varias admittere explicationes, ſed ex doctrinâ ſancti Ambroſii elicui inſignem diſcurſùs noſtri confirmationem. Notat S. Doctor magnâ ingenii dexteritate ſingulares proprietates vitis, loquiturque hæc diſertiſſima verba: *Dum humiliatur, extollitur, dum reſcinditur, coronatur, reſciſſa non minuitur, ſed augetur.* Hoc igitur affirmat de ſeipsâ ſanctiſſima Virgo: *Ego quaſi vitis.* Scitote, (videtur loqui Hæreticis, hoſtibus ſuis) quòd ego ſim veluti vitis, quantò magis humiliata, tantò magis exaltata, quantò magis injuriis laceſſita, tantò magis glorioſa: & tantùm abſunt adverſarii mei, ut ſuum conſequantur finem, ut etiam eadem media, quibus utuntur, ne quis me veneretur, aſſumat Deus, ut ego celebriori obſequio colar, & ferventiori devotione invocer: ut verbo dicam, vitis eſt figura, in quâ ego adumbror, hæc ſepulta exurgit: *Dum humiliatur, extollitur, &c.* Hôc modò Imagine meâ combuſtâ, & in ignem conjectâ, & in cineres conversâ, magis à fidelibus meis diligor, & à Devotis meis magis glorioſa honoror.

Eccl. 24. v. 23.

D. Amb. lib. 9. in Lucam.

4. Ecquid prodeſt, quòd infidelis hoſtis Dei, ejusque benedictæ Matris, prophanet ejus Imaginem, & millenis opprobriis eam traducat, ſi in omnibus contra ſeipſum agat, & ex eisdem Deus eliciat maximum honorem ſuæ Matris. Excellentiſſimum eſt nomen, quod Seraphicus Doctor attribuit huic ſupernæ Virgini: *Salve virens ſalix.* Quarè eam ſalicem indigitat? Dicant alii animi ſui ſenſa, exiſtimo ego ſanctum Doctorem in hôcce titulo alludere ad ſalices Babyloniæ, in quibus filii Iſraël captivi appenderunt inſtrumenta muſica: *In ſalicibus, in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra.* Pro pleniori intelligentia hujus loci, obſervanda eſt adnotatio cujuſdam doctiſſimi Moderni in commentariis ſuper Geneſim, ponderantis hoc factum Hebræorum. Ecquod myſterium continet, inquit, ſuſpenſio organorum in ſalicibus, quæ erant plantatæ ad littus fluminis Gentilium? Exiſtimo, reſpondet Modernus, divinitùs hæc ita fuiſſe diſpoſita, ut in his arboribus, & non aliis ſuſpenderentur, in ſignum, & prognoſticon futurorum bonorum, quæ ſperabant, & proſperioris fortunæ, quâ illi per tribulationes, & ærumnas tandem aliquando erant potituri: *Afflicti, & captivi Hebræi myſterium fortè ignorantes, in ſalicibus ſuſpenderunt, etenim novi cantus erant futuri, ubi canendi inſtrumenta ſuſpenſa conticuerunt, ſalix quippe deciſa mirum in modum vireſcit,* hoc eſt, quemadmodum hæc arbor, quò magis amputatur, eò magis revireſcit, & ictibus aſciæ, ſeu ſecuris percuſſa, magis exurgit, ita illi majoribus ærumnis afflicti fœliciorem erant conſecuturi ſortem, redeuntes ad priſtinam libertatem, & ad feſtiva gaudia, quæ aliquando in templo Heroſolymitano habuerant. Hoc denotavit ſuſpenſio organorum in ſalicibus. Ad confirmationem autem ſuæ doctrinæ adducit hic Author emblema cujusdam curioſi, qui volens docere, quòd infortunia, & calamitates eſſent occaſio majoris boni, & proſperioris fortunæ, pingebat ſalicem ramis ſuis exſpoliatam, eò quòd omnes eſſent præciſi, cum hôc lemmate ſubſcripto: *Per damna, per cades*, alludens ad illud Horatii:

Benedict. Ferm. in c. 27. Gen Lect. 2.

Per damna, per cades ab ipſo
Ducit opus, animumque ferro.

Horatius

Tamquàm diceret, quòd in damnis lucra ſua, & in infortuniis ſuis felicitates ſuæ ſitæ eſſent. Non fuerunt Iſraëlitæ ingenio ſuo hoc myſterium aſſecuti, quamvis Caſſiodorus aſſeveret, illos ſecum detuliſſe inſtrumenta ſua, dum captivi abducerentur in proteſtationem fidei ſuæ, & fiduciæ, quam habebant in Deo, quòd calamitates eorum finem eſſent habituræ, certô certiùs agnoſcentes, quòd præſens captivitas, & afflictiones, quas in illâ experiebantur, forent ſecura prognoſtica, quòd eorum mœrores, & triſtitiæ aliquando in gaudium, & lætitiam converterentur. Redeamus ergò ad verba ſancti Bonaventuræ: *Salve virens ſalix*, id eſt, tu, ô Regina Angelorum, es vera ſalix. Dum enim manibus inimicorum tuorum ferro, & igne fueris in Imagine tuâ læſa, & laceſſita. *Per damna, per cades*, ex ipſis ignominiis,

D. Bonavent. in ſpecul.

Pſal. 126. v. 2.

niis, opprobris, & injuriis tuis cumulatior honos, & glorioſior triumphus tuus enaſceretur.

5. O quàm irrita, & caſſa videt adverſarius humani generis omnia animi ſui decreta, & conſilia! neque minùs fallitur, dum Deus inſtituit auguſtiſſimum Corporis, & ſanguinis ſui Sacramentum. Etſi ipſe (porrigens venenatum pomum) perſuaſerit illi, quod hôc morſu divinitatem adipiſceretur: *Eritis ſicut Dii*, cùm tamen contraria fuerit executio promiſſioni, & per morſum pomi ſe ſpoliatum gratiâ, & perennitate vitæ reperit; Chriſtus econtrà adverſas tuens partes, inſtituit alium cibum ſeu buccellam cœleſtem, quam homo comedens, præter bona deperdita per culpam, vitam recuperavit, & quamdam perpetuitatem acquiſivit. O quàm grata, & inſignis expoſitio Angelici Doctoris incidit menti meæ! *Diſciplina medici*, inquit Eccleſiaſticus, *exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur.* Eccl. 38. v. 5. Tota difficultas hujus loci conſiſtit in examinatione, & inquiſitione Medici, de quô hic ſacer Textus verba facit. Quidam ea interpretantur de Medicis terrenis, non parvo, ſeu exili fundamento moti. Medicus enim celebris, & expertus, magnam apud omnes laudem meretur, quamvis pauciſſimi inveniantur, qui ſibi per ſcientiam, & doctrinam hunc ſibi concilient honorem. Verùmtamen Angelicus noſter Præceptor S. Thomas declarat ea in ſenſu myſtico, ſeu ſpirituali de divino animarum noſtrarum Medico, ſecundùm illud ſancti Auguſtini: *Summus Medicus deſcendit de cœlo quia magnus ægrotus jacebat in terris*, qui dexteritate doctrinæ ſuæ omnes ægrotos, culpâ laborantes, ſanavit, qui ſine ejus curatione, omni remedio erant deſtituti. Aſt non licebit ſcire medicamentum, quod illis applicuit, ex quô tam admirabiles effectus promanârunt, ſeu undè illud attulerit, & ubi tam ſalutare pharmacum repererit? Utique, inquit Salomon, in ſubſequentibus verbis: *Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit ea.* Inquirit hîc Angelicus Doctor quale fuerit iſtud antitodum? Et appoſitè reſpondet, illud fuiſſe ſanctiſſimum Sacramentum Altaris, pretioſi Corporis & ſanguinis Chriſti, aſſumptum ex terrâ Virginis MARIÆ: *Altiſſimus de terra, id eſt, de carne Virginis creavit medicinam.* Noterur vocabulum, *terra*, quia continet myſterium, & directè probat intentum noſtrum. Idem enim ſonat, ac ſi diceret: quamquàm terra fuerit maledicta per culpam, & nonniſi tribulos, & ſpinas peccatorum, ſeu dolores, & ægritudines animæ producat: *Maledicta terra in opere tuo: ſpinas, & tribulos germinabit tibi* (quæ in ſenſu & opinione ſancti Auguſtini de naturâ humanâ intelligitur) attamen divina ſapientia taliter diſpoſuit omnia, ut ex eâdem terrâ; & maſſa Adami, non maledictâ per culpam, ſed benedictâ per gratiam: *Benedixiſti, Domine terram tuam*, creaverit ſalubertimam medicinam ad curandas infirmitates animæ, hôc enim tituto inclytus Chriſti Martyr S. Ignatius auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum appellavit: *Pharmacum immortalitatis.* Eſt ſiquidem verè panis vitæ, fons gratiæ in omnibus contrarius alteri buccellæ pomi noxialis, quod in mentitâ quâdam divinitate ruinam, & maximam perditionem noſtram tegebat & occultabat.

Gen. 3. v. 17. & 18. Pſal. 84. v. 1. D. Ignatius tom. 3. Bibliotheca vett. Patr.

Jam facili negotio cognoſcetur ratio, ob quam infeliciſſimus Judas ſuſpendio vitam finiverit, quemadmodùm protoparens noſter Adamus. Nemo hunc loquendi modum, tamquàm peregrinum, & exoticum reputet, eſt etenim magni Doctoris S. Auguſtini, explicantis verba illa Deuteronomii: *Maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno*, ait autem Spiritum ſanctum in illis alludere ad parentem noſtrum Adamum, qui transgrediens mandatum divinæ legis, & comedens fructum vetitum, ſpiritualiter manſit ſuſpenſus, & affixus arbori, cujus pomum manducavit: *Adam namque in ligno prævaricationis corruit, ideò ſibi, & poſteris ſuum maledictionem meruit, de quâ dictt, maledictus homo, qui pendet in ligno: maledictam namque, id eſt, exécrabilem, & turpiſſimam mortem ſuſcepit.* Finitâ cænâ, quam Chriſtus Dominus celebravit cum Diſcipulis ſuis, abiit Judas ex collegio Apoſtolorum ad Phariſæos, ſacrilegâ venditione Magiſtrum ſuum Salvatorem noſtrum traditurus. Hôc funeſto, & execrando ſcelere peracto, atteſtante S. Lucâ in Actis Apoſtolorum, ſeipſum deſperabundus laqueo ſuſpendit. *Et ſuſpenſus creuit medius.* Componite modò hos duos peccatores, & adnotate, quomodo ambo eodem ſupplicii genere plectantur: *Maledictus à Deo, qui pendet in ligno, ſuſpenſus crepuit medius.* Mallem audire ex ore alterius me doctioris, cauſam, ob quam Judas eâdè vili, & ignominioſâ morte perierit, quam Adam perpeſſus eſt. Eſto enim quòd hic

D. Aug. D. Thom. opuſc. 58. D. Aug. lib. 14. contra Fauſtum. Deut. 21. v. 23. Actor. 1. v. 18.

suspensus hæreat in eadem arbore, quæ ipsi occasionem transgressionis, & ansam peccati præbuit, quia æquum est, ut qui per comestionem illam arroganter divinitatem ambiebat, suspendio pœnas lueret; attamen Iudas, qui nequaquàm tam temerariam habuit intentionem, quatè idem subit supplicium? Nostis, quid inde colligam? Fuit divina promissio, quòd traditor tali mortis genere vitam finiret, in pœnam, quia cùm posset, comedendo Corpus & bibendo sanguinem Salvatoris fieri, noluit esse Deus. Itaque ex his manifestè deducitur, quòd sicuti comedendo reddimur per Dæmonem tributarii mortis, sic Deus nos comedentes de vitâ perenni securos reddit:

Joan. 6. v. 58. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Et id, quò Dæmon utitur, ad nos suæ servituti subjugandos, assumit Deus, tamquàm instrumentum, quò nos liberos, & immunes à morte efficiat.

7. Profectò malè cedit adversario nostro cum omnibus suis technis, & astutiis, totum suum animum eò intendebat, ut homo manducans moreretur, & disponit Deus, ut comestio sit causa æternæ vitæ. Magnâ animi sollicitudine avebat, ut omnes posteri Adæ sui fierent servi, & mancipia, & Deus præservat MARIAM sanctissimam in suâ Conceptione ab omni ejus servili mancipatu. Optat ille toto conatu, & astu, ut è toto terrarum orbe eliminetur cultus Deiparæ Virginis, & in hunc finem per Hæreticos ministros suos Imaginem ejus incendio exterminat, per Hæreticos, inquam, folles suos, quibus incendium ejus augetur, ita enim

Isa. 54. v. 16. Isaias Dæmonem appellat: *Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas*, sed hic vafri â suâ sufflatione magis ignem devotionis incendit in cordibus fidelium ergà hanc sacratissimam Virginem, uti hodierna experientiâ comprobatur. Reluctatur ille, ne Deus homo fiat, quod ut assequatur, inducit Adamum protoparentem generis humani ad peccandum, & omnia eveniunt ei adeò contra opinionem suam, ut casu hominis sibimet propriam acciverit ruinam, & perditionem. Ex motivo etenim peccati Adæ, uti pulchrè Angelicus Doctor

D. Thom 3 p. q. 1. a. 3. sanctus Thomas docet, Deus fuit factus homo, Filius David, & Abrahami, ex Matre Virgine MARIA: *De qua natus est* JESUS, &c.

De qua natus est IESUS, &c.

CONSIDERATIO III.

Maxima observatione dignum est, quòd Deus præservans MARIAM *ab igne culpæ, quo Dæmon eam incendere satagebat, non eruat Imaginem ejus ab incendio flammarum, in quas Tyrannus eam conjecerat.*

VAldè ponderandum est, quòd quando Ecclesia sancta celebrat Conceptionem purissimam MARIÆ, etiam eam pronuntiet Matrem. Hoc siquidem sonant verba Evangelii: *De qua natus est* JESUS. Dubitari potest, qui hæc duo inter se conveniant? Vixdum concepta, & jam Mater appellatur? Ita sanè. Ad docendum nos, quòd Maternitas sit consequens ad Conceptionem, & quod, nisi foret adeò pura, non esset Mater Christi. Nisi à contrario sensu discursum formare velimus, & dicere, quòd quia Mater Dei futura erat, ideò tam mundam, & immaculatam effecerit. Ex his jam dissolvitur dubium, quod moveri solet, cur in festo Conceptionis hoc Evangelium cantetur, cùm in illo de aliâ omninò diversâ agatur. Neque alia ratio est, quàm ut ejus originalis puritas celebretur, quam cùm non potuerit habere Virgo per generationem Adami, peccatoris, sed Adami, Dei, quemadmodùm S. Lucas enarrat: *Adam, qui fuit Dei*, & per generationem Christi, uti refert S. Matthæus: *Liber generationis* JESU *Christi*, idcircò Ecclesia, utitur Evangelio, in quo refertur generatio Christi, quæ reparavit damna alterius, ut opponeret librum libro, dixit ingeniosè Remigius, eliciens tamquàm certum, & indubitatum, MARIAM, ut fieret Mater Redemptoris, fuisse præservatam à culpâ: *Quia omnia per ipsũ sunt restaurata, quæ per illum sunt corrupta.*

Luc. 3. v. 38. *Matth. 1. v. 1.* *Remigius in cateną D. Thom. 2.*

Doctrinâ quâdam solis Ecclesiæ S. Thomæ hæc nostra propositio elucidabitur. Constans est Theologorum assertum, quòd divina bonitas connaturaliter sit communicativa sui, & quia adeò communicativa est, gestit omni modo possibili seipsam aliis communicare. Ad intra

Digitized by Google

intra communicat se æternè Pater Filio, & hi ambo Spiritui sancto. *Adextra*, communicavit seipsam per creationem, gratiam, & gloriam, & quia ipsi deerat communicatio per unionem hypostaticam, votis suis satisfecit, quando incarnatum fuit Verbum, de cujus generatione temporali hodiernum differit Evangelium. Et quia nondum completè perfecerat omnes modos possibiles communicationis, quia supererat ea, quâ seipsam cibum, & alimentum efficit comedenti, ea propter voluit seipsam sub speciebus sacramentalibus recondere, ut mediante hôc ineffabili sacramento, maneremus in illô, & ipse in nobis: *In me manet, & ego in illo.* Nonnè videtis, quòd divina bonitas nequaquàm sit contenta, quousque omnes modos possibiles se communicandi exhauriat? In hâc ergò ratione tam evidenti fundavit D. Thomas convenientiam Incarnationis divinæ: *Quia ad rationem summæ boni pertinet, ut summo modo se creaturæ communicet.* In quocumque igitur modo communicationis, quærit divina bonitas omnes vias communicationis, & consequenter non fuit desidiosa in communicatione sui per gratiam, quæ est dispositio homini necessaria, ad consequendam gloriam, sed potiùs solerti industria excogitavit omnes modos communicandi suam gratiam. Et quia duplex est gratia, antè, & post peccatum, licèt Deus communiter illam donet postquàm homo incidit in peccatum, æquum tamen erat, ad satisfaciendum suæ nativæ propensioni, ut illam etiam, antequàm existeret culpa, communicaret. Et si alicui creaturæ hæc prærogativa gratiæ erat conferenda, cui potiùs, quam MARIÆ, cui ipse Deus per incarnationem, nascens ex eâ, seipsum communicavit. *De quâ natus est* IESVS. Etenim si ipsa fuit ministra hujus maximæ communicationis, quarè etiam non foret subjectum capax alterius minoris? Non videtur hic discursus parùm formalis, saltem non invenio rationem, quæ illi contradicat, nam cùm MARIA sit capax hujus gratiæ, convenienter illi confertur. Habeat igitur MARIA gratiam non communi modo communicatam, ut divina bonitas perficiat suum desiderium, & reperiat omnes modos possibiles se communicandi reaptè completos.

D. Thom. 3. p. q. 1. art. 1.

3. Dicit quispiam, in creatione Angelorum, & formatione protoparentum nostrorũ Adami, & Evæ in gratiâ omninò fuisse evacuata, & perfecta vota, seu desideria divinæ bonitatis, ideoque non esse recurrendum ad Conceptionem MARIÆ, ut hæc communicatio gratiæ, & ei tribuatur. Objectio hæc videtur non parum urgere, licèt in doctrinâ Angelici Præceptoris facile habeat effugium: *Perfectio universi*, inquit S. Doctor, *requirit inæqualitatem in rebus, ut omnes bonitatis gradus impleantur: est autem unus gradus bonitatis, ut aliquid sit bonum, quòd numquàm deficere possit, alius gradus est ut sic bonum sit, ut deficere possit.* Et hoc, quod fit in perfectione naturali hujus universi, pariformiter adinveniendum est in perfectione spirituali, & supernaturali fidelium, ac proinde, ut omnimodè satisfiat divinæ bonitati, quædam bona debent communicari creaturæ rationali, ut defectibilia, & quædam alia, quæ ei communicentur, ut deficere non possint. Ad rem, ergò certum est, quòd divina bonitas se communicaverit Angelis per gratiam, quam non omnes conservârunt, sed plures malitiâ suâ amiserunt. Ejusdem conditionis fuit gratia donata protoparentibus nostris, in quibus subitus, & præceps casus satis expressit indolem gratiæ eorum, &, quòd non fuerit constans, & perennis in illis. Vidè necessario inquirendum est nobis subjectum, cui eo modo fuerit communicata gratia, ut numquàm eam amiserit, aut perdere potuerit, ecquis inficiabitur, hoc subjectum fuisse MARIAM, cui per privilegium in ipsâ Conceptione purissimâ concessa fuit gratia, quæ deficere non posset; unà reperiens divina bonitas in MARIA communicationem, quam desiderabat, ita enim ei fuit data gratia, ut nec pro momento eam amittere valuerit: *Ut aliquod sit bonum, quod numquàm deficere possit.* Hæc ex Theologiâ sufficiant, redeamus ad sacram Scripturam.

D. Thom. 1. p. q. 48. art. 2.

4. Bellè quadrat instituto nostro Textus ille de firmamento, quem alibi expendimus. Creavit Deus illud in medio aquarum, quæ totam superficiem orbis elementarii ambiebant: *Fiat firmamentum in medio aquarum.* Et secundùm opinionem communem nostri insignis Oleastri, & aliorum Interpretum, firmamentum illud est cœlum: *Antèà erat aqua, sed firmata, & extensa, vocatur cœlum*, idèque facer insinuat Textus, dicens: *Vocavit firmamentũ, cœlum.* Id autẽ, quod ego fundatus in doctrinâ præfati Authoris pondero, est, quòd hæc nobilissima machina habens duo nomina cœli, & firma-

4. Gen. 1. v. 6. Oleaster hic.

firmamenti, non dixerit Deus fiat cœlum, & posteà vocatum fuerit firmamentum, sed, fiat firmamentum, & postmodum nuncupatum fuerit cœlum: Fiat firmamentum, *vocavit cœlum.* Subsistamus hìc, & altiùs perpendamus verba illa, quæ Dei Sapientia per os Sapientis edixit: *Memoria mea in generationes sæculorum.* Quidam inhærentes vestigiis nostri eminentissimi Hugonis, interpretantur ea de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quod Spiritus sanctus meritò memoriale, seu memoriam sæculorum appellavit: *Id est, Sacramentum Eucharistiæ*, inquit Cardinalis, quatenùs hoc supremum gloriæ pignus, & memoriale mirabilium Dei nobiscum erit usque ad finem mundi: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Verùm noster S. Albertus Magnus, & S. Antonius Florentinus unanimi voce asserunt, verba illa esse Deiparæ Virginis in ore Salomonis, & voluisse significare, quòd Deus in creatione, & productione mundi actualem habuerit mèmoriam illius, & simul omnia ordinaverit in finem eorum, quæ in ipsius efformatione erant eventura. Et, quamvis manum applicaret, fabricæ universi, tota tamen attentio, & cura ejus ferebatur in efformationem MARIÆ. Igitur dum fictricem manum extendit ad formandas stellas cœli, voluit nos certiores reddere, quòd eas sub nomine, & proprietate firmamenti creabat: *Fiat firmamentum.* Quia, teste S. Ambrosio, & aliis Patribus: *Firmamẽtum dictum est à firmitate, & quia divina virtus firmavit illud.* Non dicatur, quòd fecerit cœlum, & protinus illud firmamentum indigitaverit, quia nemo existimet, eò, quòd sit factum ex eâdem materiâ cum aquis, prius fuerit liquidum fluidum, mobile, & inconstans, ceu illæ, & postmodùm divinâ virtute solidum, & firmatum. Dicatur, quòd fecerit firmamentum, quia eodem actu quò formavit, etiam firmavit, ita ut in primâ sui productione eadem semper gavisum fuerit firmitate, & ut exploratè sciatur, hoc ipsum firmamentum esse cœlum, sufficit, quòd posteà sic nominetur: *Vocavit firmamentum, cœlum.*

Eccles. 24. v. 28.

Hugo hic.

Matth. 28. v. 20.

D. Ambr. lib. 1. exam.

5. Audite unum ex devotissimis beatissimæ Virgini, S. Bernardum dico, totam hanc doctrinam nostram paucis quidem, sed distertis verbis complectentem: *Omnibus firmamentis firmius firmamentũ; o Virgo, qua Dominum concepisti, portasti, & non defecisti.* Carpite duas illas clausulas, *firmius firmamentum, & non defecisti*, & statim elicietis consequentiam: ergò Virgo fuit concepta eò modo, quo cœlum fuit creatum, hoc ratione firmitatis in naturâ, & illa, in ratione confirmationis in gratiâ, hoc indeficiens ab extrinseco in naturalibus, illa inspiritualibus, quò pacto divina bonitas in utroque ordine desiderio suo connaturali satisfecit, producens gradus bonitatis participatæ, qui nequaquàm ulli defectui subjiciuntur, juxtà ea, quæ S. Thomas dicebat: *Unus gradus bonitatis, ut aliquid ita sit bonum, ut numquam deficere possit.* Totum hoc exigebat suprema dignitas, & excellentia Maternitatis Dei, quam obtinuit hæc sacrosancta Virgo concipiens in suo utero Filium Dei, eumque humana carne vestiens, & induens: *De qua natus est* IESVS. Ideoque rationi consonum erat, ut Deus tam munificus foret ergà illam, quatenùs omnes radios suæ bonitatis splendescere faceret, & hoc opere perficeretur, illam ab omni labe culpæ præservando.

D. Bern. Serm. 3. in Salve Regina.

6. Et si tanta gratia, & puritas fuerit necessaria illi, quæ Deum incarnatum gestatura erat in visceribus suis, quanta debebit esse, quæ exigitur in fidelibus, ut ad eum, sub sacramento velatum, dignè recipiendum accedant. Peractâ ultimâ cœna, inquit sacer Chronicus, quòd Christus Redemptor noster accinxerit se itineri cum Apostolis suis ad hortum Gethsemani: *Et, hymno dicto, exierunt in montem Oliveti, trans torrentem Cedron, ubi erat hortus.* Quis mysticus hic cursus, ô Domine! Qui, qualevè sunt celeres gressus illi tot mysteriis, & sacramentis pleni? Liceat mihi, ô Redemtor animæ meæ, salvâ tuâ venià, examinare amorem tuum. Vbi sunt ardentissima tua illa desideria, quibus amor tuus exæstuabat ad patiendum pro hominibus? *Baptismo habeo baptizari, tristis est anima mea usque ad mortem.* Accipite egregiam meditationem Origenis, quâ propositæ difficultati satisfacit: *Non enim conveniebat, ut ibi comprehenderetur, ubi pascha cum discipulis suis manducaverat.* Indecens erat, ut lictores eum in cœnaculo comprehenderent. Ast, quæro, quænam absurditas inde sequebatur? Vtique maxima: Quia prophanata fuisset domus, in quâ Sacramentum Eucharistiæ erat institutum. Voluit Salvator, procul ab esse talem indecentiam à loco, in quo ipse corpus suum sub Sacramento donaverat, & jam Sacramentaliter cæperat in discipulis suis commorari. Esto, inquit

Matth. 26. v. 30. & Ioann. 18. v. 1.

Luc. 12. v. 50. & Matth. 26. v. 38.

Origenes tract. 15. in Matth.

Digitized by Google

inquit Author vitæ, quòd captiver ab hominibus; sed quòd comprehenderer, ubi carnem meam sub Sacramento velatam dedi; Nequaquam. Non decet, ut audiatur strepitus armorum, vincula, aut catenæ, quæ sunt culpæ, & delicti indicia in domo, quam inhabito, neque æquum est, ut quando ego, me recipienti, tam excellenti unione copulare gestio, ibi sit captiva gratia Christi, maximè, dum illam tam profusa largitate, tamquàm proximus animarum vicinus, communicat. Exulent indè omnes bellorum apparatus, & hostium tumultus; neque in MARIA domo Dei sacrosancta, neque in animabus, eum Sacramentaliter suscipientibus, audiantur.

7. Videor mihi audire quempiam mussitantem, & dicentem: Si est certa hæc doctrina, ut proloqueris, quomodo Deus, qui exemit B. Virginem ab universali incendio culpæ, seu peccati, convenit, ut ejus imaginem sacram, cui jure eadem reverentia debetur, cum eadem sit res cum suo significato, intolens Hæreticus in flammas conjiciat, & in cineres redigatur? Plures, & doctas rationes audistis ab aliis. Auscultate nunc meam (nisi, quia mea est, minoris valeat) divinâ permissione factum est, ut effigies MARIÆ sanctissimæ combureretur, quatenùs suavissimus ejus odor auferret fœtorem peccatorum, & hæreseos infidelium, qui continuò exhalabat. Quòd peccata malè oleant, & fœtore suo Deum offendant, in sacris Litteris exploratum est. Nunc haud difficulter intelligetur, juxtà adnotationem doctissimi nostri Oleastri, quarè Deus tantoperè oblectatus fuerit odore sacrificii, quod Noe obtulit Deo, quando, post diluvium serenato cœlo, terra aquas, quæ eam inundaverant, rursùs ad sinus suos collegit, affirmat enim sacer Textus suavissimum fuisse odorem illius sacrificii: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis*, non propter exhalationem fumivorum, quæ antè ingressum in Arcam nequivit colligere, neque etiam post diluvium habuit tempus, aut materiam ad ea conficienda, sed: *Peccata nostra, & immunditia nostra malè Deo olent, quorum fœtori fumo illo, seu, suavi odore occurrebatur.* Cùm illud sacrificium expers esset omnis putoris peccatorum, quia per diluvium omnia erant absorpta, aër expurgatus, terra purificata à suâ mephitide, & sacrificium putum omni fœtore peccati carens, Noe namque non obtulit illud pro peccatis, sed in gratiarum actionem pro beneficio libertatis obtentæ, quòd jam omnis tempestas, & inundatio cessasset, ac proindè fuit sacrificium laudis, & idcircò, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis.* Odor gratissimus fuit Deo Virgo sanctissima in suâ fragrantiâ avertit à Deo nauseam, & molestiam, quam ei peccata hominum malè olentia inferebant. fortè hanc ob causam Ecclesia sancta in suis Litaniis eam Altare thymiamatis appellat, alludens ad veterem legem, cujus odorifera fragrantiâ divini Numinis ira placabatur.

8. Imò odorem suavissimum spirant cineres Imaginis ejus combustæ. Nonne meministis metaphoræ cupressi, qua usus est Spiritus sanctus, vel ipsa sanctissima Virgo (in personâ siquidem ejus loquitur sacer Textus) *Quasi Cypressus in monte Sion*? Ita sanè. Nolite ergò admirari tamquàm rem novam & inauditam, quandò audiveritis sanctam ejus Imaginem fuisse igne exustam, & in cineres redactam. Fundatur hæc cogitatio mea in doctrinâ S. Isidori, qui loquens de Cypresso, ita fatur: *Antiqui Cypressi ramos propè regum constituere solebant, ut odorem cadaverum deprimerent fœcunditates odoris sui.* Solebant antiqui, dum corpora defunctorum comburerent, ad servandos cineres eorum, (hæc enim erat sepultura cadaverum) juxtà rogum, seu fornacem, in quâ ea igne consumebant, ramos cypressi exurere, ut bono odore hujus plantæ, fœtorem cadaverum supprimerent, ne aërem inficeret, aut circumstantibus molestiam, aut damnum aliquod inferret. Non secùs philosophandum est de incendio Imaginis sacrosanctæ Virginis, cujus fumi ascendentes in cœlum erant, quasi olfactorium contrà putidas blasphemias, & sacrilegos fœtores execrandorum Hæreticorum, qui insolenti impietate suâ, aperto Marte contrà Deum, ejusque Matrem furebant, & impunè grassantes sæviebant.

9. At dicetis mihi, hæc verificanda fore in ejus Conceptione, vel ad summum in ejus vitâ, ad hunc enim sensum explicant plurimi Patres, & præsertim Eusebius Emissenus verba illa Canticorum: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus?* Ubi Angelici spiritus attoniti, & stupefacti pulchritudine, & decore animæ ejus in gratiâ creatæ, & tot dotum prærogativis exornatæ, vocant ejus excellentias, aromata suavissima, quæ spirant gratissimum odorem Deo: *Vbi enim omnium*

Gen. 8. v. 21.

Oleaster hic.

Eccl. 24. v. 17.

D. Isidor. lib. 17. Orig. c. 17

Cant. 3. v. 6.

Digitized by Google

Eusebius Emissen. Serm. de Nativ. super illud: Quæ est ista?

omnium odorum fumus redolet, ibi fœtoris indicium esse non potest. Ad cœlos usque penetrabat fragrantissimus odor gratiarum, & virtutum ejus, & quia in eis nullus umquam fuit putor, seu mephitis, eâ de causâ Sponsus, præ cæteris has sibi gratas esse comprobavit. Attamen hæc doctrina non habet locum in præsenti negotio, quia ut hic fumus fragrans, & gratus ad cœlos ascenderet, nequaquàm in hôc incendio enorme facinus sacrilegi Hæretici intervenire debebat. Ad quod nullo negotio respondeo cum sancto Gaudentio, qui sanctissimum Altaris Sacramentum, *exemplar passionis Christi*, nominavit. Pars quædam est, ut ita loquar, passionis Christi, sinè maculis, & sacrificium, sinè deformitatibus, quibus cruentum illud in cruce associabatur. Rectè me capiunt, & intelligunt Theologi, sed Theologiam ignorantibus mentem explicabo. Duo, inquit Angelicus Doctor, considerari possunt in morte Christi, id est, operans, seu agens, & patiens mortem, vel, ut terminis Scholasticis utar, actio, & passio. Notatè ergo, inquit S. Thomas: *Actio displicuit, scilicèt Iudæorum, & passio grata fuit, scilicèt, Christi.* Sacrilega enim fuit actio Iudæorum, & execranda, verum tolerantia passionis in Christo fuit sancta, Deoque acceptatissima. Provocabant iram Dei peccata eorum, qui morti ejus insidiabantur, placebat tamen humilitas & obedientia Filii, qui mortem perpetiebatur. Conceptio ergò Virginis sanctissimæ similis fuit sacrificio Eucharistiæ, quoad munditiam, & puritatem, sinè maculis, ast fumus sacræ ejus Imaginis combustæ comparatur sacrificio crucis, partim grato, & pàrtim odioso, gratus quidem fuit fumus, quatenùs Deus incendium illud permittebat, ut ex eô devotio Catholica magis incenderetur ad novas veneraciones, recentesque pietatis demonstrationes faciendum, ingratus autem, & invisus propter Hæreticum, qui illud exequebatur, existimans incendio illo extinguere, & satiare furorem suum, si non in prototypo, saltem in apographo. Ideoque non est magnoperè admirandum, quòd Deus dissimulet, quodque eam præservaverit ab incendio culpæ, quô eam Dæmon inficere satagebat, & non liberet Imaginem ejus ab igne, in quem eam tyrannus conjicit, quia ex hôc secundo enata est major devotio fidelium, majorque fervor per orbem Christianum, primum verò fuit necessarium, ut Virgo tantâ emineret puritate, & munditiâ, quanta dignitatem Matris Christi decebat: *De qua natus est Jesus, &c.*

D. Gaud. Serm. de Euchar.

D. Thom. 1.2 q.18.

De quâ natus est JESUS.

CONSIDERATIO IV.

Tanti æstimat Deus Imaginem B. MARIÆ, *ut videatur velle, ut eam eadem prorsus veneratione prosequamur, qua suam divinam Majestatem honoramus.*

MARIÆ Matri JESU conceptæ in gratiâ, Angelis puriori, Templo, & throno Dei, cœlesti prodigio, cœlorum decori, & gloriæ terreni orbis consecramus hæc votiva solemnia, eique humiles hæc devotionis obsequia præstamus. Ast nedùm veneramur eam, uti Reginam in cœlis commorantem, ita ut scopus nostræ devotionis collimet in personam ejus nobilissimam, verùm etiam ejus sanctas Imagines, quæ, quia sunt apographa ejus, eumdem sibi venerationis cultum vindicant. Estque tam laudabilis, & antiquus hic sacer ritus adorandi imagines, ut ipsemet Deus videatur primus fuisse earum cultor, & venerator. Ad hunc modum expendit antiquus Barcephas maledictionem illam, quam in ipsis mundi primordiis Deus coràm Adamo, terræ imprecatus est: *Maledicta terra in opere tuo.* Ubi sedulò adnotandum est, quòd, homine perpetrante delictum, maledictionem terræ impertiatur, quandoquidem usitatus sit Dei stylus supplicia peccatis commensurare. Recordor quidem, me in Tractatu tertio hujus Tomi aliam adhibuisse rationem, ad confirmandum puritatem Deiparæ, & diversam ab hâc expositione, doctissimi hujus Episcopi quæ apprimè congruit instituto nostro: *Non est execratus Deus*, inquit Moyses, *Adamum ipsum, quo sua ipsi imagini honorem servaret.* Erat Adam imago cui Deus similitudinem suam impresserat; ad formandum autem hanc imaginē, materies, in quâ fuit anima, colores, fuerūt virtutes, penicillus, gratia, pictor, ipse Spiritus S. qui miro artificio, & industriâ hanc effigiem adeò excellentem absolvit, & perfecit. Et quanquàm

1.

Gen. 3. v. 17.

Moyses Barceph. lib. de Paradiso.

Digitized by Google

quàm eam viderit deformatam per labem peccati, non fuit ausus ei maledicere, ad insinuandum hôc exemplo venerationem & cultum Imaginibus Dei debitum, etenim, quia Adam Dei Imaginem referebat, licèt denigratam, & peccato contaminatam, illi hunc honorem servavit, ne malediceret, sed terram, quasi innoxiam, hôc execrationis fulmine, perculsit.

2. *Genes. 4. v. 26.* De Enos filio Seth, & nepote Adami enarrat sacra Pagina: *Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Ipse cœpit invocare nomen Domini.* Reperi in Lippomano curiosam observationem, ad satisfaciendum communi dubio sacrorum Interpretum hôc in loco inquirentium, quinam, qualisvè fuerit cultus, seu veneratio, quâ Enos Deum colebat, tamque ferventer collaudabat, ut sacer Chronicus singularem ejus mentionem fecerit? *Lippomanus hic.* *Secundùm aliquos*, ait hic Author, *primus invenit Imagines quasdam, per quas orantium devotio excitaretur.* id est, ut ex visibilibus simulacris magis fideliù devotionem, & cultum inflammaret. Et fuit hæc actio tam hæroïca, & accepta Deo ut noluerit eam silentio involvi, sed toti mundo speciatim in sacris Litteris manifestari, & propalari. Fuitque hæc devotio primis illis temporibus adeò celebris, & usitata, & maximè in Lege gratiæ, ut constanti traditione primitivæ Ecclesiæ habeatur, tamquàm notorium, quòd, ubi S. Lucas Euangeliô suo non potuit Christum annuntiare hominibus, id Imagines ab ejus manu, & penicillo depictæ præstiterint. Itaq; apographa, & imagines Christi Salvatoris nostri, ejusque Matris sanctissimæ, á cujus imagine depingenda, rogatu, & prece S. Dionysii Areopagitæ auspicatus est hic S. Euangelista, erant excitamenta devotionis, & pietatis hominum, qui non fuerant nacti hanc felicitatem cognoscendi eorum archetypos. Inter has autem Imagines sacrosanctæ Virginis primas habet, quam Ierosolymis misit Eudoxia Pulcheriæ Imperatrici Constantinopolitanæ, cui constructa fuit ædes dicta, *Via ducum*, *Theod. in Collectan. Nicephor. Call. lxst. lib. 14. c. 2.* utì commemorat Nicephorus Calixsti. Imò asseverant plurimi, hujus primigenii exemplaris effigiem esse celeberrimam imaginem, quæ penicillo Ticiani depicta, Venetorum urbem illustrat; quemadmodùm etiam illa, Guadalupensium gloria, & decus, quam sanctus Gregorius, tamquàm pretiosissimum monile, sancto Leandro Hispalensium Archipræsuli munificentiæ ergo donavit.

3. Has igitur Imagines Deiparæ Virginis vult Deus à nobis summâ veneratione coli, & honorari, veluti divinitatis cujusdam simulacra, id est, eô honore, quo Deus ipse colitur. Et quamvis hæc exotica, & hyperbolica videantur, ut tamen ea vera esse confirmem, suppono, id, quod alibi cum sancto Ambrosio pensiculatè examinavimus, nimirùm, Templum Dei fuisse Imaginem sanctissimæ Virginis: *Corpus Virginis, Dei templum est.* Hoc statuto, accipite adnotationem meam, quam observavi in Concilio Carthaginensi, ubi præcipitur nergumenis, & à dæmoniis obsessis verrere Ecclesias: *Pavimenta domorum Dei energumeni verrant.* Ecquid ministerio dæmoniorum vult Deus in Ecclesiis suis? certè non videntur illi apti ministri, etiam ad maximæ humilitatis obsequia, quia nullum est in Ecclesiâ Dei officium, quod non requirat in ministrante maximam dispositionem. Vt quid igitur Deus utitur operâ dæmonum ad nitorem, & munditiem servandam in Templis suis? Eià notate mysterium, quia magnum est. Vult Deus sibi ministrari ab illis, ut adaugeat, & accumulet eorum tormenta, utque prostrati, & proni flexo poplite adorent, & venerentur, etiam nolentes, Majestatem, quam abhorrent. Imò addo judicium meum, hoc fuisse decretum in confusionem Hæreticorum, qui prophanatores Imaginum MARIÆ, Templi ipsius veri Dei; ubi enim illi insolentes superbiunt, ipsimet Dæmones humiliantur, & contremiscunt, & Templum, quod Hæretici sacrilegâ manu violant, dæmones humili obsequio venerantur. Nequaquàm appropient ad Altare, inquit Concilium, poterat namque ipsis jubere, ut parietes mundarent, neutiquàm tamen id voluit, sed solùm mandavit, ut pavimenta verrerent, ne etiam Satanas coràm Imagine MARIÆ faciem attollere præsumat. Pejores sunt ipsis dæmonibus HÆRETICI, qui nedùm temerario ausu, attollere oculos, sed etiam manus extendere adnituntur, conjicientes in ignem veri Templi effigem, putà, Imaginem sanctissimæ Genetricis, & Dominæ nostræ.

D. Ambr. lib. 2. de Virgin.

Concil. Carthag. canon 91.

4. Vnum dixit S. Gregorius omni admiratione dignum, nempè, quòd Satanas plùs timeat, & veneretur fragilitatem, & humilitatem humanitatis Christi, assumptæ ex corpore MA-

RIÆ, quàm potentiam divinitatis illi jure ſuo competentem: *Venit humilis, quem & ſuperbus hoſtis admiratur, quatenùs, qui fortia ejus deſpexerat, humanitatis ejus infirma pertimeſcat.* Supponit Sanctus Pontifex Chriſtum imaginem ſuæ Matris. Filii enim, ut liquidò ex ſacris Litteris conſtat, ſunt imagines ſuorum parentum, eòdem ſiquidem loquendi genere dicitur de generatione, & creatione primi hominis: *Genuit Adam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vocavitque nomen ejus Seth, &c.* Et quamvis Virgo non eſſet Pater Chriſti qui nullum habuit in terris, obivit tamen MARIA amborum officium, & prodivit Chriſtus ex illâ, tamquàm vera effigies ipſius, in quem transfudit omnes perfectiones ſuas. Hòc poſitò, egregia Virginis excellentia eſt, quod Dæmon eam revereatur, ita ut pertimeſcat Chriſtum, tantummodò, quia MARIA ei tribuit veſtem humanitatis, quem non formidabat fortem, & potentem divinitate, trepidat, & contremiſcit coràm Chriſto carne MARIÆ induto, & non expaveſcit coràm eò divinitate circumamicto! Non parvum robur additur huic cogitationi noſtræ ex hiſtoriâ Iobi, quam magnus Pontifex interpretabatur: *Quàdam autem die, cùm veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coràm Domino, aſſuit coràm eò Satan.* Ecquæ impudentia eſt iſta? quæque temeritas? Quòd Satanas audeat ingredi conventum, ſeu cœtum filiorum Dei, & quandò Angeli aſſiſtunt, ut collaudent Dominum, ipſe Diabolus præſumat ſeſe adjungere ſocium, &, omni timore poſtpoſito, apparere coràm oculis Domini? Qui fieri potuit, ut non contremuerit, & expaverit? Etenim recordor, quòd, ingrediente Domino jam carne humanâ induto Synagogam, & oblato ei dæmoniaco, hoc ſufficiens fuerit, ut dæmon elatâ voce clamaret, & peteret abduci è conſpectu, & præſentiâ ejus, quia fatebatur, viſu Domini duplicari pœnam ſuam, & ipſum ſolummodò in ruinam, & damnum ſuum è cœlis in mundum deſcendiſſe: *Quid nobis, & tibi, IESV Nazarene? veniſti ante tempus torquere nos.* Quid ſunt hi timores? inquit S. Gregorius, quando reſidet Deus in Throno gloriæ ſuæ audet dæmon aſſiſtere coràm eô, & quando deſcendit è cœlis in terràm, expavet, & extimeſcit ejus præſentiam? Cum Deo, ſolùm Deo, tanta audacia, & libertas, & cum Deo homine tantus pavor, & tremor?

Genes. 5. v. 3.

Iob. 1. v. 6

Luc. 4. v. 34. & Matth. 8. v. 29.

Aſt jam capio myſterium: *Venit humilis, quem ſuperbus hoſtis admiratur, quatenùs, qui fortia divinitatis ejus deſpexerat, humanitatis ejus infirma pertimeſcat.* *D. Greg. ubi ſuprà*

Totum hoc redundat in gloriam MARIÆ, quæ eſt veri Dei Templum, ipſi Inferno tam terribile, & tremendum, ut magis horreant dæmones videre Deum incarnatum in utero Matris, quàm ipſum intueri in ſinu Patris gloriosè triumphantem, profitentes hac formidine venerationem MARIÆ debitam, quam negat impudens Hæreticus, Imaginis ejus Incendiarius. Narrat S. Evangeliſta Ioannes, unum ex maxime horrendis, quæ Antichriſtus perpetrabit in mundo, eſſe, quòd *Aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus*, quod in opinione Hugonis Cardinalis beatam Virginem deſignat: *Tabernaculum fuit beata Virgo, in quò ipſe armavit ſe armis noſtræ mortalitatis, quibus contra Diabolum militavit*, quemadmodùm in hodierno Evangelio armatum depinxit S. Lucas: *De quâ natus eſt* IESUS. Aſt pejores ſunt Antichriſto, imò & ipſo dæmone perfidi Hæretici, ſi quidem maxima ejus temeritas, & audacia reducitur ad blaſphemas, quibus furit, & ſævit ſolis verbis contra tabernaculum Dei, horum verò ſacrilegia, & impietates prodeunt, & erumpunt in opera, & contendunt ſacram ejus Imaginem incendio conflagrare & in cineres redigere cultum, & venerationem MARIÆ. Ecquomodò cœlorum Imperatrix non ulciſceris injurias tuas? Cur non emittis fulmina è cœlis, & eos vibrato ſpiculo occidis? Certè mitis foret hæc pœna tanti delicti, & clemens ſupplicium tantæ iniquitatis. Scitiſne cauſam? Seraphicus Pater S. Bonaventura ait, cauſam fuiſſe nativam MARIÆ clementiam, & indolem, quam nomine ſuo exhibet, eſt enim proprietas ejus naturalis benignitas & manſuetudo, & idcirco nomen MARIÆ derivatur à mari, inquò ſicut omnes aquæ congregantur, ita etiam in MARIA omnes gratiæ, & perfectiones cumulatim coacervantur. Et ſicuti quidam Doctus Modernus adnotavit, teſſeram veſtiariam MARIÆ Virginis, ſeu colorum veſtimentorum ejus fuiſſe determinatum in quodam Concilio, ut eſſet cœruleus, ideò ne exiſtimetis caſum fortuitum eſſe, quòd pallio cœruleo ornata depingatur, veſtitur enim ſecundùm præſcriptum,

Apocalyp. 13. v. 6.

Hugo Cardinalis hic.

§.

&

& normam Concilii. Et si scire cupitis causam hujus decreti, audite prælatum Doctorem, qui assignat rationem non minùs prudentem, quàm instituto nostro accommodatam. Aqua maris numquàm fit turbida, aqua verò fluviorum, seu fontium facillimo negotio alteratur, & conturbatur, si namque uno die pluat, protinùs videbis colores aquarum immutari, & expellucidas, & crystallinis in turbidas commutari. Aquæ marinæ eumdem semper servant colorem, neque ulli subjiciuntur colorum varietati, aut mutationi. Causa in promptu est, quia aqua ex se nullum habet colorem, sed eum mutuatur à terrâ, quam pertransit, ita ut si fundus fuerit candidus, & arenosus, exprimitur in aquis candor, seu albedo, induitque eamdem tesserariam vestem; si fuscus, vel niger fuerit, aquæ nigrum & obscurum exhibent colorem. Minimus etiam lapillus projectus in fontem, turbat, & commovet aquas ejus, ita ut proximitate, seu vicinitate terrarum, quas perfluunt, aquæ colorem suum suscipiant. Verùm mare, cum sit profundum, & abyssus, nullæ tempestates illud commovere, aut ejus colorem immutare queunt, neque propter nimiam distantiam, ullam potest à terrâ coloris speciem participare. Ad rem ergò. Si Virgo sanctissima sit mare: *Magna est, velut mare, contritio tua*, quid tantoperè admirandum, quòd suas non vindicet injurias, & quamquàm ejus offensores injuriis lacessant ejus patientiam, non turbatur color clementiæ ejus, imitans benignitatem Filii sui, sub Sacramento Eucharistiæ reconditi, in quò maxima tolerantiæ, & patientiæ exhibuit insignia; instituit quippè Sacramentum hoc occasione injuriarum, quas prævidebat sibi ab Hæreticis, sub hoc sacramentali velamine, inferendas.

Thren.2 v.13.

2

6. In postremâ cœnâ, quam celebravit Christus cum Discipulis suis, in quâ etiam Sacramentum Corporis sui instituit, magno ingenii acumine ponderavit noster B. Albertus Magnus, quod Christus in consecratione Corporis sui, amore nostrûm tradendi, dixerit, & hæc verba protulerit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, & mox subjunxerit: *Filius hominis tradetur*, hoc est, uti explicat noster Ratisbonensis: *A Judâ vendente, à Judæis appretiantibus, à Pilato imperante, à ministris persequentibus exequentibus.* Ad quid Redemptor noster tam ad amussim singularem, & exactam mentionem facit Judæ, quòd eum traditurus esset, & Judæorum, quod empturi essent, & Pilati Judicis, quòd sententiam pronuntiaturus esset, & tandem ministrorum, quod sacrilegâ manu eam essent executuri; Reverâ nõ videtur conveniens luctibus ille color, neque in cœnâ lætitiæ tam frequens memoria injuriæ, & passionis, & apparet, quòd Redemptor vitæ nostræ extenuet, & commaculet beneficium, dum commemorat ingratam indolem hominum, quibus tam munificè extrema amoris sui monumenta, & pignora largiebatur. Attamen egregiè respondet noster Albertus Magnus, Christum voluisse seipsum sub sacramento recondere, dum haberet præ oculis omnes injurias, & tormenta sua, quasi ex tunc disponens se ad sufferenda omnia, quæ postmodùm Hæretici erant ei illatura. Voluit ab illô tempore probare suam tolerantiam, & ad eam contestandam, etiam ad cõspectum maximorum tormentorum, maxima beneficentiæ suæ indicia præstitit. Certe misericordissima indoles, quam etiam Maria hæreditario quodam jure obtinuit; dùm enim ad impiissimos Hæreticorum conatus furorem suum excitare, & incendere posset, nequaquàm voluit oblivisci pietatis suæ, hoc solum exoptans, ut sui Fideles devoti ferventiori zelo, ardentiorique pietate studerent ei nova festa dedicare, & Christianis demonstrationibus vindicare, & ulcisci injurias, & insolentias, quas sacrilegi Hæretici contra sanctam suam Imaginem exercuerunt.

Luc.22. v.19.

Matth. 26 v.2.

D. Albert Magn. hic.

O Regina Angelorum, Imperatrix cœlorum semper pura, semper sancta, suscipe has pias Fidelium tuorum oblationes, quæ, si desiderius, & votis correspondérent, largiores forent: esto refugium eorum, qui ad umbram patrocinii tui recurrunt, & tuâ protectione defendi desiderant. Converte oculos tuos in fidem, & devotionem, quâ tuæ defensioni assistunt, &, frendentibus Hæreticis, qui Imaginem tuam injuriis, & sacrilegiis lacesserunt, te æmulâ pietate colunt, & venerantur. Conspirent Inferorum cives, conjurentque tartarei ministri in unum scelus, conterrerentur præcursores Antichristi, quantumcumque enim tuum cultum; & venerationem obnubilare contenderint, nihil proficient technæ eorum, quinimò coràm sacrilegâ eo-

V.

rum machinatione ſemper honos, nomenque tuum manebit, & victrix Catholicorum devotio palmam victoriæ feret, cui tandem præmium correſpondebit gratia, pignus gloriæ. *Ad quam nos perducat Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.*

FINIS.

Ad majorem Dei, B. Mariæ Virginis, Reginæ SSmi Roſarii, S. Dominici Patris noſtri, S. Thomæ Aquinatis, S. Mariæ Magdalenæ gloriam, in cujus octavâ die hanc Translationem, ſi non feliciter, ſaltem laboriosè, abſolvi.

SYLLABUS

SYLLABUS

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, quæ in hoc primo Tomo de Festis B. M. Virg. continentur.

Littera T *tractatum. Littera* C *considerationem. Littera* N *numerum: ubi vero ponitur tantum littera* T *significatur exordium.*

EX GENESI.

CAP. I.

V. 2. TERRA autem erat inanis, & vacua. T. 4. c 6. n. 5.

V. 2. Spiritus Dei ferebatur super aquas T. 6. c. 5. n. 3.

V. 5. Factum est vespere, & manè dies unus. T. 3. c. 6. n. 3. & T. 12. c. 1. n. 10.

V. 6. Fiat firmamentum in medio aquarum. Tract. 18. c. 3. n. 4.

V. 8. Vocavit Deus firmamentum Cœlum. T. 3. c. 3. n. 8.

V. 10. Congregationes aquarum vocavit maria. T. 15. c. 4. n. 3.

V. 11. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen. & lignum. T. 3. c. 5. n. 1.

V. 16. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præesset diei, luminare minus, ut præesset nocti. T. 2. c. 4. n. 6. T. 8. c. 3. n. 1.

V. 17. Posuit eas in firmamento. T. 8. c. 6 n. 10.

V. 19 Et factum est vespere, & manè dies quartus. T. 8. c 3 n. 1.

V. 26. Faciamus hominem ad imaginem &c T. 1 c. 3. n. 1. T. 9. c. 6. n. 11. T. 13. c. 6. n. 1. ibid. c. 3. n. 3. T. 15. c. 4. n. 3.

V. 26 Et præsit piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis, universæque terræ omnique reptili. T. 6. c. 3. n. 10.

V. 27 Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam T. 1. c 5. n 6.

V. 27 Ad imaginem Dei creavit illum. T. 6. c. 3. n. 6.

V. 28. Crescite & multiplicamini. T. 1. c. 6. n. 14.

V. 31. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. T. 1. c. 6. n. 14.

CAP. II.

V. 2. Et requievit Deus die septimo ab universo opere, quod patrârat. T. 5. c. 5. n 2. & T. 1 c. 2. n. 2. & T. 12. c. 2. n. 7.

V 3. Et sanctificavit illum. T. 5. c. 5. n 2.

V. 7. Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. T. 13. c. 6. n. 3. & T. 13 c. 6. n. 13.

V. 7. Formavit igitur Deus hominem de limo terræ. T. 3 c. 6. n. 13.

V. 8. Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio. T. 2. c. 6. n. 6.

V. 8. Posuit hominem quem formaverat. T. 4. c. 6 n. 6.

V. 10. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita. T. 4. c. 4. n. 3.

V. 15. Tulit ergò Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum T 3 c. 3. n. 3. T. 3. c. 6. n. 11. T. 6. c. 5. n 7. T. 7. c. 2. n. 1. T. 8. c. 4. n 3.

V. 16 Ex omni ligno paradysi comede. T. 1. c. 2. n. 8. & T. 5. c 1. n. 2.

V. 17. De ligno autem scientiæ boni & mali non comedetis. T. 1. c. 2. n. 8.

Digitized by Google

v.18. Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi. T.6.c 5 n.14 & T.1. c.4.n.2.

v.19. Adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Omne quod vocavit Adam, &c. T.15.c.1.n.6.

v.23. Tulit unam de costis ejus. T.4.c.6. & T.12.c.5. n.2.

v.21. Et replevit carnem pro ea. *ibid.*

v.23. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ. *ibid.*

v.24 Erunt duo in carne unâ. T.13.c.6.n.6.

Cap. III.

v.1. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus. terræ. T.3.c.6.n.14.

v.5. Eritis sicut Dii, &c. T.7.c.4.n.2.

v.5. Nequaquam moriemini; scit enim Deus, quod in quacunque die &c, T.13. c.3.n.2.

v.6. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, &c. T.6.c.1.n.5. & T.8 c.4.n.11.

v.7. Consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata. T.3.c.5.n.6.

v.8. Audierunt vocem Dei ambulantis ad auram post meridiem. T.8.c.2.n 1. & T.11.c.3.n.5. & T.13. c.6.n.3.

v.10. Adam ubi es? T.9.c.4 n.2.

v.15. Inimicitias ponam inter te, & mulierem: Ipsa conteret caput tuum. T.3.c.6.n 5.

v.16. Sub viri potestate eris, & ipsi dominabitur tui, T.7 c 4.n.2. & 3.

v.16. Multiplicabo angustiam, &c. T.8.c.3.n.5.

v.17. Quia audisti vocem uxoris tuæ & comedisti &c. T.7.c 4.n.8.

v 17. Maledicta terra in opere tuo. T.2.c.6.n.4, & T.3. c.6.n.4. & T.13.c.6,n.6. & t.18.c. 2.n, 5. & ibidem c 4.n.1.

v.17. In laboribus comedes T.12.c.1.n.5.

v.18. Spinas & tribulos germinabit tibi. T.2.c.6 n.4. & T.18.c.2.n.5.

v.19. In sudore vultûs tui vescéris pane tuo. T.12.c 1. n 5.

v.19. Pulvis es, & in pulverem reverteris. T.13.c.6.n. 5. & T 18.c.1.n.3.

v.20. Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Evæ: eò quod mater esset cunctorum viventium. T.7.c 1. n.13.

v.21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. T.3.c 6.n.7. T.10.c. 1. n 1.

v.22. Ecce Adam quasi unus ex nobis. T.1.c.5.n.5.

v.24. Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, & versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. T.12.c.5.n.4.

Cap. IV.

v.3. Factum est autem, post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque, &c. T 16.c.1.n. 2.

v.4. Abel obtulit de primogenitis gregis sui. T.5.c.5. n.12.

T 4. Respexit Dominus ad Abel, & munera ejus, T.3. c.5.n. 2.

v.8. Egrediamur foras. T.5.c.4.n.8. T.16.c.1. n. 2.

v.8. Consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. T.13 c.3.n 8. ibid. c 5.n.3.

v.11. Maledictus eris super terram. T.3.c.6.n.4.

v.18. Et ædificavit civitatem. T.5.c.1 n.6.

v.26. Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste cœpit invocare nomen Domini. T. 1.c.4.n.11. T 5. n.4. T.3 c.4.n.8. T.8.c.1.n.9. T.16.c.1.n 2.

Cap. V.

v.3. Genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth. T 5.c.1.n.6, T. 18.c.4.n.4.

v.5. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti & triginta. T.11.c.6.n.12.

v.29. Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terrâ cui maledixit Dominus. T.4.c.6.n.5.

Cap. VI.

v.2. Videntes filii Dei filjas hominum, &c. T.5.c.3.n. 4. T.17.c.1.n.4.

v.3. Eruntque dies illjus centum viginti annorum. T. 8.c.1.n.1.

v.9 Noe vir justus, atque perfectus in generationibus suis. T.1.c.1.n.1. & T.5.c.5.n.6.

v.12. Omnis quippe caro corruperat viam suam T. 5.c.1.n.4.

Cap. VII.

v.5. Te vidi justum coràm me. T.4.c.6.n.5.

v.15. Ingressæ sunt ad Noe in arcam bina & bina ex omni carne. T.1.c.6.n.7. & T.9.c.5.n.9.

v.17. Et multiplicatæ sunt aquæ, &c. T.12.c.3.n.9.

Digitized by Google

Cap. VIII.

V.5. Decimo enim menſe apparuerunt cacumina montium. T.5.c.6.n. 26.
v.11. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum olivæ, &c. T.14. c.16.n.8.
v.21. Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis. T. 18. c.3.n 7.

Cap. IX.

V.25, Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. T.14.c.4.n.3.
v.26. Benedictus Dominus Deus Sem. T.8.c.5.n.6.

Cap. X.

V.8. Iſte cœpit eſſe potens in terrâ. T.14.c.4.n.3.
v.9. Iſte cœpit eſſe, &c. & erat robuſtus venator coram Domino. T. 1. c.5.n.6.

Cap. XIV.

V.13. Eccè unus, qui evaſerat, annuntiavit Abraham Hebræo. T.11. c.3.n.2.

Cap. XV.

v.4. Qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem. T.8.c.1 n.3.
v.16 Generatione quartâ revertentur huc. T.17. c.1. n.3.

Cap. XVII.

v.15. Dixit quoque ad Abraham, Sarai uxorem tuam, non vocabis Sarai, ſed Saram. T.7.c.4.n.3.
v.20. Super Iſmael quoque exaudivi te. T.14.c.5.n.3.

Cap. XVIII.

v.1. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi. Cùmque ſublevâſſet, T.13.c.1.n.7.
v.2. Cucurrit in occurſum eorum. T.7.c.3.n.1.
v.3. Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum. ibid. T.7.c.6.n.6.
v.9. Ubi eſt Sara uxor tua? T.3.c.3.n.1.
v.10. Habebit filium Sara uxor tua. T.1.c.1.n.4.
v.15. Negavit Sara, dicens, &c. T.7.c.5.n 5.
v.17. Loquar ad Dominum, cùm ſim pulvis & cinis. T.2.c.5.n.8.& T.3.c.1.n.1.& T.4.c.1.n.3.
v.23.& 25. Nunquid perdes juſtum cum impio? abſit

à te, ut rem hanc facias. T.2.c.3.n.1.

Cap. XIX.

v.26. Reſpicienſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. T.14.c.2.n.4.

Cap. XX.

V 4. Abimelech verò non tetigerat eam. T.13. c.4.n. 2.& T.17.c.3 n.1.

Cap. XXI.

v.9. Cùm vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam,& filium ejus. T.5.c.6.n.23.
v.10. Ejice ancillam,&c. non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. T. 13.c.5.n.9.
v.11. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo. T. 14. c.3.n.7.
v.12. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. T.15.c.1.n.3.
v.16. Et regione procul, quantum poteſt arcus jacere. T.11.c 4.n.1.
v.16. Non videbo morientem puerum. T.11.c.1.n.5.

Cap. XXII.

v.1. Quæ poſtquàm geſta ſunt, tentavit Deus Abraham. T.12.c.1.n.2.
v.1. Abraham, Abraham. T.3.c.4.n.2.
v.2. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac. T.1.c.2.n.3.& T.5 c.6.n.4.9.& T.7.c.5.n.1.& T.9.c.3.n.2.
v.3. Igitur Abraham de nocte conſurgens. T.3.c.2.n.2
v.5. Expectate hic, ego & puer revertemur ad vos. T. 3.c.3.n.1.& T.12.c.4.n.1.
v.7.& v.8. Ubi eſt victima, pater mi? Dominus providebit ſibi victimam, fili mi. T.10.c.3.n.9.
v.10. Extendit manum. T.12.c.3.n.1.
v.11.& v.12. Ecce Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens: Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam ſuper puerum. T.10.c.5.n.8.& T.12.c.2. n.2. ibid.c.6.n.2 T.13.c.4.n.3.
v.12. Nunc cognovi quod timeas Dominum. T.12.c. 9.n.2.
v.16. Per memetipſum juravi, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, &c. *ibid.*
v.17. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. T.14.c.3.n.3 T.15.c.1.n.3.
v.18. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. T.12. c.2.n.2.
v.18. Reverſus Abraham ad pueros ſuos, &c. T.10.c. 4.n.3.
v.25. Dimitte me, jam enim aurora aſcendit. T.4.c.6. n.11.

Cap. XXIV.

v.2.&v.3. Pone manum tuam ſuper femur meum,ut adjurem te per Dominum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum,inter quos habito: ſed ad terram.&c. T.5.c. 5,n.2.

v.14.Puella,cui ego dixero,inclina hydriam tuam,ut bibam: & illa reſponderit, bibe,quin & camelis tuis dabo potum,ipſa eſt,quam præparaſti ſervo tuo Iſaac T.6.c.2.n.7.

v.17. Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydriâ tuâ, *ibid.*

v 67.Accepit eam uxorem,T.7 c.4,n.10.

Cap. XXV.

v.11.Poſt obitum ejus, benedixit Deus Iſaac filio ejus.T.15.c 1.n 3.

v.12.Hæ ſunt generationes Iſmael,filii Abrahæ. T.4. c,2.n,3.

v.27. Jacob vix ſimplex habitabat in tabernaculis. T.13.c.4.n 5.& T.14.c.5.n.6.

Cap. XXVI.

v.2.Ne deſcendas in Ægyptum. T.13.c.6.n.12.

Cap. XXVII.

v.4 Et benedicat tibi anima mea,antequam moriar. T.8.c.6.n 8.

v.21. Accede huc,ut tangam te, fili mi, & probem, utrum tu ſis filius meus Eſau,an non,T.10.c 3.n.7.

v 28.Det tibi Deus de rore cœli,&de pinguedine terræ abundantiam,&c, T.13 c.5.n.8.

v.29 Eſto Dominus fratrum tuorum,& incurventur antè te filii matris tuæ. T.14.c.4.n 3.

v.36. Juſtè vocatum eſt nomen ejus Jacob: ſupplantavit enim me altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam. T.13.c.4 n.4.

v.37.Et tibi,poſt hæc,fili mi,ultra quid faciam. T.13, c.5.n. 8.

v.38 Num unam tantùm benedictionem habes, pater? *ibid.* n. 9.

v.39.In pinguedine terræ,& de rore cœli erit benedictio tua,vives in gladio,&c. *ibid.*n 8.

Cap. XXVIII.

v.11.Cùmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, tulit de lapidibus, qui jacebant,& ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco. T.10 c.3.n 6.

v.12.Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram,& cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque,&c.T.3.c.3.n.10.& T.8.c.3.n 10. & *ibid.* c. 4.n.5.

Cap. XXIX.

v.26.Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores antè tradamus ad nuptias.T.7.c.6.n.8.

Cap. XXX.

v.30 Benedixit tibi Deus ad introitum meum T. 7. c.6. n.5.

Cap. XXXI.

v 29.Valet manus mea tibi reddere malum:ſed Deus patris tui,herì dixit mihi; Cave, ne loquaris contrà Jacob quidquam durius. T.11.c 3.n. 4.

v.35. Ne iraſcatur Dominus meus, quia coràm te aſſurgere nequeo T. 14.c 2.n.2.

Cap. XXXII.

v.25 Tetigit nervum femoris ejus, & ſtatim emarcuit. T.3.c.3.n.10.

v.26.Dimitte me, non dimittam te, niſi priùs benedixeris mihi. T 9.c 1.n.2.& T.10 c.3.n.2.

v.30. & v.31.Vidi Dominum facie ad faciem. Ortuſque eſt ei ſtatim ſol. T.8.c.4.n.9.

Cap. XXXIII.

v.2 Liam verò,& filios ejus in ſecundo loco, Rachel autem,& Joſeph noviſſimos.T.9.c.6.n 8.

v.3. Et ipſe progrediens adoravit pronus in terram ſepties,donec appropinquaret frater ejus. T.14.c. 4.n 3.

V.13 Noſti, Domine mi, quòd parvulos habeam teneros,& boves, & oves fœtas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur una die,T.3.c.3 n.3.

v.14.Præcedat Dominus meus, & ego ſequar paulatim veſtigia ejus. *ibid.*

Cap. XXXIV.

v.2.Quam cùm vidiſſet Sichem. T.4.c.6.n.4.

Cap.

Digitized by Google

CAP. XXXV.

v.18 Benjamin, id est, Filius dexteræ. T.12.c.2.n.1.

v.19. Mortua est ergò Rachel, & sepulta est in viâ, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. T.17.c.3. n. 5.

CAP. XXXVII.

v.2. Joseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem. T.3.c.1.n.2.

v 3. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios, eò quòd in senectute genuisset eum: Fecitque ei tunicam polymitam. T.7.c.6.n.3.

CAP. XLI.

v.16. Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. T.8.c.5.n.2.

v.41 Dixitque rursus Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti. T.12.c.2. n.6.

v.42. Tulitque annulum de manu suâ, deditque eum in manu, vestivitque eum stolâ byssinâ, & collo torquem auream circumposuit. *ibid.* & T.14.c.5. n.4.

v.43. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coràm eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. *ibid.*

CAP. XLII.

v.34. Fratrem vestrum minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis exploratores: & istum, qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps, quæ vultis, emendi habeatis licentiam. T.11.c. 6.n.3.

v.37. Duos filios meos interfice, nisi reduxero illum tibi. T.3.c.6.n.13.

CAP. XLIII.

v.11. Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera T.9.c 6.n.7.

CAP. XLVII.

v.31. Adoravit Israel Dominum, conversus ad lectuli caput. T.10 c.4.n.5.

CAP. XLVIII.

v.2. Confortatus sedit in lectulo. T.13.c.5 n.9.

v.5 Duo ergo filii tui, qui nati sunt tibi in terrâ Ægypti, antequàm hùc venirem ad te, mei erunt. T. 10.c.3. n. 13.

v.14. Commutans manum. T.8.c 6.n.7.

CAP. XLIX.

v.3. & v.4. Ruben primogenitus meus, &c. prior in donis, major in imperio effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui, & maculâsti stratum ejus. T. 1. c.3.n.9. T.3.c.4.n.3. T.10.c. 3. XI.

v.5. Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea. T.10.c. 3.n.10. ac 11.

v.18. Salutare tuum exspectabo Domine. T.8.c 2 n.7.

v.21. Nephthali cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. T.6.c.6.n.10.

v.22. Filius accrescens Joseph, filius accrescens. T.8. c.6.n.5.

v.28. Benedixitque singulis benedictionibus propriis T.10.c.3.n.10. T.13.c.5.n.9.

v.29. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, &c. T.6.c.3. n.2.

EX EXODO.

CAP. I.

v.13. AFfligebant, illudentes eis. T.11.c.1.n.2.

v.21. Ædificavit Dominus Domos obstetricibus. T.12.c.6.n.5.

CAP. II.

v.10. Quem illa adoptavit in locum filii, T.14.c.2.n.5.

v.12. Percussum Ægyptium, abscondit in sabulo. T. 5.c.2.n.3.

v.15. Qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terra Madian. T.14.c.2 n.5.

v.23. Mortuus est Pharao, & ingemiscentes filii Israel, vociferati sunt. *ibid.* n.9.

CAP. III.

v.1. Cum minasset gregem. T.9.c.5.n.6.

v.2. Apparuitque ei Dominus in flammâ ignis de medio rubi. T.11.c.1.n.2. T.12.c.6.n.2.

v.3. Vadam, & videbo visionem hanc magnam. T.7. c.7.n.2.

v.6 Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. T.1.c.1.n.4.

CAP. IV.

v.2. Quid est quod tenes in manu tuâ? Respondit: virga. T.X c.5.n.2.

v.13. Mitte quem missurus es. T.13.c.2.n.1.

v.22. Filius meus primogenitus Israel. T.11.c.1.n.3.

Digitized by Google

Ex Genesi.

Cap. VI.

v.12. Ecce filii Israël non audiunt me, quomodo audiet me Pharao? T.5.c.3.n.5.

Cap. VII.

v.1. Ecce constitui te Deum Pharaonis: Aaron frater tuus,&c. T.13 c.3.n.2.ibid.n. 9.

Cap. XII.

v.40. Habitatio autem filiorum Israël, quâ manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum, &c. T. 4. c.2. n. 8.

v.51. Et eâdem die eduxit Dominus filios Israël de terrâ Ægypti per turmas suas. *ibid.*

Cap. XIII.

v.9 Et erit quasi signum in manu tuâ, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex Domini sit semper in ore tuo. T.1.c.1.n.4.

Cap. XIV.

v.20. Erat tenebrosa illuminans noctem. T.5.c.4.n.9.

v.31. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris. T.x.c.5.n.5.

Cap. XV.

v.25. Qui ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. T. x. c.2.n.5. *ibid.*

v.25. Constituit ei præcepta, & ibi tentavit eum. *ibid.n.4.*

Cap. XVI.

v.14. Cùmque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine. T.13.c.2.n.10.

Cap. XVII.

v.6. Percuties petram,& exibit ex eâ aqua, ut bibat populus. T.10.c.3.n.6.

v.9. Stabo in vertice montis, & habebo virgam Dei in manu meâ. T.1.c.6.n.2.

Cap. XIX.

v.4. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum. T.2. c. 2.n.6.

Cap. XX.

v.12. Honora patrem tuum,& matrem tuam. T.13.c. 6.n. 4.

Ex Exodo.

v.18. Universus populus videbat vocem,&c. T. 4.c. 2.n.2.

v.25. Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. T.13.c.4.n.10.

Cap. XXV.

v.18. & 20. Duos quoque Cherubim aureos, utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes oraculum,&c. T.6.c.1.n.2.T.14.c.5. n. 15.

Cap. XXXI.

v.2.3.& 6. Ecce vocavi ex nomine Beseleel, & implevi eum sapientia,&c. in omni opere, ad excogitandum, quidquid, &c. Dedique ei socium Ooliab, &c. T. 2.c.3.n.2.T.5.c.2.n.9.T.13.c.3.n.5.

Cap. XXXII.

v.6. Et surrexerunt ludere. T.16.c.1.n.4.

v.13. Recordare Abraham, Isaac, & Israël servorum tuorum. T.1.c.6.n.15.

v.23. Fac nobis Deos, qui nos præcedant. T.5.c.2.n.5.

v.26. Si quis est Domini, jungatur mihi. T. 14. c. 2. n.3.

v.27. Et occidat unusquisque fratrem, & amicum,& proximum suum. *ibid.*

v.32. Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dole me de libro tuo, quem scripsisti. T. 2.c.3.n.1. & T.11.c.6.n.4.

Cap. XXXIV.

v.24. Nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te,& apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. T.9.c 4 n.4.

v.29. Et ignorabat quod cornuta esset, &c. T.8.c.5. n 8.

v.30. Timuerunt propè accedere. T.3.c.3.n.8.

v.33. Posuit velamen super faciem suam. *ibid.*

Cap. XXXV.

v.5. Omnis voluntarius offerat aurum, & argentum, & æs,& hyacinthum, & purpuram, coccumque bistinctum,& byssum,pilos caprarum, & pelles arietum. T.VI.c.5.n. 2.

v.21. Obtulerunt mente promptissimâ & devotâ. T. 2.c.3.n.2.

Cap. XXXVI.

v.3. Tradidit eis Moyses omnia donaria filiorum Israel. T.2.c.3.n.2.

v.5.

Digitized by Google

v.5. Plus offert populus, quàm necessarium est. *ibid.* n. 3.

v. 6. Præconis voce cantari. nec vir, nec mulier quidquam offerat ultrà in opere sanctuarii. *ibid.*

Cap. XXXVIII.

v.8. Erat de speculis mulierum. T.2.c.6.n 2.

EX LIBRO LEVITICI.

Cap. I.

v.16. VEsiculam gutturis, & plumas, projiciet Sacerdos in loco, in quo cineres effundi solent. T. 3.c.5.n.10.

Cap. II.

v.11. Omnis oblatio quæ offertur Domino, &c, nec quidquam mellis adolebitur in Sacrificio. *ibid. n.* 4.

v.11. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet. T.9.c.3.n.16.

v.19 & 20. Sic fiet ei, fracturam pro fracturâ, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet; qualem inflixit maculam talem sustinere cogetur. T.4.c.4. n.11.

Cap. VIII.

v.3. & 4. Congregabis omnem cœtum ad ostium Tabernaculi. Congregataque omni Turbâ, antè fores Tabernaculi, &c. T.14.c.5.n.2.

Cap. XII.

v.8. Par turturum aut duos pullos columbarum. T. 11. c. 5. n. 1.

Cap. XIV.

v.34. Si fuerit plaga lepræ in ædibus. T.13.c.2.n.2.

v.36. At ille præcipiet, ut efferantur universa de domo, priusquàm egredietur eam, & videat, utrum leprosa sit. ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt. T.9.c.2.n.8.

Cap. XVI.

v.4. Accingetur zonâ lineâ, cidarim lineam imponet capiti suo: hæc enim vestimenta sunt sancta. T. 16.c.3.n.2.

47

Cap. XX.

v.7. & 8. Ego Dominus Deus vester. Ego Dominus. T.11.c.5.n.1.

Cap. XXI.

v.7. Scortum, & vile prostibulum non ducet uxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito. T.9.c.1. n.7.

Cap. XXII.

v.23. Bovem, & ovem, aure & caudâ amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solvi non potest. T.9.c.3.n.8.

Cap. XXIV.

v.19. Qui irrogaverit maculam civium suorum, &c.

Cap. XXV.

v.3, 4. & 5. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus: septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini, agrum non seres, & vineam non amputabis. Quæ sponte gignet humus, non metes, & uvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam, annus enim requietionis terræ est. T.12.c.2.n.7.

Cap. XXVI.

v.34. & 35. Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terrâ hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quòd non requieverit in sabbatis vestris, quando habitabatis in eâ. T. 12.c.2.n.7.

v.17. & 36. Fugietis, nemine persequente, & terrebit vos sonitus volantis folii. T.11 c 3 n.5.

EX LIBRO NUMERORUM.

Cap. II.

v.3. AD Orientem Judas figet tentoria. T. 14.c.6 n.12.

Cap. VIII.

v.8. Levitæ radant omnes pilos carnis suæ. T. 9. c.2. n. 11.

Digitized by Google

Cap. XI.

v.9. Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man. Tract. 13. conf. 1. num. 6.

v.14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi. Tract. 13. conf. 3. num. 7.

v.16. & 17 Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, &c. ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris. Tract. 13. conf. 5. num. 4.

v.17. Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis. *ibid.* n.6.

v.26 Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requievit spiritus. *ibid* n.4.

Cap. XII.

v.1 Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen. T.13 c.4 n.5.

Cap. XVI.

v.47 & 48 Cucurrit ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. Tract. 2. c.3. num. 6.

Cap. XXIV.

v.5 Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, & tentoria tua Israel. T.6 c.5 n.8.

v.17 Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel. T.6 c.2 n.6.

Cap. XXVII.

v.19 Stabit coram Eleazaro Sacerdote. T.6 c.3 n.3.

Cap. XXXI.

v.7 Cumque pugnâsset contra Madianitas, atque vicisset, omnes mares occiderunt, & Reges eorum. T.11 c.3 n.8.

Cap. XXXII.

v.29 Si transierint filii Gad, & fili Ruben, vobiscum Jordanem, omnes armati ad bellum coràm Domino, & vobis fuerit terra subjecta, date eis terram Galaad. T.4 c.3 n.10.

EX LIBRO DEUTERONOMII

Cap. IV.

v.1. ET nunc Israel audi præcepta, & judicia quæ ego doceo te. T.8 c.3 n.7.

v.15. 16 & 19. Non vidistis aliquam similitudinem in die, quâ locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis; ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ, ne forte elevatis oculis ad Cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. T.1 c.3. n.7.

v.24. Deus noster ignis consumens est. Tract. 4. conf. 4. num. 9.

Cap. VII.

v.25. Sculptilia eorum igne combures. Tract. 1. conf. 5. num. 6.

Cap. XI.

v.10 & 11 Terra ista, non est sicut terra Ægypti, ubi jacto semine, aquæ ducuntur irriguæ, &c. sed expectans pluvias de cœlo. T.8 c.5 n.5.

Cap. XII.

v.5 Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester. T.9 c.3 n.3.

Cap. XIV.

v.1. Filii estote Domini Dei vestri, non vos incedetis, neque facietis calvitiem super mortuo. Tract. 1. conf. 3. num. 2.

Cap. XVI.

v.21 Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui. T.3 c.5 n.8.

Cap. XVII.

v.20 Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos. T.2 c.3 n.3.

Cap. XXI.

v.23 Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. T.11. c.2. n.5.

Cap.

Ex Libro Deuteronomii

Cap. XXII.

v.9. Non seres vineam tuam altero semine. T.9.c.5. n.3.

v.10. Non arabis in bove, simul & asino. *ibid.* n.5.

Cap. XXVIII.

v.23. Cœlum supra te est æneum. T.2 c.3 n.4.

Cap. XXXII.

v.11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, assumpsit eos, atque portavit in humeris suis. T.2 c.2 n.6.

v.17. Dii novi, recentesque venerunt, quos non cognoverunt Patres eorum. T.1 c.4 n.7.

Cap. XXXIII.

v.2 & 3. In dexterâ ejus ignea lux, dilexit populos. T. 8 c.5.n.8.

v.6. Vivat Ruben, & non moriatur. Tract. 3. conf. 4. nonf. 3.

v.18. Lætare, Zabulon, in exitu tuo Issachar, & in tabernaculis tuis. T.13.c.5.n.5.

v.19. Ibi immolabunt victimas justitiæ. T.3 c.5.n.5.

Cap. XXXIV.

v.6. Et non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem. T.7 c.10.1.

EX LIBRO JOSUE.

Cap. V.

v.9 HOdiè abstuli opprobrium Ægypti à vobis. T.3 c. 1.n.3.

Cap. VI.

v.3.4 & 5 Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus: Septimo autem die Sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in Jubilæo, & præcedent Arcam fœderis, septiesque circuibitis civitatem, & Sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior, atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent civitatis. T.7. c.1 n.2.

Ex Libro Josue.

v.17 Sola Rahab meretrix vivat. T. 13 c.6.n.9.

Cap. VII.

v.25 Quia turbasti nos, exturbet te Dominus. T.12.c. 4 n.7.

Cap. XVIII.

v.1. Ibique fixerunt tabernaculum T.5 c.3 n.2.

Cap. XXIV.

v.2. Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor: servieruntque Diis alienis. T.3 c.4 n.2.

EX LIBRO JUDICUM.

Cap. IV.

v.17. ERat autem pax inter Jabin Regem Asor, & domum Haber Cinæi. T.7.c.4 n.5.

Cap. VI.

v.11 Excutiebat Gedeon, & purgabat sub quercu frumenta in torculari. T.7.c.1.n.1.

Cap. XI.

v.35 Quâ visâ, scidit vestimenta sua & ait: Heu me, &c. Aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. T. XI.c.1.n.6.

v.40 Exinde mos increvit in Israel, & consuetudo servata est, ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Jerusalem, & plangant filiam Jephte Halaaditæ diebus quatuor. T.9. c.6.n.2.

Cap. XIII.

v.25 Cœpitque spiritus Domini esse cum eo in Castris Dan inter Saraa & Esthaol. T.XII.c.3.n.2.

Cap. XIV.

v.19. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui. T.8.c.4.n.2.

Cap. XV.

v.1. Post aliquantulum temporis, venit Samson in visere volens uxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. *ibid.*

EX LIBRO I. REGUM.

Cap. I.

v.20. Concepit Anna, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Samuel. T. 5.c.6.n.16.

Cap. II.

v.1. Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cor meum in Deo meo. T. 5. c.6.n.16.

Cap. III.

v.9. Loquere Domine, quia audit servus tuus. T. 6. c.3. n. 5.

Cap. IV.

v.12. Currens vir Benjamin ex acie, venit in Silio in die illâ, scissâ veste. T. XI. c.3.n.6.

Cap. V.

v.2. Tuleruntque Philistiim Arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam juxta Dagon. T. XIV. c.5. n. 13.

Cap. VI.

v.12. Itinere uno gradiebantur pergentes, & mugientes. T 6 c.5.n. XI.

v.19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent Arcam Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. T. 13. c.1.n. 7.

Cap. VII.

v.17. Ædificavit ibi Altare Domino. Tract. 9. conf. 3. num. 3.

Cap. X.

v. 23. Ab humero, & sursum. Tract. 11, conf. 3. num. 6.

v.24. Clamavit omnis populus: vivat Rex. Tract. 14. c.6.n.1.

Cap. XIV.

v.7. Fac omnia, quæ placent animo tuo: perge quo cupis, & ero tecum quocunque volueris Tract. 11. conf. 6. num. 6.

v.41. Si in me aut in filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem, aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Tract. 5. conf. 2. n. 10.

Cap. XV.

v.23. Abjecit te Dominus, ne sis Rex. Tract. 11. conf. 3. num. 6.

Cap. XVI.

v.23. David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & levius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Tract. 1, c.5.n.9.

Cap. XVII.

v.38. Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput ejus, & vestivit eum lorica. T. 9. c.5.n.4.

v.39. Cœpit tentare, si armatus posset incedere: Dixitque David ad Saul, non possum sic incedere, quia non usum habeo, & deposuit ea. Tract. 10. conf. 5. num. 11.

v.39. Non poterat sic incedere. Tract. 6. conf. 4. num. 8.

v 54. Arma vero ejus posuit in tabernaculo suo. Tract. 2. conf. 5. num. 9. Tract. 3 conf. 3. num. 2. Tract. 8. conf. 5. n. 8.

Cap. XVIII.

v.7. Percussit Saul mille, & David decem millia. Tract. 3. conf. 3. num. 2. Tract. 4, conf. 1. num 2. Tract. 8 conf. 5 num. 8.

Cap. XX.

v.21. Si dixero puero, ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero, ecce sagittæ ultrà te sunt: Vade in pace, quia dimisit te Dominus. Tract. 10. conf. 3. num. 15.

Cap. XXI.

v.9. Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle Terebinthi. Tract. 8. conf. 5. num. 3.

Cap. XXII.

v.2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustiâ, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum Princeps: fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. T. 2. c 4.n.2.

v.3. Maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiscum. T. 11. c.4.n.2.

Cap. XXIV.

v.21 Nunc scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tuâ regnum Israël. Tract. 14. conf. 5. num. 5.

Cap.

CAP. XXV.

v.38. Cùmque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Tract 13.conf. 4. num. 7.

CAP. XXVI.

v.19. Maledicti sunt, qui me exulare cogunt, & dicunt vade, & servi Diis alienis. T.5.c.5.n.3.

EX LIBRO II. REGVM

CAP. I.

v. 21. MOntes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat super vos, nec sint agri primitiarum quia ibi abjectus est clypeus fortium. Tract. 5. conf.4. num. 3.

v.29. Sicut mater unicum amat filium, ita ego te diligebam. Tract.10.conf.1. num. 5.

CAP. II.

v.5 & 6 Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc, cum Domino vestro Rege, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis Dominus misericordiam, & veritatem. Tract. 14. conf. 3. num. 4.

CAP. VI.

v.11. Et fuit arca Domini in domo Obededom Gethei tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus. Tract. 7. c. 6. num.3.

v.14. Et David saltabat totis viribus ante Dominum. T.4 c.1 n. 1.

v.14. Accinctus Ephod. lineo. Tract. 2. conf. 5. num. 11.

v.20. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël, discoöperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris. T. 2.c.5.n. 11.

CAP. VII.

v.12. Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo. Tract.6.conf.1.num.6. Tract. 6. conf.2 num. 5.

v.16 Et fidelis erit Domus tua, & regnum tuum usque in æternum, ante faciem tuam. Tract.4.conf. 2.num 5.

CAP. XII.

v.4 Cùm autem peregrinus quidam venisset ad divitem, &c tulit ovem viri pauperis. Tract.5.conf. 3.n. 7.

v.8 Si pauca sunt ista, adjiciam tibi multò majora. Tract.1.conf.2.num.3.

v.33. Quod tulit diadema Regis eorum de capite ejus, &c. & impositum est super caput ejus. Tract. 1.conf.5 num. 6.

CAP. XIV.

v.14. Quasi aquæ dilabimur in terra. Tract.14 conf. 3.num. 5.

CAP. XV.

v.25. Reporta arcam Dei in urbem: si invenero gratiam in oculis Domini reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Tract.13 conf. 6. num. 19.

v.30. Scandens, & flens, & nudis pedibus incedens, & operto capite, ascendebat plorans. Tract 10.conf. 2.num. 4.

CAP. XVIII.

v.33. Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te. T.11.c.1.n.3.

CAP. XIX.

v.37. Tu autem, Domine mi Rex, sicut Angelus Dei es. Tract.10.c.2.n.2.

CAP XX.

v.25. Ira Iairites erat sacerdos David. Tract. 2. conf. 3.n.9.

CAP. XXIII.

v.15. O si quis mihi daret potum aquæ de cisternâ, quæ est in Bethlehem! T. 8.c.2.n.2.

v.15.&16. Desideravit ergo David, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisternâ, quæ est in Bethlehem juxta portam! Tract.13.c.1.n.6.

CAP. XXIV.

v.17. Ego sum qui peccavi, ego qui injuste egi, isti qui sunt oves, quid fecerunt? T.2.c.3.n.1.

EX LIBRO III. REGVM.

CAP. II.

v.5. TU nosti, quæ fecit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus Principibus exercitus Israël. T. 12 c.5.n 4.

CAP. III.

v.27. Hæc est mater ejus, date illi infantem vivum. T. 11. c. 1.n.4.

CAP. IV.

v.29. Omnes parietes Templi per circuitum sculpsit Salomon variis cælaturis Cherubim, & palmis. T. 4.c. 1.n.6.

Digitized by Google

Ex Libro III. Regum.

V.32 Locutus est Salomon de lignis à cedro usque ad hyssopum, quæ est in pariete. T.3 c.1 n.9.

Cap. XII.

v.10. Dixerunt ei juvenes, qui nutriti fuerant cum eô, sic loquéris ad eos: minimus digitus meus, grossior est dorso patris mei. Videns itaque populus, quod noluisset eos audire Rex; respondit: Quæ nobis pars in Israël? T.14 c. 1.n.2.

Cap. XV.

v.3 Nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut erat cor David patris ejus. T. 3 c.4.n.1.

Cap. XVII.

v.13. Vade, & mihi primùm fac de ipsâ farinulâ subcinericium panem parvulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. T.x.c.6.n. 10.

Cap. XVIII.

v.1. Ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ, T.2.c.3 n.4.

v.3. & 4. Abdias autem timebat Dominum valdè. Nam cum interficeret Jesabel Prophetas, & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane, & aqua. T. 12. c.6.n. 3.

v.26 & seq. Posse dici idola sæpius non respondisse consultantibus, & multa mendacia illis dixisse: quod Deus Israëlitarum non faciebat. Clamabant eum servi Baal à mane usque ad vesperam illum invocantes, ut sacrificium absumeret, neque absumpsit. T.8 c.1.n.7.

v.38. Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocaustum, &c. T.9 c.3 n.3.

Cap. XIX.

v.4. Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam. T. 10 c.5.n.3.

v.10. Derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. T.x1.c.6 n. 17.

v.11. Non in spiritu Dominus. T. 9.c.2.n.3.

v.13. Quid hic agis Elia? T.9.c.4.n.2.

v.15. Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascum: cumque perveneris illuc, unges Hazael Regem super Syriam: & Jehu filium Namsi unges Regem super Israël: Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abel-meula, unges Prophetam pro te. T. 7c.1.n.11.

Cap. XXI.

v.20. Venundatus sis, ut faceres malum. T.7 c.4.n.8.

Ex Libro IV. Regum.

v.27. Scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, & jejunavit, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. T.x1.c.5.n. 7.

EX LIBRO IV. REGUM.

Cap. II.

v.1. Cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem. T.8.c.4 n.5.

v.6. Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. T.11.c.6.n.5.

v.9. Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. T.7. c.1:n.4.

v.12. Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga ejus. T.12.c.4.n.10.

v.19. Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse, Domine, perspicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. T. 2.c.6 n.8.

Cap. III.

v.9. Descendit ad eum Rex Israël, & Josaphat Rex Juda, & Rex Edom. T.13.c.6.n. 20.

Cap. IV.

v.6. Cùmque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: affer mihi adhuc vas, & ille respondit: Non habeo, stetitque oleum. Tract. 14. cons. 1.num. 9.

v.27. Cùmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus. T. 14.c.1.n.3.

Cap. V.

v.10. Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane. *Ibidem.*

Cap. XV.

v.4. Verumtamen excelsa non est demolitus. T. 3.c. 4.n.9.

EX LIBRO I. PARALIP.

Cap. III.

v.1. Secundum Daniel de Abigail Carmelitide. T. 3 c.1.n.10.

Cap. VI.

v.10. Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo quam ædificavit Salomon. T.5.c.2.n.2.

Cap.

Digitized by Google

CAP. VII.

V.13 Filii autem Nephtali Iafiel, & Guni, & Ieſer, & Sellum filii Bala. T.x.c.6.n.2.

CAP. XX.

V.2. Tulit coronam Melchon de capite ejus, fecitque inde diadema. T.1 c.5 n.6.

CAP. XXI.

V.25. Siclos autem juſtiſſimi ponderis ſexcentos. T. 3.c.5.n. 2.

V.27. Præcepitque Dominus Angelo, & convertit gladium ſuum in vaginam. *ibidem.*

EX LIBRO II. PARALIP.

CAP. XXVI.

V. 4. ET fecit Ozia quod rectum eſt in conſpectu Domini. T.3.c.3.n.9.

CAP. XXXVI.

V.8. Reliqua autem verborum Joachim, & abominationes quas operatus eſt, & quæ inventæ ſunt in eo. T.1.c.3.n.2.

V.20. Si quis evaſerat gladium, ductus in Babylonem Regi, & filiis ejus, donec imperaret Rex Perſarum, & compleretur ſermo Domini, ex ore Jeremiæ, & celebraret terra ſabbatha ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbathum, uſque dum complerentur ſeptuaginta anni. Tract 12. conſ. 2.num. 7.

EX LIBRO II. ESDRÆ.

CAP. XIII.

V. 24. EX media parte loquebantur Azoticè, & neſciebant loqui Judaicè. T.4.c.5.n.7.

EX LIBRO TOBIÆ.

CAP. I.

V.5. CUm irent omnes ad vitulos aureos quos Jeroboam fecerat Rex Iſraël, hic ſolus fugiebat conſortia omnium. T.5.c.1.n.7.

CAP. II.

V.21. Videte ne forte furtivus ſit. Tract. 9. conſ. 1. num. 5.

CAP. V.

V.11. Gaudium tibi ſit ſemper, &c. Tract. 7. conſ. 5. num. 7.

V.12. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video. *ibid.*

EX LIBRO ESTHER.

CAP. VI.

V.7. HOmo quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, &c. Tract.14.c.3.num.10.

CAP. VII.

V.3. Si inveni gratiam in oculis tuis, ô Rex! & ſi tibi placet, dona mihi animam meam pro quâ rogo. T.11.c.5.n.5.

CAP. XV.

V.8. Ipſa Roſeo colore vultum perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis, &c. Tract. 2.conſ.6.num.11.

EX LIBRO IOB.

CAP. I.

V.1. VIr erat in terra Hus nomine Job. Tract.5. c.5.n.4. T. 14.c.4.n.1.

V.1. Erat vir ſimplex, & rectus. Tract. 13. conſ.4. num. 6.

V.2. Natique ſunt ei ſeptem filii, & tres filiæ. Tract. 12.conſ.2.n. 4.

V.6. Quadam autem die cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coràm Domino, adfuit inter eos etiam ſatan. T 18,c.4. n. 4.

V.8. Nunquid conſiderâſti ſervum meum Job? T. 10.conſ.3 n. 1.

V.8. Non erat ſimilis ei in terra. Tract. 12. conſ. 6. num. 7.

V.19. Ventus vehemens irruens à regione deſerti, concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos ſuos, & mortui ſunt. Tract.12. conſ.2.n.5.

V.20. Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, T.10.conſ.2.n.2. T.11.c.1.n.4.

CAP. II.

V.8. Teſta ſaniem radebat. Tract. 10. conſ. 2. num. 3.

V.11. Audientes tres amici Job omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo. Tract. 11,c.5.n.2. *ibid.* c.6. n. 9.

CAP. III.

V.8 Qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan. *ibid.* conſ. 4.num.3.

Digitized by Google

Cap. IV.

v.17. Numquid homo, Dei comparatione juſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir. Tract.9. conſ.2. num.7.

Cap. VII.

v.19 Quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum. Tract.10, conſ.3. num.2.

Cap. IX.

v.26. Dies mei tranſierunt ſicut naves poma portantes. Tract.8.conſ.2.num.5.

Cap. X.

v.3.& 4. Nunquid bonum tibi videtur ſi calumnieris, & opprimas me? Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu videbis. Tract.3. conſ. 4.num.10.

Cap. XI.

v.17. Cum te conſumptum putaveris, orieris ut Lucifer. Tract.12 conſ.4.num.6.

Cap. XXIX.

v.14.15.& 16. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento, & diademate, judicio meo, oculus fui cæco, pes claudo, pater eram pauperum. Tract.9. conſ.1.num.2.

Cap. XXXX.

v.29. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Tract.5. conſ.5. num.4.

Cap. XXXI.

v.6. Appendat me in ſtatera juſta,& ſciat Deus ſimplicitatem meam. Tract.14 conſ.5 num.6.

Cap. XLII.

v.5 Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Tract.9 conſ.2.num.5.

v.7. Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coràm me rectum, ſicut ſervus meus Iob. Tract.13.conſ.4.Num.6.

v.8. Sumite ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Iob. & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſervus meus orabit pro vobis, & non vobis imputetur ſtultitia. *ibidem.*

v.10. Addidit Dominus omnia quæ fuerunt Iob, duplicia. Tract.12.conſ.2.num.4.

v.11. Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & univerſæ ſorores ſuæ,& cuncti qui noverant eum prius, & comederunt cum eo panem. Tract.x. conſ.6,num.9.

v.14. Vocavit nomen unius diem, nomen ſecundæ Caſſiam, nomen tertiæ Cornuſtibii. Tract.12. conſ.1.num.3.

EX PSALTERIO.

Pſalmus II.

EGo autem conſtitutus ſum Rex ab eo. Tract.1. conſ.2. num.6.

Index locor. S. Script. in Marialí.

Pſal. IV.

v. 4. Scitote, quoniam mirificavit ſanctum ſuum. Tract. 14.conſ.5,num.5.

Pſal. V.

v.8. Introibo in domum tuam in holocauſtis, reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea Tract.9.conſ.3,num.3.

Pſal. VI.

v.7 Lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Tract.3. conſ.4.num.9.

Pſal. VIII.

v.4. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, quæ tu fundâſti. Tract.13.conſ.3 num.6.

v.8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus Tract.9.conſ. 6.num.11.

Pſal. IX.

v.23 Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. Tract.16.conſ.1.num.1.

Pſal. XII.

v.1. Salvum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus. Tract.5.conſ.1.num.9.

Pſal. XIII.

v.2. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Tract.9. conſ, 2. num 14.

Pſal. XXI.

v.10 Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre matris meæ. Tract.11.conſ.6. num.7. Tract.14.conſ. 6. num.7.

v 15. Sicut aqua effuſus ſum. Tract. 10. conſ.4 num.7.

v.17. Circum-

Digitized by Google

Ex Libro Job.

17. Circumdederunt me canes multi. Tract. 5. conſ. 4. num. 12.

v. 18. Dinumeraverunt omnia oſſa mea. Tract. 10. conſ. 1. num. 1.

Pſal. XXVI

v. 3. Si conſiſtant adverſum me, non timebit cor meum. Tract. 5. conſ. 6. num. 22. Tract. 12. conſ. 4. num. 2.

Pſal. XXIX.

v. 8. Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Tract. 12. conſ. 2. num. 1.

Pſal. XXXII.

v. 2. & 3. In Pſalterio decem chordarum Pſallite illi, cantate ei canticum novum. Tract. 1. conſ. 4. num. 8. Tract. 9. conſ. 3. num. 5.

Pſal. XXXIII.

v. 9. Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. t. 8. c. 4. n. 11.

Pſal. XXXIV.

v. 1. Iudica Domine nocentes me. Tract. 10. conſ. 2 num 4.

Pſal. XXXV.

v. 10. In lumine tuo videbimus lumen. Tract. 7. conſ. 5. num 8.

Pſal. XXXVI.

v. 23. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur, & viam ejus volet. Tract. 8 conſ. 5. num. 1.

Pſal. XLI.

v. 12. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Tract. 1. conſ. 5. num 8.

Pſal. XLI.

v. 1. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. Tract. 10. conſ. 3. num. 3.

Pſal. XLIV.

v. 1. Eructavit cor meum verbum bonum. Tract. 2. conſ. 5. num. 13.

v. 3. 5 & 6. Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis, ſpecie tua, & pulchritudine tua intende proſperè procede, & regna: propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Tract. 4. conſ. 8. num. 4.

Ex Psalterio.

v. 10. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata veritate. Tract. 15. conſ. 6. num. 8. Tract. 13. conſ. 6. num. 15.

v. 11. Audi filia: & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. Tract. 5. conſ. 6. num. 22.

Pſal. XLV.

v. 5. Sanctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus Tract 16. conſ. 1 num. 4.

Pſal. XLVIII.

v. 21. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Tract. 3. conſ. 6. num. 12.

Pſal L.

v. 9. Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Tract. 15. conſ. 6. num 16.

Pſal LI.

v. 10. Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei. Tract. 12. conſ. 3. num. 6.

Pſal. LXI.

v. 12 Semel locutus eſt Deus Tract. 12. conſ. 1. num 11.

Pſal. LXII.

v. 3. In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Tract. 11. conſ. 2.

Pſal. LXVII.

v 1. & 2: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Tract. 15. conſ. 3. num. 1.

v 6 Etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinai. Tract 1. conſ. 4. num. 3.

v. 10. Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam. Tract 4. conſ. 1. num. 5.

v. 26. Prævenerunt Principes conjuncti Pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum. Tract. 5. conſ. 3. num. 1.

Pſal. LXVIII.

v. 22. Et in ſiti mea potaverunt me aceto. Tract. 10. conſ. 2. num 7.

Digitized by Google

PSAL. LXX.

v.16. Introibo in potentias Domini, memorabor juſtitiæ tuæ ſolius, T.8.c.5.n.7.

PSAL. LXXVII.

V.69. Et ædificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum in terra. T.3.c.6 n 9.

v.70. De poſt fœtantes accepit eum. Tract. 14. conſ. 5.num. 5.

PSAL. LXXIX.

v. 2. Qui ſedes ſuper Cherubim. *ibid.* conſ.6. num.2.

PSAL. LXXXIII.

V.3 Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. T.7.c.5.n.2.

v.8. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. T. 6 c.5.n.1.

PSAL. LXXXIV.

v.1. Benedixiſti Domine terram tuam. Tract. 2. conſ.6.num.2. Tract.4.conſ.3.num. 6. Tract.15. conſ.1.num.1. Tract.17.conſ.1.num.5. Tract. 18. conſ.2.num.5.

Pſal. LXXXVI.

v.7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. T. 12.conſ.5.num 8. Tract.13.conſ.2.num 9. Tract. 15.conſ. 2.n.1.

Pſal. LXXXVIII.

v.38. Et thronus ejus ſicut Sol. T.3.c.6.n.2.

v.38. Thronus ejus teſtis in cœlo fidelis. Tract.16. conſ.1. num. 3.

PSAL. XC.

v.5. Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno. *ibid.* c.2.n.4.

PSAL. XCI.

v.8. Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. T.5 c 1 n.3.

v.13. Juſtus ut palma florebit. T.10.c.3.n.2. T.10. c 5.n.9.

PSAL. XCIV.

V. 3. Rex magnus ſuper omnes Deos. Tract. 4. conſ. 2. num. 8.

PSAL. CI.

V.20. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terram aſpexit. Tract. 14. con 6.num.4.

Pſal. CIII.

v.15. Et vinum lætificat cor hominis. Tract. 7. conſ. 6. num. 7.

v.22. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Tract. 17. conſ.2.num.5.

PSAL. CV.

v.35. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſervierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Tract. 5. conſ. 5. num. 5.

v.37. & 38. Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, & effuderunt ſanguinem filiorum ſuorum. Tract. 1. conſ.2.num.3.

PSAL. CIX.

v. 3. Ex utero ante luciferum genui te. Tract. 5 conſ.6 n.12.

v.3. In ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Tract.14. c.6.n.5.

v.4. Tu es Sacerdos in æternum. Tract 2. conſ. 3. num.7.

v.7. De torrente in via bibet, propterea exaltavit caput. T.12.c.3 n.9.

PSAL. CXIII.

v.5. Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Jordanis quia converſus es retrorſum. Tract. 5. conſ. 3. num 3.

PSAL. CXIV.

v.4. Tribulationem, & dolorem inveni. Tract. 11. conſ.4. num 3.

v.9. Placebo Domino in regione vivorum. Tract.5. conſ.5. num. 4.

PSAL. CXV.

v.3. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocavi. T. 1. c. 1.n.9.

v.6. O Domine, quia ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ. Tract. 4.c.3.n.3.

PSAL. CXVIII.

v.105. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Tract. 3.conſ.2.num. 7.

v.112. Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas propter retributionem. Tract.1.conſ. 1.num.8.

Digitized by Google

v.143. Tribulatio,& anguſtia invenerunt me. Tract. 11.conſ.4.n.3.

Psal. CXXVI.

v.3. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquam ſederitis. T. 12. c.5 n.3.

Psal. CXXVII.

v.2. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es,& bene tibi erit. Tract. 12.conſ.3.num.5. *ibid.*c.5,num. 6.

Psal. CXXIX.

v.1. De profundis clamavi ad te Domine. Tract. 9. conſ. 2. n. 13.

Psal. CXXX.

v.1.& 2. Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, ſi non humiliter ſentiebam,ſed exaltavi animam meam. Tract. 4. conſ. 1.num, 2.

Psal. CXXXI.

v.1. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus. Tract.3.conſ.1.num.1.
v.11. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Tract.2.conſ.4.num.1.

Psal. CXXXIII.

v.1. Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini, qui ſtatis in domo Domini. Tract.11. conſ.2.num. 6.

Psal. CXXXIV.

v.7. Educens nubes ab extremo terræ,fulgera in pluviam fecit. Tract.6.c,5. n. 15.

Psal. CXXXVI.

v.2. In ſalicibus in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra. Tract.12.conſ.5 num.9. Tract.18,conſ.2. num. 4.

Psal. CXXXVIII.

v.5. Tu formâſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Tract.16.conſ.1. num. 2.

Psal. CXLVIII.

V.5. Ipſe dixit,& facta ſunt. Tract 13. conſ 2.num.1.

***

Ex Libro Proverb.

Cap. I.

v.4. UT detur parvulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia,& intellectus. Tract.5.conſ. 1.num. 8.

Cap. III.

v.12. Quem enim diligit Dominus, corripit,& quaſi pater in filio complacet tibi. Tract. 10. conſ.3. num. 14.

Cap. VI.

v.23. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Tract.3. conſ.2.num. 7.

Cap. VII.

v.4. Dic Sapientiæ,ſoror mea es. Tract. 7. conſ. 1. num. 5.

Cap. IX.

v.5. Venite,comedite panem meum,& bibite vinum, quod miſcui vobis. T. 4.c.4.n.5.

Cap. XIII.

V.12. Spes quæ differtur affligit animam. Tract.8. conſ.1.num.5.

Cap. XVI.

v 4. Vniverſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Tract. 6.conſ. 2. num. 4.

Cap. XVIII.

v.10. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit juſtus, & exaltabitur. Tract. 15. conſ. 3. num. 2.

Cap. XXIV.

v.16. Septies enim cadet juſtus. Tract. 1. conſ. 5. num.4.

Cap. XXVIII.

v.1. Iuſtus quaſi Leo confidens abſque terrore erit. Tract.5.conſ.2 num. 12.

Cap. XXX.

v.18. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Tract.6.conſ.1.num 1.

Cap. XXXI.

v.10. Mulierem fortem quis inveniet. Tract. 16 conſ.3.num.3.

Digitized by Google

v.22. Byſſus, & purpura indumentum ejus. Tract. 12. conſ. 5. num. 11.

v.28. Surrexerunt filii ejus, & beatiſſimam prædicaverunt. Tract. 16. conſ. 3. num. 3. Tract. 16. conſ. 3. num. 5.

EX LIBRO ECCLESIAST.

Cap. I.

V.4. Generatio advenit, generatio præterit. T. 5. conſ. 5. num. 6.

v.7. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant. Tract. 14. conſ. 6. num. 10. Tract. 11. conſ. 1. num. 6.

Cap. II.

V.1. & 2. Dixi ego in corde meo vadam, & affluam delitiis & fruar bonis. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis. Tract. 7. c. 5. num. 4.

v.14. Oculi ſapientis in capite ejus. Tract. 3. conſ. 2. num. 7.

Cap. IV.

v.2. Laudavi magis mortuos quàm viventes. Tract. 10. c. 3. num. 12.

Cap. X.

V.5. 6 & 7. Eſt malum quod vidi ſub ſole, ſtultum poſitum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum. Vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſervos. Tract. 6. conſ. 5. num. 9.

EX CANTICIS.

Cap. I.

V.1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Tract. 6. conſ. 6. num. 1. Tract. 8. conſ. 1. num. 6. Tract. 9. conſ. 4. num. 5.

V.1. Meliora ſunt ubera tua vino. Tract. 7. conſ. 7. num. 7.

V.4. Trahe me poſt te, curremus, &c. Tract. 5. conſ. 1. num. 12. Tract. 7. conſ. 1. num. 8. Tract. 11. conſ. 6. num. 11.

V.4. Introduxit me Rex in cellaria ſua. Tract. 2. conſ. 3. num. 5. Tract. 7. c. 1. num. 3. Tract. 13. conſ. 7. num. 21.

V.4. In odorem unguentorum tuorum currimus. Tract. 8. conſ. 2. num. 9.

V.4. Recti diligunt te. T. 8. c. 6. num. 2.

V.4. Botrus Cypri, dilectus meus in vineis Engaddi. T. 4. c. 3. n. 2.

V.5. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me ſol. T. 9 c. 2. n. 6.

V.5. Decoloravit me ſol. T. 16. c. 2. n. 3.

V.5. Filii matris meæ pugnaverunt contra me. T. 11. c. 5. n. 9

V.6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas in meridie? Tract. 11. conſ. 4. n. 5.

v.7. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere. T. 9. c 2. n. 12.

V.9. Collum tuum ſicut monilia. T. 3. conſ. 5. n. 7.

V.11. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo. Tract. 2. c. 4. n. 1. T. 9. c. 6. n. 5.

V.11. Nardus meus dedit odorem ſuum. Tract. 12. c. 3. n. 8.

V.16. Lectulus noſter floridus. T. 8. c. 5. n. 4. T. 10. c. 1. n. 2. T. 13. c. 6. n. 11.

V.16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. T. 9. c. 1. n. 4.

Cap. II.

V.1. Ego flos campi, & lilium convallium. Tract. 4. c. 1. n. 10.

V.2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. *ibid.* n. 7.

V.3. Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Tract. 8. c. 4. num. 12 T. 10. c. 4. n. 1.

V.8. & 9. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum. T. 8. c. 2. n. 3.

V.12. Tempus putationis advenit. Tract. 10. conſ. 4. num. 1.

V.14. Columba mea. T. 9. c. 6. n. 10.

V.16 & 17. Qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies. T. 6. c. 5. n. 9 T. 11. c. 1. n. 1.

Cap. III.

V.4. Paululum cùm pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea. T. 5. c. 5 n. 9.

V.6. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii? T. 4. c. 1. n. 10. T. 15. c. 2. n. 2 T. 18. c. 3. n. 9.

V.9. Ferculum ſibi fecit Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtravit propter filias Hieruſalem. T. 1. c. 1. n. 7.

V.11 Egredimini filiæ Sion, & videte Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua. T. 2. c. 5. n. 5. T. 10. c. 4. n. 8.

Digitized by Google

Ex Canticis.

Cap. IV.

V.3. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. T. 2. c. 2. n. 2.

V.6. Vadam ad montem Myrrhæ. T. 10. c. 2. n. 6.

V.8. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana T. 5. c. 6. n. 20. T. 13. c. 6. n. 20.

V.9. Veni de Libano sponsa mea, coronaberis de cubilibus leonum, de montibus pardorum. T. 1. c. 5. n. 7. T. 5. c. 6. n. 20. T. 13. c. 6. n. 20.

V.9. Vulnerâsti cor meum soror mea sponsa, vulnerâsti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. T. 5. c. 3. n. 10. T. 13. c. 2. n. 4.

V.12 Hortus conclusus. T. 3. c. 6. n. 11. T. 13. c. 6. n. 4.

V.13. Emissiones tuæ Paradisus. T. 2. c. 6. n. 6. T. 12. c. 3. n. 8.

V.13. & 14. Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cypri cum Nardo, Nardus, & Crocus, fistula, & cinnamomum cum universis lignis Libani, Myrrhæ, & Aloë cum omnibus primis unguentis. T. 6. c. 5. n. 16. T. 9. c. 6 n. 6.

V.15. Pureus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. T. 7. c. 3. n. 1.

V.16. Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata. T. 13. c. 2. n. 5.

Cap. V.

V.7. Tulerunt pallium meum, percussérunt me, & vulneraverunt me. T. 12. c. 3 n. 4.

V.12. Oculi tui columbarum quæ resident juxta fluenta plenitima. T. 2. c. 2. n. 7.

V.14. Venter ejus eburneus, distinctus Sapphiris. T. 5. c. 6. n. 5.

V.14. Manus ejus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis. T. 9. c. 1. n. 6.

V.15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. T. 7. c. 2. n. 3.

Cap. VI.

V.4. Averte oculos tuos à me. T. 9. c. 2. n. 2. n. 6.

V.8. Una est columba mea. T. 5 c. 6. n. 26.

V.9. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? T. 6. c. 5. n. 6. T. 13. c. 6. n. 14.

V.9. Pulchra, & Luna. T. 8. c. 5. n. 1.

V.10. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium. T. 10. c. 3. n. 5.

***

Ex Libro Sapientiæ.

Cap. VII.

V.2. Umbilicus tuus crater tornatilis non indigens poculis. T. 4. c. 4. n. 5.

V.2. Venter tuus sicut acervus tritici. T. 10. c. 6. n. 5.

V.7. Statura tua assimilata est palmæ. T. 10. c. 2. n. 3.

V.10. Ego dilecto meo, & ad me conversio ejus. T. 6 c. 5. n. 9.

Cap. VIII.

V.1. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, &c. T. 2. c. 4. n. 1. T. 8. c. 3. n. 5 T. 10. c. 6. n. 9.

V.2. Soror nostra parvula est, & ubera non habet. ibidem. n. 1.

V.10. Ego murus, & ubera mea sicut turris. T. 16. c. 2. num. 2.

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

CAP. VI.

V.10. ADvos ergo Reges sunt hi sermones mei, ut discaris sapientiam, & non excidatis. T. 2. c. 2. n. 8.

Cap. VII.

V.26. Speculum sine maculâ. T. 9. c. 2. n. 1.

Cap. VIII.

V.2. Hanc amavi, & quæsivi sponsam mihi eam assumere. T. 7. c. 1 n. 5.

Cap. XI.

V.7. & 8 Nam ex aquâ, quæ ante erat, terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento, & campus geminans de profundo nimio. Per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur tuâ manu. T. 2. c. 6. n 1. T. 10. c. 5. n. 6.

EX LIBRO ECCLESIAST.

Cap. II.

V.10. QUi timetis Dominum, diligito illam, & illuminabuntur corda vestra. T. 8. c. 4 n. 10.

Cap. III.

V.5. Sicut qui thesaurizat, ita, & qui honorificat matrem suam. T. 16. c. 3. n. 7.

Cap. VI.

V.8. Est amicus secundum tempus, & non permanebit in die tribulationis. T. 11 c. 6. n. 10.

Cap. VII.

V.25. Filii tibi sunt, erudi illos, & curva illos, à pueritiâ illorum. T. 5 c 6. n. 17.

Cap. XVII.

V.1. & 2. Deus creavit de terrâ hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum convertit illum in ipsam. T. 18. c. 1. n. 3.

Cap. XXI

Digitized by Google

Ex Libro Ecclesiast.

Cap. XXIV.

v.7. Thronus meus in Columna nubis. Tract. 4. Conſ 4 num. 9.

v.17. Quaſi Cypreſſus in monte Sion. tract.4.c.1.n. 7.T.18 c.3.n. 8.

v.18. Quaſi plantatio Roſæ in Jericho. Tract.2 conſ. 6.Num. 8.

v.19. Quaſi oliva ſpecioſa in campis. Tract. 12. conſ.3.num. 6.

v.23. Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris. Tract.4.conſ.6.num.7. Tract.5.conſ.6.Num.10. Tract.18.conſ.2. num.3.

v.28. Memoria mea in generatione ſæculorum. *ibid.* conſ 3.num.4.

v.30. Qui operantur in me non peccabunt. Tract.16. conſ.6.num. 17.

Cap. XXXIV.

v.1.&2. Vana ſpes, & mendacium viro inſenſato, & ſomnia extollunt imprudentes, quaſi qui apprehendit umbram,& perſequitur ventum. Tract.8. conſ.1.num. 7.

v.24. Qui offert ſacrificium, ex ſubſtantiâ pauperum,quaſi victimat filium in conſpectu patris ſui. Tract.3 conſ.5.num.13.

v.25. Panis egentium vita pauperum,& qui defraudat illum,homo ſanguinis eſt. *ibidem.*

Cap. XXXVI.

v.24. Species mulieris exhilarat faciem viri, & ſuper omnem concupiſcentiem hominis ſuperducit deſiderium. T. 4.c.4.n.4.

Cap. XXXVIII.

v.3. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Tract.18. conſ.2.n. 5.

Cap. XLIV.

v.16. Enoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum. T.13.c.5.n.3.

Cap. XLIX.

v.5. Præter David,Ezechiam,& Ioſiam, omnes peccatum commiſerant. Tract.3.conſ.4.n.9.

Ex Isaia.

v.9. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma fuiſſemus,&quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. *ibidem*

v.10. Principes Sodomorum,& populus Gomorrhæ *ibidem.c.5.n.6.*

v.22. Vinum tuum mixtum eſt aquâ. Tract.5.conſ 6.num.5.

Cap. II.

v.2. Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium. Tract.14. conſ.6.num.2.

Cap. III.

v.11. Mulieres dominatæ ſunt eis. Tract. 7. conſ.4. num.6.

v.18. In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum,& lunulas. T.3.c.6.n.7.

Cap. IV.

v.1. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum. Tract.4.conſ.7.num.3.

Cap. VI.

v.1.&2. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, &c. Seraphim ſtabant,ſex alæ uni,& ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus,& duabus velabant pedes ejus,& duabus volabant Tract.3.conſ.2.num 6. Tract. 6. conſ. 3. conſ.num. 6. Tract. 9.,2.num.2. Tract.16.conſ.1. num. 3.

v.1. In anno quo mortuus eſt Rex Ozias vidi Dominum ſedentem,&c. T. 14.c.1.n.10.

v.1. Et ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. T.9.c.1.n. 1.

v.2. Seraphim ſtabant ſuper illud. Tract.11. conſ.6. num.2.

v.4. Et domus repleta eſt fumo. T. 17.n.1.

v.8. Quem mittam,& quis ibit nobis? Tract.7.conſ. 3.num.4.

v.9. Ecce ego,mitte me,*ibid.*c.1.n.9.

Cap. VII.

v.14. Ecce Virgo concipiet, & pariet, &c. Tract.6. conſ.1.num.1.

Cap. VIII.

v.1. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Tract.1.conſ.2.num.2. Tract. 2.conſ. 1.num. 2.

v.4. Antequam puer ſciat vocare patrem ſuum, & matrem. T.5.c.6. n. 10.

Cap. IX.

v.6. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus. T. 2.conſ. 2.num.3.

Cap. X.

Digitized by Google

Cap. X.

V.3 Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cujus fugietis auxilium. T. 7.c.2.n.5.

V.5. Væ Assur, virga furoris mei. Tract 4. conf.4. n.6.

Cap. XI.

V.1. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet. Tract, 4. conf.3. num 8. Tract.6. conf.1. num 10.

V.10. Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Tract. 1. conf. 2, num. 1.

Cap. XIV.

V.12. Quomodo ceciditi de cœlo Lucifer? Tract.11. conf.6.num.1.

V.13. Super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti. T. 6. c.3.n.6.

Cap. XXI.

V.11. & 12. Onus Duma. Ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos, venit manè, & nox: si quæritis, quærite: convertimini, venite. Tract. 8. conf. 4 n.8.

Cap. XXIX.

V.13. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. T.4.c.3.n.7.

Cap. XLV.

V.8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum, & justitia oriatur simul. T.6.c.6.n.4.

Cap. XLVIII.

V.1. Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Israël. T.4 c.5.n.6.

Cap. XLIX.

V.6. Dedi te in lucem gentium. Tract. 9. conf. 6. num.12.

Cap. L.

V.5. & 6. Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Tract 3. conf. 2. num. 4.

Cap. LIII.

V.2. Ascendet sicut virgultum coràm eo, & sicut radix de terra sitienti. T.6.c 1.n.4

479

V.3. Virum dolorum, & scientem infirmitatem. T. 10.c 3.n. 13.

V.7. Oblatus est quia ipse voluit. T. 7.c.3.n.7.

V.7 Quasi agnus coràm tondente se obmutescet. T. 17.c.3.n.2.

V.10. Et voluntas Domini in manu ejus. Tract. 3. conf.2.n.4.

Cap. LIV.

V.16. Ecce, ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas. T.18.c.2.n.7.

Cap. LVIII.

V.8. Erumpet quasi manè lumen tuum. Tract.7.conf. 2.num.3.

Cap. LIX.

V.19. Cum venerit quasi fluvius violentus. Tract.12. conf.3.num.3.

Cap. LXV.

V.15. Dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus. Tract. 4.conf.5.n.2.

Cap. Vlt.

V.7. Antequàm veniret tempus partus ejus, peperit masculum. Tract.8.c.3.n 2.

EX JEREMIA.

Cap. I.

V.10. ECce constitui te hodiè super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & dispердas, & ædifices, & plantes. T.12.c.5.n.2.

V.14. Ab aquilone pandetur malum. Tract.13.conf. 2.num.5.

Cap. II.

V.34. In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum. T.3.c.5.n.13.

Cap. V.

V.4 & 5. Forsitan pauperes sunt, & stulti facti sunt Ibo igitur ad Optimates, & loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, sed ipsi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula. Tract. 5. conf. 3. num.6.

V 5. Ibo igitur ad Optimates, ipsi enim cognoverunt viam Domini. *ibidem.*

Digitized by Google

Cap. VII.

v.9.&10 Furari,occidere,adulterari,&c. Et veniſtis, & ſteteſtis coràm me in domo hac. T.9.c.3.n.9.

Cap. IX.

v.23 Non glorietur ſapiens,in ſapientiâ ſuâ,quia ego ſum Dominus,qui facio. T.8.c.5.n.9.

Cap. XVII.

v.16.Diem hominis non deſideravi,tu ſcis. T.3.c.6. num.2.

Cap. XXVII.

v.2.Fac tibi vincula,& catenas: & pones eas in collo tuo, &c. Tract.10.c 2.n.1.

Cap. XXXI.

v.21 & 22 Revertere virgo Iſraël,revertere ad civitates tuas iſtas. &c. quia creavit Dominus novum ſuper terram,fœmina circumdabit virum. Tract. 17.c.1.n.3.

Cap. XXXIII.

v.25.Niſi pactum meum ſtetiſſet inter diem, & noctem,leges cœlo,& terræ non poſuiſſem. Tract. 9.c.6.n.11.

Ex Threnis.

Cap. II.

V.8. COgitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. T.12.c.4.n.3. T.16.c.2.n.2.

v.13.Magna eſt enim,velut mare,contritio tua. Tract. 18.c.4. n.5.

Cap. III.

V.15. Replevit me amaritudine. Tract. 4. conſ. 4. num.3.

V.30.Dabit percutienti ſe maxillam. *ibid.* n.6. Tract. 7.c.3.n.7.

Cap. IV.

v. 16. Facies Domini diviſit eos. Tract. 4. conſ. 4.num. 6.

Cap. V.

v.1.Recordare,Domine, quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum: Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos: Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ: Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparavimus. Cervicibus noſtris minabamur,& laſſis non dabatur requies. T.9.c.5.n.6.

v.8.Servi dominati ſunt noſtri. Tract. 6. conſ. 3. num. 11.

Ex Ezechiele.

Cap. I.

V. 9. NOn revertebantur cum incederent. Tract. 3.conſ.2.num.5.

v.10.& 17. Et rota,in medio rotæ. Tract.12.conſ.4. num 5.

Cap. II.

v.1.3.6.Et tu fili hominis. Tract. 12.c.6.n.6.

v.9.&10.Vidi,& ecce manus miſſa ad me, in quâ erat involutus liber: & expandit illum coràm me,qui erat ſcriptus intus,& foris: & ſcripta erant in eo lamentationes,& carmen,& væ. Tract.12. conſ.1.num.5.

Cap. III.

v.1.Fili hominis quodcumque inveneris, comede, comede volumen iſtud. *ibidem.*

v.13.Et audivi vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Tract. 6. conſ. 5. num.17.

Cap. IV.

v.1.Sume tibi laterem,& deſcribes in eo Civitatem Jeruſalem, &c. Et ordinabis adverſus eam obſidionem. Tract. 1.conſ.2.num.2. Tract. 2.conſ.1. n.2.

v.3.Et tu ſume tibi ſartaginem ferream. Tract. 11.c. 5.num.2.

Cap. IX.

v.8 Heu,Heu,Heu,Domine Deus, ergóne diſperdes omnes reliquias Iſraël? *ibidem.*

Cap. X.

v.4.Et repleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt ſplendore gloriæ Domini. Tract. 8. conſ. 4. num. 8.

Cap. XVII.

v.3.Aquila grandis magnarum alarum,longo membrorum ductu,venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri. Et tranſportavit eam in terram Chanaan,in urbe negotiatorum poſuit illam. T. 5.conſ.6.num.7.

Cap. XXVIII.

v.12.& 13.Tu ſignaculum ſimilitudinis in deliciis paradiſi Dei fuiſti. Tract.7.c.5.n.3.

v.13.Omnis lapis pretioſus,operimentum tuum, &c. & foramina tua in die,qua conditus es, præparata ſunt.T.8.c.5.n.10. T.14.c.6.n.2.

v.14.Tu Cherub extentus, & protegens. Tract.4. c.5.n.1.

Cap. XLVII.

v.12 Per ſingulos menſes afferet primitiva. Tract.6. conſ.5.n.2.

EX DANIELE.

Cap. II.

V. 35. Mons ille magnus. Tract. 4. conſ. 1. num. 10.

v.48.Et conſtituit eum Principem ſuper omnes Provincias Babylonis.T.13.c.3.n.4.

Cap. III.

v.97.Time,Rex promovit Sidrach, Miſach, & Abdenagd,in Provincia Babylonis. *ibidem.*

Cap. IV.

v.5 Donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel. T.13.c.3.n.4.

Cap. V.

v.5.Et in eâdem horâ apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis.Tract.4.c.3.n.9.

v.16.Si ergo vales Scripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpurâ veſtieris, & torquem aureum circa collum tuum habebis, & tertius in Regno meo Princeps eris. *ibidem.*

Cap. VI.

v.3.Igitur Daniël ſuperabat omnes Principes, & Satrapas : quia ſpiritus Domini amplior erat in illo. Tract.14.c.5.n.6.

Cap. IX.

v.21.Ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, &c. Ego autem veni, ut indicarem tibi. Tract.6.c.4.n.2.

v.23.Vir deſideriorum. T.8.c.1.n.10.

Cap. XII.

v.13. Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti,& uno diebus. Et ecce Michael unus de

Principibus primis venit in adjutorium meum. Tract.6.c.4.num.12.

Cap. XIII.

v.57.Sic faciebatis filiabus Iſraël : & illæ timentes loquebantur vobis: ſed filia Judæ non ſuſtinuit iniquitatem veſtram, Tract 5.conſ.5.num.8.

EX OSEA.

Cap. II.

V. 15. Dabo eis vallem Achor, ad aperiendam ſpem.T.12.c.4.n.7.

v.18.Et dormire eos faciam fiducialiter. Tract.8, conſ.1.num.4.

Cap. III.

v.2.Et fodi eam mihi quindecim argenteis. Tract.1. conſ.5.n.11.

Cap. VII.

v.3.In malitiâ ſuâ lætificaverunt Regem, & in mendaciis ſuis Principem. Tract.5.c.2.n.7.

v.11.Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. T.2.c.2.n.7.

Cap. XI.

v.3.Portabam eos in brachiis meis. Tract.11.conſ.1. num.3.

Cap. XII.

v.1.Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mendacium,& vaſtitatem multiplicat: & fœdus cum Aſſyriis iniit,& oleum in Ægyptum ferebat.Tract.8.c.1.n.8.

Cap. XIII.

v.14.Ero mors tua,ô mors,morſus tuus ero inferne. T.13.c.6.n.8.

Cap. XIV.

v.7.Odor Libani.T.5.c.6.n.20.

EX AMOS.

Cap. VII.

V. 7. Et ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu ejus trulla cœmentarii. Tract. 12.c.3.n.7.

Digitized by Google

Ex Jona.

Cap. I.

v.3. ET surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini. Tract.9.conf.4.num.3.

Cap. III.

v.3. Ninive erat civitas magna, itinere trium dierum. Tract.3. conf 2.num.8.

v.4. Et cœpit Ionas introire in civitatem itinere diei unius. *ibidem.*

Cap. IV.

v.6. Et lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna. Tract.14.conf.3.num.7.

v.11. Ego non parcam Ninive civitati magnæ, in quâ sunt plus quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam? Tract.1 conf.5.num.3.

EX MICHÆA.

Cap. III.

v.8. Princeps postulat, & judex reddendo est Tract.1.conf.2.num.7.

Cap. V.

v.1. Nunc vastaberis filia latronis. Tract.14. conf.1 num.8.

v.2. Et tu Bethlehem terra Iuda. Tract. 17. conf.3 num.6.

Cap. VII.

v.1. Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemię. Tract.5. conf 1.num.9.

v.6. Inimici hominis domestici ejus. Tract.9.conf.2. num 9.

EX ABACUC.

Cap. III.

v.3. VEniet sanctus de monte Pharan. Tract.4 conf.4.num.2.

v.3. Deus ab Austro veniet. Tract.13. conf.2.num.5.

EX SOPHONIA.

v 4. ET desperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum Sacerdotibus Tract 4 conf.5.num.13

Cap. III.

v.9. Servient ei humero uno. Tract. 11. conf.8. num.8.

EX AGGÆO.

Cap. I.

v.1. FActum est Verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ. Tract.4 conf 2.num.4.

EX ZACHARIA.

Cap. IV.

v.2. VIdi, & ecce candelabrum aureum totum. Tract.16.conf 3.num.16

Cap. VI.

v.12. Ecce vir oriens. Tract.11.conf. 2.num.7.

Cap. XI.

v.2. Quercus Basan. Tract.8.conf.6.num.9.

EX LIBRO MALACHIÆ.

Cap. III.

v.1. STatim veniat ad templum suum. Tract.9. conf.6 num.3.

Cap. IV.

v.2. Orietur vobis sol Iustitiæ. Tract.8.conf.3. num 1.

EX LIBRO I MACHABÆOR.

Cap. II.

v.7. DAvid in sua misericordiâ consecutus est Regnum. Tract.2.conf.4.num.2.

v.58. Elias dum zelat zelum legis, raptus est in cœlum. Tract.13.conf.1.num.6.

EX MATTHÆO.

Cap. I.

v.1. LIber generationis Iesu Christi. Tract.2.conf. 1.num 6 Tract.18.conf.3. num.1.

v.6 Iesse autem genuit David Regem, David autem Rex, &c. Tract.1.conf.4.num 12.

Digitized by Google

v.19. Ioseph autem vir ejus cùm esset justus, &c Tract.6.conf.1.num.1.

v.20. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Tract.17. conf 2. num 2.

v.25. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Tract 10. conf.6.num.3.

Cap. II.

v.2. Vidimus stellam ejus in Oriente. Tract.14.conf.1. num.6.

v.11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria Matre ejus.: Tract.7 conf.6.num.4.

v.11. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Tract.10. conf.2.num.6.

v.13. Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum Tract.4.conf.5.num.4.

v.16. Herodes occidit pueros. Tract.5. conf.6. num. 12.

v.18. Vox in Rhama audita est ploratus, & ululatus: Rachel plorans filios suos. Tract.5.conf.7 num.4. Tract.13.conf 6.num.16.

Cap. III.

v.10. Iam securis ad radicem posita est T.3.c.1.num.3.

v.16. Et vidit Spiritum sanctum Dei descendentem sicut columbam, & venientem supra se. Tract.8. conf.6.num.3.

Cap. IV.

v.1. Tunc ductus est Iesus in desertum. Tract.10. conf.3.num.14.

Cap. V.

v.11. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint. *ibid.* num. 13.

v.39. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te. Tract.9. conf.3.num.7.

v.24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea veniens offeres munus tuum, *ibid.*

v.45. Si quis percusserit te in dexteram maxillam præbe illi & alteram Tract.7.conf.3.num.6.

v.45. Super bonos & malos. Tract. 13. conf. 6. num. 14.

Cap. VI

v.10. Adveniat regnum tuum. Tract.8.conf. 4.num. 7.

Cap. VII.

v.13. Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, multi sunt, qui intrant per eam Tract.5.conf.1.num 1.

Cap. VIII.

v.2. Si vis, potes me mundare. Tract 6.conf.6.num. 6.

v.6. Domine. puer meus jacet in domo paralyticus. Tract.11 conf.2 num.6. Tract.14.conf 1.num.4.

v.11. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham Isaac, & Iacob in Regno cœlorum. Tract.5.conf.1.num.11.

v.19. Sequar te quocumque ieris. Tract. 7. conf.3. num.5.

v.29. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei: venisti huc ante tempus torquere nos? Tract.8.conf.3.num. 8. Tract.18.conf.4 num.4.

Cap. IX.

v.15. Venient autem dies, cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt. Tract 11. conf.6.num.18.

Cap. X.

v.16 Et simplices sicut columbæ. Tract.3.conf.6. num.14.

v.23. Cum autem persequentur vos in civitate istâ, fugite in aliam. Tract 11.conf.4.num.6.

v.25. Non est discipulus super magistrum. Tract. 4 conf.1.num.4.

Cap. XI.

v.2. Cum audisset Ioannes in vinculis. Tract.11. conf. 2.num.7.

v.3. Tu es qui venturus es? An alium expectamus? Tract.13.conf.4.num.8.

v.29. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Tract.2.conf.5.num 8. Tract.3.conf.1. num.1. T.7. conf.3.num.3. Tract 12.conf.3.num.3.

Cap. XIII.

v.55. Nonnè hic est filius fabri? Tract.17.conf.2.num.1

Cap. IV.

v.15. Dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas. Tract.1.conf.3. num 8.

v.21. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, excepris mulieribus, & parvulis. Tract.5.conf.6.num. 12.

Cap. XI.

v.15. Honora patrem tuum, & matrem. Tract.13. conf.6.num.4.

v 8. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Tract.4.conf.3.num.7.

v.26. Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Tract.4.conf. 4. num. 11.

Cap XVI.

v.16. Tu es Christus filius Dei vivi. Tract.14.conf.4. num.8.

Digitized by Google

Ex Matthæo.

v.18 Tu es Petrus.&c. *ibid.*

v.19.Tibi dabo claves Regni cœlorum. Tract.8. conſ.6. num.6.

v.23. Scandalum es mihi. Tract. 4.c.1.n.8.

Cap. XVII.

v.2.[Reſplenduit facies ejus ſicut Sol. Tract 7.conſ. 5.num. 6.

v.5.Hic eſt filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui. Tract.11.c.1 n.3.

Cap. XVIII.

v.1.Quis putas major eſt in regno cœlorum? Tract. 5.c.3.n. 11.

v.9.Si oculus tuus ſcandalizat te,erue eum , & projice abs te. Tract.14.c.2.n.8.

Cap. XIX.

v.16 Magiſter bone,&c.Tract.8.conſ.5.num 7.

v.17.Quid me interrogas de bono? unus eſt bonus, Deus. *ibid.*

v.27.Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, T.9.c,3.n.6. T.14.c.4.n.5.

v.28.Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim,judicantes duodecim tribus Iſraël, Tract. 2. conſ. 1. num. 5.

Cap. XX.

v.21.Dic.ut ſedeant hi duo filii mei , unus ad dexteram tuam , & alius ad ſiniſtram in regno tuo. Tract.14.c.4.n.5.

v.22.Neſcitis quid petatis. *ibid.*

v.23.Calicem quidem meum bibetis. *ibid.*

Cap. XXI.

v.9.Benedictus qui venit in nomine Domini. Tract. 4.conſ.3.n.5.

Cap. XXII.

v.12. Amice quomodo huc intrâſti , non habens veſtem nuptialem. T.13.c.2.n.11.

v.13.Mittite eum in tenebras exteriores. *ibid.*

v.14.Multi ſunt vocati , pauci vero electi. Tract.1. conſ.1.n.11.

Cap. XXV.

v.4.Exierunt obviam ſponſo , & ſponſæ. Tract.15. c.2.num. 5.

v.11.Domine , Domine aperi nobis, *ibid.*

v.12,Neſcio vos *ibidem.*

v.24.Metis ubi non ſeminâſti. Tract. 16. conſ.1. num.1.

v.35.Eſurivi,& dediſtis mihi manducare,ſitivi,& dediſtis mihi bibere.nudus eram,& cooperuiſtis me. T.x.c.1.n.10.T.13.c,2,n.7.

Ex Marco.

v.40.Quod uni ex fratribus meis feciſtis, Tract.2.c. 4.num.7.

Cap. XXVI.

v.2.Filius hominis tradetur. Tract. 18. conſ. 4. num. 6.

v.13.Amen dico vobis,ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in univerſo mundo: dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus. Tract.1.c.2. n.1.T.13.c.4. n. 9.

v.18.Ite in civitatem ad quendam. T.5.c.3.n.8.

v.25.Nunquid ego ſum Rabbi? T.4.c.2.n.6.

v.30.Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti. T.18.c.3.n.6.

v.34.In hac nocte,antequam gallus cantet , ter me negabis. T.17.c.2.n.6.

v.38.Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Tract. 18.c.3.n.6.

v.29.Pater mi,ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. T.10.c.5.n 4.

v.45.Tunc venit ad diſcipulos ſuos,& dixit eis : dormite jam,& requieſcite, ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatoris. T. 2.c.2. n. 4.

v.55.Tanquàm ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me? Tract.11.c.4.n.8.

Cap. XXVII.

v.4.Peccavi tradens ſanguinem juſtum. Tract. 14.c. 6 n.11.

v.5 Et projectis argenteis in templo , receſſit. *ibid.*

v.13.Non audis,quanta adverſum te dicunt teſtimonia.T.17.c.3.n.2.

v.19.Nihil tibi,& juſto illi. *ibid.*num.3

v.24.Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus. *ibid.*

v.32.Invenerunt hominem , Cyrenæum nomine Simonem: hunc angariaverunt,&c. T.7.c.2.n.9.

v.34.Cùm guſtâſſet,noluit bibere. T. x1.c.4.n.9.

v.37. Poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ſcriptam hic eſt Jeſus Rex Judæorum. T.4.c.11.n.5.T.2.c 2. num.3.

v.40.Si filius Dei es, deſcende de Cruce. T.2 c.5. n.4.T.16,c.1.n.1.

v.45.Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram. T.12.c.2.n.9.

v.46.Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.T.11.c.6.n.14.

v.48.Et continuò ſurgens unus,acceptam ſpongiam implevit aceto.T.7.c.2.n 9.

v.52. Multa corpora Sanctorum , qui dormierant, ſurrexerunt. T.13.c.6.n.8.T.17.c.1.n.4.

Cap. XXVIII.

v.4.Exterriti facti ſunt,velut mortui. T. 11.c 3.n.8.

v.18. Data est mihi omnis potestas, &c. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. T.2.c.2.n.1. T.2.c.4.n.7. T.2.c.6.n.6.

v.19. Euntes ergo, &c. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. T.2.c.2 n.1.

v.20. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. T. 18.c.3.n.4.

EX MARCO.

Cap. I.

V.12. EXpulit eum Spiritus. T.10.c.3.n.14.

V.20. Herodes autem metuebat Joannem, sciens eum justum, & sanctum, & audito eo, multa faciebat, & libenter eum audiebat. T.11 c.2.n.7.

v.22. Pete à me, quod vis, & dabo tibi. T.4.c.2.n.11.

v.23 Licèt dimidium regni mei. *ibid.*

Cap. VII.

v.27. Sine prius saturari filios. T.5. c.4.n.11.

Cap. X.

v.4. Sinite parvulos venire ad me. T.5.c.6.n.11.

v.21. Jesus autem intuitus eum, dilexit eum. Tract.8. c.5.n.7.

Cap. XIV.

v.15. Ipse vobis demonstrabit cænaculum grande stratum, & illic parate nobis. T.13.c.2.n.3.

Cap. XV.

v.43. Venit Joseph ab Arimathiâ, qui erat nobilis Decurio. T.c.3.n.8.

Cap. XVI.

v.1. Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Tract.12.c.4.n.9.

v.2. Valdè manè unâ Sabbathorum, &c. orto jam Sole. T.12.c.2.n.9.

v.3. Quis revolvet nobis lapidem de ostio monumenti. T.10.c.5.n.7.

v.7. Dicite discipulis ejus, & Petro. T.11.c.3.n.3.

v.16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Tract.2.c.2.n.1.

v.19. Assumptus est in cœlum. T.7.c.2.n.7.

EX LUCA.

Cap. I.

V.6. ERant ambo justi, incedentes in mandatis Domini sine querelâ. T.4.c.3.n.8. T.6.c.5. n.10.

v.20. Pro eo quod non credidisti, eris tacens, & non poteris loqui. T.12.c.2.n.8. T.17.c.2.n.7.

v.26. Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. T.8.c.4. n.13. T.12.c.6.n.4.

v.27. De domo David, & seq. T.14.c.6.n.7.

v.28. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c. T.4.c.1.n.10. T.7.c 2.n.6. T.8. T.13.c.1.n.7. T.13.c.6.n. 7. T.15.c.4.n.1.

v.29. Turbata est in sermone ejus. T.15.c.3.n.3.

v.30. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum. T.15.c.2.n.2. *ibid* c.3 n.3. *ibid.* c.4.n.2.

v.32. Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: Et regnabit in domo Jacob in æternum, &, regni ejus non erit finis. T.1.c.2.n.6. T.2.c 4.n.1. *ibid* c.5.n.1. T 13.c.5.n.9. T.14 c.1.n.1.

v.36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute suâ. T.17.c.2 n.7.

v.38. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. T.2.c.4 n.2. T.2.c.5.n.8. T.13.c.1. n.12. T.15.c.4.n.2.

v.39 Exurgens Maria, abiit in montana. *ibid.*

v.44. Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit infans in utero meo. T.7.c.6.n.1.

v.46. Magnificat anima mea Dominum. *ibid* c.5.n.9.

v.47. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. T.2.c.1.n.6.

v.49 Quia fecit mihi magna qui potens est. Tract. 14.c.6.n.4.

v.78. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto. T.6.c.2.n.7.

v.80. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. T.7.c.6.n.1.

Cap. II.

v.7. Peperit filium suum. T.10.c.1.n.8.

v.7. Reclinavit eum in præsepio. T.7 c.6.n 4.

v.10. Evangelizo vobis gaudium magnum. T.14.c.1. n.6.

v.12. Invenietis Mariam, & infantem positum in præsepio. T.15.c.4.n.2.

v.13. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium. T.14.c.1.n.6.

v.14 Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. *ibid.*

v.25. Justus, & timoratus. T.11.c.1.n.7.

v.26. Responsum accepit à Spiritu sancto. T.17.

v.27. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, T.7.c.6.n.1.

v.28. Accepit eum in ulnas suas. T.17.

v.29. Nunc dimittis servum tuum Domine. Tract. 11.c.1.n.1.

v.35 Tuam ipsius animam pertransibit gladius. T.3. c.6.n.16. T.18.c.2.n.4.

v.43 Cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem. T.5.c.6.n.19.

Cap. III.

Cap. III.

v.1. Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæſaris. &c. T.5.c.2.n.11.
v.2. Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem. *ibid.*
v.11. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Tract. 9.conſ.5.num.8.
v.38. Qui fuit Adam, qui fuit Dei. Tract. 18. conſ 2. num. 2.

Cap. IV.

v.34. Sine, quid nobis tibi & Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos? T.18.c.4.n.4.
v.38. Intravit in domum Petri, ſocrus autem Petri tenebatur magnis febribus. T.6.c.2.n.9.

Cap. V.

v.8. Exi à me, Domine, quia homo peccator ſum. T. 4.c.1.n 8.

Cap. VII.

v.19. Tu es qui venturus es? an alium expectamus? T.11.c.4.n 7.
v.37. Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix. T. 15.c 4 n.7.
v.38. Lacrymis cœpit rigare pedes ejus. T.3 c.4.n.8.
v.39. Hic ſi eſſet Propheta, ſciret quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Tract. 13.c.4.n. 9.
v.47. Dilexit multum. T.11.c.6.n.8.

Cap. VIII.

v.2 Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant. T.15.c.4.n.4
v.38 Rogabat illum vir, de quo dæmonia exierant, ut cum illo eſſet. T.9.c.4.n.7.

Cap. IX.

v 33 Neſciens quid diceret. T. 6.c.4.n.9. T.9.c.4.n. 8.T.9.c.4.n.8.T.12.c.5.n.7.
v.35. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, T.11.c.1.n.3.
v.58. Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. T. 7.c.3.n.5.

Cap. X.

v.4 Neminem per viam ſalutaveritis. Tract.7.conſ.3 num 3.
v.38 Intravit Jeſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Tract.3.conſ.6 num.15. Tract.13.conſ 1.n.12.
v.40. Domine non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, ut me adjuvet. T.13.c.3.n 9.

Cap. XI.

v.3. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Tract.18.c.1.n.8.
v.4. Et dimitte nobis debita noſtra. T. 9.c.2.n.14.
v.11. Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? T.5.c.4.n 11.
v.18. In Beelzebub Principe dæmoniorum, &c. T. 17.c.1.n.1.
v.27. Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti, *ibid.*

Cap. XII.

v.13 Magiſter dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem. T.6.c.4.n 10.
v.14. Homo quis me conſtituit Judicem, aut diviſorem inter vos. *ibid.*
v.32. Nolite timere puſillus Grex. Tr.5.c.1.n.1.
v.35. Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Tract. 9.c.6 n.14.
v.50. Baptiſmo habeo baptizari. T.18. c.3.n.6.

Cap. XIII.

v.7 Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? T. 5.c.4.n.7.
v.24. Contendite intrare per anguſtam portam. T.5. c.1 n.10.

Cap. XIV.

v.20. Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. T. 7.c.4 n.7.

Cap. XVI.

v 19. Induebatur purpurâ, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. T.18.c.5.n.11.
v.22. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. T.13.c.6. num 17.
v.22. Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. T.12.c.5.n.11.
v.24. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquâ, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hâc flammâ. T.8.c.4 n 6.
v 25. Fili recordare, quia recepiſti bona in vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala. T.9.c.2.n.17.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XVIII.

v.11. Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. T.9.c.1.n.3.

v.38. Jesu fili David, &c. T.6.c.3.n.8.

Cap. XIX.

v.13. Negotiamini dum venio. T.5.c.6.n.7.

Cap. XXI.

v.19. In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras. T.12.c.3.n.3.

v.27. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & majestate. T.2.c.1. n.9.

Cap. XXII.

v.10. Ecce introeuntibus vobis civitatem; occurret vobis homo T.18.c.1.n.7.

v.19. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. T.18.c.4.n.6.

v.20. Hic est Calix novum testamentum in meo sanguine, T.3.c.5.n.11.

v.31. Simon ecce satan expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. T.2.c.4.n.5.

v.32. Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. *ibid.*

v.41. Avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis. T.11.c.6.n.14.

v.43. Apparuit illi Angelus de cœlo, confortans eum. *ibid.*

v.44. Factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. T.2.c.2.n.4. T.11.c.4.n.9.

Cap. XXIII.

v.26. Apprehenderunt Simonem Cyrenensem, & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. T.10.c.4.n.4.

v.50. Erat vir bonus, & justus T.1.c.3.n.8.

Cap. XXIV.

v.26. Et hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. T.9.c.6.n.15.

v.35. Cognoverunt eum in fractione panis. T.10.c.3.n.8.

EX JOANNE.

Cap. I.

V.1. IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. T.12.c.6.n.11.

v.5. Tenebræ eum non comprehenderunt. Tract.4.c.8.n.4.

v.10. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. T.13.c.1.n.12.

v.11. Et sui eum non receperunt. *ibidem.*

v.12. Dedit eis potestatem filios Dei fieri Tract.4.c.5.n.8.

v.14. Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis. T.10.c.6.n.6.

v.51. Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis. T.6.c.2.n.1.

Cap. II.

v.1. Nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ. Tract.7.c.6. num.9.

v.4. Quid mihi, & tibi mulier, T.12.c.6.n.3.

v.7. Implete hydrias aquâ. T.1.c.4.n.5.

Cap. III.

v.5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei. T.5.c.3.n.9.

v.14. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Tract.1. conf.4. num.2.

v.16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret T.2.c.1.n.6.

Cap. IV.

v.10. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, T.8.c.2.n.2.

v.15. Domine da mihi hanc aquam. Tract.5.conf.3. num.9.

v.38. Ego misi vos metere, quod vos non laborâstis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. T.8.c.2.n.6.

v.49. Domine descende priusquam moriatur filius meus T.14.c.1.n.4.

v.50. Vade, filius tuus vivit. *ibid.*

Cap. VI.

v.51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. T.15.c.1.n.5.

v.56. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. T.13.c.2.n.7. T.18.c.1.n.8.

v.58. Qui manducat hunc panem, vivit in æternum. T.18.c.2.n.6.

Cap. VII.

v.31. De turbâ multi credebant in eum. Tract.14. conf.1.n.10.

Digitized by Google

Cap. VIII.

v.12. Ego ſum lux mundi. Tract.16.conſ.1.num.3.

v.34. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Tract. 3.conſ.6.num.8.

v.39. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Tract.3.conſ.1.num.6.

v.44 Vos ex parte diabolo eſtis. Tract.16.conſ.1. num.3.

Cap. IX.

v.21. Ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Tract.13.conſ.1.num.1.

v.22 Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conſpiraverunt Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. *ibid.*

v.23. Propterea parentes ejus dixerunt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. *ibid.*

v.39 In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant. Tract.5 conſ.4.num.7.

Cap. XI.

v.43. Lazare veni foras. Tract. 3. conſ.2.n.9.

Cap. XII.

v.5. Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis, &c. Tract.13. conſ.4. num.9. Tract.14.conſ.6.num.11

v.24. Niſi granum frumenti cadens in terram. Tract. 10 conſ.6.num.5.

Cap. XIII.

v.31. Nunc clarificatus eſt filius hominis, Tract.14. conſ.4.num.6.

Cap. XIV.

v.6. Ego ſum via, veritas, & vita. Tract 14.conſ.2. num 7. Tract.18.conſ.3.num.4.

V.21. Ego diligam eos, & manifeſtabo eis meipſum. Tract.8.conſ.4 num.13.

Cap XV.

v.2. Ego ſum vobis vita, & Pater meus agricola eſt. Tract.4.conſ.6.num 7. Tract.5. conſ.6.num.10. Tract.1.conſ.2.num.16.

v.2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollat eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum ſolus afferat, Tract.9. conſ.2. num.16.

v.13. Majorem hâc dilectione nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Tract.11. conſ.6.num 15.

Cap. XVII.

v.5. Clarifica me Pater apud temetipſum eâ claritate, quam habui priuſquam mundus eſſet apud te. Tract 3.conſ.1.

v.12. Et nemo ex eis periit, niſi filius perditionis. Tract.1.conſ.3.num.10.

v.17. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.

Cap. XVIII.

v 1. Trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus, &c. Tract.18 conſ.3. num.8.

v.4. Jeſus ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum. Tract.7. conſ.3. num.7.

Cap. XIX.

v.15. Tolle, tolle, crucifige eum. Tract.12.conſ.1. num.8.

v.25. Stabat autem juxta Crucem Jeſu, Maria mater ejus. Tract.12.conſ.6.num.11. Tract. 15.conſ.4. num.2.

v.26. Mulier ecce filius tuus. Tract.15.conſ.2.num.2.

v.28. Sitio. Tract.10.conſ. 5.num. 4.

v.34. Unus militum lanceâ latus ejus aperuit. Tract. 10.conſ.1.num.2.

Cap. XX.

v.11. Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Tract.11.conſ.6.num.8.

v.17. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum. Tract 27.conſ.1.num.1.

v.10. Multa quidem, & alia ſigna fecit Jeſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Tract. 1. conſ. 2. num.9.

Cap XXI.

v.7. Tunicâ ſuccinxit ſe (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare. Tract.10.conſ.5.num.10.

v.15. Diligis me plus his. Tract 3.conſ.4.num.4. T. 14.conſ.4.num.8.

v.22. Tu me ſequere. *ibid.*

EX ACTIS APOSTOLOR.

Cap. I.

v.9. VIdentibus illis elevatus eſt. Tract.7.conſ.1. num.12.

v.11. Quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, ſic veniet. Tract.12. conſ.4.num.11.

v.15. Omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Mariâ Matre Jeſu. Tract. 15.conſ.4.num.2.

v.18

Digitized by Google

Ex Epist. D. P. Ad Rom.

v.18. Et ſuſpenſus crepuit medius. Tract. 18. conſ. 2. num. 6.

v.23. Et ſtatuerunt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, & Matthiam. T.13.c.5.n.10.

Cap. VIII.

v.17. Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. T.6.c.2 n.8.

v.24. Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum quæ dixiſti. Tract. 7. conſ 3.num.2.

Cap. IX.

v.3. Subitò circumfulſit eum lux de cœlo. Tract. 9. c.6 n.14.

v.4. Saule, Saule, quid me perſequeris? Tract. 11. c. 5.num.7.

v.5. Quis es Domine? ego ſum Ieſus. Tract. 1 conſ. 2.num.5.

v.6. Domine quid me vis facere? T.10.c.4.n 5. T. 6.c.3.n.8.

v.7. Et Dominus ad eum, ſurge & ingredere Civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. T. 7.c 1.n.6.

v.16. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. T 1.c.2.n.5.

v.20. Et continuo in Synagogis prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius Dei. T.7.c.1.n.6.

Cap. X.

v 42. Quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo Iudex vivorum, & mortuorum. T.2.c.1.n.5.

v.44. Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant Verbum. Tract. 6. c. 2.n.8. n. 6.

Cap. XVII.

v.18. Novorum dæmoniorum videtur annuntiator eſſe. Tract. 1 c.4.

Ex Epist. I. Ad Corinth.

omnem modum, quia credita ſunt illis eloquia Dei. T.6.c.6.n 8.

Cap. IV.

v.19. Non conſideravit corpus ſuum jam emortuum, & emortuam vulvam Saræ. Tract. 15 conſ. 1.num.3.

Cap. V.

v.2. Habemus acceſſum ad fidem in gratiam iſtam, in quâ ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei T.11.c 2.n.1

Cap. VIII.

v.17. Si tamen compatimur, ut & glorificemur. T. 12.c.2.n.9.

v.26. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. T. 10.c.1.n.6

v.29. Ut ſit primogenitus in multis fratribus. Tract. 10.c.6.n.3.

v.30. Quos prædeſtinavit, hos glorificavit. Tract. 4. conſ.2 num 7.

Cap. IX.

v.10. & 11 Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri, cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni aut mali egiſſent, non ex operibus, ſed ex vocatione, &c. T.3.c.1.n.4.

Cap XIII.

v.11. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cum credidimus. Tract. 6. conſ. 6. num 7.

v.12. Dies autem appropinquavit. Tract. 17. conſ. 2. num 5.

Cap. XVI.

v.3. Salutate Priſcam, & Aquilam, & domeſticam Eccleſiam ejus. T.14.c.5.n.14.

v.13 Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus, & meam. T.10.c.6.n.8.

Ex Epist. I. Ad Corint.

Cap. I.

v.1. Paulus vocatus Apoſtolus Jesu Christi. T.4.c.5.n.10. T.14.c.1.n.5.

v.30. Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio. Tract. 8. conſ. 2. num 3. *ibid.* c.5.num. 9.

Digitized by Google

Cap. III.

v.19. Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum. T.2.c.3 n.2.

Cap. IV.

v.16. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. T. 15.c.1.n.3.

Cap. VII.

v.30. Qui gaudent tamquam non gaudentes. Tract. 7.c 5.n.9.

Cap. IX.

v.22 Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos T.14 c.2 n.6.

v.22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. *ibid.*

Cap. X

v.11. Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis. T 12 c.5.n.10. T 13.c 2 n 2 T 14 c.6.n.15.

v.4. Petra autem erat Christus. T.10.c.4.n.6.

Cap. XI.

v.24. & 26. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis T.1 c.2 n.9.

v.28. Probet autem se ipsum homo, &c. Tract.9 c.2. num 15.

Cap. XIII.

v 12 Videmus per speculum. T.9.c 2.n.1.

v.13. Major autem horum est charitas. Tract.14.conf. 4 num.8.

Cap. XV.

v.47. Primus homo de terrâ, terrenus, secundus de cœlo, cœlestis. T.15.c.1 n.4

v.49. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. T 18.c.1 n.3,

Cap. XVI.

v.10. Salutant vos in Domino multum Aquila, & Priscilla cum domesticâ suâ Ecclesiâ. Tract 14.c. 5.num 14.

v.22. Si quis non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema, Maran atha. Tract.6. conf.6.n.5. T. 7.c.1.n.7. T.8 c 4.n.31.

EX EPIST. II. AD CORINTH.

Cap. I.

V.7. Sicuti socii passionum estis, sic eritis & consolationis. T.12. *ibid* c.2.n. 9.

v.15. Volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis. T.8.c.2 n 8.

Cap. VI.

v.2 Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. T.8 c.3.n.8.

Cap. XI.

v.23. In laboribus plurimis, in carceribus, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c. T.1.c. 2.n.5.

v.29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Tract.10.conf.1. num.7.

Cap. XII.

v.2. Scio hominem raptum usque ad tertium cœlum, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. T 3.c.3.n 14.

EX EPISTOLA AD GALAT.

Cap. I.

V.8. Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. T.6.c.4.n.11.

Cap. IV.

v.4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. T. 4.c 4.n.1.

Cap. VI.

v.4. Opus suum unusquisque probet, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero. T.3.c.5.n.9.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

Cap. IV.

V.1. Paulus vinctus in Domino. Tract. 14.conf. 4.num.4.

Cap. V.

v.22. Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino. T.7.c.4.n.9.

v.23. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. *ibid.*

Digitized by Google

EX EPIST. AD PHILIPP.

Cap. I.

V.21. Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. T.11.c.6.n.15.

v.23. Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius. T.8.c.2.n.6.

v.24. Permanere autem in carne, necessarium propter vos. *ibid.*

Cap. II.

v.8. Humiliavit semetipsum, &c. Tract.12. conf.5. num.2.

v.9. Propter quod & Deus exaltavit illum. *ibid.*

Cap. IV.

v.4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. T.7.c.5.n.9. T.12.c.4.n.8.

EX EPIST. AD COLOSS.

Cap. I.

V.15. Qui est Imago Dei invisibilis. Tract. 18. conf.1.n.3.

v.18. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ. Tract. 14. conf.6.num.8.

v.24. Adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi in corpore meo. T.1 c.2.num.5.

Cap. II.

v.9. Inhabitat omnis plenitudo Divinitatis. Tract. 8 c.6.n.1.

EX EPIST. I. AD THESS.

Cap. II.

V.7. Tamquàm si nutrix foveat filios suos. T. 10.c.1.n.7.

Cap. V.

v.22. Ab omni specie malâ abstinete. Tract. 9. conf. 1.num 1.

EX EPIST. I. AD TIMOTH.

Cap. II.

V.12. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum. T.7.c 4.n. 6.

EX EPIST. II. AD TIMOTH.

Cap. I.

V.5. Recordationem accipiens ejus fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primum

in Aviâ tuâ Loide, & Matre tuâ Eunice, certus sum autem quod & in te. T 4.c.3.n.5. 465

Cap. IV.

v.8. Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illâ die, justus judex. Tract.4. conf.2 num.7.

EX EPIST. AD TITUM.

Cap. I.

V.16. Confitentur, se nosse Deum, factis autem negant. Tract.5.c.1. n. 7.

Cap. II.

v.12 Sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc sæculo T, 9.c.1. num. 8.

EX EPIST. AD HEBRÆOS.

Cap. I.

V.1. Multifariam multisque modis, olim Deus loquens. Tract. 4. conf. 2. num.1. & 2. T.6.c.6.n. 8.

v.3. Figura substantiæ ejus. T. 8.c.1.n.8.

Cap. II.

v.9. Videmus Iesum propter passionem mortis gloriâ, & honore coronatum. T. 14. c.4.n.10.

v.9. Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. T. 10.c.1 n. 1.

v.16. Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. T.1.c.3.n.6.

Cap. III.

v.6. Quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus. Tract. 8.c.1.n.5.

Cap. V.

v.7. In diebus carnis suæ. T 1.c.1 n.1.

v.7. Cum lachrymis, & clamore valido exauditus est pro suâ reverentiâ. *ibid.* n.9.

v.6 Tu es Sacerdos in æternum. T.2.c.3.n.8.

Cap. VII.

v.25. Semper vivens ad interpellandum pro nobis T. 1.c.1. n. 4. T.2.c.3.n.7.

Cap. IX.

v.12. Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta. T.3.c.5.n.11.

Digitized by Google

v.15. Et ideo novi Teſtamenti mediator eſt. Tract. 9. c.6. n. 3.

Cap. XI.

v.12. Propter quod, & ab uno orti ſunt, & (hoc emortuo) tamquam ſydera Cœli. Tract. 15. conſ. 1. num 3.

v.24 Fide Moyſes grandis factus, negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. T.3.c.1.n.7.

Cap. XII.

v.5. Obliti eſtis conſolationis, quæ vobis, tamquam filiis loquitur, dicens. : Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. T.10.c.3 n.14.

v.6. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. *ibid.*

v.8. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filii eſtis. T.10.c.3.n 12.

Cap. XIII.

v.2. Hoſpitalitatem nolite obliviſci; per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis. T. 1.c.2.n.4 T.13.c.2.n.8.

v.8. Jeſus Chriſtus heri, & hodie; ipſe & in ſæcula. T.11.c.2.n.3.

v.9. Optimum eſt gratiâ ſtabilire cor, non eſcis. T. 15.c.4.n.2.

EX EPIST. JACOBI.

Cap. I.

V.17. OMne datum de ſurſum eſt. Tract.1. conſ. 6 num 5.

Cap. III.

v.2. In multis offendimus omnes. Tract. 3. conſ. 6. num.16.

EX EPIST. I. B. PETRI.

Cap. I.

v.12. IN quem deſiderant Angeli proſpicere. Tract. 9.c.6 n.15. T.14.c.4 n.8.

Cap. II.

v.9. Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. T.9.c.1.n.7.

v.18. Servi ſubjecti eſtote in omni timore Domini. T.7.c.4.n.4.

Cap. III.

v.22. Qui eſt in dextra Dei deglutiens mortem. T.2. c.3.n.7.

EX EPIST. II. B. PETRI.

Cap. I.

v.21. SPiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. T.1.c.1.n.2.

Cap. II.

v.8. Aſpectu, & auditu. T 11.c.1.n 8.

EX EPIST. I. B. JOANNIS.

Cap. I.

V.8. SI dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. T.1 c.5.n.4.

Cap. II.

v.1. Advocatum habemus apud patrem. T.1.c.6.n.4.

Cap. III.

v.1. Videte qualem charitatem debet pater, ut filii Dei nominemur. T.2.c.5 n.7.

v.9 Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit. T.1.c.5.n.4.

EX EPIST. B. JUDÆ.

V.11. VÆ illis, quia in via Cain abierunt. Tract. 16.c 1. n. 5.

EX LIB. APOCAL. B. JOAN.

Cap. I.

V.13. ET in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis veſtitum podere. T.3.c.4.n.7.

v.14. Capilli erant candidi tanquam lana alba. T.1. c.5.n.10.

Cap. II.

v.13. Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt ſathanæ. Tract. 5. conſ.1. n.11.

v.17. Vincenti dabo manna abſconditum, & nomen novum. T.4.c.5.n.8.

Cap. III.

v.1. Nomen habes quod vivas, & mortuus es. Tract. 4.c.5.n.3.

v.8. Dedi coràm te oſtium apertum, quod nemo claudat. T.4.c.1 n.9.

Cap. IV.

v.2. Sedes poſita erat in cœlo. T.2.c.4.n.8.

Cap. V.

Digitized by Google

Cap. V.

v.12. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem & sapientiam, & fortitudinem, & gloriam & benedictionem. Tract. 14 conf. 4. num. 9.

Cap. VII.

v.9. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. T. 5 c. 1. n. 11.

Cap. VIII.

v.3 Et data sunt illi incensa multa. Tract. 10. conf. 2. num. 6.

Cap. IX.

v.6 In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis. T. 11. c. 6. n. 16.

Cap. XII.

v.1. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus. Tract 3. conf. 6. num. 7. Tract. 13. conf. 6. num. 14.

v.2. Et in utero habens clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. T. 8 c. 3. n. 4.

v.7. Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael, &c. Tract. 6. conf. 4. num. 1.

Cap. XIII.

v 6. Aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus. Tract. 18. conf. 4. num. 5.

Cap. XIV.

v.2. Et vocem quam audivi sicut citharædorum citharizantium in citharis suis. Tract. 3. conf 5. num. 9.

Cap. XV.

v.8. Et impletum est templum fumo à majestate Dei. Tract. 16.

Cap. XIX.

v.16 Rex Regum, & Dominus dominantium. Tract. 2. conf. 4. num. 9.

Cap. XX.

v.12. Vidi mortuos, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ. Tract. 5. conf. 1. num. 13.

Cap. XXI.

v.2. & 3. Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de cœlo à Deo, paratam. Et sicut sponsam ornatam viro suo, & audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Tract. 10. conf. 6. num. 6.

v.18. Ipsa vero civitas aurum mundum. Tract. 10. conf. 2. num. 6.

v.24. Et Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. Tract. 14. conf. 4. num. 7.

***

Finis Indicis locorum S. Scripturæ.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERVM MAXIME MEMORABILIVM

Quæ in hoc primo Tomo continentur,

Littera T *tractatum* : C. *conſiderationem.* N *numerum.*
Littera vero T *tantum, exordium ſignificat.*

A

Aaron.

Aaron componens pacem inter cœlum, & terram, fuit figura Chriſti. T.2 c.3.n.6.
Ambitio eum mutum effecit. Tract.5,conſ. 2.num.5.
Virga illius fuit Figura, & ſymbolum B. M. Virginis. T.6.c.1.n.8.

Abdias.

Cur Deus eum inſtituerit Prophetam. T.13.c.1 n.3.

Abel.

Quarè deſcenderit ignis è cœlo ſuper ſacrificium ipſius. T.3.c 5.n.1.
Cur tam grata fuerit Deo ejus oblatio. T. 5. c.6.n 11.
Qui non habet ſuum Cainum, non eſt Abel. Tract. 10.c 3.n. 7.

Abraham.

Fuit magnus caſtigator amicor. T. 2.c.2.n.1.
Maximus, & promptiſſimus obediens. *ibid.*
Per excellentiam humilis. 1.2 c.5.n.8.
Cur Deus illi nomen mutaverit. T.3. c. 4 n.2.
Immolavit Deo ſacrificium ex propriis. T.3.c.5.n 3.
In maximo honore maximè humilis. T 4 c.1.n.3.
Cur noluerit filium ſuum Iſaac ducere uxorem in Chanaan. T 5.c.5 n.2.
Amiſit unum filium,& lucratus eſt alium. Tract. 5. c.6 n. 24.
Domus ejus fuit exemplar Reipublicæ rectè diſpoſitæ,& ordinatæ. T 6.c 4 n.3.
Ex induſtria,& non caſu faciebat opera bona, & virtutum. T. 7.c.3.n. 1.
Cur illi mandaverit Deus, ut nomen Saræ mutaret. *ibid* c. 4.n 3.
Quarè intermiſerit quærere peregrinos,& abierit ad ſacrificandum filium ſuum Iſaac T. 9.c.3.n.2.
Poſt Sacrificium peractum redit domum ſuam,quaſi nihil feciſſet T.10 c 4.n. 3.
Quod contigit in illius ſacrificio, ſymbolum fuit illius quod evenire ſolet tyronibus vitæ ſpiritualis *ibid* c 5 n.8.
Quarè victor nuncupetur peregrinus, & advena. T. 11.c 3 n. 2.
Dedit illi Deus gaudia & dolores intermixtos. T.12. c.1.n 2.
Quomodò Deus illi remuneraverit ſacrificium filij. *ibid.*c 2 n 2.
Quarè non trepidaverit manus ejus, dum evaginaret gladium,ad decollandum eum *ibid.* c 4.n.1.
Quia non dubitavit exponere filium periculo mortis,ideò reddidit Deus illum vivum. T. 13 c.1.n.2.
Quarè Deus fuerit exceptus hoſpitio in ipſius domo. *ibid.*c.2 n.7.
Qui intelligendum ſit dictum S.Pauli,quòd latuerit, & abſconderit ſe Deo. *ibid.*n.8.
Cur occlamaverit illi Angelus,quando præcepit ei, ne filium feriret T. 13.c.4.n 3.
Cuncta terrena,& fluxa hujus vitæ bona flocci faciebat. T.14.c.3.n.7.

Abſentia.

Eſt crudele tormentum illi,qui ſyncerè amat,& diligit. T.11.c.6.n 1.

Achab.

Erat captivus uxoris ſuæ. T.7 c 4 n.4.
Cur timuerit Prophetam Eliam. T.11.c.3.n.7.

Achor.

Quarè promiſerit Deus,ſe aperturum portam in hâc valle per quam ſpes ingrederetur. T.12,c.4.n 7.

Adam.

Si conſervâſſet ſtatum innocentiæ, eſſet nobis virtus quaſi hæreditaria. T 3.c 1.n.9.
Præcepit ei Deus, ut abſconderet bona opera, quæ faceret. T 3.c.3.n.6
Erravit in veſte ſeu notâ cohortali,quam aſſumpſit. T 3 c. 5.n.6
Cur Deus non fuerit ipſi imprecatus maledictionem, ſed terræ. T 3.c.6.n 4.

Effor-

Digitized by Google

Efformatio ipsius fuit figura Incarnationis divinæ. T.6.c 1.n. 4.
Ecquis fuerit labor, quem Deus illi commendavit. T.6.c.5.n.5.
Quare dixerit illi Deus, Adam ubi es? T.9.c.4 n.2.
Peperit illi magnum mœrorem aspectus Abelis mortui. T.10.c.1.n. 1.
Quare non numerentur centum anni vitæ, quibus vixit. T.11.c.6.n.12.
Tulit Deus ab illo non unam, sed duas costas, & cur? T.13.c.5.n.2.

Adulatio.

Adulatores conformant se voluntati, & palato aliorum T.5.c.2.n.9.

Alapa.

Cur percutienti nos, præcipit Christus, ut præbeamus alteram maxillam, & ad aliam alapam recipiendam nos præparemus. T.7.c.3.n.6.

Ambitio.

Reddit mutum ambitione laborantem. T.5.c.2.n.5.

Amicus, Amici.

Solet Deus suis immittere tribulationes. T.10.c.2.
Amicis Dei aspectus Christi crucifixi reddit dulces labores, & adversitates, quas in hoc mundo patiuntur, ita ut amarum in dulce commutetur. T. 10.c.4 n.1.
Amor Dei reddit facilem actum credendi in ipsum. T.8.c.8.n.10. &c.
Est dolor intolerabilis amanti, ab amato divelli aut separari. T.11.c.6.n.1.

Angeli.

Quisque suo vacat officio, neque unus se alterius immiscet negotio. T.6.c.4.n.1. & sequent.
Cur inter Angelos Persarum, & Hebræorum exorta fuerit contentio. T.6 c.4 n.12.

Anima.

Sadducæi negabant immortalitatem ejus. Tract.2. c.1.n. 4.
Debet esse Domina, & Regina corporis. Tract. 6. c. 3. n. 10. & 11.
Vnita Deo per charitatem, mox se consecrat obsequio, & remedio proximi T.7.c.1.
In cœlo tantùm veram habet lætitiam, & oblectamentum. T.7.c.5.n.8. & 9.
Amore ipsius creavit Deus humanum corpus tot perfectionibus dotatum. T.13.c.2.n.1.

Apes.

Cur jusserit Deus ne mel earum sacrificiis infunderetur. T.3.c.5.n.4.
Seligunt meliores, magisque odoriferos flores campi, ut ex iis conficiant favum, quem magistralem indigitant. T.3.c.6.n.10.

Apostoli.

Illustrati, & inspirati à Deo docuerunt mundum. T.1. c.4.n.4.
Ecquod mysterium contineat, illos dormire, dum Christus orabat, & sanguinem sudabat. Tract.2.c. 2.num. 4.
Adhuc rudes, & imperfecti consulebant Christo, ut turbas dimitteret. T. 2. c.3.n.8.
Reddidit Christus illos confusos exemplo parvuli, seu minimi. T.5.c 3.n.11.
Fuerunt messores, qui colligerunt fructus, quos patres veteres seu antiqui Testamenti seminarunt. T.8.c.2.n.6.
Cur præceperit eis Christus fugere ex unâ Civitate ad aliam? T.11.c.4.n.6.
Fuerunt adamantes superando omnes adversariorum contradictiones. T.12. c.3.n.7.

Aqua.

Cur non maledixerit illi Deus? T.3.c.6.n.5.
Quarè irrigaverint aquæ paradisum terrestrem. T.4. c.4. n.3.
Aquæ diluvii benefecerunt quibusdam, & nocuerunt aliis. T.5.c.4.n.2.
Promptissimè obediverunt mandatis Dei imperantis. T.13.c.5.n.7.

Aquila.

Naturalis proprietas, & genium illius est, deferre pullos suos super aquas, & quare? T.2.c.2.n.6.

Arbores.

Cedrus, & Cupressus sunt incorruptibiles. Tract. 13. c.6.n.11.
Quædam sunt adeò salutiferæ, & odoriferæ, ut eamdem suam vim, & virtutem transfundant, & communicent terræ, in quâ plantantur. T.14.c.6.n.7.

Aves.

Cur mandaverit Deus tolli plumas, & vesiculam earum in sacrificio. T.3.c.5.n.10.
Antiqui observabant quasdam aves tamquàm augurla futuræ victoriæ. T.13. c.1.n.9.

Augmentum.

Semper conandum est ad profectum, & augmenta virtutum. T.6.c.5.n.2.

Aulici.

Vt sint veri ministri Regis, debent tueri partes subditorum contra Regem. Tract.2.conf.3.num.1.& sequent.
Communiter adulantur Regibus. ibid.
Tales erant familiariores amici Regis Jeroboam. *ibid*
Familiaritas eorum cum Rege debet esse in bonum, & utilitatem omnium. n.7. *ibid.*

Boni debent agere apud Reges officium, quod Sacerdos facit apud Deum. *ibid.*
Mali adulatione,& blanditiis demulcent Regem. T 5.c.2.n.7.
Boni debent nudam loqui veritatem. n. 9.
Eorum intima familiaritas cum Principe, debet esse utilis. T.7.c.1.n.9.
Priùs debent servare fidelitatem Regi cœlesti, quàm terreno. T.9.c.3.n.4.

B.

Beneficia.

DIvinorum semper oportet nos esse memores. T.1.c.1 n.4.
Qui ea præstat, debet illorum obliviſci, recipiens verò jugiter eorum reminiſci tenetur. *ibid.* c.2.n.1.

Bethsamita.

Cur Deus eos interfecerit, quia arcam viderunt. T. 13.c.1.n.7.

Bonum, Bona.

Omnia bona nostra soli Deo sunt attribuenda. T.8.c. 5.num 1
Caduca sunt hujus vitæ,& citò transitoria, sola cœlestia sunt permanentia. T 14.c.3.n.1.&c.

C.

Cain.

FUit primus hæreticus in mundo. T.5.c.4.n.8.
Quarè occiderit fratrem suum Abel. T.13.c.3.n.8.

Caput.

Debet imperare membris. T.6 c 3.n.7.

Charitas

Operit,& occultat omnem gloriam propriam. T.3.c. 3.n 12.& 13.
Qui eam habet, illicò studet remedio proximi. Tract. 7 c.1.n 1. &c.
Vrget, & movet ad compassionem malorum proximi. T.11.c.4.n.1.

Christiani.

Nomen Christiani, est honorificum. Tract.1.conſ.2. num.8.
Quidam factis suis Deum negant. Tract. 3. conſ.1 num. 7.
Tenentur se convertere ad Deum, pervenientes ad usum rationis. T.5.c.6.n 13.
Tenemur magis esse grati Deo, quàm antiqui Patres. T.8.c.2.n.1.
Priùs oportet nos esse Christianos, & postea devotos. T.9 c.3.n.1.
Semper debet Christianus esse unus,& idem. T.10. c.2.n.3.

Cœlum.

Quarè Deus immutaverit nomen Firmamenti, & vocaverit illud cœlum. T. 3.c.3.n.8.
In solo illo vera reperiuntur gaudia. Tract.7. conſ. 5.n. 4.

Columba.

Non dolet orbitatem pullorum suorum, dum ei auferuntur. T.2.c.2.n.7.
Fugit umbram milvi in aquis conspectam. *ibid.*
Cur columba Noemica rediverit ad Arcam. Tract. 5.c.6.n. 26.

Contemplatio.

Aliquando intermittenda. Tract.9.c.4.n.1& 6.

Contemptus.

Non vult Deus ullum contemni statum, aut conditionem hominis.

Corpus.

Etiam corpori repromittit Deus gloriam, sicuti animæ pollicetur. Tract.13.c.6.n. 13.

Crux.

Illam dat Deus maximis,& intimis amicis suis. T.10. c.3.n.12.13.
Cur portaverit illam Cyrenæus post Christum. T. 10.c.4.n. 4.
Præfigurata fuit in sceptro Ioseph. Tract. 10. conſ. 4 num. 5.
Imo etiam in ligno, quod projecit Moyses in aquas Marath. *ibid* n 7
Nulla datur gloria sine illâ. T.12.c.5.

Culpa.

Etiam omnis species, aut apparentia illius est fugienda. T.4.c.1.n. 1.

D.

Daniel.

CUr appelletur vir desideriorum. Tract.8.conſ. 1 num. 10.
Noluit solus potiri honore. T. 13.c.3.n.4.
Quarè commemoret sacra scriptura ejus merita, dum honorem,& dignitatem ejus recenset, T.14. c.5.n.6.

Digitized by Google

David.

Pœnitentia extulit eum, & in choro Virginum collocavit, T.1.c.5.n.1.& 2.

Electus Rex, quia primus fuit, qui mysteria legis novæ decantavit. T.1.c.4.n 12.

Fuit indulgentissimus injuriarum condonator. T.2. c.2 n 1.

Rogavit veniam, & remissionem pro populo, exponendo propriam vitam periculo, & discrimini. & c.3.n 1.

Misericordia, & clementia fuit Principium Regni illius. T.2.c.4. n, 2.

Fuit per excellentiam humilis. T.2.c.2,n,8.

Cur non appenderit in Tabernaculo fundam, sed solum gladium. *ibid.*n.9.

Quâ veste indutus fuerit David saltans ante Arcam Domini,n,10.& 11.

Promptissimus obediens. T.3.c.2.n.1.&n.7.

Occultabat propriam gloriam. *ibid.*c. 3.n. 2 & 4.

Cur laudet eum Scriptura, cùm fuerit peccator. T. 3.c.4.n.1.

Quare dicit eum non peccâsse, T. 3 c.4.n.9.

Noluit offerre Sacrificium ex alienis. *ibid.*c.5 n 1.

Inter maximos honores profundissimè humilis. T. 4.c.1.n,1 2. & 6.

Pluris æstimavit se esse filium matris suæ, quàm patris sui. T.4.c.3.n.3.

Cur promiserit illi Deus generationem, quæ prodiret ex utero ejus. T. 6.c.1.n.6.

Quarè non prodierit in campum, contra Goliath indutus armis Saulis. T.6.c.4 n.6.

Quomodò intelligendum sit desiderium ejus bibendi aquam cisternæ. &c. T.8.c.2.n.1.

Cur posuerit, aut reportaverit gladium in Tabernaculum, *ibid.*c.5.n 3

Quam ob causam afflictus miseriis, & persecutionibus, inducbatur cilicio, & jejunabat. T.10.c.2.n.4.

Cur induerit arma Saulis. T.10.c,5.n.11.

Prævaluit amor ejus adversùs injurias à filio suo illatas. T.11.c,1.n.3.

In adversis, & prosperis semper idem, & æquanimis. Tract.10.c.2. n. 2.

Idcircò Angelo similis videbatur. *ibid.*

Cur præceperit Deus egredi illum ex Aulâ Regis Moab. T.11.c.4 n.1.

Sentit injurias factas subditis suis, tamquàm proprias, T 11.c.5.n.4

Majoribus tribulationibus oppressus, maximè securus, & confidens. T.12.c.4.n.2.

Quarè non biberit aquam, quam desideraverat ex cisternâ Bethlehemiticâ. T.12.c.1.n.6.

Videns Deus honorem ejus periclitantem, defendit illum. T.13.c.4.n.7.

Voluit Deus manifestari priùs ejus fortitudinem, antequàm eum honoribus, aut singularibus beneficiis cumularet. T.14.c 5.n.5.

Delicia.

Qui abundat illis in præsenti, caret iisdem in futurâ vitâ. T.12.c.5.n.11.

Damon.

Naturaliter abhorret musicam. T.1.c.6.n.9.

Desideravit, & appetit assumere formam hominis ad tentandum Evam. T.13.c.6.n.14.

Appetit sessionem, cæteris stantibus erectis. T. 6.c. 3.n.6.

Cur voluerit detegere, & revelare corpus Moysis. *ibid.*c.4 n. 1.

In legibus suis ostendit, quantùm differat à Deo, *ibid* c.5. n. 1.

Devotus, Devotio.

Devotiones antiquæ sunt gratiores Deo. T.1.c.4 n. 6.& 7.

Priùs debemus peragere ea, quæ sunt præcepti, & deindè ea, quæ sunt devotionis, & superogationis. T.6.c.3.n.2.

Deus.

Fuit primus inventor Litterarum, quæ fuerunt in mundo. T 1.c.1.n.2.

Majoris facit pauca, quæ à nobis recipit, quàm plurima, quæ nobis donat. *ibid.*c.2.n 1.

Cuncta, quæ pro nobis facit, parvi pendit, *ibid.* n.3. & 4.

Obligat nos ad benè operandum titulo honestatis, *ibid.*c.3.n.2.

Non intendit nos potestate suâ terrere, sed dulcedine amoris sui attrahere, T.2.c.1.n 1.

Cur nobis per semetipsum succurrerit, & non per alium. *ibid.*

Magis gloriatur se benefactorem hominum, quàm Deum illorum. *ibid.* n.4.

Duo extruxit pharmacopolia, unum pro morbis corporis, & alterum pro ægritudinibus animæ curandis. T.2.c 6.n.10.

Respicit id, quod sumus de præsenti, non recordatur illius, quod fuimus de præterito. T 3.c.4.n.2.

Abominatur sacrificia ex alienis oblata. T. 3.c.5.n. 1.& sequentibus.

Cur nolebat sibi mel in sacrificiis offerri, *ibid.n.*4.

Quarè prohibebat sylvas, aut arbores plantari juxtà Altare suum. *ibid.* n. 8.

Quâ de causâ jubebat volucria immolanda plumis denudari, &c. *ibid.*n.10.

Digitized by Google

Ægrè fert sibi sanguinem pauperum sacrificari. *ibid.* num. 13.
Cur diversum extruxerit domicilium hominibus, & pecoribus. *ibid* conf. 6. num. 1.
Quarè requieverit die septimo creationis. num. 3. *ibid.*
Est verax, & fidelis in promissis suis. Tract. 4. conf. 2. num. 1.
Verba illius sunt opera. num. 2. *ibid.*
Naturâ suâ benignum, & dulcem, peccata amarum, & severum faciunt. Tract. 4 conf. 4. num. 3.
Pauciores sequuntur eum. Tract. 5. conf. 1. num. 2.
Cur requieverit septimo die post creationem hominis. Tract 5. conf. 6. num. 2.
In omnibus operibus suis habuit seipsum, finem, & simul etiam utilitatem nostram. Tract. 6. conf. 2. num. 4.
Velox properat ad benefaciendum, & tardus progreditur ad puniendum. Tract. 7. con2. num. 1.
Deditâ operâ, & studio, & non obiter aut inopinate illi servire debemus. Tract. 7. conf. 3. num. 1.
Solus ipse nos lætificare potest. Tract. 7. conf. 5. num. 2.
Descendit in mundum ut quæreret homines, qui cœlum inhabitarent. Tract 8. conf 3. num. 1 & 2.
Offensus à peccatoribus, pacem inire contendit. *ibid.*
Quidquid boni in nobis fuerit, totum illi attribuendum est. *ibid.* conf. 5.
Solus est bonus. *ibid.* num. 7.
Magis favet plus promerentibus. *ibid.* num. 23. & 4.
Coràm eo etiam maxima perfectio est imperfecta. Tract. 11. conf. 2. num. 1.
Debemus illi sacrificare non quò voluntas nos duxerat, sed ubi ipse voluerit. *ibid.* conf. 4.
Abundè illi satisfit, si offeramus, quod juxtà vires nostras possumus. *ibid.* conf. 5. num. 1.
Vult ut nos illi libere, & non coactè serviamus. *ibid.* num. 2.
Cur noluerit quidpiam in vineis seminari. *ibid.* n. 3.
Summoperè adhorretavaritiam, & cur. *ibid.*
Cur aparuerit Moysi inter spinas, & vepres, & non inter flores. Tract. 11. conf. 1. num. 2.
Est mater populi sui, & veluti per sentit mala, quæ sui patiuntur. *ibid.* num. 3.
Familiarioribus servis suis immittit adversitates, & ærumnas. & cur. Tract. 10. conf. 3. num. 2.
Numquàm se benigniorem exhibet patrem, quàm quando nos durius excipit, & severitate nos coërcet. Tract. 10. conf. 3. num. 9.
Est socius noster in tribulationibus. Tract. 11. conf. 5. num. 7 & 8.
Solet suis dare gaudia intermixta doloribus, & vicè versâ. Tract. 12. conf. 1. num. 1.
Solet oblectamenta, & gaudia, quibus nos privat, majoribus beneficiis compensare. *ibid.* conf. 2. num. 1.
Dum maximè apparet avarus, & parcus, promptissimus est, ad amandum, & beneficia conferenda. *ibid.* num. 2. & 3. *ibid.*
Cur destructurus muros Ierusalem usus fuerit libellâ, & perpendiculo. Tract. 12. conf. 4. num. 3.
Paratissimus ad dandum nobis præmium periculorum, quibus amore ipsius nos exponimus. T. 13. c. 1. n. 1.
Solus Deus admittit socium in regimine. T. 10. c. 3. n. 2 & 3. & n. 9.
Defensor honoris suorum, dum periclitatur. *ibid.* n. 11. & c. 4 n 1.
Non est ipse offendendus: ut placeamus mundo, aut hominibus. T. 14, c. 2. n. 1.
Vult sacrificia sibi oblata esse munda, & ab animâ purâ, ut sint grata. T. 14. c. 5. n. 16.
Artificium, & stratagema ipsius est, uti mediis oppositis ad consequendum finem à se intentum. T. 18. c. 2. n. 1.
Non maledixit Adamo, propter repræsentationem imaginis suæ, quam gerebat. T. 18. c. 4. n. 1.

Dies.

Dies cœli, & dies mundi, in quo differant. T. 3. c. 6 n. 2.
Primus dies mundi cur exordium sumpserit à vespere. Tract. 12. c. 1. n. 10.

Dignitas.

Majores dignitates conferendæ sunt iis, qui majora habent merita. T. 8. c. 6. n. 1.

Dii.

Falsis Diis prohibebat Deus deferri cultum, aut honorem. T. 1. c. 3. n. 2. *ibid.* n. 7.
Veteres persuadebant sibi se esse à Diis genitos, ut indè ad probè vivendum incitarentur, & patet in exemplo Alexandri. *ibid.* n. 4.
Dii gentilium omnia auferabant, & sibi reservabant. T. 2. c. 3. n. 10.

Divitiæ. divites.

Divites volant alati sanguine papperum. T. 3. c. 5. n. 13
Divitiæ solummodò utiliter in obsequium Dei impenduntur. T. 14. c. 6. n. 11.

Doctrina, Doctus.

Antiqua est magis secura, & minùs periculosa. T. 1. c. 4. n. 6.
Docti difficilius conveniuntur, quàm idiotæ, & indocti. T. 5. c. 3. n. 9.

Dolor.

Alteri communicatus, alleviatur, & fit ſocietate alterius toletabilior. Tract 10.c 1.n.10.

E.

Eccleſia.

ANtiquitas illius conſervavit S. Auguſtinum in fide Catholicâ. T.1.c.4.n.10.

Domus perfectorum conjugum eſt Eccleſia. Tract. 14.c.6.n.14.

Elias.

Cur rapuerit eum Dominus in curru igneo. Tract. 8. c.4.n.5.

Quarè abſconderit ſe prætereunte Deo. Tract.9.c. 2.n.4.

Ecquod myſterium continet, quòd Deus interroget eum, quid agis? T.9 c.4.n.2.

Cur deſideraverit mortem, quam antèà refugerat. T.10.c.5.n.3.

Quarè pepercerit Deus ſeptem millibus hominum ad conſolandum eum. T.11.c.6 n.17

Quomodò ejus zelus conveniat cum cœlo, ad quod fuit translatus. T.13 c.1.n.8.

Eliſæus.

Non peccavit petendo ſpiritum duplicem Magiſtri ſui, ſed potiùs reputatum fuit illi ad meritum. T. 7.c.1.n.4.

Cur noluerit ſejungi ab Eliâ, & an fuerit inobediens. T.11.c.6.n.5.

Quarè lacrymatus fuerit, & clamaverit in ſublatione Magiſtri ſui. T.12.c.4 n 10.

Enos.

Fuit primus, qui incœpit abſque timore palàm invocare nomen Domini, T. 5.c 2.n.1.

Quare Deus eum tranſtulerit ad paradiſum terreſtrem. T.15.c 5.n.3.

Epiſcopi

Quidam ſunt immemores ſuæ obligationis, & muneris. T.6.c.4.n.10.

Eſther.

Cur poſtulaverit vitam propriam, cùm Hebræi eſſent damnati ad mortem. T.11.c.5.n.5.

Eva.

Cur efformata fuerit in ipſo Paradiſo. T.4.c.6.n 6.

Oculis, quorum objectum ſunt colores, voluit dijudicare ſaporem. T.6.c.4.n.3.

Quarè appellaverit Adamus Evam, id eſt, vitam ſeu matrem omnium viventium. T.7 c.1.n.13.

Cur non dederit pomum marito, priùs comedendum ab illo. T.7.c.4.n.2.

Euchariſtia.

Eſt medicina, & pharmacum animæ. T.18.c.2.n 5.

Efficit homines Deos. *ibid.*

Noluit Chriſtus comprehendi à Judæis in loco, ubi inſtituit ſuum corpus in cibum, & ſanguinem in potum, ne locus, adeò ſanctus violaretur. *ibid.* c.3. n. 6.

Chriſtus multis examinatus injuriis, ſeipſum ſub Sacramento conſtituit. *ibid.* c.4.n 6.

Ex tunc armavit ſeipſum ad ſufferenda tormenta. *ibid.* Vide V. Sacramentum altaris.

Exemplum.

Quantæ virtutis, & efficaciæ ſit bonum exemplum. T.6.c.5.n. 10.

Exterior compoſitio.

Non ſufficit interior bonitas conſcientiæ, niſi exterior modeſtia correſpondeat. T.9.c.1.n.4. *ibid.* n.6

Ezechias.

Plures combuſſit Libros Salomonis, & quare? T.2. c.6. n. 9.

Cur dicatur de illo, quòd non peccaverit. T.3.c.4.n.9.

Ezechiel.

Quantùm afflictus fuerit propter miſerias, quas populus perpetiebatur. T.11.c.5.n.2.

Quodnam myſterium contineat volumen, ſeu liber, quem vidit. T.12 c 1.n.5.

Quid ſignificet rota in medio rotæ, uti ipſe vidit. T. 12 c.4. n. 5.

Magnus ei fuit præſtitus honos, vocando eum filium hominis, T.12.c.6.n.6.

F.

Fama.

MAlam abominatur Deus. T.3.c.5.n.4.

Alloborandum eſt ut bonam habeamus apud omnes. T.9.c.1.

Felicitates

Hujus ſæculi ſunt fallaces, & cæleſtes ſolummodò ſunt veræ. Vide gaudia, vel Deliciæ T.14.c.3.

Filii.

Illi ſunt legitimi, qui parentum ſuorum virtutes imitantur. T.3 c.1.n.2.

Magnus honor filiorum, aſſimilari probis parentibus ſuis. *ibid.* n.10.

Magna laus ex ſanctis parentibus eſſe progenitum. T.4.c.3.

A teneris unguiculis, ſeu annis debent Deo offerri, & conſecrari. T.5.c.6.

Quantùm ſentiant parentes, videre eos afflictos, aut patientes. T.10.c.1.

Digitized by Google

Furtum.

Non sunt grata Deo sacrificia ex alienis facta. T.3. conf.5.n.10. T.9.c.3.n.9. & 10.

G.

Gabriel.

IDem, qui apparuit Danieli, detulit jucundissimum nuntium B. V. Mariæ. T.6.c.4.n.2.

Gaudia.

Sola justorum sunt vera. T.7 c.5.n.2.
De rebus terrenis sunt impropria, & imperfecta. *ibid.*
Gaudia amicorum Dei communiter sunt prænuntia alicujus tristitiæ. T.12.c.1.
Soli patientes pro Deo vera participant gaudia
Vide V. Fœlicitas vel Deliciæ. T.12.c.4.n.8.

Gentiles.

Fœlicitas eorum fuit videre, ubi Judæi cæcutiebant. T.5.c.4.n.6.
Adorabant Imperatores suos tamquam Deos, eosque admonebant, ut se homines esse cogitarent. T.12.c.6.n.5.

Gloria.

Nulla vera, & perfecte in hôc mundo. T.7.c.5.n.7.
Vera non nisi pretio Crucis. & passionis acquiritur, aut comparatur. T.12.c.5.

Gratia.

Tres sunt plenitudines gratiæ. T.8.c.6.n.1.
Gratia vincit naturam. T.10 c.6.n.10.

Gratia, Gratitudo.

Gratiæ non sunt differendæ, quando pro beneficiis sunt debitæ. T.6.c.6.n.10.
Gratitudo, est filia memoriæ acceptorum beneficiorum. T.1.c.1.n.8.

H.

Hæreticus.

PRimus fuit Cain. T.5.c.4.n.8.

Herba.

Scivit Salomon omnium herbarum proprietates, T.3.c.6.n.9.
Cur illis non benedixerit Deus. Tract.5. conf.6. num.18.
Quædam sunt adeò odoriferæ, & medicinales, ut eamdem suam virtutem communicent solo, cui inferuntur. Tract.14.conf. 6. num.7.

Herodes.

Ad conservandum statum Regni sui occidit innocentes in Bethlehem. Tract. 2.conf.2.num.8.
Peccavit promittendo, sed majus commisit peccatum adimplendo promissum. Tract.4. conf. 2. num.11.

Hirundo.

Est symbolum falsi, & simulati amici. Tract.11. conf.6.num.10.

Homo.

Quia imaginem Dei habet, debet abstinere à peccatis. Tract.1.conf.3.num.3.
Per peccatum aliquatenus pejoris conditionis effectus est ipsis bestiis. Tract.3. conf.1. num.9. & 10.
Qui plus merentur, pluris æstimantur, & valent. Tract.6.conf.3. num. 9.
Creavit Deus hominem rationalem, ut esset Dominus suorum affectuum, & n.10.
Velox est ad malum, & tardus ad bonum.
Vir debet regere familiam, & uxor obedire. Tract.7. conf.4.
Vir debet esse Isaac, & uxor Rebaeca. & c. 4.n.9.
Solus est homo, qui novit sperare in Deum. Tract. 8.conf.1.num.9.
Antiquum, & innatum est illi fugere à Deo. Tract. 8 conf.3 num.3.
Cur Deus creaverit eum, post productam mundi machinam. Tract.5.conf.6.num.2.
Qui vocaverit eum hominem, cum non nisi corpus esset. Tract.13.conf. 6.num. 13.
Ad placendum hominibus haud quaquam debemus displicere Deo. Tract.14.conf.2.

Honor.

Est stimulus, & calcar ad probè rectèque vivendum. Tract.1.conf.3.
Verus honor consistit in virtute. Tract.3. conf.1. num 5.
Quandoque ambire honorem est virtus laudanda. Tract.7. conf.1.num.4.
Digniores præferendi sunt in collatione dignitatum aut honoris. Tract.8.conf. 9.
Honores, & beneficia Dei sunt omnibus communia, & neminem excludunt. Tract.13.conf.5. num.4.& 5.
Honores mundi promereri melius est, quam possidere. Tract.14. c. 4.

Hospitalitas.

Quanti eam æstimet Deus. Tract.1. conf.2. num. 4. Tract.13.conf.2.num.8.

Humilitas.

In maximis honoribus profundissima est servanda humilitas. Tract.4.conf.1.num.1. & sc 4.

I.

Iacob.

CVr non excuſaverit ſe propter claudicationem ſuam ne graderetur unà cum fratre ſuo Eſau. Tract. 5. conſ. 6. num. 16.

Quarè non celebraverit feſtivè nativitatem filiæ ſuæ Dinæ. Tract. 4. conſ. 6. num. 4.

Ecquod myſterium continet, lapides ſupponere capiti ad dormiendum. Tract. 6. conſ. 2. num. 1. & 2.

Cur plùs dilexerit Ioſeph. Tract. 8. conſ. 6. num. 4.

Gur decuſſatis, & inverſis manibus benedixerit nepotibus ſuis Tract. 8. conſ. 6. num. 7. T. 10. c. 3. n 13.

Quænam fuerit benedictio, quam petiit ab Angelo. Tract. 9. conſ 1. num. 2.

Quarè dixerit filiis ſuis, ut deferrent munera Vice-Regi Ægyptiorum. Tract. 9 conſ. 6 num 7.

Cur ſeparatim poſuerit Rachelem, & puerum Ioſephum divitionæ turmarum, & quid hoc præfiguverit, *ibid* num. 8.

Quarè Pater juſſit eum ad ſe accedere, ad dignoſcendum, an eſſet Eſau Tract. 10. conſ. 3. num. 7.

An benedixerit ſingulos filios ſingulis benedictionibus? *ibid* num. 10.

Cur adoraverit Deum converſus ad caput lectuli ſui. Tract. x. conſ 4. num. 5. & 6.

Quarè iratus fuerit contra Laban T. 11. conſ. 2. n. 4.

Cur noluerit à ſe divelli, aut abduci Beniamin. T. 11. conſ 6. num. 3.

Videns Deus eum periclitantem, propugnavit honorem ejus. Tract. 13. conſ. 4. num. 4.

Habens jam benedictionem à Patre, cur aliam petiit ab Angelo. Tract. 14. conſ. 3. num. 2.

Qualiter fuerit Dominus fratrum ſuorum. Tract. 14. conſ. 5. num. 4.

Cur dicat Scriptura eum eſſe hominem ſimplicem, & probæ vitæ. Tract 14. conſ. 5. num. 8.

Idololatria.

Prohibita à Deo in lege veteris Teſtamenti. Tract. 1. conſ. 3. num. 2 & num 7.

Volunt diabolus revelare corpus Moyſis, ut Hebræos ad idolatriam incitaret, & provocaret. Tract. 6. conſ. 4. num. 1.

Iephte.

Non occidit filiam ſuam ſed arctiſſimâ clauſurâ eam concluſit. Tract. 5. conſ. 6. num. 25.

Virgines Paleſtinæ ſingulis annis celebrabant memoriam diei, quò filia ejus ſe morti voluntariè conſecravit. Tract. 9. conſ. 6. num. 2.

Ieſus.

Chriſtus aſſumpſit ſibi hoc nomen, quia laborem ſignificat. Tract. 2. conſ. 2 num. 8.

Incarnatio

Eſt myſterium inſcrutabile. Tract. 6. conſ. 1.

Opus divinæ gratiæ in plurimis locis ſacræ Scripturæ ſignificatum. *ibid.* num. 3. & 4.

Fuit merum Dei beneficium, & gratuitum *ibid.* c. 2.

Obligati nos ad non offendendum Deum. *ibid* c. 6. num. 2. & ſe 4.

Injuria.

Qui verè amat, non recordatur injurias ſibi, illatas. T. 8. conſ. 4. num. 2.

Ad laudandum, & honorandum quoſdam, non licèt alios vituperare, aut injuriis laceſſere T. 13. c. 5.

Ioachim

Rex Ioachim inflixit ſibi vulnera, & cicatrices, ut idolis, quæ adorabat, obſequium præſtaret in coſpore ſuo. Tract. 1. conſ. 3. num 2.

S. Ioannes Baptiſta.

Splendor omnium Sanctorum. Tract. 1. conſ. 6. n. 12.

Virtus parentum non mediocriter exaltat ejus ſanctitatem. Tract 4 conſ. 4. num. 8.

Habuit intrepidam audaciam in loquendo, & dicendo veritatem. Tract. 5 conſ. 2. num. 13

Semper fuit unus, & idem. Tract. 11. conſ. 2. num. 7.

Cur in vinculis detentus miſerit diſcipulos ſuos ad Chriſtum. Tract. 11. conſ. 4. num. 11.

Videns Chriſtus honorem ejus periclitantem defendit eum. Tract 13. conſ. 4. num. 8

Caput ejus ſanctum, & immaculatum ſanctificavit diſcum prophanum. Tract. 14. conſ 6. num. 8.

S. Ioannes Evangeliſta.

Cur videns Deum ceciderit in deliquium animi, T. 9. conſ. 2. num. 4.

Quare exorſus fuerit Evangelium ſuum verbis illis: *In principio erat Verbum*, & finierit illud. *Stabat juxtà Crucem.* Tract 12. conſ. 6. num. 11.

Iob

An peccaverit ſeipſum laudando. Tract. 9. conſ. 1. n. 2

Cur ſciderit veſtimenta ſua Tract. 10. conſ. 2. num. 3.

Quarè teſtâ ſaniem vulnerum ſuorum mundabat. Tract. 11. conſ. 1. num. 4.

In adverſis cognoſcitur ejus virtus. T. 10. c. 2. n. 2.

Cur non reſtituerit ei Dominus filios duplicatos, Tract. 10. conſ. 3. num. 1.

Quare amici ejus videntes eum non agnoverunt. T. 11. c. 5 n. 3.

Cur ploraverint cum illo, & ſciderint veſtimenta ſua. *ibid.*

In adverſis omnes defuerunt eum. T. 11. c. 6. n. 9.

Fuerunt myſtica nomina, quæ impoſuit filiabus ſuis. T. 12. c. 1. n. 3. & 4.

Quomodò intelligendum ſit, quòd Dominus illi reddiderit omnia duplicia. T. 12. c. 2 n. 4. & 5.

Maximus honos, quem Deus illi contulit, fuit ipſum humiliare T. 12. c. 6. n. 7.

Cur

Cur Scriptura eum nuncupet hominem. *ibid.* n. 8.
Defendit Deus honorem illius periclitantem. Tract. 13.c.4.n.6.
Non commemorat sacra Historia illustrissimam illius prosapiam, sed solas virtutes. T.14.c.4.n.2.
Cur postulaverit à Deo merita, & virtutes appendi in statera. T.14.c.5.n.6.

Ionas.

Symbolum expressum veri obedientis. T.3.c.2.n.8.
Cur nautæ ejus patriam scire voluerint. Tract.5.conf. 5.num 1.
Quarè fugerit missus à Deo ad prædicandum Ninivitis. T.9.c.4.n.3.
Quid hedera illius significet. T.14.c.3.n.6.

Ioseph Patriarcha.

Cur dicat sacer Textus in illo fuisse conservatam generationem patris sui Iacob. T.3.c 1.n.2.
Fuit similis monti Olympo. T.5.c.5.n.10.
Quid significaverit tunica illius polymita. Tract. 12. conf.1.n.9.
Cur fuerint quatuor honores, quibus eum Pharao affecit. *ibid* c.2.n.6.

Ioseph Sponsus B. Mariæ Virginis.

Tamquàm sanctus numeratur in genealogiâ Christi. T.3.c.1.n.1.
Quid significet illius nomen. T.6.c.5.n.7.

Isaac.

Cur non benedixerit illi pater ejus. Tract.5.conf.6. num.16.
Lætatus est Isaac videns gladium patris super se ad occidendùm. T.10.c.3.n.9.
Eisdem verbis protulit diversas benedictiones super Iacob, & Esau. T.13.c.5.n 8.
Cur noluerit Deus, ut ipse proficisceretur in Ægyptum. T.13.c.6.n.12.

Iudæi.

Per Sacramentum Circumcisionis fuerunt maximè honorati à Deo. T.3 c.1.n.3.
S. Ioannes Baptista appellavit eos arbores excelsas, & frondosas. T.3.c.1.n.6.
Sunt opprobrium mundi. T.4.c.5.n 2.
Habebant bonum nomen, & mala opera. *ibid.* n 8.
Fuerunt illi cæci, ubi Gentiles viderunt. T.5.c.4.n.6.
Cæteras nationes appellabant canes. *ibidem* 11
Nolunt tandem credere, sed semper sperant. Tract.8. c.4.n.8.
Cur non ament Christum, aut credant in illum. *ibid.n.9.*
Lamentatur Deus duritiem cordis eorum. Tract.10. c.2.n.6. & 7.
Quænam præcepta posuerit eis Deus in deserto. T. 10.c.3.n.3.
Boni comparantur nucibus. *ibid.n.5.*
Fuerunt primogeniti Dei. T.10.c 6.n.4.
Quando pauci vicerunt, & quando plures fuerunt devicti. T.11.c.3 n.8.
Pugnarunt contra B. Virginem Matrem Dei. T.11.c. 3.n.9.
Quando suspenderunt organa sua in salicibus, nesciebant quid facerent. T.12.c 5.

Iustitia.

Duplex reperitur in Deo, una punitiva, altera commutativa. T.1.c.1.n.9.
Iustitia humana sæpiùs punit minùs reos, & parcit majoribus. T.14.c.1.n.9. & 10.

Iustus.

Est obediens, neque discutit mandata sibi imposita. T.3.c.2.
Occultat suas virtutes. *ibid* c.3.
In summis honoribus maximè humilis. T.4.c.1.
Pauciores sunt justi, quàm peccatores. T.5.c.1.
Comparantur palmæ, & quare? *ibid* n.3. T.10 c.5.n.9.
Sunt Læones absque ullo timore. T.5.c.2.n.12.
Inter peccatores conservant virtutem. T 5.c.5.
Non tantùm sibi, sed etiam aliis sunt boni. T.7.c.1.
Non sistunt in bono peracto, sed semper progrediuntur, *ibid.*
Omnia oblectamenta, & gaudia sua referunt in Deum. T.7.c.5.n.2.
Nihil in mundo illos exhilarare potest. *ibid.* n.7. & 8.
Societas eorum plurima causat bona, & commoda. *ibid* c.6. n. 8.
Cuncta bona sua soli Deo attribuunt. T. 8.c.4.
Sunt boni Deo, quinimò etiam hominibus. T.9.c.1. n. 8.
Coràm Deo sunt imperfecti. *ibid.*
Viatores semper habent aliquid expoliendum in vitâ suâ. *ibid* c.2.n.9.
Quærunt occasiones patiendi. T.10.c.2 & T.11.c.4.
Cur Deus ponat eos in Cruce Tribulationis, & miseriæ T.10.c.3.n.2.
Semper sunt iidem, & constantes. T.11.c.11.n.11.
In maximis tribulationibus magis fortes, & in gravissimis adversitatibus magis constantes. T.12.c.3.
Comparantur olivæ. T.12.c.3.n.6.
Comparantur croco. *ibid.* n.8.
In majoribus tribulationibus majorem sibi spondent quietem *ibid* c.4.
Pascuntur, & augescunt tribulationibus. T.11.c.5.n.6
Nolunt esse soli in regimine. T. 13.c.3.
Flocci pendunt fœlicitates hujus sæculi, & solùm futuras magni æstimant. T.14.c 3.

Digitized by Google

L.

Lacryma

SVnt effectus peccatorum mortuorum. T.5.c.2. n.9.

Lazarus

Symbolum veri obedientis. T.3.c.2.n.9.
Figura peccatoris. T.3.c 6 n 13.

Lex

Nova gratiæ est filia legis antiquæ. T.1.c.4.n.1.
Leges Dragonis erant sanguine conscriptæ. T. 9.c 5. n.7.

Liberalitas

Vera consistit in dando proprio, non aliena. Tract.3. conf.5.num.10.

Libertas.

Solus libertatem habet, qui à nullo dependens, veritatem eloquitur. Tract.5. conf 2 num. 9. & seq.

Locrenses.

Lex fuit apud illos, ut qui novam legem proponeret, funem collo appositum ferret T.1.c.5 n.9.

Luna

Antiquitus erat insigne nobilitatis T.3.c.6.n.7.
Lumen ejus mutuatum. T. 8.c.5. n.1.
Cur illam laudet David, & non Solem. T.13.c.3.n.6.

M.

Magdalena

TAnti æstimavit Christus ejus unctionem, quanti proprium sanguinem. T.1.c.2.n.9.
Per pœnitentiam omnino in aliam mutata. Tract..3. conf.4.num.8.
Cur non recesserit à sepulchro Domini. T.11.c 6.n.8.
Defendit Christus ejus famam, videns eam labefactari. Tract.13.conf.4 num. 9.

Magister

Debet regere discipulum, & non vice versâ T. 6.c.3. n.7.

Malitia

Debet evitari, & quidquid speciem mali habet. T. 9c.1 n.1.
Est debilis, & impotens etiam in hominibus secundùm opinionem mundi maximè robustis. Tract. 11.conf.3. num.3.

Mansuetudo.

Reddit homines amabiles. Tract. 2. conf. 1.num.5

S. *Maria Mater Dei.*

Docuit nos orationem seu formalem precandi maximè utilem, & proficuam Tract.1 conf.6. num. 1.13.
Omnia encomia ejus comprehenduntur in eo, quòd sit Mater Dei. *ibid* n.15.
Devoti clientes ejus debent sibi persuadere se esse prædestinatos. *ibid,*
Agnoscit Christum, ut filium suum quatenùs mansuetum, & benignum. Tract.2.conf.1.num.6.
Fungitur officio mediatricis nostræ. *ibid.* conf.3. num. 11.
Exhibuit nobis Christum agnoscendum ut hominem, & filium ancillæ. conf 4 num. 2.
Pluris æstimat se sororem esse hominum, quàm Dominam eorum. *ibid.* num.8
Videtur Christus majori in pretio habuisse filiationem maternam, quàm paternam. *ibid* conf.5.
Præfigurata fuit in Arcâ Fœderis. conf 5. *ibid* num. 3. Tract 9 conf.6.num.9.
Tot creaturæ serviunt illi, quot sanctissimæ Trinitati. Tract.2.conf.5. num.12.
Ipsemet Deus obedit illi. *ibid.*
Ipsius devoti, & servi sunt rosæ sine spinis. Tract 2. conf6 num 4.
Ostenditur puritas Conceptionis illius. Tract.3.c.6.
Cur appelletur Thronus Dei similis Thronis cœlestibus. *ibid.* num.2.
Figurata in septima die creationis, *ibid.* num.3.
Comparatur palmæ, & rosæ, *ibid.* num.6.
Cur Luna sub pedibus ejus. *ibid.* num.7.
Est Paradisus terrestris. *ibid.* num.11.
Adumbrata in domo Martha. *ibid* num.15.
Anima ipsius per antonomasiam fuit Christi. *ibid* n.16.
Assimilatur Lilio, & Cedro. Tract.4.conf.1.num.7.
Quantò sublimor, tanto humilior *ibid*, num.10.
Vocatur Nubes, & quare? Tract.4.conf.4.num.9.
Est respiratio seu spiraculum peccatoris. *ibid,*
Propter ejus reverentiam nulla mulierum Polonarum vocatur Maria. *ibid* conf.5.num. 12. Tract.15. conf.4.num.4.
Nativitas ejus festivè celebranda. Tract.4.conf.6.
Simillima Christo. Tract.4.conf.6.num 8. Tract 5. conf. 6.num.10.
Adumbrata in nube Elæ Tract.4.conf. 6.num.9.
Triennis, & præmatura obtulit se Deo. T, 5.c.6.n.1.
Significata in aquila Ezechielis Tract.5.conf.6.n 7.
Figurata in virga Aaronis. Tract. 6.conf.1 num.8.
Cur Spõsus illius fuerit vocatus Ioseph. T. 6.c.5.n.1.
Quare tantâ festinatione visitaverit cognatam suam Elisabeth. Tract.7.conf.1 num.1.& conf.3.
Ejus præsentia caulat bona. *ibi*, conf.6.
Ardentissima fuerunt ejus desideria, & majora omnibus cordis humani desideriis. T.8.c.3
Propter merita ipsius accelleratum fuit opus Incarnationis. *ibid* & num 2.
Est superior totâ Ecclesiâ militante, & triumphante. *ibid* c.6.n.1.
Purificavit suam famam. T.9,c.1 n 1.

Digitized by Google

Ad implevi legem non obligata T.9.c.6.n.5
Magna virtute, & parva humilitate. *ibid.*
Præfigurata in columnâ Noë. *ibid.* n 10.
Amore ipsius, & Christi creavit Deus cœlum, & terram. *ibid.* n.11.
Cur celebretur Festum Purificationis cum candelis accensis *ibid.* n.12.
Iuxtà Crucem ostendit ineffabilem suam pietatem Tract.10.conf.1.
Habuit excellentiam Martyrii. *ibid.* n.7.& seq.
Quæsivit occasiones plura patiendi.c.2.n.1.
Ad Crucem Filii sui naturalis, ostendit se pientissimam Matrem nostram.T. 10.c.6.
Intensissimos ibidem dolores pertulit.T.11.c.1.
Lancea vulnerans corpus Christi mortui vivaciter penetravit cor ejus. *ibid.* n.2.
Animosa. & constans stetit juxtà Crucē. *ibid.* c.2.n.7
De ejus solitudine. Tract.11 conf. 6.n.12.
Id quod illi lacrymas ciebat, easdem abstergebat. T.12.c.2.n.1.& seq.
Maxima illius excellentia, à Christo in cruce vocari mulier. T.12.c.6.n. 6.
Quid intenderit Deus dando ei Sponsum. *ibid.* n.4.
Cur Angelus eam nuncupaverit benedictam inter mulieres. T.13.c.1.n.10.
Ecœlis fungitur officio, quod Sol agit in terris. T.13 c.6,n. 14.
Habuit excellentiam omnis status n 15.& 16.
Colliguntur ejus encomia, dotes & perfectiones ex sanctitate, & virtute Fili. T.14.c 6.n 1.
Omnes perfectiones cæterorum in illâ, veluti compendio, continentur. *ibid* n.5.
Fuit filia Regis, Sponsa Regis, & Mater Regis, *ib.* n.6.
Devoti clientes, qui ejus implorant opem, & favorem, non peccant. *ibid.* n.17.
Vbi sanctissimum ejus nomen Maria auditur, omnia replentur lætitiâ. T.15.
Fuit potiùs filia gratiæ quàm naturæ. seq. *ibid.* c. 1.
Quia Christus ex illâ carnem erat assumpturus noluit eam habere parentes humanos. *ibid.* num.2.
Est cœlum Dei. *ibid* n.5.
Deus sibi soli reservavit impositionem nominis illius. *ibid.* n.6.
Posuit in illâ Deus omne bonum, & profectum nostrum. *ibid* c.2.
In tribulationibus est refugiū, & lux intenebris *ib.* n.1.
Audiens Magdalena hoc divinum nomen, statim agnovit Christum. *ibid.* n.3.
Noluit Christus in cruce eam proprio nomine appellare, ut acerbius pateretur pro omnibus, ne suavissimum nomen Mariæ suam amaritudinem dulcoraret aut temperaret. *ibid.* n.4. & seq.
Nihil terribilius aut horribilius in inferno quam divinum Mariæ nomen. *ibid* conf.3.
Est singulare scutum, & munimentum animæ in articulo mortis. *ibid.* n.3.
Ad pronuntiandum illud magna requiritur puritas. *ibid.* c.4.
Motivum sufficiens ad ferventius colendam B. Virginem, est injuria, quæ illi ab Hæreticis sacrilegè infertur. T.16.c.1
Eisdem modis, quibus Hæretici moliuntur exterminare ejus devotionem, utitur Deus ad accendendam devotionem fidelium erga eam. *ibid* c 2.
Est murus, & turris Ecclesiæ. *ibid.* n. 2.
Comparatur Soli. *ibid.* n.3.
Est Hortus conclusus, & fons perennis T 16.c.3.n. 4.
Colens illam debet esse exornatus omni virtute, nam ex cultu ejus ditescit. *ibid.* n.6
Magna excellentia hujus Virginis est, esse Matrem Dei absque læsione Virginalis pudicitiæ. T.17. c.1.
Est terra cui Deus singulariter benedixit. *ibid.* c.1.n.5.
Animosâ confessione Marcellæ prævenit Deus defessionē Virginitatis Mariæ Matris suæ. *ib* n.1.c.2.
Ad Deum pertinet tueri puritatem Matris suæ contra impugnatores ejusdem. *ibid.* c.3.
Est vita peccatorum. *ibid.* n.4.
Regina Angelorum. T.18.
Maximi fecit Deus, nasci ex Mariâ *ibid*
Conceptio illius sine culpâ fuit emendatio culpę primæ mulieris. *ibid.* c.1.n.4.& 5.& seq.
Est Maria vitis divina T.18. c. 2. n.3.
Comparatur salici. *ibid.* n.4.
In creatione Vniversi respiciebat Deus ad efformationem Mariæ. *ibid.* c.3.n.4.
Tanti Deus æstimat imagines beatæ Virginis, ut videatur velle, ut nos iisdem cultum divinum deferamus. *ibid.* c.4.
Imagines ejus sunt excitamenta devotionis. *ibid.* n.2.
Maria egit vices utriusque parentis Christi *ibid* n.4.
Est Templum Dei vivi. *ibid.* n.3.
In suo nomine defert descriptam clementiam. *ib.* n.5.
Quid vestis ejus cærulea significet. *ibid.*

Martha.

Cur petierit sociam in ministerio. T.13 c.3.n.1.

Memoria.

Recordatio beneficiorum gratitudinem excitat. T. 1.c.1.n.4.
Memoria rerum hujus mundi est valdè noxia animæ. T.5 c.6.n. 5.

Merita.

Nostra sunt valdè exigua, & finiti valoris. Tract.1. conf.1. num. 9.
Qui excelluerint meritis. debent etiam majoribus con-

condecorari præmiis T.8,c 6.
Merita unumquemque præmio dignum reddunt, & sine illis nihil sperandum, T.14 c.4.n.5.& seq.
Notoria debent esse eorum, qui publicis præficiuntur officiis. T.14 c.5.n.2.

Metus.

Quandoque adimit libertatem loquendi.

Ministri iustitiæ.

Debent esse zelatores boni communis, & amantes subditorum, seu plebis. T.2 c.3.n.1.
Neque debent inhiare lucris. *ibid.* n.3.

Moyses.

Plurium obtulit merita, ut votorum suorum compos fieret, & à Deo postulata impetraret. Tract.1. c.6. n.15.
Oppositit se ipsimet Deo in defensionem populi. T. 2.c.3.n.1.
Quomodo intelligendum sit, quòd negaverit se esse filium filiæ Pharaonis. T.3.c.1.n.7.
Occultabat propriam gloriam T.3.c.3 n.7.
Cur benedixerit Ruben, cui pater ejus Jacob maledixerat. T.3.c.4.n.3.
Peccavit occidendo Ægyptium. T. 5.c.2.n.3.
Quare non agnoscebat splendorem vultus sui. T.8. c.5.n.8.
Cur Deus mandaverit illi, ut descenderet è monte. T.9.c.4.n.1.
Quare apparuerit illi Deus in rubo, & non inter rosas, & flores. T.10.c.1 n.1.
Cur miserit lignum in aquas Marath. T.10. c.2.n.5.
Virga illius in serpentem conversa, symbolum fuit pœnitentiæ & virtutis, T.10.c.5.n 1.
Cur petierit à Deo deleri ex libro ejus. T.11.c.6.n.4.
Postulavit à Domino socios, & adjutores regiminis. T.13.c.2.n.1.
Vindicavit Deus honorem ejus periclitantem. T.13. c.4.n.5.
Qui intelligendum sit Deum abstulisse spiritum ab illo ad dandum 70. aliis. T.13.c.5.n.6.
Non detulit Pharaoni respectum urbanitatis, ne notam ingratitudinis incurreret apud Deum. T.14. c.2.n.5.
Cur præceperit Tribui Iuda ut figeret tentoria sua juxtà tabernaculum Dei T.14 c 6.n 12.

Montes

In illis quidam evaserunt mortem, &c. T. 5.c. 4.n. 3.
Ad summitatem montis Olympi nullæ pertingunt tempestates. T.5.c.5.n.10.

Mors.

In lege gratiæ est solatium spei. T 8.c.2.n.7.
Quæ voluntariè accipitur, non sentitur. T.11.c.6.n.15.

Mortui.

Antiquorum sùt magìs approbandi. T.1.c.4.n.9.& 10.
Vniuscujusque ex patriâ maximè dignoscuntur. T.5. c.4.n.1.

Mulier seu uxor.

Agat curam rei domesticæ, & maritus negotiis externis occupetur. T.6.c.4.n.3.
Debet obedire viro, & viro competit mandare. T.7.c.4
Cur Deus eam efformaverit ex costâ Adami, & non ex pedibus aut capite. *ibid.*
Non permittit S. Paulus illi, ut doceat, & quare *ibid.* n.6.
Mulieres Persarum à solis maritis suis conspiciebantur. T 13.c.2.n.4.
Cur Deus uxorem Loth in statuam salis converte- T.14.c.2.n.4.

Mundus, Mundani.

Mundani persuadent sibi se possidere Paradisum terrestrem in hoc mundo, sed ficta est eorum beatitudo. T.7.c.5.n.8.
Veteres depingebant Iovem duos mundos manibus gestantem, unum ferreum, & alterum aureum, & quare. T.12.c 5 n.1.
Mundani non admittunt socium in regimine. T.13.c.3

N.

Nativitas

NAtivitas Filii Dei jugiter, & devotè recolenda. T.2.c.1.n. 2.
Summo gaudio celebranda nativitas B. Virginis. T. 4.c.6.
Temporalis Christi est causa nostræ spiritualis T.6. c.6.n.3.& 4.

Nemrod.

Cur dicatur fuisse vir robustus. & gigas contra Deum T.11.c. 5. n. 6.

Nobilitas.

Est stimulus, calcar, & dispositio ad virtutem. T.1.c. 3.n.8.
Vera nobilitas consistit in perfectione virtutis. T.3.c. 1.n.5.

Noe.

Noë fuit vir justus toto tèpore vitæ suæ. T. 1. c.1.n. 2.
Celebrata fuit ejus nativitas T 4.c 6.n.3.
Inter improbos probus, & sanctus. T.5.c.5.n.6.
Cur benedixerit Deo Sem. & nō ipsi Sem. T.8, c.5.n.6.
Lætatus fuit ad reditum columbæ portantis ramum olivæ. T.14.c.6.n.9.

Nomen.

In domo Dei quisque habet nomen conforme muneri, & officio suo. T. 4.c.5.

Novitates.

Bonæ sunt, quæ fundantur in antiquitate. T. 1 c.4.
Novitates legis gratiæ consonant cum lege antiquâ. *ibid.*

Digitized by Google

O

Obedientia.

VErus obediens non examinat præceptum ſuperioris. T.3,c.1.

Oblivio.

Neglectus,& oblivio honeſtatis,ſeu honoris eſt cauſa plurium malorum. T. 1.c.3.n 9.

Obſtamenta

Hujus vitæ ſunt impropria,& ficta. T.7.c.5,n.1. & 3. ac. 4.

Qui eis fruitur in hâc vitâ,caret in futurâ. T. 13. c.5. num.11.

Occaſio.

Quæ poteſt præbere ſcandalum, evitanda eſt. T.9. c.1.n.1.

Oculi.

Quinam,aut quales ſunt, quos præcipit nobis Chriſtus eruere. T 14 c.2 n.8.

Officium.

Quilibet fungatur ſuo,nec ſe immiſceat alieno T.6. c.4.n. 2.

Opera

Oſtendunt qualis quiſque ſit. T.3.c.1.

Propria,ſibi Deum devinciunt. T.3 c.5.

Debent eſſe magna,& præclara, & opinio, ſeu æſtimatio parva,& exigua. T.4 c 1.n.9.

Opera virtutum debent fieri deliberatè, & non caſualiter. T 7 c.2.

Oſeas.

Fuit Figura Chriſti Salvatoris. T. 1.c.5.n.11.

P.

Parentes.

EX bonis,& probis naſcuntur quandoque peſſimi filii. T.3.c.1 n.8.

Magna eſt gloria progenitum eſſe ex probis parentibus. *ibid.* n.10. & 11.

Tenentur filios ſuos à tenerâ ætate Deo offerre, & conſecrare. T.5 c.6.n.15.

Ægrè ferentes eos deſerere ut ſerviant Deo,perdunt illos. T 5.c.6.n. 23.

Qui verò eos voluntariè offerunt,lucrantur eos. *ibid.* n.24.

Quid ſignificet præceptum Dei datum primis parentibus,ut multiplicarentur. T.6.c.5.n.7.

Sentiunt plurimùm,& maximè matres, videre filios ſuos patientes,& illis ſuccurrere non poſſe. T.11.c 1

Parſimonia

In communi calamitate,etiam obligat Reges,ut moderentur ſtatum ſuum. T. 9.c.5.n.8.ac 9.

S. Paulus.

Pluris æſtimavit Chriſtus id,quod Paulus egit pro amore ſuo,quàm cuncta tormenta, quæ pro illo pertulit. T.1.c.2.n.6.

Doctrinæ ejus conformis doctrinæ SS. Prophetarum. T.1.c.4.n.6.

Cur dicat ſe jam adeptum coronam,quam Deus illi daturus erat. T 4.c.2.n.7.

Quarè ſcribens ad Romanos ſe Apoſtolum indigitat. T 4.c.5.n.10.

Prudentiſſima fuit ejus interrogatio. ***Domine quid me vis facere,*** quando Chriſtus eum proſtra vit. T. 6.c.3.n.8.

Cur circumfulſerit eum lux extrinſecùs. T. 9.c.6.n.14

Quarè tantum condolebat miſeriis, & perſecutionibus Chriſtianorum T.10.c 1.n.7.

Ecquod myſterium continet,quòd matrem Rufi appellet matrem ſuam. T 10.c.6.n.8.

Cur exaltans magnitudinem amoris ſui dixerit, ſe victurum T.11.c.6.n.15

Quomodo ſe accommodaverit iis, quibus prædicabat. T.14.c.2 n. 6.

Quam ob cauſam ſe nuncupet vinctum in Domino. T.14.c.4.n. 4.

Pauperes.

Favendum.& ſuccurrendum eſt ipſis, neque ullatenùs opprimendi,aut bonis ſuis exuendi, T. 3.c.5. n.12.

Condemnat Deus ſacrificia ex ſanguine, & ſubſtantia eorum oblata. *ibid* n.13.

Non debent lautè vivere,quaſi divites T. 9.c.1 n.5.

Quaſi ſub Sacramento abſconditur Chriſtus in pauperibus. T.13.c.2.n.7.

Pauperes ſunt egeni,& vacui,quia divites omnia ſibi rapiunt. T. 14.c.1.n.8.

Peccatum, Peccator.

Peccator per pœnitentiam reſtituitur ſtatui innocentiæ. T.1.c.5,n.3,

Verè converſus,eſt corona Dei. N.6.

Induit peccator folia,& nullos profert fructus. T. 3. c.5.n.6.

Majus malum eſt infamia peccati, quàm ipſa mors. T.3.c.6 n.13.

Numerus peccatorum eſt major numero juſtorum. T.5.c.1.

Magna laus, inter peccatores ſanctam ducere vitam. T.5.c.5.

Peccatum eſt tinea virtutum. *ibid.*

Peccata noſtra ſunt cauſa punitionũ Dei. T. 6.c.2.n.6

Perfunctoriè agit peccator negotium ſalutis ſuæ. T. 7.c.3. n. 2.

Omnes in hôc viatorum ſtatu ſunt peccatores. T. 9.c.2.n.13.

Peccator ſemper varius, & inconſtans deſignatus in vitro. T.11 c.3 n. 5.& ſeq.

Malè apparet peccator inter juſtos. T.13.c.4.n.9.

Digitized by Google

Plebeii.

Communiter ſunt magis pii, & devoti, quàm nobiles. T.5.c.3.

Pœnitentia.

Reſtituit innocentiam. T.1.c.5.n.3.
Imo efficit homines penè divinos, *ibid* n.5.
Veri pœnitentes ſunt corona Dei.n.6.
Omnes egent illâ, quantumvis juſti. T.9. c.2.n.9.& 10.
Quòd eminus viſa appareat deformis, & horrenda. T.10.c.5.
Etiam fucata, & ſolùm externa, placet Deo T.11. c.3.n.7.

S. Petrus

Iuſſit illi Chriſtus, ut confirmaret in fide fratres ſuos ſeu ſubditos. T 3.c.4.n.5.
Cur non reſponderit Chriſto ſe plùs aliis eum diligere. Tract 3.conſ.4.num.4.
Cur commiſerit illi oves ſuas poſtquam peccaverat. *ibid.*
Quare dixerit Chriſto, Exi à me, id eſt, è navi meâ. T.4.c1.n.8.
Erravit volens Chriſto leges præſcribere. T.6.c.3.n.7
Non minus erravit volens tabernacula ædificare, pi:cator exiſtens. T.6.c.4.n 9
Magnâ laude dignus, quòd tam facile monitis fratris ſui Andreæ acquieverit. T.7.c.1.n.10,
Quia excellebat fide, conſtituit eum Chriſtus Vicarium ſuum in terris. Tract.8.conſ. 6. num.6.
Cur Evangeliſta eum arguat ignorantiæ. T.9.c.4.n. 8. Tract.12.conſ 5.num.10.
Quare proſilierit in mare. Tract.10.conſ.5.num.10.
Cur dubitaverint milites, quid factum eſſet de illo incarcere. Tract.12.conſ.6.num.10.

Potentia.

Non tam potentia, quam amor ſtabilit regnum, aut regimen. Tract.2.conſ.1.num.8.

Præſepe.

Cur S. Matthæus illud domum nuncupaverit. T.3.c. 4.num.6. Tract.7.conſ 6.num 4.

Principes.

Principes, & Magnates debent eſſe primi in iis, quæ concernunt cultum Dei. Tract.5.conſ.3.

Pueri

Ab ineunte ætate ſunt Deo offerendi, & conſecrandi. Tract.5.conſ.6. num.15.

R.

Rachel

CVr luxerit filios ſuos. Tract.5.conſ 4.num.4.
Qualiter ex tepulchro ſuo dicatur plorare eos, &c. Tract.13.conſ.6.num.16.

Non peccavit contra urbanitatem non aſſurgens patri, idola quærenti. Tract.14.conſ.2 num 2.

Reconciliatio.

Eſt munus miniſtrorum Dei reconciliare peccatores Deo. T.2. c.3. n.1. *ibid.* c. 2.n.7.

Regnum.

Non patitur, neque admittit niſi unum Regem, qui gubernet. T.6.conſ.3. num.9.

Reſpublica.

In Republicâ Dei omnia ſunt compoſita, & ordinata, obedit ſubditus, & imperat ſuperior, è contra vero in mundanâ, mandat ſubditus, obedit ſuperior. Tract.6.conſ.3.num.2
Illa rectè adminiſtratur, in quâ quiſque ſuo vacat officio, & nullus ſe immiſcet alieno. *ibid* conſ.4.
In cœleſti mandat maritus, & obedit uxor, è contrà in mundanâ Tract.7. conſ.4.
Fortunata poteſt reputari illa, in quâ minores benè loquuntur de Principe, & Magnates conquerunt. Tract.14.conſ 1.num.1.

Reſurrectio.

Fruſtrà ſperat gaudia, & gloriam Chriſti, qui priùs non guſtaverit dolores, & tormenta Crucis ejuſdem. Tract.12. conſ.5.
Ex ſucceſſione arborum convincit Tertullianus reſurrectionem corporum. Tract.12.conſ.5.num.10.
Alio argumento probat idem, Tract.13.conſ.6.n.3.

Rex, Reges

Pluris debet æſtimare pauca, quæ recipit à ſubditis, quam plurima, quæ illis donat. Tract 1.conſ. 2. n. 6.& 8.
Sunt liberales in petendo, & avari in dando. *ibid.*
Manſuetudo reddit eos amabiles. T.2 c.1 .n.7. &8.
Comparantur malo punico.conſ.2.num.2.
Salvare, & regnare debent eſſe conjuncta. *ibid.* n.3.
Labore aliorum quietem ſibi parant. *ibid.*
Tyrannus ſoli commodo ſuo ſtudet, bonus verò Rex invigilat utilitati ſubditorum. *ibid* num 8.
Debent ſubditos ſuos regere ut fratres ſuos, non ut mancipia. Tract.2.conſ.4 num.3& ſeq.
Rex tenetur eſſe exactus, & fidelis in promiſſis, erga ſubditos. Tract.4.conſ.3. num.9.10.
Aulici debent eis præſcribere veritates ad ritè gubernandum. Tract.5.conſ.2. num 8.
Non eſt qui audeat eis dicere veritatem num.10.
Debent revereri Sacerdotes. T.6.c.3. n. 2.
Debent mandare, & non mandari. T.6 c.3.n.7 .& 9.
Non licitum eſt iis ſe immiſcere regimini Eccleſiaſtico 1.6.c.4.n.5.& 6.

Digitized by Google

Plus merentibus majora debent conferre beneficia. T. 8, c. 6. n. 2.
Volunt sibi dari, quod non habemus. T. 11. c. 5.
Temporibus calamitosis tenentur seipsos mortificare T. 9. c. 5. n. 9.
Volunt esse soli in regimine. T. 13. c. 3. n. 9. & 11.
Cupiant amari à minoribus etiamsi Magnates conquerantur. T. 14 c. 1 n. 2. & 3.
Dum publicis honoribus quosdam exornant debent notoria esse eorum merita. T. 14. c. 5, n. 2.

5. Rosarium B. M.

Ejus devotio, quia antiqua, & vetus, approbata, & Deo maximè accepta. T. 2. c. 4, n. 10.
Est etiam universalis. *ibid.*
Sanctissimus Patriarcha noster Dominicus, fuit primus illius prædicator. n. 11.
Per devotionem SS. Rosarii impetratur donum veræ pœnitentiæ. c. 5. n. 11.
Est devotio cæteris eminens, & principalis, quia è cœlis data. c. 6.
Cur appelletur Psalterium Deiparæ Virginis. N. 5.
Fastidire, & mox contemnere devotionem SS. Rosarii est signum reprobationis. n. 6.
Abhorret, & odit dæmon præcæteris hanc precandi formulam. *ibid.*
Victoria obtenta per S. Rosarium. n. 11.
Vtilitates, & commoda, quæ confratres, & sorores ex hac singulari devotione hauriunt, & cumulatissimè percipiunt. n. 7.
Idem erat antiquitùs esse devotum SS. Rosario, ac probum, & justum. n. 8.
Figura illius expellebat dæmonem ex corpore Saülis. n. 9.
Recitans Rosarium immutat viram in melius. *ibid.*
Omnia bona in ejus devotione continentur, *ibid.* & n. 10.
Festum SS. Rosarii valet pro multis. n. 12.
Quare vocetur hæc devotio Rosarium. n. 13.
Maximè placet Deo, & B. Virgini. *ibid.*
Est Rosarium hoc sufficiens ut anima desponsetur Deo, T. 1. c. 5. n. 11. T. 3. c. 6. n. 8.

Rosa

Sunt symbolum clementiæ, & mansuetudinis. T. 2. c. 1 n. 7.
Quare Festum Rosarum celebretur in vere. *ibid.*
Rosa est regina florum. c. 5. n. 13.
Rosæ, sive Rosarium post Baptismum, sunt medela nostra. c. 6. n. 1. & 3.
Ante peccatum nascebatur rosa sine spinis. n. 4.
Pietas rosarum Iericho, & in quo assimilentur illis rosæ B. Virginis n. 8.
In rosis beatæ Virginis Mariæ benedictis, habemus remedium contra omnes infirmitates, & mala nostra. n. 10. *ibid.*

S.

Sacerdotes.

Dignitas eorum magnam exigit probitatem vitæ, & reformationem morum. T. 1. c. 3. n. 6.
Sacerdotes antiquæ legis erant boni nominis, sed malæ vitæ. T. 4. c. 1 n. 13.
Liberrimè debent loqui veritatem. T. 5. c. 5. n. 2.
Qualiter debeant coli. T. 6. c. 3. n. 3.
Cur prohibitum fuerit illis in lege antiquâ, ne ducerent uxorem meretricem, aut malæ vitæ. T. 9 c. 1. n. 7.
Quare eo intrante domum cuncta censebantur immunda. T. 9. c. 2. n. 8.
Cur præceperit Deus Hebræis, ut Sacerdote ingrediente domum ipsorum omni acontagio lepræ infecta, ejicerentur. T. 13. c. 2. n. 2.

68. Sacramentum Altaris.

Cur vocetur panis præparatus, & vinum mixtum. T. 4. c. 4 n. 5.
Præfiguratum fuit in columnâ nubis datâ Israelitis, T. 5. c. 4. n. 10.
Quibusdam est panis, & aliis lapis, seu petra. *ibid.* n. 12.
Quænam dispositio requiratur ad illud dignè recipiendum. T. 12. c. 2. n. 3.
Est restauratio, imaginis spiritualis animæ nostræ ad vindicandam injuriam gratiæ. T. 18. c. 1. n. 7. & 8.

Sacrificia.

Ex propriis rebus, & non alienis debent offerri. T. 3. c. 5.
Sacrificium Purificationis fuit majoris meriti, quàm Præsentationis. T. 9 c. 6. n. 1.
Sacrificium Christi in Templo, respiciebat Sacrificium Crucis. n. 3.
Vt Deo sint accepta, debent offerri ab animâ purâ, & immaculatâ. T. 14. c. 6. n. 16.

Salomon.

Cur jussit in ferculo describi historiam amorum suorum T. 1. c. 1. n. 7.
Vestis ejus erat inter texta Rosis. T. 2. c. 5. n. 13.
Scivit, & novit proprietates omnium herbarum. c. 6. n. 9.
Quarè mandaverit fundas sculpi in Templo. Tract. 4 c. 1. n. 6.
Non potuit comprehendere mysterium Incarnationis. T. 6. c. 1. n. 1.

Cur

Cur præceperit uni ex mulieribus altercantibus integrum reddi infantem. T.10.c.1.n.4.

Salus anima.

Pauciores illam consequuntur. T.5.c.1.n.11.
Valdè deplorandum est quosdam damnari, ubi alii salvantur. T.5.c.4.

Salus corporis, seu sanitas.

Quærenda est in Deo, & non in pharmacis terrenis. T.6.c.6.n.10.

Samson.

Quomodò Deus illi tribuerit spiritum fortitudinis. T.12.c.3.n.1.

Samuel.

Figura fuit veri obedientis.

Sancti. Vide Iustus.

Sanguis.

Pauperum sanguis est eorum substantia. Tract.5.c.5. num. 13.
Ecquod mysterium contineat sanguis Christi in horto profusus. T. 11. c.4 n.9.

Sara.

Cur præceperit Deus nomen illius mutari. Tract.7. c.4. n 3.
Quare negaverit Angelo se risisse. T.7.c.5 n.5.
Defendit Deus honorem ejus læsum. T.13.c.4.n.2.

Saul.

Iustus erat animosus, & fortis, post peccatum verò imbellis, & timidus. T.11.c.3.n.6.
Cur Deus illum constituerit Regem Israel. Tract.12. c. 1. n. 4.

Sæculares.

Non se debent immiscere regimini Ecclesiastico, & vice versâ. T.6.c.4.n.5. & 6.

Scientia.

Humana limitata, est ignorantia, nisi corroboretur à divinâ T.2.c.3.n.3.

Semiramis.

Prædita fuit animo virili. T.12.c.3.n.1.

Sepulchrum.

Christi sepulchrum excitat devotionem in animabus nostris. T.1.c.2.n.1.

Seraphim.

Symbolum perfecti obedientis. Tract.3.c.2.n.6.
Confundantur, & verecundantur coram Deo. Tract. 9.c.2. n. 2.
Cur semper assistant ante Dominum. T.11.c.6.n.2.

Serpens.

Occidit serpentes odor vineæ florentis.

Servus

Debent obedire Dominis suis, & non imperare. T. 6.c.3.n.4. & seq.

Simeon.

Cur non solùm justus, sed etiam timoratus nuncupetur. T.9.c.1.n.9.
Vaticinando prædixit B Virgini, quot, & quanta esset passura. T.9.c.6.n.15.
Quarè tantis desideriis optaverit mortem. Tract. 11. Consid.1.num.5.

Societas.

Societas bonorum condemnat malos. Tract.5.consid. 4. num. 7.
Esse bonum, & justum inter malos, est signum probatæ virtutis.c 6.
Semper ex consortio bonorum, charitate adunatorum, insignia virtutum incrementa provenerunt. T.7.c.1.n.11.
Societas bonorum ingentia parit bona. Tract. 7. c. 6.n.8.

Solitudo.

Clausura, recollectio, & solitudo maximè convenit mulieribus. T.6.c.1.n.3.

Sol.

Est frater Lunæ, & stellarum. T.2.c.4.n.6.
Operatur suos effectus juxtà dispositionem subjectorum in quibus recipitur. T.5.c.4.n.1.
Flos quidam Heliotropium dictus, semper eum comitatur, & sequitur. Tract II.c.11.num 7.
Est figura, & symbolum Christi. T.11 c.4.n.5.
In die Resurrectionis Domini acceleravit, & prævenit ortum suum, & quare. T.12.c.2.n.8.
Cur David, laudans Lunam, & Stellas, non laudet Solem. T.13.c.3.n.6.

Spes

Est alimentum animæ. T.1.c.2 n.4.
Qui sperant in Deum securam habent votorum suorum consecutionem. T. 8.c.1.n.3. & seq.
Qui autem confidunt mundo sæpius frustrantur suo desiderio. *ibid.* n.7.
Olim spes erat consolatio, seu solatium in morte. T. 8.c.2.n. 7.
Spes, & desideria Patrum veterum fuerunt ardentissima. *ibid.* n.8.

Spiritus sanctus.

Loquitur per os eorum, quos possidet. Tract.5.c.2. num. 4.
Quomodò postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus. T.10.c.1.n.5.
Est quasi Mater nostra. *ibid.*
Quando ferebatur super aquas, disponebat ea, quæ in lege gratiæ erat peracturus. T.13.c.5.n.7.

Stella.

Digitized by Google

Stella.

Cur eas laudet David, & non Solem? T.13.c.3.n 6.

Cur tribus Magis, aut Regibus apparuerit ſtella, paſtoribus autem Angelus? T 14.c.1 n.6.

T.

Tabernaculum.

CUr Iſraëlitæ poſuerint Tabernaculum Dei in Silo. T.5.c.3.n.2.

Quarè Balaam laudaverit Tabernacula Iſraelitarum, & non domos, &c. T.6.c.5 n.9.

Templum.

Per Templum Virtutis olim quis adibat Templum Honoris. T.3 c.1.n.5.

Euntibus ad Templum Ieroſolymitanum promittebat Deus ſecuritatem ab omnibus inimicis. T.9. c.4.n.4.

Quâdam vice fuerunt portæ miraculosè apertæ. T. 9.c.6.n.9.

Templum Angeroniæ erat intrà Templum Volupiæ T.12.c.1.n.7.

Templis debent impendi divitiæ, & opes hujus ſæculi. T.4.c.6,n.11.

Terra

Quarè in primâ creatione inanis & vacua. T. 4.c.6. num.5.

Cur olim Deus illi conceſſerit dies vacationum, ſeu ferias? T.12.c.2.n.7.

Terra Paradiſi non fuit maledicta. T.11.c 6.n.6.

Communicavit quodam modo corpus Chriſti. *ibid.* n. 8.

Tribulationes.

Solet Deus majoribus amicis ſuis immittere, & quarè. T.10.c.3.

Sunt lectus & ſtratum, in quo juſti requieſcunt. T. 10 c 4 n 5.

Sunt pabulum & alimentum animæ. T.12.c.3.n.5.

Patientem amore Dei, reddunt divinum *ibid.* c. 6. n.10.

Tributa.

Debent eſſe moderata. T 2.c.3.n.3.& 6.

Triſtitia

Eſt agnata huic vitæ. T.7.c 5 n 6.

Dolores juſtorum ſunt certi prænuntii gaudiorum. T.12.c.1.

V.

Vana gloria.

ESt tinea corrodens bona opera. Tract. 3. conſ. 3. n. 6.

Verecundia.

Verecundia de peccatis, eſt medium diſponens ad emendationem. T.11.c.4.n.9.

Veritas.

Elucent veritates novæ legis in conſonantiâ cum antiquâ, T.1.c.4.n.2.

Pictura Veritatis apud Veteres T.3.c.5.n.8.

Veritas in adimpletione promiſſi. T.4.c.2.

Victoria.

Si quæ victoriæ obtinentur, Deo ſunt atribuendæ, T. 8.c.5.n 3.

Non fortitudo militum, ſed virtus eas conſequitur. T.11.c.3.n. 7.

Virgo.

Debet eſſe hortus concluſus. T.3.c.3.n.11.

Vita.

Vita hominis in mundo, eſt quaſi civitas finitima hoſtibus expoſita. T.5 c.6.n.22.

Vitium.

Nova peccata ſunt magis nociva, quàm antiqua. T.1. c.4 n.7.

Virtus.

Eſt verus honos. T.3.c.1.n.5.

Nullus honeſtus abique virtute. *ibid.*

Si Adam non peccaſſet, Virtus nobis fuiſſet jure hæriditario debita N.9.& n.10.

Debet occultari oculis aliorum. c.3

Quæ naſcitur quaſi ex hæreditate, eſt pluris æſtimanda. T.4.c 3.n.1. & ſeq.

Præmatura maximè placet Deo. T.5.c.6.

Vera numquàm quieſcit. T.6.c.5.

Debet eſſe ſponſa noſtra, imò & ſoror. T.7.c.1.n.5.

Elucet in adverſis. T.10.c.2 n 5.

Eminus viſa apparet deformis, cominùs tamen introſpecta grata eſt. 1.x.c.5.

Præfigurata in virgâ Moyſis. *ibid.*

Eſt generoſa & conſtans etiam in iis, qui apud mundum debiles habentur. T.11.c 2.n.6.

Excellentia illius probatur in quærendis occaſionibus patiendi. T.11.c.4.

Vulnera.

In beatitudine æterna Martyres conſervant cicatrices eorum T.14 c 4.n.8.

Z.

Zacharias.

CUr illi cum reſtitutâ loquelâ datum fuerit donum Prophetiæ. T.12.c 2.n 8.

Zelatores.

Non ſibi, ſed bono communi, & publico ſtudent. T 2.c.3.

FINIS.

ELEN.

ELENCHUS EVANGELIORUM DE TEMPORE ET FESTIS TOTIUS ANNI,

Ex hoc Primo Tomo desumptus.

Littera *T.* Tractatum, *C.* Considerationem, *N.* Numerum, *S.* Sanctorale, *Q.* Quadragesimale designat.

Dominica I. Adventus. Evangel. Luc. 21. cap.

ERUNT *signa in Sole, & Luna, & stellis.* In præcedenti Dominicâ etiam fuit nobis exhibitus extremi judicii dies, & quædam signa illum præcessura: & in hâc Dominicâ eadem repetit S. Mater Ecclesia, ut repetitis, & multiplicatis hortamentis, nequaquàm obliviscamur eorum, quæ nobis tantopere serviunt ad salutem. t. 2. c. 1.

2. *Tunc videbunt filium hominis.* Dum venit in throno gloriæ, & majestatis, se filium hominum, & fratrem eorum indigitat, non Regem, aut Dominum eorum, ut ex illo addiscant Principes, & Magnates, qui mundum gubernant, qualiter agere debeant cum suis subditis t. 2. c. 4.

3. *Cum potestate magna, & majestate.* Quorsùm cum potestate magnâ? Quia nulli parcet, magnates puniet tamquàm minimos, & præmium conferet minimis, quasi magni forent. t. 14. c. 1. Ubi plura reperiuntur loca huic assumpto congrua.

4. *Cum potestate magnâ, & majestate.* S. Cyrillus: *Primam enim apparitionem prosecutus est cum infirmitate, & humilitate nostra, sed secundam celebrabit cum propria potestate, & magna majestate.* Experientur, & quidem malo suo, rigorem, & majestatem secundi adventûs, omnes illi, qui noluerunt uti benignitate, & humilitate prioris apparitionis, t. 2. c. 1. n. 9. Servit etiam huic intento illud Matth. 19. *Magister bone,* ajebat quidam, *quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* Cui Salvator: *Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus.* Ubi egregiè S. Hilarius in c. 16. Matth. *Cùm necesse sit impia & iniqua punire, nomini bonitatis abstinuit, soli hoc nomen Deo Patri reservans, non quòd bonus ipse non esset, sed quòd congruâ in eum severitate Iudex esset futurus.*

5. *Cum potestate magna.* Omnes justi, & peccatores timebunt coràm eo, & nullus audebit inire rationem cum eo, quia coràm Deo etiam summa perfectio apparebit imperfecta. t. 9. c. 2. Vide s. t. 6. c. 1. n. 3.

6. *Cum potestate magna, & majestate;* inquit Christus se venturum ad judicium; ast unde venient instrumenta supplicii peccatorum? Illi secum adferent, quia divisum est judicium, Christus adducet potestatem, & tempus judicii, peccator autem conferet gladium, quò occidetur, quia peccata ejus sunt causa supplicii, & ipse tortor suiipsius. t. 6. c. 1. n. 6.

7. *Prope est æstas.* Comparat Dominus Regnum cœlorum æstati, & messi, inquit Victor Antiochenus, quia non transitur ad illud, nisi per hyemem tribulationum. t. 12. c. 5.

Digitized by Google

Dominica II. Adventus.
Matth. II. cap.

1. *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Maximos amicos suos exponit Deus adversitatibus, ut excellentia virtutis eorum comprobetur. t.10.c.3. Vide S.T.5. c.4.n 5.

2. *In vinculis.* Potuisset Baptista evadere carcerem, si voluisset, verùm zelo honoris Dei permotus, cunctis adversitatibus se exponit. Ut nos exemplo suo edoceat, prudentiam Christianam debere esse regulam, & normam actionum nostrarum, ne umquam displiceam⁹ Deo, ad placendum hominibus. t.14.c.2.

3. *Ioannes in vinculis mittens duos.* Carcere detentus non minùs zelatorem se exhibet honoris Dei, quàm liber; quia justum nequaquàm commovent vicissitudines temporum, sed in omni tempestate, & statu semper est unus & idem. S. Petrus Damianus Serm. 1. de Baptistâ: *Quem vel ventosa fœlicitas, vel adversitas turbida, vel cujuslibet peccati aura tenuior non inflexit.* t.11.c.2. Vide S.T.23. c.1.

4. *Mittens duos de discipulis suis.* D. Chrysostomus in Imperfecto: *Missus in carcerem, nõ de suo periculo solicitus erat, sed de aliorum salute cogitabat, id est discipulorum suorum.* Documentum sanè Principibus, & Prælatis summe necessarium, qui dispendio propriæ vitæ, ad imitationem Christi, subditorum commoda debent comparare, t.2.c.2. & t.11. c.6. Vide S.T. 24. c.1. t.10.c.2.

5. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* An forsitan tu ille es, cujus adventu homines exhilarabuntur super omnes alios veteris legis? ò quantò major est obligatio filiorum gratiæ, quia quod Patres veteris Testamenti desiderârunt, tamquàm sibi promissum, nos reapse adepti sumus. t.8.c.2.

6. *Ite, renuntiate Ioanni, &c.* Non dixit Christus aperte se esse Messiam, quia officium, & munus Joannis erat, illud mysterium mundo annuntiare: *Fuit homo missus à Deo, &c. ut omnes crederent per illum.* Tali cautelâ curavit discipulos, ut Magister suum adhuc posset exercere officium in illis. Ac si diceret Salvator: Ego sum Verbum, & Baptista vox, mearum partium est, manifestare operibus, quisnam sim, & illius muneris est, idipsum verbis, & voce prædicare. Non vult Christus, quamvis supremus Magister se ingerere officio Joannis. Felix est Respublica, in quâ quilibet suo fungitur officio, nec se immiscet alieno. t.6.c.4.

7. *Pauperes evangelizantur.* Notandum, quòd in distributione bonorum cœlestium ex industriâ meminerit pauperum, quia communiter sunt magis capaces eorum. Et reverà infelix est status Reipublicæ, in quâ plebei excedunt nobiles fervore charitatis, & observantiâ mandatorum Dei, &c. t.5. c.5.

8. *Illis abeuntibus cœpit dicere ad turbas de Ioanne.* Ne cogitarent auditores, Magistrum Discipulorum, qui venerant, dubitare, longum cœpit Christus texere sermonem de laudibus Joannis. Solet Deus tueri partes suorum, ubi animavertit honorem, seu famam eorum labefactari. t.13. c. 4.

Dominica III. Adventus.
Ioan. I. cap.

1. *Miserunt Iudæi ab Ierosolymis.* Magnates, & Rectores Ierusalem fuerunt Authores hujus legationis, Scribæ & Pharisæi qui debuerant esse meliores, fuerunt pessimi, plebei, & indocti in comparatione eorum sunt minùs mali, t.5. c.5

2 *Sacerdotes & Levitas ad Ioannem.* Laici mandant, & Sacerdotes obediunt, non hoc sane docebat Deus in lege, sed ut hi mandarent, & Laici obedirent. Ex quibus aperte colligitur, Rempublicam illam fuisse mundanam, & non divinam, t.6.c.3

3 *Ad Ioannem, ut interrogarent eum: Tu quis es?* Afficiebant Christum injuriis, ut Joannem honorarent, contrà Dei præceptum, quô monet ad honorandum unum, non esse alium injuriis lacessendum, t.13. c.1

4 *Confessus est, & non negavit.* Flocci facit fucatos mundi honores, qui bonorum cœlestium veram habet notitiam, illi enim facilè evanescunt, & hæc semper firma permanent, t.14. c.3. Et si hoc videre desideratis, notate favoris humani mutabilitatem; jam interrogant: *Cur ergo baptizas?* & paulò ante eum veluti Deum venerabantur, & nunc eum nihili æstimant tamquàm inutilem ad omnia.

5 *Non sum, non sum, non sum.* Neque vincula, neque blandimenta hominum commovent Baptistam, quia nulla rerum, aut temporis vicissitudo justum perturbat, t.11. c 2

6 *Ego vox clamantis in deserto.* Tantâ animi libertate acclamabat homibus, quantâ ipsum desertum clamare potuisset, t.5. c.2

7 *Medius*

7 *Medius vestrum stetit, &c. cujus non sum dignus.* Probatissima fuit virtus Ioannis, quia peccatoribus, & blasphemis circumdatus, Christi innocentiam summis laudibus, & encomiis celebravit, t.5. c.5

8 *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* Vult cæcos illuminare, quia anima Deo unita per charitatem, illicò conatur proximorum necessitati succurrere, t.7. c.1

Dominica IV. Adventus.

Luca 3. cap.

1. *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsaris.* Considerate infortunatam Reipublicæ Iudaicæ sortem, in quâ Magnates, & Rectores populi erant pessimi, t.5.c.3

2 *Procurante Pontio Pilato, &c. Factum est verbum Domini super Ioannem.* Adeò perversè Rempublicam administrantibus, prodiit animosus S. Baptista ad prædicandum, quia nihil ambiebat, neque favores illorum aucupabatur, t.5.c.2

3 *Zachariæ filium.* Non solùm propter carnalem generationem, sed etiam spiritualem cognationem, quam cum illo ob similitudinem virtutis contraxit, in quâ vera filiatio consistit, t.3.c.1

4 *Factum est verbum Domini, & venit.* Vocatus à Domino, confestim obedivit, t 3. c.2 & t.6.c.3

5 *Super Ioannem Zachariæ filium.* Non fuit electus Ioannes ad tam illustre ministerium, quia erat filius Zachariæ nobilitate cõspicui, sed quia erat filius Zachariæ habitatoris deserti, & professoris vitæ perfectioris, nam dignioribus & sanctitate excellentioribus conferendæ sunt dignitates, & officia, t.8. c.6

6 *In deserto* Quorsùm Baptista innocens, & confirmatus in gratiâ abiit in desertum? Quia erat filius Zachariæ, & homo, & filius hominis, & quia homo erat judicavit se habere aliquid emendandum & corrigendum.

7 *Prædicans baptismum pœnitentiæ.* Erat hæc doctrina invisa, & odiosa hominibus illius temporis, & per consequens futura ingrata: verùm generosa est virtus etiam in hominibus imbecillioribus, qui apud mundanos nullo habentur in pretio, & iniquitas etiam in robustioribus semper est timida, t.11.c.5

8 *Parate viam Domini* S. Bernardus Serm. 1. de Adventu: *Non grandis tibi ostenditur via nec ad temetipsum occurre Deo tuo: propè est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo, ut eo ad cordis compunctionem, & oris confessionem occurre, ut saltem exens de sterquilinio miseræ conscientiæ, quoniam indignum est illuc Authorem puritatis introire.* Ac si diceret, purificate animas vestras, & præparate corda vestra Domino, ut illa inhabitet, & vobiscum commoretur, t.13. c.2

In Festo Nativitatis Christi Domini.

Ioan. 1. cap.

1. *Verbum caro factum est.* Verbum fieri hominem fuit Deum descendere è cœlis ad quærendos homines, & multiplicandum numerum cœlicolarum, t.8.c.4

2 *Verbum caro factum est.* Tanti æstimavit Salvator mundi se esse hominem, ut videatur pluris feciſſe se esse filium Virginis propter humanam naturam, quàm esse filium Dei propter divinam, t.2.c.5

3 *Verbum caro factum est.* Vult Deus hujus mysterii quotidiè fieri mentionem in Ecclesia, & non aliorum quæ amore hominum fecit: quia cum per Incarnationem receperit à nobis humanitatem, videtur pluris facere modicum quod à nobis recipit, quàm multum, quod nobis ex suo tribuit, t.1.c.2

4 *Et habitavit in nobis.* Deus factus est caro, & est concivis, & popularis noster, adeò affabilis prodiit ex ventre matris, ut ostentet mansuetudinem agni qui anteà feritatem leoninam præ se ferebat, t.4.c.4

5 Ad tractandum de hoc mysterio, videatur t.1 t.6.c.2.& 6

6 Et ad prædicandum, de dispositione necessariâ ad recipiendũ Deum, seu puerum Iesulum, recèns natum in cordibus nostris, Videt. 13. c.2.

Ecce evangelizo vobis gaudium magnum.

Luca 2.

1. *Gaudium magnum.* Quia solis justis sunt gaudia vera, voluptates autem hujus vitæ sunt impropriæ, oblatæ tamen, & ordinatæ ad Deum, sunt licitæ, & sanctæ, t.5.c 3

2 *Natus est vobis.* Nascitur nobis temporaliter, ut nos spiritualiter renascamur, nam effectus, quem causare in nobis debet nativitas filii Dei, est deleri peccata, & nos numquàm ipsum amplius offendere, t.6.c.6.

3 *Natus est vobis hodiè Salvator.* Ut salvet omnes, nascitur puer divin° : ô qualis dolor erit,

quoſdam damnari, ubi alii ſalvantur? t. 5. c. 4.

4. *Invenietis infantem poſitum in præſepio.* Ecquis non flebit videns ipſam innocentiam, puerulum, dico, Jeſum flentem? Omnes defectus habemus, & perfectiſſimi quique habent, quod emendent invita, & purificent in operib⁹ ſuis. t. 9. c. 2.

5. De mirabilib⁹ effectibus, qui ex præſentia pueri Ieſu, ejuſque Sanctiſſimæ Matris redūdârūt in animas Paſtorum, Vide t. 7. c. 6. Ubi quędam loca huic intento accommoda.

Dominica infrà Octavas Nativitatis.
Luca 2.

1. ERant mirantes. Attoniti hærebant mater, & Sponſus, propter mirabilia, quæ audiebant de puero: quia myſteria Redemptionis & Verbi Incarnati ſolâ admiratione celebrari poſſunt. t. 6. c. n. 2 & 3. & c. 2. n. 1. *Viditq; in ſomnis ſcalam, &c.*

2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam.* Magno cordis dolore prædixit Simeō hiſce verbis fidem gentilium, & protervam infidelitatem Judæorum, aitque Deum Incarnatum quibuſdam futurum occaſionem vitæ, & quibuſdam mortis. Et ſanguineis lachrymis deplorandum eſt quoſdam damnari, ubi alii ſalvantur. t. 5. c. 4.

3. *In ſignum cui contradicetur.* Non poterant ſagittę divinam lædere perſonam, neq; ſacrilegi injuriam facere Deo: voluit tamē Dominus tanta, & talia pati, ut nos amoris ſui certiores redderet: ſunt namque adverſitates lapis lydius, quo amoris ſyncericas comprobatur. t. 11. c. 6. & t. 10. c. 3. n. 8.

4. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Et verè ſic accidit, quia quidquid filius Dei paſſus eſt in corpore, pertulit mater in animâ. t. 10. c. 1. n. 9. Vide Conſiderationem totam.

5. *Puer autem creſcebat.* Non ſine myſterio filius Dei, qui eſt exemplar noſtrum, vocatur puer ad docendū nos, quod adinſtar puerorum debeamus creſcere ſpiritualiter, & progredi in ſervitio Dei, & via virtutis. t. 6. c. 5.

6. *Serviens die ac nocte.* Gloſſa: *Sic ſancta Eccleſia, & in proſperis, & in adverſis Deo ſerviens à Deo non recedit.* Dicit quod Angelus ſit figura Eccleſiæ, id eſt, juſtorum omniū, & ſervorum Dei, eadem alacritate ſervientium Deo in die, quæ eſt ſymbolum proſperitatis, quâ in nocte, quæ eſt figura adverſitatis: tam contenti namque ſunt, dum affliguntur, quàm dum deliciis perfruuntur. t. 11. c. 2.

In Circumciſione Domini.
Luca 2.

1. POſtquàm conſummati ſunt. Indicat ſacer Euāgeliſta illos expectaſſe diem octavum à nativitate pueri ut illum circumciderent. Quia ea, quæ ſunt ſervitii Dei, & ſalutis, non caſu, ſed deliberato animo ſunt facienda. t. 7. c. 3.

2. *Poſtquàm.* Significat acceleracionem, qua fuit circumciſus, ut ex illo addiſcamus magna animi promptitudine obedire Dei præceptis, & mandatis. t. 3. c. 2.

3. *Vt circumcideretur.* Contentus fuit Deus hiſce pauculis guttis ſanguinis pueruli in circūciſione, & ad hoc illū voluit eſſe octiduanum: quia, ut notat Lyra ſuper illa verba Geneſis 17. *Infans octo dierum circumcidetur*, idcó Deus ſic diſpoſuit, *quia periculum eſſet puero de vita, ſi ſtatim egreſſus de utero matris circumcideretur.* Et noluit Deus quidpiam exigere ab illo ultra vires. Bonus Deus, & bonus Rex, qui non plus exigit à nobis quàm poſſimus. Principes plus exigunt à ſubditis quàm habeant. t. 9. c. 5.

4. *Vocatum eſt nomen ejus Ieſus.* Dum circumciditur, imponitur ei nomen Salvatoris, in ſignum, quod nulla ſalus, niſi pretio ſanguinis, & laboris ſit obtinenda. t. 12. c. 5.

5. *Ieſus.* Salvator dum ſanguinem fundit ad oſtendendum ipſum veniſſe in mundum ad redimēdos homines propriis impenſis, neque ſibi ipſi pepercíſſe, ut omnibus mederetur malis. t. 2. c. 2. & favet S. Auguſtinus hiſce verbis: *Suſcepit circumciſionē, &c.* Serm. 23. de Tempore.

In Feſto Epiphaniæ.
Matth. 2.

1. CVm natus eſſet Ieſus. In primo capitulo dixit Evangeliſta Matthæus: *De quâ natus eſt Ieſus.* Et in ſecundo idem repetit: *Cum natus eſſet Ieſus*; ut multiplicatæ admonitiones excitarent memoriam noſtram, & ne ſupremi illius beneficii Incarnationis oblivíſceremur. t. 1. c. 1.

2. *Ecce Magi.* Sapiētes, & Reges: *Reges Tharſis.* Novum inauditum, quia communiter plebei, & idiotæ ſunt magis obedientes Deo t. 5. c. 3.

3. *Vidimus ſtellam ejus.* Sapiētes, & cum ſtella, ad denotandum, quàm parvi momenti ſit ſapientia mundi ſine ſtella cœli, abſque ſcientia

Dei

Dei, quidquid in mundo reperitur, ignorantia eſt. t.2 c.3. n.2.

4. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* S. Petrus Chryſologus: *Non interrogant, ſed inſultant.* Ac ſi dicerent Judæis, attollite oculos, & ſequimini exemplum noſtrum, & ne in tenebris maneatis: ſed illi noluerunt videre lucem, t. 8. c. 4.

5. *Audiens autem Herodes turbatus eſt.* Ipſe in regno ſuo perturbatus, & Magi peregrini, & extranei intrepidi: quia valdè animoſa eſt virtus, etiam in debilibus, qui à mundo vilipenduntur, & e contra malitia eſt debilis, & timida, etiam in iis, qui apud mundanos robuſti, & fortes habentur. t.11. c.3.

6. *Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei, &c.* Munera oblata parvulo Jeſu conſiderat S. Petrus Chryſologus. t.10. c.2, n. 6. & poteſt tota conſideratio applicari.

7. *Obtulerunt ei munera.* Sed ex quo promptuario hæc dona habuerunt? Ex theſauris ſibi ab ipſomet Domino datis. Æquum enim eſt ut divitias, & opes à Deo acceptas in ejus obſequium expendamus. t.14. c.6. n.11.

Dominica infrà Octavas Epiphaniæ.
Lucæ 2.

1. *Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim.* Duxerunt ſecum puerum Jeſum duodennem: ut ſciant parentes ſe eſſe obligatos ad ſacrificandum filios ſuos Deo in teneris annis, eosque inſtruendum in exercitiis virtutum, &c. t.5. c.6.

2. *Invenerunt in Templo.* Origènes: *Non inveneruntur inter notos, in multorum comitatu non poteſt inveniri, nec ubique inveneruntur, ſed in templo Dei, &c.* Quærendus eſt Deus extrà tumultus mundanos, ut inveniri poſſit. t, 13. c.2. n.10.

3. *Pater tuus, & ego.* Quanto cum fervore ſpiritus illum quærebant! quia ſemper ex ſocietate juſtorum unitorum maxima bona provenerunt. t.6. c.5.

4. *Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Cur non dixit in his quæ mea, præſertim cum omnia Patris etiam eſſent ſua? Quia voluit Deo attribuere gloriam omnium, docens nos referre in Deum omnia bona noſtra. t.8. c.5.

5. *Erat ſubditus illis.* Cùm eſſet Dominus humiliavit ſe ut ſervum, & idem faciunt ſervi Dei, qui quanto ſuperiores, tanto demiſſiores, etiam in ipſis ſublimioribus honoribus, profundiorem oſtendunt humilitatem. t.14. c.1.

In Octava Epiphaniæ. Ioan. 1.

1. *Vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe.* Ubi Chryſoſtomus: *Quia ipſum baptizaverat cum multis, ut nullus ſuſpicetur, quoniam ex eadem cauſa, ex qua & alii, ad Ioannem veniret, puta peccata confeſſurus ad Ioannem, dans Ioanni occaſionem corrigendi hanc ſuſpicionem, quam Ioannes per verba correxit, undè ſequitur, & ait: Ecce agnus Dei.* Ubi duo adverto. Primum, quod cœlum defenderit honorem Chriſti, ne innocens peccator reputaretur. t. 13. c. 4. Secundum quod Chriſtus ex humilitate voluerit baptizari, ut & nos inſtrueret qualiter bonæ famæ ſtudere debeamus. t.9. c.1.

2. *Ecce agnus Dei.* Antiquitus erat Deus Leo ſæviſſimus, nunc autem agnus manſuetiſſimus: ne homines, uti tunc, fugiant ejus præſentiam, qui ex ventre matris ſuſcepit benignitatem. t.4 c.4.

3. *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Neceſſarium fuit illum fore agnum innocentem, qui tolleret peccata mundi. S. Auguſtinus: *Qui enim de noſtra natura peccatum non aſſumpſit, ipſe eſt, qui tollit peccatum.* t.3. c.6. n.5.

4. *Ecce agnus Dei.* Theophylus: *Quia verò ſuperius illis, qui ex Phariſæis venerant, Ioannes dixerat, quòd medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis, hic ignorantibus demonſtrat. Hic eſt, de quo dixi, poſt me venit vir;* ea propter nequeunt Judæi excuſare errorem ſuum. Anhelabant ad agnum: *Emitte agnum Domine, &c.* jam, cùm habeant, præſentem dedignantur eum quærere, & adorare. t.8. c.4.

Dominica I. poſt Octavam Epiphaniæ.
Ioan. 2.

1. *Erat mater Ieſu ibi, vocatus eſt autem & Ieſus.* Non poterat Chriſtus, in ſocietate ſacratiſſimæ Virginis intermittere, quin ſe benignum, & beneficum oſtenderet, quia ex illa hauſit clementiam, & pietatem. t.4. c.4.

2. *Vinum non habent.* S. Gaudentius ibi: *Vinum, id eſt, virtus lætitiæ defecerat, & languebant ſitientium ora, vinum lætificantis inopia,*

Digitized by Google

quoniam vinum lætificat cor hominis, ut ait Propheta. Quia bona hujus vitæ nequeunt esse causa veræ lætitiæ, nam dum illis maximè egemus, deficiunt: in solis bonis cœlestibus vera reperiuntur gaudia, & solæ recreationes oblatæ, & ordinatæ ad Deum, sunt sanctæ, & licitæ. t 7.c.5.

3. *Quid mihi, & tibi mulier?* Austerum se ostendit Christus Matri, juxtâ quorumdam opinionem, veluti amantissimus pater, qui dilectissimum filium duris aggreditur verbis. Non indigebat mater Jesu hac fictâ reprehensione, sed maximè innocentes in illa figurati, ut sine culpa reprehensi, cautiores reddantur, ne in peccata incidant, & hôc modò majora sibi merita accumulent. Hæc est causa ob quam Deus solet majoribus amicis graviores immittere tribulationes. t.10 c.3.

4. *Implete hydrias aqua.* Chrysostomus: *Quamvis dixerit nondum venit hora mea, postmodùm fecit quod mater dixerat.* Unde Beda ponderans verba illa: *Quod vobis dixerit facite*, ait, idem fuisse ac si mater dixisset: *Licèt abnegare videatur, tamen faciet, noverat enim mater eum pium, & misericordem*, & probè noverat tunc illum esse maximè proclivem ad benefaciendum, dum se severiorem exhibet. t.12 c.2.

5. *Omnis homo primum bonum vinum ponit.* Animadverterunt pretium vini, dum jam aliud defeciisset. Nonerit incongrua allegoria, si dixerimus (suppositâ mysticâ significatione vini ejusque carentiæ) Deum solere bona hujus vitæ, quæ aufert, compensare melioribus t, 12. c. 2.

Dominica II. post Octavam Epiphaniæ. Matth. 8.

1. *Cum descendisset Jesus de monte, secuta sunt eum turba multa.* Nisi descendisset filius Dei è cœlis in terram, homines ne quidem pedem moverent ad ascendendum è terris ad cœlum, & si se moveant, & sequantur, est, quia ipse descendit, & venit ad quærendum eos, & ducendum ad cœlos. t.8.c.4.

2. *Descendens de monte.* Origenes: *Deorsum cucurrit, & in monte nihil dicit, quia tempus est omnis rei sub cœlo, &c. in monte docuit, animas curavit, corda sanavit.* In monte deditâ operâ homines instruxit in necessariis ad salutem; & hic transeuntes contulit sanitatem leproso ad docendum nos, negotia spiritus, & animæ sedulo esse peragenda, ea verò quæ corporis sunt, leniter, & perfunctoriè tractanda. t.7.c.3.

3. *Turba.* Non Principes, non Domini, non Nobiles, sed plebei, quia hi semper fuerunt promptiores ad sequendum Deum, & serviendum. t. 5. c.3.

4. *Domine, si vis, potes.* Id est, tuum est, Domine, disponere quod tibi acceptissimum fuerit, & meum tamquam servi in omnibus obedire. t.6.c.3.

5 *Ostende te Sacerdoti.* Ad officium Sacerdotis pertinebat declarare sanum, qui infirmus habebatur, & noluit Dominus illius jurisdictionem usurpare, in quo exemplo suo docuit, eam esse bene compositam rempublicam, in qua quisque suo fungitur officio & non se immiscet alieno. t.6. c.4.

6. *Offer munus tuum.* Id est, fac sacrificia ex tuis, non alienis, quia prima placent Deo, secunda offendunt. t.3.c.5.

Dominica III. post Octavam Epiphaniæ. Matth. 8.

1. *Ascendente Jesu in naviculam.* & Ephrem: *Humilis amorem suum detestatur, sed se in hac vita velut navis conscensorem reputat.* Adhortat. 2. Tomo 2. Qui navem conscendit novit in mari esse & tempestatem & tranquillitatem: ita servus Dei in mari hujus mundi novit in domo Dei esse & flagella & delitias, punitiones & favores: omnibus sese offert semper eodem vultu, quia in omni tempore & statu semper est idem. t.11. c.2.

2. *Ascendente eo in naviculam secuti sunt eum discipuli* Bonus ordo. Magister prædicat & discipuli sequuntur, hic est stylus in domo Dei usitatus, discipulus sequitur magistrum, servus Dominum, & subditus Prælatum: In republica autem Satanæ contrarium accidit. t. 6. c. 3.

3. *Secuti sunt eum discipuli.* Non mirum, quia, qui vere amat, nequit separari à personâ amatâ, etiamsi in ejus consortio exponatur mille periculis patiendi. t.12. c.6.

4. *Salva nos, perimus.* Nullus discipulorum singulariter petiit pro se, sed quilibet pro omnibus: & idem faciunt omnes uniti Deo per charitatem, non privato student commodo, sed plurium remedio. t.7.c.1.

5. *Quid*

Digitized by Google

5 *Quid timidi estis modicæ fidei?* Hæc est ratio propter quam Deus nos tentat ad probandam fidem nostram, & videndum quomodo luctemur cum tribulationibus, t.10.c.3

6 *Facta est tranquillitas magna.* Non solet Deus dare serenitatem & tranquillitatem, nisi pretio tormentorũ & tempestatum: id est, non donat gloriam & quietem nisi præcesserint labores & tempestates: ideo dicit Glossa, quod *navicula est Ecclesia præsens, in qua Christus cũ suis mare sæculi hujus transit.* Quapropter prius subeunda sunt pericula hujus mundi, antequàm ad portum æternæ beatitudinis appellere possimus, t.12.c.5

Dominica IV. post oct. Epiphanie. Matth. 13.

1. *CVm dormirent homines, &c.* S. Petrus Chrysologus Serm.97. Maximæ infirmitatis indicium est dormientibus irruisse, nam in hoc imbellitatem suam, & fortitudinem eorum qui Deum habent protectorem fatetur. Est valdè animosa virtus etiam in debilibus, ut valde imbecillis malitia etiam in fortissimis, t.11.c.3

2 *Superseminavit zizania.* Conatur dæmon commiscere bonos malis, id est zizania tritico, ut fata virtutis marcescant: nam certum est, quod, dum justi adunantur, & nulla inter eos sunt zizania, uberiores & maturiores profectant fructus virtutis, t. 6. c. 5

3 *Domine vis imus & colligimus?* Non placent mihi tales servi, quinimo etiamsi forent ministri Regis terreni, etiam admirarer modũ illorum agendi: verum ministri Regis cœlestis, debent partes agere populi & rerum illius fatagere, t. 2. c. 3

4 *Ne forte eradicetis simul & triticum.* Non quia servi illi ignorarent periculum aut confusuri essent zizania cum tritico, sed quia ipsa zizania quandoque triticum fiunt. S. Augustinus: *Simul eradicatur triticum cum auferuntur zizania, quia multa zizania sunt & postea triticum fiunt.* Multi sunt zizania, id est peccatores, quibus Deus indulget, & ad tempus expectat ut per pœnitentiam redeant & triticum fiant in horrea cœlorum deferendum: quod non fierent, si mox, ut nata, eradicarentur. Unde magnum est solatium peccatoribus, quod per virtutem pœnitẽtiæ ex zizaniis possint fieri triticum, ex peccatoribus & inimicis Dei justi & innocentes, t. 1. c. 5

5 *Alligate in fasciculos ad comburẽdum.* Plures sunt fasciculi zizaniarũ, & unus solum tritici, in fasciculo viventium, inquit Scriptura. Quia cõmuniter minor est numerus justorum, & Deo servientium, & major peccatorum; perpauci numero justi, & innumeri peccatores reperiantur, t. 5, c. 1

Dominica V. post Oct. Epiphanie. Matth. 13.

1. *SImile est regnum cœlorum grano synapis.* S. Hilarius: *Grano sinapis Dominus comparavit, acri semini, & omnium seminum minimo, cujus virtus pressuris accenditur.* Granum sinapis contusum occultam exerit virtutem: ita Christus Dominus, ejusque servi in conflatorio tribulationum suæ virtutis ostendunt excellentiam, t.10.c.3

2 *Grano sinapis.* S. Gregorius loquens de Christo: *Granum namque fuit, cum moreretur, arbor cum resurgeret.* Prius granum sinapis minimum per humilitatem crucis & sepulturæ, & postea arbor excelsa per resurrectionẽ & gloriam corporis sui, & quantò mors ejus fuit ignominiosior, tantò fructus resurrectionis illius glorioſior, & si membra debeant conformari capiti suo, necesse est, ut & nos ipsum imitemur patiendo, si cupiamus esse socii in regnando, frustra enim gloriam & gaudia resurrectionis Christi expectat, qui prius non gustaverit pœnas & dolores crucis, t.12.c.5

3 *Grano sinapis.* Si cũ S. Ambrosio & Chrysostomo volueritis per hoc granum intelligere Ecclesiam Sanctam, quæ in principio fuit minima, & abjecta; & postmodum in tantam excrevit arborem ut rami ejus usque ad cœlos pertingant, & expansi à mari usque ad mare: notate Christum Dominum non assumpsisse in magistros & prædicatores Ecclesiæ suæ Tullios, Demosthenes, Quinctilianos aut similes oratores, qui eloquentiâ suâ mundum capiunt: neque Aristotiles, Platones, Socrates, aut alios Philosophos propter sapientiam in magno pretio habitos in mundo: nequè Reges, & Monarchas, nequè Imperatores, Duces, Cæsares, Scipiones, aut Hannibales celeberrimos; sed homines illitteratos, vilioris & humilis conditionis, contra sapientes, nobiles, & potentes hujus mundi: quia in illis minimis majorem cognovit idoneitatem, & feliciorem sibi in illis spopondit eventum, quàm in magnatibus, & hac

hac via vidit Ecclesiam suam ex tam vilibus principiis ad tantam prosperitatem & celsitudinem exaltandam, quia certum est quod in servitio Dei & observantia mandatorum ejus communiter idiotæ, humiles, pauperes, & imbelles excedant potentes, divites, fortes, & sapientes, qui in opinione hominum pluris valent. t.5.c.3.

4. *Crescit & fit arbor.* Virtus perfecta ex minimo grano excrescit in arborem magnam, & verus Christianus numquam satiatur, aut quiescit, sed semper debet progredi in virtute. t. 6. c. 5.

5. *Ita ut veniant volucres cæli & habitent in ramis ejus.* Qui in excelsa illa arbore habituri sunt, debent esse, *volucres cæli.* Monstrat Christus in hisce verbis, & docet quales debeamus esse Christiani, id est quòd omnes cogitationes, & sollicitudines cordis nostri semper debeant esse fixæ in cœlis, etiamsi in terris vivamus, quodque debeamus parvi facere temporalia hujus vitæ, quæ cito transeunt, & magni æstimare cœlestia, quæ semper permanent. t.14.c.3.

Dominica in Septuagesima.
Matth. 20.

1. *QVi exiit primò manè conducere operarios in vineam suam.* Notate, quàm solicitus sit Deus de salute nostrâ, nisi enim è cœlis descendisset in terram, & nos quæsivisset, adhuc nos otiosi staremus, neque hactenus pedem movissemus, ad assequendum eum. t.8. c.4.

2. *Exiit primò manè.* Per has distinctas horas intelligunt SS. Hieronymus, Basilius, Fulgentius & Euthymius ætates hominis, & in hoc sensu congruentissima est parabola, in qua edocemur non intermittere laborem in vineâ, & differre in tempus & annos senectutis nostræ, sed ab ipsis vitæ primordiis inchoare opus, quia gratissimi sunt Deo præmaturi fructus virtutis. t.5.c.6.

3. *Quid hic statis tota die otiosi?* Per hos otiosos communiter intelligunt Doctores illos, qui se totos impendunt rebus caducis præsentis vitæ, & negligunt eas quæ sunt futuræ, cum tamen contrarium fieri deberet. t.14.c.3.

4. *Voca operarios.* Non dixit, ut quidam docte animadvertit; voca Reges, Imperatores, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Papas, Cardinales, Archiepiscopos, nobiles & divites mundi, sed operarios, quia non proderunt sceptra, thiaræ, honores, dignitates, pecuniæ aut similia, sed solus labor & operatio. t.14.c.4.n.7.

5. *Hi novissimi, &c. & pares illos nobis fecisti.* Immeritò conqueruntur isti, quia Dominus non abstulit illis diurnum ad dandum illud aliis, neque enim mos ille valet in domo Dei, auferre ab uno, ad dandum alteri, omnibus suum reservatur præmium, neque uni bene fit cum alterius detrimento. t.13.c.5.

6. *Nonne ex denario, &c.* Exactissimè præcepit Paterfamilias singulis persolvi suum diurnum in ipso die; quia valdè fidelis est Deus in promissis suis: ad cujus imitationem Reges, & Principes debent esse exacti in compensandis obsequiis subditorum suorum. t.4.c.2.

7. *Tolle quod tuum est.* Quando justi intrabunt possessionem gloriæ, dicetur eis, quod fruantur præmio laboris sui, & possideant id, quod promeruerunt: *Tolle quod tuum est.* Superflua videtur hæc expositio: sed in illa nobis insinuatur majus esse honorem mereri, quàm possidere, cùm etiam ipsam beatitudinem promeruisse excellentiùs sit, quàm possidere. t.14. c.4.

8. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* De his verbis vide. t.5. c.1.

Dominica in Sexagesima.
Luca 8.

1. *CVm turba multa.* Communiter turbæ comitabantur Christum, ejusque verba devotè excipiebant: Non ita magnates, divites, & litterati: quia semper plebei superârunt nobiles in cultu & servitio Dei. t.5.c.3.

2. *Exiit qui seminat seminare semen suum.* Ecqui dicit ipsum exire ad faciendum quod jam facit? Nam videtur improprius loquendi modus. Diversimodè potest ad hoc dubium responderi: at meo judicio hoc dicendi modo insinuatur nobis perseverantia in bonis operibus servanda, id est, non debet prædicator desistere à verbo Dei prædicando, sed semper pergere; & pari modo auditor non debet cessare ab audiendo, sed continuò applicare aures ad audiendum voces Dei, quia in incremento virtutis consistit illius perfectio. t.6.c.5.

3. *Aliud*

Digitized by Google

3 *Aliud cecidit secus viam.* Primum in quo patuit malitia cordis humani fuit quod secus viam receperit verbum Dei, id est, prætereuntibus ostendit grana virtutis, quæ tamen, ut crescerent, erât occultanda. Virtutes manifestas veluti peditas æstimate, catenus enim conservantur, quatenus occultantur, t 3.c.3

4 *Interrogabant autem eum discipuli ejus.* Quantumcumque sublimis & perspicax fuerit intellectus humanus, nisi a Deo illuminetur, nõ poterit assequi arcana mysteria, quæ in ejus divino verbo continentur, t 2.c.3 n.2

5 *Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus. & divitiis &c.* Quia sollicitudines terrenæ, divitiæ & oblectamenta humana occupârunt cor hominis, non relinquunt locum verbo divino, neque potest in illo agere radices. Video, num major possit esse infelicitas, quàm quod cor hominis totum occupent voluptates, & divitiæ. quas Christus Dominus Matthæi 13. appellavit: *Divitias fallaces.* quia inopinate deficiũt, & in sola mutabilitate habent firmitatẽ, & non habet in illo locum verbum Dei permanens & perpetuũ: *Verbum autẽ Domini Dei nostri manet in æternum,* t.14. c.3

Dominica in Quinquagesimâ, Luc. 18.

1. ECce *ascendimus.* Quamvis in sacro tempore Quadragesimæ nobis repræsentet sancta Mater Ecclesia mortem & passionem Christi Domini, hodie tamen eamdem revocat nobis in memoriam, ut sæpius repetitæ memoriæ nos animent, & ad aspectum Domini crucifixi molestiæ & rigores Quadragesimæ nobis suaviores efficiantur, t.10 c.4.

2 *Ecce ascendimus.* S. Chrysostomus in imperfecto: *Videte quia voluntariè vado ad mortem. nemo me vocat, nemo me admonet, nullius potestatis præceptum timeo, nullius violentia potestate compellor.* Ideoque advertit S. Lucas quod *firmavit faciem suam contra Ierusalem,* veluti alter Abraham, qui vadens ad sacrificandum: *Vidit locum à longè;* tamquam qui diceret, inquit S. Ambrosius, præcurrant oculi, quamdiu lassi pedes non perveniunt. Quæsivit Christus ex industria occasionem patiendi pro nobis, ut suo exemplo nos instrueret, tantumdem nos pro ipso debere facere, &c. t.10. c. 2. & t.11.c.4

3 *Et tertia die resurget.* Iter rectum ad gloriam resurrectionis sunt tribulationes & mors crucis, qui hac viâ non incedit, aberrat, t 12 c.3

4 *Jesu fili David miserere mei* Videns se miser cæcus orbatũ oculis, invocavit Dominum substitutio filii David, cujus, teste Sacrâ Scripturâ, primũ regnum fuit afflictorum & angustiatorũ, & in hoc successit Messias patri suo David. Acsi diceret cæcus, qui filius est tam benigni patris, necesse est, ut etiã sit misericors, quia in similitudine virtutum vera filiatio consistit t.3. c. 4

5 *Et qui præibant increpabãt eum &c.* Erant autem hi magis religiosi, nobiles, & docti, qui præibant, & molestæ ejus clamores ferebant: verum ille *multo magis clamabat,* redarguens magnates, & sapientes, qui cæci & oculis orbati Sacras Scripturas ignorabant. Non scio quænam major possit esse ignominia & confusio ipsis majoribus, quam superari à minoribus in iis, quæ sunt obligationis Christianæ, t.5 c.5

6 *Quid tibi vis faciam?* Ponderat hunc locum S. Bernardus t 6 c 3.n 8 & potest tota consideratio huic proposito applicari:

7 *Magnificat eum.* Videns cæcus se oculos & visum recepisse, nõ cessavit agere gratias Deo pro beneficio accepto, tamquam auctori omnis boni: idem debemus facere omnes, quia omnia bona sive spiritualia, sive temporalia, à munificæ ejus manu proveniunt, neque quidquam boni ex nobis ipsis habemus, t.8.c.5

Feria IV. Cinerum. Cùm jejunatis, Matth. 6.

1. CVm *jejunatis.* Supponit Christus Dominus nostri jejunandũ nobis esse, semper enim in Ecclesia jejunia in præcepto fuerunt. Verum quæ tanta foret insania, inveniri quosdam, qui non observant jejunia, ad quæ obligantur alia devotionis causa observarent. Non hoc est quod Deus à nobis requirit, sed ut primo Christiani simus, & ea adimpleamus, ad quæ sub peccato mortali obligantur, postmodum verò devoti simus, t.9.c 3

2 *Si: ut hypocritæ tristes.* Qui fieri potest, ut hypocritæ tristes non sint, ea solum de causa jejunantes, ut hominibus satisfaciant: Non applausus humanus, nec ulla creatura, sed solus Deus, ex hominis animo tristitiã deturbare potest, eũque gaudio, ac lætitia complere, t.7.c.5

3 *Exterminãt enim facies suas, ut appareant.*

Digitized by Google

bonorum operum meritum amittunt; quia illa manifestant, plurimum refert ea abscondere, quoniam vana gloria, corrodens virtutum est tinea.

4 *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, &c.* Ibi enim fures non sunt, qui eos furentur. Quasi diceret: Unus solus peccator qui in cœlo sunt, sufficiens exstitit, ut felicitatem ejus perturbaret, & omnes timore concuteret. Thesaurus virtutis in malorum consortio difficulter custoditur, atque adeò summa laude dignus est Christianus, qui inter malos vivens, non est sicut ipsi, t 5.c.5

6 *Ubi est thesaurus tuus.* Dicit Christus, ut thesaurum nostrum in cœlo faciamus, ut hac ratione nobis persuadeat, ne bonis, quæ fecerimus, umquàm contenti simus, sed majorem in dies in virtute profectum facere conemur. Ita declarat Author Imperfecti: *Quemadmodum qui semel congregare caperis in terra, ipsa concupiscentia terrena facit eum magis sollicitum esse, nec solum ne minuat inde, sed ut magis augeat, sic & qui thesaurizat in cœlo, ipsa concupiscentia spiritualis facit eum solicitum, non solum ut non perdat, quod habet, sed ut adhuc augeat, super quod habet.* Videatur, t.6. c.5

7 Qui Evangelium, cum sacrosancta cinerum cæremonia, quos Ecclesia capitibus nostris hodiè imponit, conferre voluerit: Notet, quod Evangelium Dei filios nos vocet: *Et pater tuus, &c.* Ecclesia verò nos memores reddat, pulverem nos esse, & in pulverẽ convertendos, *pulvis es.* Quę sanè plurimùm inter se conveniunt, cùm enim titulus filiorum Dei, omnium supremus, & maximè honorificus existat, cinis verò naturæ nostræ vilitatem repræsentet, Spiritus S. hâc ipsâ memoriâ, præsumptionis nostræ fumos dejicere intendit, ut in majoribus honoribus humiliores simus, t.4.c.1

Feria IV. Cinerum. Diligite inimicos vestros. Matth. 5.

1. *Diligite.* Ne stetis ab explicatione falsorum Interpretum, qui per proximum, solum amicum intelligendum dicunt. Ego autem dico vobis, per proximum, tam amicum, quàm inimicum intelligi debere; hanc doctrinam, quia vera, & certa est, sequi debetis. Et licèt nova vobis videatur, scitote eam minimè novam esse, verùm legibus, ac veteribus oraculis admodum conformem: & illas novitates bonas sunt, quæ in antiquitate fundantur, t.1.c.4

2 *Diligite inimicos vestros.* Sed humiliter, mansuete, & patienter, non autem superbe, & animo vindicandi, atque ad hoc mei exemplum assumite: *Ego autem dico vobis,* qui, cùm majestatem, & rigorem, ut timeret, ostentare possem, id minimè facio, quin potiùs humilitatem, & mansuetudinem exhibeo, eo dumtaxat fine, ut ab hominibus diligar, & ex inimicis, amicos faciam, t.2.c.1

3 *Benefacite iis qui oderunt vos.* Notet Glossa citata à sancto Thoma in catena sua, quod paulo antequàm Christus Dominus doctrinam hanc prædicaret, docuerit qualiter cum iis, qui nos injuria affeciſſent gerere deberemus, nimirùm, ipsis minimè resistendum, sed paratos nos esse oportere ad alias sufferendas: modò verò in hac doctrina altius assurgit, & dicit, non sufficere, quod in injuriis patienter nos exhibeamus, sed quod nos offendentib' amorẽ exhibere, & pro malis quæ ab ipsis recepimus, benefacere debeamus: *Docuit Dominus suprà injuriam inferentibus, impendendum esse charitatis affectum.* Vult nempè, ut de bono in melius continuò procedamus, in virtute charitatis crescentes, & novam semper meriti viam pandentes. t.6.c.5

4 *Ut sitis Filii patris vestri.* Cùm odium vitium sit adeò vile, & abjectum, & vindicta res omnium vilissima, in memoriam nobis revocat Christus, nos fratres ejus esse, ejusdem cœlestis patris filios, ut puncto, uti dici solet, honoris nos sibi devinciat, ut boni simus, & ad conspectum honestæ adeò consanguinitatis, animo non cadamus, & nullam omninò rem, filiatione nostra indignam, perpetiemur, t.1.c.3

5 *Et pluit super justos, & injustos.* Persuadet nobis Redemptor, quod inimicis benefacientes, exemplum æterni sui Patris imitemur, qui pluit super justos, & injustos. Et sanctus Gregorius Nazianzenus, ad aliud magis efficax remedium recurrit, ut nobis doctrinam hanc inculcet, nimirùm, ad sanguinolentam illã pluviam, quàm Christus Dominus in arbore Crucis pro inimicis suis effudit: *Cùm tu dolore latus ardes maximo, Christi vomer sit vulnerum, &c.* Nazianzenus in Thethrasticis. Et sanè nullum præstantius remedium esse potest, ad animum ab infimitate odii, & inimicitiæ sanandum; amicis enim, & servis Dei, conspectus Christi crucifixi, omnem amaritudinem tribulationum, quam in hâc vitâ patiuntur, dulcem reddit, t.10.c.4.

6 *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam*

mercedem

mercedem habebitis? nonne, &c. Omnia hæc verba his comprehenduntur: Nullum præmium habebit Christianus, qui temporaliter dumtaxat, & ex lege naturæ, amicum dilexerit. (prout dicit Glossa citata à sancto Thoma) *Amare amantem naturæ est, inimicum verò amare est charitatis.* Et licèt à talibus carnalibus amicis multa bona proveniant, & magnam utilitatem consequi liceat, tamen, cùm in cœlo nullum præmium acquiratur, reliqua omnia bona, quæ naturali illo amore in terra obtinentur, tanquàm nihil æstimantur; ita explicat Glossa: *Quam mercedem habebitis? id est, nullam* Et meritò quidem: nam præmii nomen dumtaxat meretur, & pro tali æstimari potest, quod in cœlo conquiritur, & quidquid in hâc vitâ mundus dare potest, nihil est, & mendacium, t.14.c.3

Dominica I. Quadragesimæ. Tunc ductus, Matth. 4.

1. TUNC. Cùm pater dilectum suum filium mundo manifestavit, cùm Spiritus sanctus innocentiam ejus testatam fecit eo instar columbæ capiti ejus insidente, Joanne Baptista eum pro Deo agnoscente, &c. tum demum à spiritu in desertum, ut ibidem tentaretur, ductus est. Deus enim pro more habet maximos suos amicos, in laborum, ac tribulationum Cruce constituere, ut perfectio virtutis eorum tantò melius cognoscatur, t.10.c.3

2 *Tunc ductus est* Favores, quos in Iordanis flumine filio suo pater exhibuit, mox tentationes in deserto subsecutæ sunt; hâc enim rerum alternatione cum dilectis suis agere solet Deus, adeò ut magnæ prosperitates, non minorum adversitatum prænuntiæ sint, &c. t.12.c.1

3 *Ductus est*, &c. Ut doceamur virtutis opera deliberato animo, & non casu facienda esse, t.7.c.3.

4 *Cùm jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postèa esuriit.* Nos verò jejunium Quadragesimæ vix incipimus, & debilitatem sentimus, atque adeò Quadragesimam instar serpentis esse judicamus, qui nos devoret. cum licèt pœnitentia, & virtus eminùs prospecta deformis, ac tremenda videatur, eominus tamen inspecta, pulchra omninò, & minimè horrida appareat, t.10.c.5

5 *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Mala consequentia, cùm Christum Dominum propriâ dignitate sua aggressus sit; quin potiùs, quia filius erat Dei, in id, quod diabolus suggerebat, consentire non poterat, & tam honorati patris filium esse, cum devincebat, ac ejus tentationibus assensum præberet, t.1.c.3.

6 *Hæc omnia tibi dabo* Diabolus liberalis est in promittendo, mendax autem in exsolvendo fidem; atque adeò magna foret insania, verbis ejus fidere: solus Deus dignus est, cui nos ipsos fidamus, nam liberalis est in promissis, & in iis adimplendis fidelis, t.4.c.2

Accesserunt Angeli Ut intelligamus, quod post labores, & tentationes, gloriæ æternæ bona possidebimus, cujus pignus sunt tribulationes, t.12.c.3

Feria IV Magister, volumus à te signum videre. Matth. 12

1. VOLUMUS Euseb. Emiss. *Quanta est superbia Scribarum & Pharisæorum, tanta est stultitia, & infidelitas eorum Non negant, non postulant, sed inflato stomacho, & rectâ cervice dicunt, volumus.* Stultissimum verbum, & perditionis ipsorum prognosticon. Si magistrum eum agnoscant, quorsùm tamquàm discipuli se ejus judicio non submittunt? Non sequebantur praxin domus Dei, in qua Dominus mandat, & servus obedit, magister docet, & discipulus discit, contrà quam in mundi republica accidat, t.6.c.3

2 *A te.* Volunt hi extra Deum signa videre, multò melius fuisset, nunquàm ab eo oculos avertere. Vide hic scopulum, in quem humana voluntas illidit; creaturas nempè intueri, & non creatorem, affectum, non in Deum, sed in res ab illo creatas defigere. Verùm ubi voluntas à Deo regitur, in Deum oculos defigit, & nullam hujus vitæ rem magis, quàm Dominum, & authorem ejus, intueri desiderat, t.4.c.3 n.1. Ponderat S. Ambrosius lib.5. Examet. Evangelistam dicere, quod mulier illa, quæ *habebat spiritum infirmitatis, inclinata erat, ut jusum respicere posset.* Notate verba sancti: *Curvata enim erat anima ejus, quæ inclinabatur ad terrena compendia, & cœlestem gratiam nè videbat.*

3 *Generatio mala, & adultera* Maldonatus: *Idèo adultera à Domino appellatur, quod à majoribus degeneraverit.* Gloriabantur se filios esse Abrahæ, prout jactantia illa verba demonstrant: *Filii Abraham sumus.* Parvi refert, inquit Dominus, bonorum parentum filios vos esse, si Deo, animarum Sponso, infideles sitis: In eum credite, eum amate, eiq; servite, quemadmodùm majores vestri fecerùt, & ab ej' fide, & virtute nõ

degeneretis; in hujus enim similitudine vera consanguinitas consistit, t.3.c.1

4 *Generatio mala, & adultera.* Notate libertatem qua divinus Prædicator eos reprehendit; is duntaxat qui independens est liberè, & audacter veritates proloquitur, t.5.c.2. Virtus admodum animosa est, etiam in iis qui mundi opinione parùm elucent, vitium verò imbelle, & ignavum, etiam in iis, qui hominum judicio plurimùm valent, t.11. c.3

5 *Nisi signum Iona.* Sanctus Hieronymus: *Morte sua vult Deum placare, me quærit tempestas, ut mea morte vivatis.* Iona in mare dejecto, navigantes salvi evaserunt: filio Virginis cruci affixo, & in corde terræ sepulto, homines vitam æternam consequentur: impendia ipsius erunt, lucrum autem totius mundi, cùm venerit ille, ut sibi non parceret, omnibus remedium allaturus, t.2.c.2

Feria VI. Ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5.

1. *Ascendit Iesus Hierosolymam.* De industria Christus Dominus noster ad Templum venit nosocomia visitaturus, & infirmum hunc curaturus, ut nos doceret, virtutis, & charitatis opera, non casu, sed sponte, & prævia deliberatione obeunda. Non sufficit pauperi in platea obviam facto eleemosynam elargiri, de industria quærendus est, ut necessitatibus ejus subveniatur, t.7.c.3

2 *Erat autem ibi.* Ponderate verbum, *ibi*, nempe juxta medicinam, juxta infirmitatis remedium: quantus dolor, esse tam propè remedium, illoque carere, miserum hominem videre alios sanari, se verò, ut ante, remanere infirmum. Ita fieri solet, ut alii infirmentur, ubi alii sanantur, & quidam damnentur, ubi alii salvantur, quod sanguineis profectò lachrymis deplorandum, t 5.c.4

3 *Exsiccantium aquarum motum.* Aquarum motu infirmus sanitatem acquirebat, & eodem modo omnia corporalia bona nobis obveniunt, ratione velocitatis qua transeunt: quapropter summa erit ignorantia, cogitare durationem, & permanentiam in iis esse posse: in bonis enim spiritualibus firmitas invenitur, t.14.c.3

4 *Hominem non habeo.* Ideoque sanitatem non habeo, Ratione hominum, spes ejus vacillabat, & cespitabat, ideoque ea fustrabatur, si in Deum eam collocasset, utilem sibi fuisse conspexisset, t.8.c.1

5 *Hominem non habeo.* An fortè homo hic inter herbas natus fuerit? Non habebat consanguineum, amicum, vicinum, aut sibi notum aliquem, qui eum adjuvisset? Credendum utique hoc est: quomodo igitur in necessitate ei non assistebant? Quoniam dejectum, debilem, & sine ullis viribus eum conspiciebant, ideo quoque eum deserunt. Hi amici sunt mundi, in melioribus desunt, adversitas enim lydius lapis est, quo vera amicitia exploratur, t.11, c.6

6 *Surge, & ambula.* Non solum dixit ei ut surgeret, verùm etiam mandavit ut incederet, & ambularet. Beda: *Quid est dicere surge, & ambula, nisi à corpore, & ingnavia, in quibus prius jacebas, erigere, & in bonis operibus proficere studè.* Quamdiu enim in hoc mundo vivimus, proficiendum nobis semper est, numquam verò in virtutis via subsistendum, t. 6. c.5

7 *Noli amplius peccare.* Tolet. annot.9. dicit, Christum declarâsse, quod infirmitas ejus, peccatorum ipsius pœna foret, & ita quidem evenit, ut hæc ordinariè malorum quæ patimur pœna existant, t.6,c,2. n.6. Verùm mali nostri ratio in eo consistit, quod veritatem hanc cognoscere nolimus, Matth. 17. qui filio suo dæmoniaco salutem petebat, dicebat eum stultum esse: *Domine, miserere mei, quia lunaticus est.* Sanctus Petrus Chrysologus Serm. 52. *Aut humana natura, aut cœlestis elementi, quod sua arte fuerat, voluit tunc videri, aptans Lunæ cursibus hominis passiones, ut esse Luna crederent, quod erat diabolici criminis, & furoris.* Ita quoque Paralyticus hic cogitabat, quod defectu hominis non sanaretur, cùm tamen propter peccata sua pateretur.

Dominica II. Assumpsit Petrum, & Iacobum, &c. Matth. 17.

1. *Assumpsit.* Hoc verbum, secundùm bonos Interpretes, significat, quod Christus Dominus noster, ad montem gloriæ vi eos deduxerit. Nam certum est homines adeò terræ affixos esse, ut si Deus eos ad gloriam non deduceret, ne se defatigarent, ad eam acquirendam ne pedem quidem moverent, & extra eam remanerent, t.8. c.4

2 *Resplenduit facies ejus.* Hæc verba ponderantur t. 7. 5 & tota consideratio huic loco inservit.

3 *Et apparuerunt, &c.* Ideoque, *resplenduit facies ejus sicut sol.* Et Christus Dominus sacro suo corpori, omnem gloriam quæ in sanctissima ejus anima concludebatur, communicare noluit, ut Moyses quoque, & Elias in majestate apparerent; quod non accidisset, si Christus Dominus omnem gloriam emanare permisisset. Lucere quidem voluit, sed ut & ipsi quoque in ejus consortio elucerent. Bona sanè instructio hominibus quibusdam, qui soli esse volunt, & non patiuntur alios quoque aliquid posse, & eminere volunt, nec desiderant ut & alii quoque appareant, t. 3. c. 3

4 *Cum eo loquentes.* Sanctus Lucas declarat, quod *loquebantur de excessu, quem completurus erat in Hierusalem.* Agitur in hac aula, quomodo princeps sese impendat, ut & populus suam quoque fidem exsolvat. Boni profectò consiliarii, qui non de lucro, & utilitate propria, sed de afflicti, & debilitati populi bono, & remedio agunt, t. 3. c. 3

5 *Bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula.* Transiens erat illa gloria, sanctus Petrus instar permanentis ea frui desiderabat, ideoque reprehensus fuit, inquit sanctus Isidorus lib. 3. sentent. *Reprehenditur Petrus, quod tabernaculum in monte figere cogitavit.* Notate illud *figere.* Videte hic in quo nos ipsos perdamus, volentes nimirum rebus temporalibus uti, perinde ac si æternæ forent, cùm tamen vix existant, & jam esse desinant. Quapropter sapientes, & prudentes, omnia vitæ hujus bona parvi faciunt, & bona cœlestia plurimum æstimant, & in iis, quoniam semper perseverant, sese fundant, t. 14. c. 3

6 *Bonum est nos hic esse.* Videantur hæc verba t. 9. c. 4. n. 8. & consideratio hic prædicari potest.

7 *Faciamus tria tabernacula.* Hæc verba ponderantur, t. 9. c. 4. n. 6. tota consideratio hic locum habet.

8 *Hic est filius meus dilectus.* Inquit Pater æternus, in te gloriæ splendores ejus conspiciens; filius verò inter crucis opprobria eum Patrem agnoscit: *Pater in manus tuas, &c.* Tam inter Calvariæ tormenta, quàm in gloria montis Thabor, filium ejus se esse demonstrat; ut indicet nobis, filios Dei, id est, justos, in omni tempore, omni statu, in omni denique occasione eosdem semper existere.

Feria IV. Ascendens Jesus Hierosolymam. Matth 20.

1. *Ascendens* Videatur Evangelium Dominicæ Quinquagesimæ: *Ecce ascendimus Hierosolymam,* Luc. 18. Ubi quædam remissiones sunt, quæ huic Evangelio subserviunt.

2 *Accessit mater filiorum Zebedæi, adorans, & petens aliquid ab eo, &c.* Sanctus Hieronymus: *Putavit mulier post resurrectionem eum regnaturum, & aviditate fœminea, præsentia cupit, immemor futurorum.* Sibi nimirum persuasit, Regnum de quo Christus Dominus locutus fuerat, temporale fore, ideoque meliora ejus loca filiis suis expostulavit, in quo duos errores commisit. Primus fuit temporalia bona ambire, & æternorum oblivisci. Secundus verò cogitare quod in rebus temporalibus hujus vitæ quies, & firmitas esse possit: nescivit tamquam prudens eas æstimare, t. 14. c. 3

3 *Unus ad dexteram, & alius ad sinistram, &c.* Nolebant in regimine socios; satis apparet eos adhuc imperfectos esse, justi enim in honoribus soli esse nolunt, & filii mundi hujus in iis socios non admittunt, t. 13. c. 3

4 *Nescitis.* Rabanus: *Nesciebant enim quid peterent, quia sedem gloriæ à Domino, quam nondum merebantur, inquirunt.* Illa enim non nisi per calicem, & passionem acquiritur, ideoque eis respondet: Potestis bibere calicem, &c. t. 12. c. 5

5 *Potestis bibere calicem.* Illi honores expetunt, Dominus verò respondet, ut de iis prometendis agant. Atque ita quidem bene admodū eos dimisit, iisq; se expedivit, majori enim honori est dignitates promereri, quàm eas possidere. Atque ita Christus Dominus iis dicere voluit, ut curam, & solicitudinem, quam in ambiendo collocabant, in eos promerendo constituerent, & iis sese dignos efficerent, t. 14. c. 4

6 *Quem ego bibiturus sum.* Cum ipsis, dicit Christus, patiendum sibi esse, ut nos doceret, Christianam charitatem efficere debere, ut in malis proximi nostri partem habeamus, eum sublevandi causa. Et quidem Principes, ac Prælati ad hoc obligantur, t. 11. c. 5

7 *Non est meum dare vobis.* Docta admo-

dum in hoc casu sunt sancti Ambrosii verba: *Sanctus, & bonus Dominus, qui malit aliquid dissimulare de jure, quàm de charitate deponere.* Dixit Dominus muneris sui non esse, ipsis de sedibus in regno providere, seque concedere non posse, quod postulabant; pium enim, & benignum cor ejus non patiebatur, ut diceret, quod non vellet, potentiam suam potius, quàm amorem in discrimen adducere maluit, utque de se cogitaretur, quod non concederet, quia dare non posset, potius quàm quia non amaret. Non tam timeri à nobis, quàm amari Deus desiderat, t.2.c.1

Feria VI. Homo erat Paterfamilias.

Matth. 12.

1. HÆc parabola, vel secundum corticem litteræ, vel medullam Spiritus intelligi potest, & in utroque sensu sunt hæ notationes. *Homo erat paterfamilias.* Hic paterfamilias est Deus; vinea autem populus ejus. Sanctus Hieronymus dicit: *Plantavit autem vineam de qua Isaias loquitur: vinea Domini Sabaoth domus Israel.* Scitote, inquit S. Chrysostomus, quod sepem circumdederit ei. *Vel per sepem intellige custodiam patrum justorum, qui tamquam muri facti sunt populo Israel.* Tales esse debent ministri, & familiares Regum hujus mundi, murus, & defensio populi, t.2.c 3

2 *Homo erat paterfamilias.* Cum de se, vineam plantante loquitur, hominem, & patrem se vocat, ut naturalem suam mansuetudinem, & benignitatem, & innatam benefaciendi propensionem significaret; cum verò de se ab agricolis rationem exigente agit, Dominum, & non patrem se nominat; *Cùm venerit Dominus vineæ*; ad ostendendum, quod pravus ipsorum agendi modus, & ingratitudo, clementiam in iram converterit, & pietatem in indignationem commutârit, t.4.c.4 n 3

3 *Tradidit eam agricolis.* Agriculturæ utique peritis, non autem militibus, nec etiam mercatoribus, &c. Expedire mihi videtur, ut iis ministeriis homines sese applicent, ad quæ apti sunt, & res aliquæ in manus ei tradantur, qui eas probè norit: verùm magnum malum est, velle aliquos facere quod ignorant, hoc tantùmodo in mundi republica invenitur, non autem in Christi Domini usu venit, nec quisquam sphæram suam excedit, t 6 c 4

4 *Peregrè profectus.* Longum ei videtur unius diei iter, cùm ab hominibus recedit, nam quoniam eos plurimùm amat, amor ejus non patitur ab iis separari, t. 11. c. 6.

5 *Cùm autem tempus fructuum appropinquasset.* Dominus vineæ agricolas non vexavit, nec antequam exigendorum fructuum tempus advenisset, sed postquàm solutionis dies cessisset, ad eos misit. Cumque continuo nobis det, & munera sua conferat, moderatè tamen, & parcè exigit. Ratio hujus est, quoniam modicum illud quod à nobis recipit, pluris facit, quàm plurima illa quæ nobis tribuit. Mundi hujus Domini, aut ex necessitate, aut avaritia, conductores suos obligant, ut anticipatè solvant, & sæpius ut fructus reddant, quos non habent; ratio hujus est, quod pluris faciant exiguum illud quod de de suo dant, quàm plurima illa, quæ ab ipsis recipiunt.

6 *Hic est hæres.* Notate, quòd licèt hi Christum Jesum Dominum gloriæ non agnoverint, prout sanctus Paulus advertit, illi ipsi tamen tamquam vineæ Dominum confessi sint. Et propter hanc causam ipsorum peccatum majus fuit; est enim circumstantia plurimùm aggravans peccatorem, scire quid agat, quando illud committit. Ideò de primoribus populi sui conquerebatur Deus, & dicebat, eos pejores esse plebeis, eò quòd plura scirent, quam illi, t. 5. c.3. n.6

7 *Hic est hæres, venite occidamus eum.* Quomodò in unum tot conspirant? quoniam hi peccatores sunt, filius autem dominii sanctus. Et in hoc heredis fortitudinem, suam verò imbecillitatem demonstrant, virtus enim admodum animosa est, vitium verò valdè ignavum, t.11.c.3

8 *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.* Hoc est, Ecclesia à Judæis auferetur, & Gentilibus attribuetur. Quis tantus dolor, aliquos perire, ubi alii proficiunt, & lucrum acquirunt, & Judæis damnationis occasionem esse, quod Gentilibus salvationis existit? t.3 c.4

Dominica III. Erat Jesus ejiciens dæmonium.

Luc. 11.

1. *ERat Jesus ejiciens dæmonium.* Non per transennam, sed magno cum otio Dominus Jesus ex hominis corpore dæmonium ejiciebat. Ut nos doceret, animæ, & divini cultus negotia deliberatè admodum, non autem obiter, & perfunctoriè pertractanda. t.7.c.3

2 *Et illud erat mutum.* Textus Græcus legit: *Erat quietum.* Respublica quieta, & tacens præ amore, Respublica Christi, quieta autem præ timore, sathanæ tyrannis. Bona doctrina tempori serviens, t. 5.c.2.n.6.

3 *Cum*

Digitized by Google

3 *Cùm ejecisset dæmonium, locutus est mutus.* Dæmonium primo egressum est, postmodùm verò locutus est mutus; unde infertur, peccata tantorũ malorum causam fuisse: & ita quidem sit, ut corporalia mala, quæ patimur, peccatorũ effectus sint, propter quod, de nobis ipsis conqueri debemus, & nobis, culpã imputare, cum illorum causa sumus, t. 6. c. 2. n. 6

4 *Admiratæ sunt turbæ.* Beda: *Turbis autem quæ minus erudita videbantur, Domini semper facta mirãtibus, Scribæ & Pharisæi, vel negare, vel sinistra interpretatione pervertere laborabãt, quasi non divinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. Unde sequitur: Quidam autẽ ex eis dixerunt, in Beelzebub, &c.* Quanta confusio est majoribus scãdalizari, ubi parvuli ædificantur, illosque blasphemare, cum hi collaudant: nam prout sanctus Marcus dicit, erãt Scribæ, & sanctus Matthæus, Pharisæi, cùmque populum dicentem audirent: *Numquid hic est filius David?* mox illa tam injuriosa, & falsa contumelia, & exprobratione accurrunt, *in Beelzebub*, t. 5. c. 3

5 *In Beelzebub.* Cùm infinitas ei gratias, propter beneficia in suos collata, dandæ eis loquelam, visum, auditũ, & propter dæmonium ejectum, agi audiverunt, tunc graviores in eum injurias conjiciunt. Proprietas animorum invidorum, non aliorum cum honore, & existimatione, sed dejectione, & injuria crescere, & exaltari velle. Non hoc est, quod in domo Dei fieri solet, t. 13. c. 5

6 *Extollens vocem, &c.* Videatur Tract. 5. & 14.

Feria IV. Tunc accesserunt ad eum, &c. Matth. 15.

1. *QUarè discipuli tui transgrediuntur, &c.* Rabanus: *Homines Genesareth, & minus docti credunt, sed qui sapientes videntur ad pugnam veniunt.* Infelix status Reipublicæ Hierusalem, & Regni Judææ, in qua parvuli, & idiotæ in fide, amore, & cultu divino, nobiles omnes, & litteratos, &c. exsuperant. t. 5. c. 3

2 *Tunc*, cum alii videntes miracula, quæ Dominus perpetrabat, convertebantur, tunc hi eum calumniari conãtur, & magis duri, ac perditi perseverãt. Non sine mysterio verbo, *tunc*, usus est Evangelista, dolendum enim est, & sanguineis lachrymis deplorandum, perdi quosdam, ubi alii acquiruntur, & aliquos damnari, ubi alii salvantur, t. 5. c. 4

3 *Traditiones seniorum.* Leges quas majores eorum condiderunt. Sanctus Chrysostomus; *Terribiliores esse volentes, quia & ipsi essent Legislatores.* Principes Hierusalem vi pœnalium, & difficilium legum, timeri, & honorari volebãt: longè differentes a Rege cœlesti, qui blandis, & suavibus legibus à suis amari desiderat, t. 2. c. 1

4 *Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionẽ vestram? Nam Deus dixit, honora patrẽ, & matrem, &c.* S. Hieronymus: *Præmissam enim providentissimam Dei legem, volentes Scribæ, Pharisæique subvertere, ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quid ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo voluerit solvere, qui verus est pater, oblatio Domini præponatur parentum muneribus.* Sed hoc manifestè falsum est; parentibus enim benefacere, prout Christus in Evangelio dixit, obligationis erat ex præcepto legis, tales verò oblationes Deo offerre, meræ devotionis actus erat. Deus autẽ vult ut primo servemus id, quod est præcepti, deinde verò, quod devotionis fuerit, peragamus: primo Christiani esse debemus, deinde devoti, t. 9. c. 3

5 *Quare & vos transgredimini præceptum Dei, propter traditionem vestram? &c.* Non vult Deus ut parentũ vestrorum ori subtrahatis, ut sibi illud offeratur: hoc enim est de alienis sacrificium offerre, quod ipse acceptare non solet, t. 3. c. 5

6 *Hypocritæ.* Notetur libertas qua Christus eos reprehendit, & fictos Hypocritas nominavit, illi verò tacuerint, & ne verbũ quidem dixerint. Solus enim is veritatem libere eloqui potest, cujus animus ab omni respectu humano, & prætensione immunis est, t. 11. c. 3 Virtus admodum audax est, & animosa, peccatum verò valde timidum, & ignavum, t. 11. c. 3

Feria VI. Venit Jesus in civitatem Samariæ, &c. Ioan. 4.

1. *FAtigatus, &c. sedebat.* Prius in itinere fatigatus est, quam ad fontem requieverit, & ex eo biberit. At nos docẽdos, quod quamdiu viatores sumus, fatigari debeamus, ut, cũ comprehẽsores fuerimus, quiescamus, & ex perenni gloriæ fonte bibamus. *Torrente voluptatis potabis eos*, t. 12. c. 5

2 *Da mihi bibere.* Ad tãtam sitim sedandam modicum aquæ petit Dominus. Notate veri regis Christi Jesu exactiones, quàm parũ petat, & quàm paucis contẽtus sit, ut sitim restinguat.

Res

Rex cœlorum, iis, quæ ipsi offerre possumus contentus est, reges verò terreni adeò insatiabili siti laborant, ut ad eam sedandam, non aquam, sed sanguinem petant, volentes ut sæpius demus id, quod non habemus, t. 9 c. 5

3 *Aquam quam ego dabo, fiet in eo fons.* Multiplicatur aqua gratiæ, & convertitur in fontem, qui omnibus perfluit. Anima enim per charitatem Deo unita, in se non subsistit, sed aliis quoque sese communicat. Ita accidit Samaritanæ, mox enim ut conversa fuit, & divino amore accensa, de aliis quoque charitatis igne incendendis agere cæpit, & ivit ad civitatem, prædicatricis officio perfunctura. *Venite, & videte hominem.* t. 7. c. 1

4 *Domine da mihi hanc aquam.* Sanctus Joannes Chrysostomus homil. 31. in Ioan. responsum Samaritanæ, cum Nicodemi Principis Iudæorum componit, t. 5 c. 3. n. 9. & tota consideratio hic prædicari poterit.

5 *Voca virum tuum.* Quid opus erat maritum præsentem esse, ad hoc, ut mulier hæc, quam Christus Dominus ei offerebat, aquam reciperet? Adeò circumspecta debet esse mulier conjugata, ut ne vel parum quidem aquæ, nisi coram marito suo, recipere possit. licèt enim intentio ejus bona sit & omninò simpliciter, ac sincerè procedat, qui id, quod exterius est, videt, prout sibi videbitur, judicare potest. Et mulier conjugata omnes occasiones de ipsa loquendi evitare tenetur, non enim sufficit eam bonam esse, sed necesse est, ut talis quoque habeatur. Cum Cæsar uxorem suam Pompejam, licèt honestissimam, obleves dum taxat suspiciones, quamquam falsas, commissi ab ea adulterii, repudiavit, rationem facti dedit; *Oportet uxorem Cæsaris, etiam suspicione carere.* Et Clodio postmodum eum interrogante, quomodo non inventis suspicionum illarum sufficientibus indicis, nobilem adeò fœminam reliquisset; Principe Christiano digna hæc verba respondit: *Quoniam meos non delicta solùm, sed delicti suspitione oportere carere censeo.* Ad idem quilibet Christianus tenetur, non sufficit enim, ut coram Deo justi simus, sed talis esse debet vita nostra, adeo bonus famæ, & nominis nostri odor, ut omnibus ædificationis materiam præbeat, t. 9. c. 1.

Dominica IV. Abiit Iesus trans mare Galilææ, Ioan. 6.

1. *Abiit trans mare Galilææ;* Sanctus Matthæus cap. 14. hunc Christi Domini nostri recessum his verbis commorat: *Secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum.* Super quibus verbis Sanctus Hieronymus in cap. 6. Matth. dicit: *Seorsim duxit quos elegit, ut inter malos viventes mala non intendant, ut Loth in Solymis, & Iob in terra Hus.* De industria Discipulos secum abduxit, ne consortium gentis adeò pravæ, qualis illa erit, eos perverteret: adeo difficile est inter malos vivere, & non esse sicut ipsi. t. 5. c. 5

2 *Multitudo magna.* Dicit Evangelista quod magna multitudo plebejorum sequeretur Salvatorem, non autem Principes, divites, aut potentes: nec est quod miremur, vulgus enim semper magis pium fuit, & divinis rebus magis affectum, quàm magnates, & nobiles mundi hujus, t. 5. c. 3

3 *Unde ememus panes?* Non dixit: eritne hic propè locus aliquis, qui ex misericordia nobis succurrat, sed unde dabimus his quod comedant? Qua ratione propriis sumptibus populo huic egeno & famelico succurremus? Non agit de alieno, sed de eo quod sibi constat, instar alterius Davidis, qui ad similę institutum dixit: *Nequaquam offeram Deo Holocausta gratuita.* Plurimos hodie videmus, qui ex communibus Reipublicæ, & populi bonis, magna munera promittunt, numquam aliquid ex suis offerentes. Non sunt hæc Regi cœlorum accepta sacrificia, sed illa quæ unusquisque de suo offert, t. 3. c. 5

4 *Facite homines discumbere.* Addit sanctus Lucas, quod omnia prout Dominus mandavit, ad amussim perfecerint. Casus notabilis! An viderint forsitan Discipuli multiplicatos panes, vel cibum tot convivis necessarium? Nequaquam. Et nihilominus, inquit Euthymius, *turbati non sunt, sed protinus absque ulla hæsitantia obediverunt.* Difficultatem quidem viderunt, nihilominus quod Dominus mandabat, perficiebant, cogitantes muneris sui esse obedire, non autem examinare, quod sibi præcipiebatur, Christi vero, difficultates omnes superare, & possibile facere, quod impossibile facere, quod

quod impossibile videbatur. Eundē discursum omnes Christiani formare debemus, cum difficile nobis apparet, quod Christus mandat, t.10. c 5.n.7

3 *Accepit panes* Christus Dominus, ut tantam multitudinē hominum sustentet, in manus panem accipit, ut sciamus, omnia nostra bona, nobis ab illis obvenire, & quidquid in nobis boni est, ad ipsum referamus, t.8.c.5

Feria IV. Prateriens Iesus vidit hominem cæcum. Ioan. 9.

1. *PRateriens* Per transēnam Christus Dominus cæco huic salutem contulit, alterum verò, qui insuper dæmoniacus erat, magno cum otio sanavit, *erat ejiciens*. Ratio fuit, quia cæcus hic à nativitate, nō propter peccata absque oculis natus fuerat, infirmitas ejus corporalis dumtaxat fuit, ille vero cæcus, surdus, mutus, & dæmoniacus, propter peccata à se cōmissa, totus talis erat: & Christus, non tantū in corpore, sed in anima quoque eum curare debebat. Quo quidem Dominus nos docere voluit, res corporales obiter, & per transennam, & quasi casu, tractandas, negotia verò animæ, deliberatè admodum, & magna cum attentione, & consideratione peragenda, t 7 c.3

2 *Quis peccavit, hic, aut parentes ejus?* Semper in pejus inclinamur. Mox enim ut Discipuli cæcum viderunt, Christum Dominum interrogarūt, propter cujus peccata, sua, an verò parentum, cæcus fuerat? Liquidò apparet eos in schola Christi tyrones esse, si enim tales nō forent, aliter judicâssent, & dixissēt: hic oculis caret, ergo amicus Dei esse debet, similes enim tribulationes delictis, & amicis suis immittere solet, ut ex earum tolerantia virtutis ipsorum excellentia cognoscatur, t.10.c 3

3 *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ut cæcus nasceretur.* Notate curam, & diligentiam, qua Christus Dominus pauperis hujus cæci honori consuluit, videns malè de eo judicari. Idem facere consuevit, quoties servos suos injustè pati, aut fidem eorum, & authoritatem in discrimen adduci videt, t 13.c.4

4 *Neque hic peccavit, neque parentes ejus.* Sanctus Chrysostomus: *Hoc non absolvit eos à peccato.* Salvator dicere noluit, quod numquam peccâssent, sed quod cæcitas peccati pœna non foret. Nam in vitæ hujus decursu, quidā plus, alii minus, omnes sumus peccatores, t.9.c.2.

5 *Vade, & lavare in natatoria Syloe. Abiit ergo, & lavit, &c.* Sanctus Chrysostomus: *Non contradixit, neque cogitavit apud semetipsum: luctum solet magis cacare, multoties lavi in Syloe, & in nullo sum adjutus, si quam virtutem haberet, præsens utique curasset. sed simpliciter obedivit.* Cæcus hic egregia veri obedientis figura fuit, qui absq; replica, ut obediat, clausis oculis itineri se cōmittit. Videatur Tract. 3. Consid. 2.

6 *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Hæc verba explicantur, & ponderantur t.5. c.4. & tota Consideratio inservire poterit.

Feria VI. Erat quidam languens. Ioan. 11.

1. *MAria autem erat quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis.* Indicat nobis Evangelista Mariam Magdalenam, non jam ut publicā peccatricem, sed ut piam, & devotam illam mulierem, quæ pedes Domini pretioso unxit unguēto, & capillis suis extersit. In domo Dei personæ non agnoscūtur pro eo quod fuerunt, sed pro eo qnod sunt. Si fueris peccator, modò verò justus sis, non nominaberis qualis olim fueris, sed qualis modo sis, t.3.c.4

Miserunt, non autem iverunt. Theophylact. *Quia mulieres erāt, quas non decet de facili domū exire*, sed solitudo potius & clausura. Egrediātur viri, illæ vero domi sint, quisque secundum statum suum. Tract. 6 c 4

3 *Ecce quem amas infirmatur.* Quomodo unū cum altero cōvenit? Amatus, & infirmus? Bene quidem, inquit sanctus Augustinus: *Ille languens, ille tristes, omnes dilecti.* Illud enim signum est, unde amici Dei cognoscuntur, labores, & tribulationes scilicet, quas ille immittere solet. Nam in earum tolerantia excellentia virtutis eorum cognoscitur, & majus meritum acquirunt, t, 10, c.3

4 *Ecce quem amas* Non dixerunt; petimus Domine, ut sanitatem ei conferas, sed Lazarus infirmatur. Quasi dixissent: fiat id quod magis ad obsequium tuum fuerit: si velis ut sanetur, fiat, si verò ut moriatur, volūtas tua adimpleatur, nam in omnibus nos ei conformabimus. Bona cogitatio, Deo enim adhærendum nobis est, prout ipsi magis placuerit, non autem prout voluntas nostra requiret, t.9.c.4

5 *Eamus in Iudæā* Post duos dies, discipulis suis Christus dixit, eamus in Judæam, illi verò abnu-

abnuerunt, ideoque memorem eum faciunt periculi, cui pridem ibidem expoſitum ſe viderat, cum Iudæi eum lapidare voluerunt. Verùm ſanctus Thomas acurrit: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Magnanima & deliberata reſolutio, quæ in eo fundatur, quod patiendo in conſpectu Chriſti majores tribulationes, & ipſa mors ſuavis ſit toleratu. t. 10. c. 4.

6 *Eamus in Iudæam.* Sed ipſi te lapidarunt. Ob hoc ipſum enim excellentia, & puritas amoris divini cognoſcitur in eo, quod occaſiones pro ipſis patiendi dè induſtria quærat. t. 10. c. 2. t. 11. c. 4.

7 *Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterùm vadis illuc?* Ita quidem, nam verus Princeps, qualis Chriſtus Dominus noſter erat, non veretur propriam vitam periculo exponere, ut ſubditi ſui illam habeant. t. 2. c. 2.

8 *Lazare veni foras, & ſtatim prodiit, &c.* Mirabile ſymbolum veri obedientis, prout dicit S. Ambroſ. t. 3 c. 2. n. 9. & tota Conſideratio hìc prædicari poteſt.

Dominica V. Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

1. *Quis ex vobis.* Animoſa admodum, & ſecura ac confidens eſt virtus etiam in hominibus languidis, ac debilibus, quique in oculis mundi parùm poſſunt; è contra verò, malitia imbecillis, & ignava, etiam in iis, qui mundi opinione plurimum poſſunt. t. 11. c. 3.

2 *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Chriſtus Dominus vitam ſuam juſtificat, velut melius dicam, famam ſuam expurgat. Curam enim gerit boni nominis ſui, & noſtri exempli. Quo quidem docere nos voluit, non ſufficere, nos eorâm Deo juſtos eſſe, ſed talem debere eſſe vitam noſtram, adeò bonum famæ noſtræ, ac nominis odorem, ut omnibus ædificationis materiam præbeant. t. 9. c. 1.

3 *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Chriſtus inter illos vivebat, cumque adeò mali, & perverſi eſſent, ſuo tamen conſortio ei præjudicare non poterant, ſemper enim fuit juſtus, & innocens, privilegium ipſi ſoli conceſſum. Nam ipſe ſolus inter peccatores exiſtens, peccator non fuit. Atque adeò eximia virtus eſt, & ſummi pretii ſanctitas, & ut talis magna laude digna inter peccatores, & inimicos Dei inculpatum ſe conſervare. t. 5. c. 5.

4 *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Conceptus eſt hoc loco ſæpius prædicatus, quod Chriſtus Dominus innocentiam ſuam demonſtraverit, ut Iudæorum peccata confidenter, & audaciter reprehenderet. Videatur t. 3. c. 6. n. 4.

5 *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis,* ſed filii diaboli: *Ego honorifico Patrem meum,* ideoque pro veritate decerto. Docet nos Chriſtus Dominus noſter, quod diſcretio, & prudentia Chriſtiana, amoris, & affectus noſtri periculum eſſe debeat, adeò ut numquam diſpliceamus Deo, ut hominibus ſatisfaciamus, aut cum illis tempori ſerviamus. t. 14 c. 2.

6 *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Abjurate homines illos, qui ut propriam opinionem conſervent, alterius inhonorant, & injuria afficiunt: tales erant hi, qui ut exiſtimationem ſuam conſervarent, Chriſtum infamare conabantur. t. 13. c. 5.

7 *Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognoviſtis eum. Ego autem novi eum.* Dei filios vos exiſtimatis, & dicitis, quod pater veſter ſit, eumque imitemini: ita declarat Toletus: *Ipſi autem Deum ſuum dicebant, non propter ſolam cognitionem, ſed propter affectum, cultum, & imitationem.* Verùm non ita eſt, nec ipſe pro filiis vos agnoſcit, nec vos ipſi eum pro Patre, neque enim ipſi ſimiles eſtis, neq; etiam prout gloriamini, & jactatis, filii Abrahæ eſtis, nam vera filiatio non tam in conſanguinitate carnis, & ſanguinis, quàm ſpiritus, hoc eſt, in ſimilitudine virtutis, conſiſtit. t. 3. c. 1.

Feria IV. Facta ſunt encænia, &c. Ioan. 10.

1. *Facta ſunt encænia.* S. Auguſtinus: *Quandocumque novum aliquid fuerit dicatum, encænia vocatur.* Hoc ſuppoſito, myſterio plena erat hæc ſolemnitas, quæ Ieroſolymis in renovatione Templi celebrabatur: docet autem nos, inquit Theophylact, ſpirituale animarum noſtrarum renovationem ſolemni ritu celebrare, quamdiu præſentis hujus vitæ hyems durat, & ſalvationis noſtræ negotium non negligere, ſed in exercitio virtutis in melius ſemper proficere: *Satagas tu quoque dum hyems imminet, id eſt, vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa, ſpirituales encænias tui Templi celebrare, ſemper renovando te ipſum, & adſenſiones in corde tuo diſponens.* t. 6. c. 5.

2 *In Ierosolymis.* Cum sancto Augustino jam diximus, quod *Encænia.* esset idem quod renovatio, Ierusalem verò, secundum communem interpretationem Sanctorum Patrum, idem quod *visio pacis.* Quomodo autem fieri potest, ut in Ierusalem renovatio fiat? Quomodo unum cum altero cohæret? plurimum sanè. Est allegoria, sed bene fundata. Nulla est anima, quantumvis ipsa sit Ierusalem, & visio pacis, id est, quantumvis nitida, pura, & sancta, quæ non habeat quod renovetur, & purificetur, t. 9. c. 2

3 *Circumdederunt ergo eum Iudæi.* Multi unicum dumtaxat? Ita quidem; nam cum vel unus bonus est, multis æquivalet, & cum multi mali sunt, ne vel unum efficiunt. Quod autem dicere volo, est, quod omnes essent pauci respectu Christi, & ipse solus omnibus sufficeret: est enim admodum confidens, & animosa virtus, malitia vero languida, & ignava, t. 11. c. 3.

4 *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei.* Christus Dominus opera sua quæ in conspectu patris, & ejus nomine perpetrabat, ei attribuit. Nam virtutes paternæ, & honestis parentibus progenitum esse, si ob oculos ponantur, ad imitandum impellunt, t 2. c. 3.

5 *Vos non creditis, quia non estis de ovibus meis.* Qui me à vobis cinctum videret, me instar pastoris in medio ovium constitutum crederet; & non falleretur. Verumtamen vos non estis oves meæ, aliæ meæ sunt, & licèt videar solus esse, eas tamen adeo mihi vicinas habeo, ut me audiant, & sequantur: *Oves meæ vocem meam audiunt.* Alcuinus. *Præceptis meis ex animo obediũt.* Hoc signum est quo justi cognoscuntur, promptitudo scilicet, qua Deo ejusque verbo obediunt, nec plus, nec minus exequentes, quàm ille ordinaverit, & præceperit, t. 3. c. 2.

6 *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est.* S. Cyrillus Alexandrinus, & alii hæc verba de ovibus, quas Pater Filio suo dedit, intelligunt. Mox vero ratio dubitandi sese offert, quomodo Christus dicat oves sibi datas esse, cum ille summo pretio eas sibi comparaverit? Eamdem difficultatem invenit Richardus de S. Victore p. 2. in Cant. cap. 10. ponderans illa ejusdem Christi Domini verba, Joan. 4. *Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, ibi & sint mecum* Quomodo dicis Christe Jesu, & Redemptor mi, quod Pater prædestinatos tibi dederit? nonne eos pretioso sanguinis tui pretio tibi comparasti? *Empti estis pretio magno, &c.* Respondet hic Doctor: *Ita nunc de ipsorum redemptione exultat, ut non reputaret magnum, id pro eo obtulit, sed videatur eos, quos accepit, potius sibi datos in munere, quàm emptos pretio sui sanguinis, & compensatione.* Tanti namque eos fecit, ut parvi fecerit, quidquid pro eis erogavit. Est hæc cœlestis Regis conditio, ad cujus imitationem Reges terræ hujus pluris facere debent modicum illud, quod à subditis receperint, quàm plurima illa, quæ ex propriis in ipsos contulerint, t 1 c. 2.

Feria V. De Conversione Magdalenæ. Rogabat Iesum quidam Pharisæus: Luc. 7.

1. *Attulit alabastrum unguenti.* Stultitiæ, ac ineptiæ suæ instrumenta publicè obtulit, & coram omnibus veram pœnitentem sese exhibuit, quoniam peccata ejus notoria erant, & omnibus nota, denique ipsa infamis peccatrix; & nisi manifesta fuisset ejus conversio, fama ejus adeò resarcita non fuisset. Et licèt secreta emendatio, & cordis ejus dolor Deo sufficerent, mundo tamen plene satisfactum non fuisset: cogitare enim potuisset, quod esset eadem quæ ante, quocirca ornamenta, fucum, & pigmenta, quibus uti solebat, sibi detraxit, ne si seipsam ut ante excoluisset, in antiquo peccati statu perseverare videretur. Quo quidem nos docuit, non solum non operari malum, verum etiam evitare id, quod licèt bonum sit, speciem tamen mali habere potest, t. 9 c 1.

2 *Hic si esset Propheta, sciret utique, &c.* Pharisæus casum ignorabat, & parum de Dei conditione sciebat. Quia enim peccatrix erat, & peccatrix contrita, ideo potius eam videns sese recreat, & speciali gaudio afficitur. Et tanti facit peccatores conversos, ut iis sese coronet, t. 1. c 3.

3 *Intravi in domum tuam.* Christus Dominus Magdalenæ honorem defendit, videns malum quod Pharisæus de ea sentiebat. Hic antiquus ejus est mos, in suorum defensionem decertare, cum eos injustè malè judicatos videt. t. 13. c. 4.

Feria

Feria ſexta. Collegerunt ergò Pontifices, &c. Ioan. 11.

1. *Collegerunt ergo.* Notatè ſucceſſum illum, quem famoſum illud Chriſti miraculum habuit, reſuſcitantis Lazarum, quatuor jam dies mortuum, & ſepultum, & differentes effectus, quos in Iudæis produxit. Quidam in eum crediderunt, alii in malo obſtinati, Phariſæos, de eo quod acciderat, certiores reddiderunt. Dolendum ſanè, & ſanguineis lachrymis deplorandum, aliquos perire, unde alii ſalvantur, t.4.c.5

2 *Quid facimus?* Quorſum nos ab homine hoc non expedimus? Moriatur, & quieti erimus. Hi profectò caſum non intelligebant, incitabant mutuò ad mortem Chriſti accelerandam, cum ille eam inſequeretur, eam mox aſſecuturus, prout de facto monſtravit. Atque adeò lictores, & miniſtri juſtitiæ, cum funibus fruſtra eum quærunt, ut vi captivum abducant, nam ille libera ſua voluntate, eos quærit, catenis amoris noſtri conſtrictus. Ad nos docendos, non debere nobis ſufficere quod caſu patiamur, ſed quod labores, & tribulationes de induſtria quærere debeamus, t.10.c.2. t.11. c.4

3 *Hic homo multa ſigna facit.* Quomodo unum cum altero convenit? Quod homo ordinarius ſit, & adeò magna opera faciat? Ita quidem. Chriſtus in operibus magnus erat, talia enim erant, quæ divinitatem ejus manifeſtè comprobabant, verumtamen propria opinione humilis, & abjectus. Juſti, qui eum imitantur, & veſtigiis ejus inſiſtunt ac incedunt, t.4.c.1

4 *Venient Romani.* Non miror conſiliarios hos adeò timentes, videns quod in civitate Ieruſalem, & populo ſuo ſufficientes vires non reperiantur, ad Romanis reſiſtendum. Venient Romani, omnes nos capient, noſtri ſe Dominos efficient, denique negotium determinatum judicabunt. Clarum argumentum, & manifeſta probatio, quod timore Dei carebant, ſi enim eum timuiſſent, animoſi fuiſſent. Virtus admodum animoſa eſt, & confidens, etiam in hominibus infirmis, & imbecillibus, quippe in oculis hominum parum poſſunt: contra verò malitia languida eſt, & ignava, etiam in hominibus qui opinione mundi multum valent: facilè hoc videus: *Venient Romani*, &c. t.11. c.5

5 *Vos neſcitis quidquam*, inquit Cayphas; & occaſio ſic loquendi fuit, quia non deerant in concilio qui in favorem Chriſti Domini altercarentur, qualis fuit Ioſeph ab Arimathia, de quo dicit Evangeliſta: *Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum*, *Luc.* 23. & Gamaliel. Sed plures prævaluerunt, & minores numero, devicti ſunt: *Violentia ſuffragiorum in crucem actus*, dixit Tertullianus in Apolog. c.22. Nec mirum, ſemper enim pars Dei paucjorum fuit, dæmonis autem plurimorum; atque adeò is ſecure, admodum ſalutis ſuæ negotium agit, qui via minus trita incedit, t.5 c.1

6 *Expedit ut unus homo moriatur.* Summus ſacerdos, neſciens quid diceret, prophetizavit. Conveniens enim fuit, ut Chriſtus Dominus noſter moreretur, ut populum ſuum ſalvaret; & ita ille prædixerat: *Exaltari oportet filium hominis*, *&c.* Redemptori noſtro Chriſto obligamur, quod finis qui eum in mundum deduxit, fuerit, ſibi non parcere, ut omnibus remedium adferret, t.2.c.2

Dominica in Ramis Palmarum. Cum appropinquaſſet, &c. Matth. 21.

1. PRimum quod in hac Dominica, & reliquis Quadrageſimæ tractari poteſt, eſt alternatio Evangeliorum quam ſancta Eccleſia in Dominicis Quadrageſimæ facit, t.12.c.1.n.8. & tota conſideratio in omnibus Dominicis Quadrageſimæ prædicari poteſt.

8 *Hoc autem totum factum eſt, &c.* Inquit Evangeliſta, hæc accidiſſe, ut antiquæ prophetiæ plenè adimplerentur, ſuppoſito enim quod peregrina eſſet novitas, & numquam in mundo viſa, Regem triumphabundum tāta cum humilitate intrare, conveniens fuit, ut clare appareret, novitates illas, cum antiquis prophetiis cohærere, ſolæ enim illæ novitates bonæ ſunt, quæ in rebus præteritis fundamentum habent, t.1.c.4

3 *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Rigidus autem ſibi, non venit tibi quidquam adempturus, ut ſibi ſubveniat, quemadmodum terreni principes faciunt, ſed ut ſibi non parceret, ad te ſalvandum. Ita legunt Irenæus, Origenes, Hilarius, Ambroſius, Beda citati à Maldonato, verbo: Oſanna filio David; quaſi triumphus, & veri Regis inſignia, ſubditorum ſuorum remedium fuiſſent, t.2.c.2

4 *Super*

4 *Super asinam.* Chrysostomus: *Non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino uti, & eo, quod necessitatis est, esse contentum.* Non magnifica, & sumptuosa rhedâ, nec animosis, & phaleratis equis vectus intravit: ad docendum Principes, ut excessivis sumptibus, & superfluo fastu sese non tractent, ut ea ratione sui existimationem conservent, sed in regimine suo numerum, pondus, & mensuram teneant, rationem accepti, rationi dati conformantes, & ea moderatione, qua natura contenta est, quamque ratio exigit, viventes, t. 9. c. 5. n. 9

5 *Et imposuerunt super eos vestimenta sua.* Primi, qui vestimenta sua in obsequium cœlestis Regis porrexerunt, fuêre primores, & honoratiores, ideoque turbæ tanta cum lætitia vestibus suis terram straverunt, & quidquid possidebant, dederunt, & Christum Dominum summis in cœlum laudibus extulerunt. Scitis quamobrem vulgus & communis plebs, contra Regem, ejusque regimen clamet, & obmurmuret? Quia pusilli, & plebeji sunt, qui solvunt, iisque solis vestis auferatur, & ministri principum, præterquam quod instar alvearis pleni sint, continuo impinguescant. Respublica illa se felicem æstimare potest, in qua plebei de Principe benè loquuntur, ejusque regimen collaudant, nobiles verò, & magnates ei obtrectant. Contra verò infaustum se judicare debet Regnum illud, in quo pauperes, & vulgus contra Regem inclamant, & vociferantur, magnates verò, & Principes ei applaudunt, t. 14. c. 1

6 *Et imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* Haud mihi videtur, ut in via tam brevi, Christus Dominus utrique jumento insederit, sed quod unum illorum pallia, & vestes Discipulorum Christi portaverit, alteri verò Dominus insederit, ut inter utrumque onera dividerentur, & unum solum ea non ferret, licèt totum onus leve fuerit. Bona sane Doctrina Principibus, pauperes, & defatigatos, subditos non onerare plus, quàm ferre possint, & onus viribus impar eis non imponere, t. 9. c. 5 n. 5. & 6

7 *Osanna.* Glossa in Catena Sancti Thomæ dicit, hoc verbum significare: *Salva obsecro in excelsis, non in terrenis.* Tamquam prudentes, desiderabant, & petebant, & honores, fortunas, ac prosperitates vitæ hujus parvi faciebant, & totum fundamentum in alterius vitæ felicitatibus collocabant, illæ enim cito transeunt, sicuti in hac gloria, & fausta Regis acclamatione cernitur: brevi enim in voces mortis, & confusionis eruperunt, illæ vero, durant, & permanent æternum, t. 14. c. 3

De bono Latrone. Domine memento mei. Luc. 23.

1 *Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos.* Melius dixisset, ut si esset Christus, & verus Rex, non seipsum, sed alios salvaret: Christus enim verum se Regem exhibuit, non parcendo sibi, ut nobis subveniret, t. 2. c. 2

2 *Neque tu times Deum?* Habemus bonum latronem concionatorem factum & jam non de sua dumtaxàt, sed de socii quoque sui salute agit. Mox ut divinus amor animam ejus possedit, alias quoque lucrari desiderat: anima enim per charitatem Deo unita, mox ad juvandum proximum, eique in necessitate sua subvenieudum, sese impendit, t. 7. c. 1

3 *Nos quidem digna factis recipimus.* Prædestinati hæc vox est, agnoscere quod mala pœnæ quæ tum patiebatur, esset iusta pro peccatis punitio. Atque ita fit, ut illa ordinarie causa sint malorum quæ patimur, t. 6. c 2. n. 6

4. *Hic verò nihil mali fecit.* S. Chrysostomus: *Christum pronunciat innocentem.* Magna laude dignus est hic latro, & insignis fuit ejus fides, cum inter malos existens, bonus fuerit, & inter blasphemos peccatores, personam Christi justificat, & pro ea fide jubet, t. 5. c. 5. Atque adeo dicit Eusebius Emissenus: Solus hic non acquievit scandalo crucis.

5 *Memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Cruci namque affixus hæreo, quod est dimidium itineris confeciſſe, ut ad regnum tuum perveniatur: pœnarum enim, & tribulationum pretio, ejus introitus acquiritur. S. Ambrosius serm. 55. Utique latro diu oberrans, & naufragus aliter ad patriam redire non poterat, nisi arbori religatus, t. 12. c. 5

6 *Memento mei dum veneris in regnum tuum.* Ut quid non petiit liberari à tormento in quo se constitutum videbat? Verum ille, pœnarum corporis, perinde ac si eas non sentiret, oblitus, de animæ dumtaxat salute agit. Amicus enim jam erat Dei, & iis qui illud sunt, ad conspectum Christi cruci affixi, amarum tribulationum quas in hac vita patiuntur, dulce efficitur, t. 10. c. 4.

7 *Hodie mecum eris in paradiſo.* S. Chryſoſtomus de Cruce, & Latrone: *Non confundens calcantibus latronis pedibus paradiſum: ſed honorem præſtans paradiſo. Honor etenim paradiſi eſt, talem Dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiſo.* Nemo exiſtimet injuriam fuiſſe Chriſto, Cœlo, aut cœleſtibus civibus, Chriſtum Dominum Latrone comitante intrare. Quin potius ea ratione gloriam honorat, & quadam ratione ſeipſum. Non enim parva gloria, & exiguus honor eſt Salvatori, peccatores per pœnitentiam meliorare, & perficere, eosque tantopere nobilitare & exaltare, ut ornatus cœli, & ipſius Dei gloria efficiantur, t.1.c.5

De lachrymis Apoſtoli Petri. Converſus Dominus reſpexit Petrum.

Luc. 22.

1 *Converſus, &c.* Amor quo Chriſtus Dominus noſter erga S. Petrum ſe habebat, effecit, ut ſui oblivisceretur, de eo agendi cauſa. Erat ſanè quòd Dominus in ſeipſo videret, & ſentiret: Verùm ſolius diſcipuli recordatur: perinde ac ſi nihil fuiſſet, quod actu patiebatur: utque eum reduceret, divinos ſuos oculos in eum conjecit. Boni Principis imago, qui boni ſui oblitus, ſe totum ſubditis ſuis impendit, ſibiq; non parcit, omnibus ſubveniendi cauſa, t.2.c.2

2 *Egreſſus foras.* Id eſt, locum fugit, in quo cecidit, ut ſe à malo conſortio, cui intererat, expediret, ſibiq; reincidendi occaſio non foret. Et licèt mali, quod commiſerat, eum pœniteret, ſeipſum tamen ſecurum non credidit: difficile enim inter malos vivi poteſt, & eorum ſcabie non infici, t.2.c.2

3 *Flevit amarè.* Anima Petri tam gravem dolorem concepit, quia divinum ſuum Magiſtrum negaverat, ut vi illius, oculi ejus in lachrymarum rivos eruperint, cum vero ad martyrium duceretur, ex antiqua traditione, exultans, & conſtans proceſſit. Nos autem ſuper peccatis cantamus, prout dixit Sapiens: *Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis*; & propter rerum hujus vitæ amiſſionem lamentamur. Ratio hujus eſt, quia bona terrena pluris facimus, quàm cœleſtia, ideoque jacturam illorum ſentimus, defectus autem divinæ gratiæ nos minimè affligit. In quo claiè apparet, quàm parvi faciamus amorem Dei, ſi enim corda noſtra eo inflammata forent, vitæ hujus bona parum æſtimaremus, nec tantopere doleremus, cum ea amitteremus, & bona cœleſtia plurimi faceremus, & amarè lugeremus, cum nobis deeſſent, t.14.c.3

4 *Flevit amarè.* Petrus tam benè peccata ſua lugere novit, ut Chriſtus Dominus eorum oblitus fuerit, perinde ac ſi ea numquam commiſiſſet. Fuit hæc animadverſio Sancti Chryſoſtomi, ponderantis examen quod Chriſtus Dominus inſtituit, cum eum interrogavit, ut tum ſe plus aliis amaret, ad hoc ut oviũ ſuarum, & Eccleſiæ ſuæ curam ei committeret. Et notat, quod cum interrogaverit de amore quo tum temporis erga eum ferebatur. *Diligis me*: præteritæ autem negationis recordatus non fuerit. Videatur t.3.c.4. Ubi hic locus expenditur, & tota Conſideratio huic loco eſt opportuna.

***Feria quinta in Cœna Domini. Sciens quia venit hora ejus. Ioan.* 13.**

1 *Sciens quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Notandus eſt ſtylus, quem facer Hiſtoriographus ſervavit, excellentiam amoris Chriſti Domini deſcribens; dicit enim, quod cum veniſſet hora ejus, primum cujus meminit, fuerit, quod tranſeundum ſibi eſſet, *ut tranſeat*; videtur Sanctus Evangeliſta anticipatione uſus, nam tranſire ex hoc mundo ad Patrem, quod omnium ultimum fuit, prius narravit, cum tamen quidquid Dominus in paſſione ſua paſſus fuit, & toleravit, præceſſerit. Divina illa Aquila ſublime hic volavit, & magno artificio divinum hunc ordinem obſervavit. Declarare voluit (prout doctus Brixianus advertit) quod veſperà Paſchæ, Redemptori mundi, à ſuis, quos amabat, ſeparari, plutis conſtiterit, quàm quidquid, antequam ſepararetur, patiendum ipſi erat, ideoque non dixerit: *Sciens quia venit hora ejus ut moreretur*, ſed, *ut tranſeat*. Nullum crudelius tormentum eſt veraciter amanti, quàm à re amata ſeparari, & abſentia, major ei tyrannus eſt, quam ipſa mors, t.5.c.6.

2 *Sciens quia venit hora ejus ut tranſeat, in finem dilexit.* Id eſt, quanto magis ipſa mors, & ejus hora appropinquabat, tanto in ſuorũ amore conſtantior, & firmior erat. Non eciditanimo, nec retrorſum abiit, quin potius majorem tunc amorem, & conſtantiam demonſtravit, adverſitas enim veræ amicitiæ lydius lapis eſt, t.11. c.6.

3 *Cùm*

Digitized by Google

3 *Cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas.* Proditoris animus avaritiâ tantopere inflammatus erat, ut triginta argenteos, quos divini sui Magistri venditione lucraturi, pluris faciat, quàm ipsum Dominum, qui omnes divitias gloriæ in manibus suis habet. Diabolus jam intellectum ejus obscuraverat, prout notavit Sanctus Isidorus l. 3. Epist. 364. *Nec jam amplius mentis compotem esse.* Si enim ita non fuisset, instar prudentis, divitias, & lucra vitæ hujus parvi fecisset, & thesauros, ac cœlestia bona magni æstimasset, illa enim brevi finiuntur, hæc verò æternum perdurant, t.12.c.3.

4 *Cum diabolus, &c.* Mox ut Dominus, Judam vidit adeò diabolica cogitatione oppressum, festinavit ut Discipulorum pedes lavaret. Nam secundum opinionem Origenis, Euthymii, Chrysostomi, Theophylacti, & Leontii, & omnium Græcorum Patrum, Judas primus fuit, cui Dominus pedes lavit, corpus, & sanguinem suum ei porrexit, sacerdotem consecravit, & omnia media possibilia quæsivit, ut videret an reducere eum posset; verùm nec amore, nec honore ei benefacere non potuit, t.1.c.3.n.10. & tota Consideratio hic prædicari potest.

5 *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Liberalissimus fuit in communicandis bonis suis. Ita explicant Interpretes illud, *In finem dilexit eos.* Lavit pedes, Discipulos suos sacerdotio initiavit, Sacramenta instituit; tantum dedit, ut postmodum nihil amplius haberet, quod daret, sacratissimum corpus suum dedit in cibum. Tam liberalis in dando, tam moderatus in recipiendo, ut præter amorem nostrum à nobis nihil amplius requirat. In quo ostendere videtur, se pluris æstimare modicum illud, quod à nobis recipit, quàm plurima illa, quæ ex propriis suis bonis nobis elargitur. Contrà quam Reges mundani faciant, qui sicuti multum æstimant modicum illud quod subditis suis tribuunt, & parvi faciunt plurima, quæ ab illis recipiunt, ideò manus ad recipiendum porrectas, ad dandum verò clausas habent, t.1 c.2.

6 *Sciens qui à Deo exivit, & ad Deum vadit.* Dicit Dominus, quod per mortem crucis ad Patrem suum vadat. Voluntate propria vadit, non vi abducitur: in quo extremum amoris sui ostendit, mortem, & crucem de industria quærens, ut pro nobis patiatur. Ad Deum vadit; ut suo nos exemplo doceat, libenter ex sui amore pati, & eum in finem occasiones, quærere. t. 10.c.2. & t.11.c.4.

7 *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Erravit hic Petrus, quandoquidem Christum Dominum suum fateatur, *Domine tu mihi*, reliquis Discipulis, qui se lavari permiserunt, se conformare debuisset, & dicere: Domine, tuum est imperare, & quod ad obsequium tuum magis expedierit, ordinare; meum verò instar Discipuli, & servi in omnibus obedire. t.6.c.3.

5 26

Feria VI. In depositione Crucis.

1. *Posthæc autem Ioseph ab Arimathia.* Joseph homo erat nobilis, & unus ex consiliariis, qui interfuerunt concilio quod Pontifices, & Pharisæi instituerunt, ad Christum Dominum occidendum, licèt cum illis non fuerit: Nicodemus, quoque nobilis, & illustris. Et ambo Christi amore ducti, prout S. Chrysostomus dicit: *Multam dilectionem demonstrabant*, animosa, & pia animi sententia decreverunt, sacrum ejus corpus defunctum sepulturæ mandare. Et ratio erat, ut qui sanguinis nobilitate, aliisque virtutibus aliis superiores erant, in pietate quoque, & devotione excellerent. Honoratiores namque Deo magis obligantur: & magna foret confusio inter Christianos contrarium intueri, & pusillos, in amore, & obsequio Dei magnatibus, & honoratioribus antecellere. t.5. c.3.

2 *Accessit ad Pilatum.* Confidenter, parvi faciens odium Judæorum, & persecutiones, quas sibi inferre poterant, petiit à Pilato, ut corp[s] Jesu sibi concederet, ut debitis obsequio, & veneratione de cruce deponere posset, & instar sancti sepelire hominem illum, quem illi instar malefactoris inter latrones cruci affixerant. Amicis, & servis Dei, ad conspectum Christi crucifixi, & mortui, amarum tribulationum, quas in hac vita patiuntur, dulce efficitur. t.10.c.4.

3 De virtute, efficacia quam Christi Domini nostri sepultura habet, ad permovenda corda nostra, Videatur locus quidam S. Bern. t.1.c.2.n.1

4 De magno luctu, & intento dolore, quem sacratissima Virgo ad pedem Crucis habuit, videns filium suum mortuum, & se cum nec juvare, nec sepelire posse, S. Bernardus: *Dirat qui potest, cogitet quantũ potest, meditetur si potest, quæ dolorum immensitas tunc maternam animam cruciabat.* De Lament. Mariæ Videatur t. 11 c.1.

5 Christus Dominus Ecclesiæ suæ formam corporis sui totaliter vulneratam dereliquit. & in

sepulchro

ſepulchro recõditus, ſuã figurã ſudario cui involutus erat, ad vivũ impreſſit, ut nos imaginẽ hãc & amoris ejus pignus intuentes, non poſſemus omittere, quin multas lachrymas profunderemus, & ex toto corde Dominum amaremus, quem noſtri amor in tali ſtatu conſtituerat, ut à planta pedis, uſque ad verticem capitis, non ſupereſſet locus, qui non eſſet vulneratus: *Ferculum ſibi fecit Rex Salomon, &c.* t.1.c.5. n 7. Hic locus à Soromajor explicatus, huic rei eſt peropportunus: tota quoque conſideratio applicari poteſt, dicendo Eccleſiæ non ſufficere, prædicare nobis depoſitionem Crucis, & ſepulturam Domini, ſed quod Sanctum quoque ſudarium nobis oſtendat, ut repetita ſæpius monumenta, nos gratos efficiant.

Dominica Paſchæ. Maria Magdalena, & Maria Iacobi, &c. Marc. 16.

1. *Maria Magdalena, &c.* Cum diſcipuli timore pleni aufugiſſent, tunc mulieres generoſo animo ad ſepulchrum vadunt, virtus enim admodum animoſa eſt, & confidens, etiam in iis, qui in oculis mundi parum poſſunt, malitia vero imbecillis eſt, & ignava, etiam in iis, qui opinione mundi multum valent, t. 11. c.3.

2 *Emerunt aromata.* Unguenta pretioſa coëmerunt, quæ in officio unctionis neceſſaria erant. Ad oſtendendum quod propriis impenſis Deo ſervire debeamus de noſtro ei ſacrificantes, & non ex bonis alienis ſacrificium offerentes. t.3. c.5.

3 *Et valdè manè una Sabbathorum veniunt ad monumentum orto jam Sole.* Planetæ huic reſtituta fuit lux, quam in morte ſui creatoris amiſit. Ut de natura & conditione Dei noſtri nobis conſtet, qui bona, & oblectamenta, quæ quis amittit, & ſibi aufert, ea augendo compenſare conſuevit. Eſt Conſideratio 8 Maximi hoc loco. Videatur t 12.c.2. n.9. & tota Conſideratio hic prædicari poteſt.

4 *Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum.* Ut quid Angelus memoriam crucis ingerit, cum eum glorioſum & reſcuſcitatum annuntiat? quia cum Chriſtus Dominus reſurrectionem, & gloriam corporis quam poſſidebat, per crucem promeruit; videtur hac ratione demonſtrare voluiſſe, quod Chriſtus Dominus pluris æſtimaret, & majori ſibi honori duceret ipſam ejus poſſeſſionem, & perceptionem. Ad nos docendos, conandum magis honores promereri, quam aſſequi. & ſolicitudinem, & curam quæ in iis ambiendis collocatur, in eo ponendam eſſe, ut quis idoneus, & dignus iis ſit; major enim honor eſt eos promereri, quàm poſſidere, t.5.c.4.

Feria II. Paſchæ. Duo ex Diſcipulis, &c. Luc. 24.

1. *Et eſtis triſtes.* Quomodo pauperes Diſcipuli triſtes non eſſent, cum forent incredduli? Triſtitia effectus peccati, eos neceſſario comitari debebat: ſoli namque juſti jure merito alacres vivunt, & pro illis ſolis vera ſunt gaudia, & oblectamenta. t.7.c.5

2 *Nos autem ſperabamus.* Jam omnem ſpem amiſerant, veluti ſi in puro aliquo homine eam conſtituiſſent, quæ ordinariè fruſtranea eſſe ſolet, illa autem non ita, quæ in Deo homine collocatur, hæc enim ſemper lucratur, & proficit, t.8.c 1

3 *O ſtulti.* Stultos, & non intelligentes eos Chriſtus vocat; ſi enim inſtar ſapientum Philoſophati fuiſſent, hoc ipſum quod eos triſtes reddidit, *Et eſtis triſtes*, gaudio, & lætitia afficere debuiſſet, quodque eis lachrymas excuſſit, eos exſiccare, quodque animum eorum afflixit, alleviare, & conſolari debuiſſet, & certi admodum eſſe debuiſſent, quod ex Cruce, & morte Domini glorioſæ ejus Reſurrectionis gaudia naſcerentur, t.12.c.4

4 *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Per mortem Crucis, gloriam corporis ſui, aliunde ex juſtitia ſibi debitam, Salvator promeruit. Ad nos docendos, quod per labores, & tribulationes, eam conſequi debeamus. t.12.c.5

5 *Et cognoverunt eum.* Præſentiæ ſuæ bonum eis Chriſtus reddidit, quo quidem immenſo gaudio, & ſolatio affecti ſunt. Hæc eſt Dei natura & conditio, qui bona, & oblectamenta quæ quis deſerit, & ſibi aufert, ea augendo, & meliorando compenſare conſuevit.

6 *Cognoverunt eum in fractione panis.* S. Drogo hunc locum myſtice explicat, de morte Chriſti, in qua ſupremum amoris ejus agnitum fuit, t.10. c.3.n.8. & tota Conſideratio hic prædicari poteſt.

De

De lachrymis Magdalenæ. Maria ſtabat ad monumentum. Ioan. 20.

1. *Maria ſtabat.* Non poterat à ſepulchro Domini ſeparari; ei enim qui veraciter amat, intolerabilis dolor eſt, à perſona amata ſeparari, licèt in ejus conſortio, patiendi periculo ſeſe exponat, t.11.c.2.

2 *Converſa eſt retrorſum*, & Angelos nihili fecit. Communis ratio eſt, quia cum Creatorem quæreret, conſpectus creaturarum ejus triſtitiam non ſublevabat. Origenes ait, cum Angelis loqui, & vultum obvertere, parum civile, & humanum videri. Nihilominus eam excuſat, ejuſque nomine reſpondet: *Nolo Angelos videre ſi cœperint mihi multa narrare, & ſi voluero illis ad omnia reſpondere, timeo ne amorem meum magis impediant, quàm expediant.* Unde magni momenti doctrinam deduco, nimirum, quod diſcretio, & prudentia Chriſtiana, amoris, & effectus noſtri perpendiculum eſſe debeat, adeo ut numquam diſpliceamus Deo, ut hominibus placeamus, aut nos illis accommodemus, t.14.c.2

3 *Maria*, Notate, quod Chriſtus Dominus, Diſcipulis ſuis ſe reſuſcitatum demonſtraturus, ab hac ſancta incipiat, quemadmodum enim in fide, ſpe, & charitate prima erat, & reliquis omnibus excellebat, æquum erat, & rationi conſonum, ut in favoribus quoque prima foret, & jure meritiſſimo reliquis præferretur. Unde deduco, Regibus, Prælatis, & Dominis licere, majoribus honoribus, & præſtantioribus muneribus ſubditos & ſervos illos afficere, qui reliquos in virtutibus, & meritis antecellunt.

4 *Noli me tangere*, Domine, & Redemptor animæ meæ, cùm Magdalenæ, ardentem ejus amorem conſpiciens, te viſendum præbeas, quorſum divinorum illorum pedum poſſeſſionem, quam jam dudum habet, ei denegas. In peccatricis ſtatu exiſtenti permittis, ut eorum poſſeſſionem capiat, modo vero, in veræ pœnitentiæ ſtatu conſtitutæ, id non permittis? Multæ rationes dari poſſunt, illa vero quæ ſeſe mihi modo offert, eſt, quod Dominus de induſtria hoc fecerit, ut deſiderium, quod illa habebat, cum reſuſcitatum videndi, temperaret: erat deſiderium in terra conceptum conveniens quoque erat, ut aliqua diſplicentia interpolatum foret, in cœlo dumtaxàt reſervantur gaudia, & delectationes, quæ nihil triſtitiæ admixtum habent. In præſenti vita lætitiam, & triſtitiam, dolores, & gaudia interpolata ſuis dare ſolet Deus; ſolummodo in gloria, ubi magis ſtricta eſt communicatio, hæc interpolatio non invenitur, Eſt conceptus S. Bernardi Serm. 5. in Feſto omnium Sanct. *Noli me tangere: noli, inquit, quærere gloriam, fuge petimi, & vide ne tetigeris, donec perveniamus ad Patrem, ubi omnis gloriatio jam ſecura*, t. 12. c. 1.

5 *Vade ad fratres meos.* Chriſtiana charitas, ſub peccato mortali obligat, proximis in extrema neceſſitate, animæ præſertim, conſtitutis, ſubvenire. Pedes Chriſti Domini oſculari, actus erat devotionis: Itaque Maria prius quod præcepti eſt, perage, poſtmodum vero de iis quæ devotionis ſunt ages. Deus nos primum Chriſtianos, & deinde devotos eſſe vult, t.9.c.3

6 *Ad fratres meos.* Quare non dicit ad ſervos meos, ad diſcipulos meos, ſed fratres? Magis ſe æſtimat à nomine fratris, quod æqualitatem denotat, quam à titulo Domini, & Magiſtri, quod ſuperioritatem ſignificat. Bona ſane doctrina Regibus, & Principibus terrenis, ut cum ſubditis ſuis amore, & benignitate, tamquam cum fratribus, agere diſcant, non autem, tamquam cum ſervis, majeſtate, & ſeveritate. t.2.c.4

Dominica in Octava Paſcha. Cum ſerò eſſet, &c. Ioan. 20.

1. *Et fores eſſent clauſæ, ubi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum.* Beda: *In hoc infirmitas Apoſtolorum monſtratur, qui foribus clauſis intus congregati reſiderent propter metum Iudæorum, quorum metu fuerant prius diſperſi.* Timent Diſcipuli cum eſſent viri, non timuit autem mulier imbecillis, admodum enim animoſa, & confidens eſt virtus, etiam in iis, qui in oculis mundi parū valent; cōtra verò debilis, & ignava malitia, etiam in iis, qui opinione mundi multū poſſunt, t. 11. c.3

2 *Stetit in medio.* In ſignum quod medium ſe inter Deum & homines conſtituerat, ut pacem inter illos conciliaret. Hoc ipſo eos docens, idem ipſorum officium fore, & quamdiu ſorent in mundo, partes ſuas agere deberent, & Deo, in hominum defenſionem, ſeſe opponere, t.2.c.3

3 *Oſtendit eis manus, & latus*, quæ fuerunt pretium, quo gloriā corporis ſui ſibi cōparavit, ſicuti qui pluris faceret vulnera, quibus gloriam promeruit, quàm ipſam gloriæ poſſeſſionem. Ad nos docendos, magis conandum eſſe honores promereri, quàm eos ambire, & curam quæ in iis acquirendis ponitur, in eo collocandam, ut idoneus quis, & iis dignus fiat: major enim honor eſt eos promereri, quàm poſſidere, t.14.c.4

4 *Dixit ergo eis iterum, pax vobis.* Alias eis pacem dedit. Beda: *Iteratio, confirmatio eſt* Bis eis pacem commendavit, & ante mortem ſuam multis occaſionibus hoc ipſum fecerat. Ut tot repetitis ſuggeſtionibus eam conſervare non obliviſcantur, t.1.c.1.

5 *Sicut miſit me Pater.* Dici quoque poteſt, quod Dominus ſeipſum in exemplum patientiæ in tribulationibus eis exhibuerit, ut hac ratione ſeſe excitarent, & animarent ad illas perferendas, & eadem de cauſa vulnera quoque

Digitized by Google

quoque eis offendit. Amicis enim, & ſervis Dei, amarum tribulationum, quas in hâc vitâ patiuntur, ad conſpectum Chriſti crucifixi, dulce redditur. t.10.c.4.

Dominica prima poſt Octavam Paſcha. Ego ſum Paſtor bonus. Ioan. 10.

1. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Chriſtus Dominus jure merito de ſeipſo dicit, quod ſit Paſtor bonus; is enim talis eſt, qui animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Et hoc quidem Salvator egit, quia ſibi non pepercit, nec veritus eſt propriam vitam amittere, ut hominum, qui oves ejus erant, conſervaret. t.2.c.2.

2 *Animam ſuam dat pro ovibus ſuis*, non autem alienam. Chriſtus enim, in ſuorum remedium, alterius vitam non impendit, ſed propriæ vitæ diſpendio eos ſalvavit. Liberalis fuit ex propriis, non alienis. Propterea ſacrificium Crucis æterno Patri adeo gratum fuit, quod non accidiſſet, ſi alterius vitam, & ſanguinem ei ſacrificaſſet. t.3.c.5.

3 *Mercenarius autem*, qui non eſt verus Paſtor, proprias oves non habet, & lupus vix apparuit, cum ille eas deſerit. Venit lupus, eas aggreditur, & invadit, inter ungulas ſuas eas capit, & magnam in eis ſtragem edit. Mundus hodie mercenariis plenus eſt, quos Deus per Oſeam columbis comparat. t.2.c.2. n.7.

4 *Cognoſco oves meas.* Prædeſtinatos, ovium nomine Chriſtus vocat, & licèt illius multæ rationes dari poſſint; una inter illas eſſe poteſt, quod ovis ſymbolum ſit patientiæ. Nullum inter omnia animalia adeo patiens eſt, in ipſa morte rarò balare auditur. Reliqua omnia animalia reſiſtunt, & quo poſſunt modo conqueruntur, & doloris ſenſum oſtendunt; verum ovis manſueta, ſive eam occidant, ſive non, ſemper tacet. Illud itaque eſt juſti inſigne, in proſperitate, in adverſitate, in morte, in vita: *Caduntur gladio more bidentium, non murmur reſonat, non querimonia*, canit ſancta Eccleſia. Dei ſervus, qui gregis ejus ovis eſt, in omni ſtatu, tempore omni denique occaſione ſemper eſt idem. t.11.c.2.

5 *Cognoſcunt me meæ.* Gloſſa Interlinealis: *Et diligunt, & obſequuntur.* Oves enim meæ, ex obedientia, quam mihi exhibent, cognoſcuntur. Non ſunt neceſſariæ magnæ voces, nec præcepta, ut mihi obediant, quin potius adeo mihi conformes ſunt, ut voluntatem meam præſagiant. Conſideret hîc quilibet Chriſtianus obligationem quam habet, divinis præceptis obediendi, nullo circa ea facto examine, ſive exterius, ſive interius ei præcipiatur.

6 *Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam, & nemo tollit eam à me.* Morior enim quia volo, non autem quod aliter non poſſim. Quo quidem Salvator nos docuit, tunc nos à Deo magis diligendos, cum ſponranèe toleraverimus, & libenti, ac gaudenti animo tribulationes proſecuti fuerimus, ut pro ejus amore illas patiamur. Ille enim character eſt, quo magis ab illo dilecti cognoſcuntur. t.10.c.3.

Dominica ſecunda poſt Octavam Paſcha. Modicum, & jam non videbitis me. Ioan. 16.

1 *Modicum & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.* Ænigmatica verba hæc videntur, ideoque diſcipuli iis intricati fuerunt, nec eas intelligere potuiſſent, niſi divinus Magiſter eas explicaſſet, iisque indicaſſet, de morte, & reſurrectione ſua ſe loqui. Atque ita dicit Alcuinus: *Modicum tempus eſt futurum, quod non videbitis me, id eſt, illud triduum quo in ſepulchro quievit, & iterum eſt modicum futurum tempus, quo videbitis me, id eſt, quadraginta dies, in quibus eis ſæpius poſt paſſionem ſuam, usque ad tempus aſcenſionis ſuæ apparuit.* Unde adverto, quod mox ut Chriſtus Dominus triſtia nuntia abſentiæ ſuæ eis ſignificavit, læta quoque præſentiæ ſuæ eis indicaverit. Ita tamen, ut modicum abſentiæ non ultra tres dies eſſet duraturum, præſentiæ verò, quadraginta dierum eſſet futurum. Hæc eſt Dei natura, & conditio, qui bona, & deſideria quæ aufert meliorata compenſare ſolet. t.12.c.2.

2 *Modicum, & non videbitis me.* Quidam Doctores aliam rationem aſſignant, quare Chriſtus Dominus noſter tempus mortis, & paſſionis ſuæ breve vocet, illudque ſibi limitatum videatur. Et dicunt, eum magni momenti doctrinam dare voluiſſe, de modeſtia, qua in omnibus noſtris verbis, & operibus nos gerere debeamus. Quantumvis enim magna, & pretioſa ſint, ea tamen diminuere debeamns, & oculis mundi tam mediocria, & parva exhibere, ut ſi fieri poſſit, non eluceant, & nihil eſſe videantur. Hoc eſt, ut magni in operibus gigantes, & in opinione exigui pygmæi ſimus. Videatur. t.4.c.1.

3 *Modicum videbitis me, &c.* Sive Deus ſua præſentia, favore nobis aſſiſtat, ſive à nobis ſe ſubducat, amoris noſtri probandi cauſa, ſemper tamen divinæ ejus voluntati nos conformare debemus, eoque quo ſibi placuerit modo ipſo frui, non autem prout voluntas noſtra expetierit. t.9.c.4.

4 *Quia vado ad Patrem.* Alcuinus: *Quia non ſemper in terra corporaliter ſum manſurus.* Licèt corporalis Chriſti Domini noſtri in terris præſentia, eſſet ſummum bonum, & maxima felicitas, quam diſcipuli in terris habere poterant, ea tamen ipſis defuit, & ſummo illo bono carere debuerunt. Ut hinc inferas, quàm parvi omnes proſperitates, felicitates, & bonæ vitæ hujus fortunæ,

Digitized by Google

fortunæ, quanti verò alterius vitæ fieri debeant, quoniam illæ citò tranſeunt, hæ vero permanent æternum. t.14. c.3

5 *Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Benedictio quam in præſenti vita ſuis Deus impertitur, ſunt labores, & afflictiones, atque adeò triſtitia juſtorum magis expetenda eſt, quàm peccatorum lætitia. Summos enim amicos ſuos in laborum, & tribulationum cruce conſtituere ſolet Deus. t.10 c.3

Dominica tertia poſt Octavam Paſchæ. Vado ad eum, qui miſit me. Ioan. 16.

1. VADO ad eum, qui miſit me. Chriſtus dicere potuiſſet; vado, unde venio, cum voluntas ejus eſſet eadem quæ Æterni Patris: & iſtis terminis loquendo, fides, & authoritas ejus magis confirmari, ac ſtabiliri videtur, nihilominus de induſtria dixit, quod iret ad eum, à quo miſſus erat, in quantum homo, ſuperioritatem in cœleſti Patre agnoſcens, & in omnibus ejus gloriam procurans. Quaſi diceret; ad Patrem meum, in quantum Deus eſt, tamquam Dominum, pertinet imperare, ad me verò, in quantum homo ſum, tamquam ſervum, obedire. In Republica Dei imperat, cujus eſt imperare, & obedit cujus eſt obedire: non ita in Republica mundi, in qua mandat cujus eſt obedire, & obedit cujus eſt mandare, t.6.c.3

2 *Vado ad eum, &c.* Epiſcopus noſter Monopolitanus, hoc Chriſti Domini noſtri iter ad mores trãsferens, advertit, nos omnes Chriſtianos, ad Chriſti Domini imitationem, eſſe quoque viatores. Vado, inquit, quia in bono proficiendum eſt ſemper. Atque adeò in virtute ſubſiſtendum non eſt, ſed creſcendo, & eundo, ſemper alterius procedendum, t.6.c.5.

3 *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Quomodo diſcipuli conſolationis expertes triſtes non eſſent, cum intolerabilis dolor ſit ei, qui verè amat, à perſona amata ſeparari, & amor extrema, quæ ſe mutuo amant, ſemper unire conetur? t.11.c.6.

4 *Expedit vobis ut ego vadam* S. Auguſtinus: *Contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus.* Diſcipuli corporali Redemptoris præſentiæ inhærebant, eamque toti deſiderabant, & ideo omnis conſolationis erant expertes, & tantopere ſentiebant, cum ea carere debebant: & cum hæc temporalis ſit, viſibilis cum illis converſari debuiſſet. Docere eos voluit, ut cogitationes ſuas altius erigerent, & amorem ſuum perficerent, qui licèt pius, imperfectus tamen erat, eo quod res humanas corporales non tranſiret, & divinis ſpiritualibus non efficeretur: atque ita idem fuit, ac ſi eis diceret: Diſcipuli mei nolite viles, & abjectas, ſed generoſas habere cogitationes: temporalis vitæ hujus parvi facite, magni vero alterius vitæ æſtimate, quoniam illa cito tranſeunt, hæ vero permanent æternum. t.14. c.3

5 *Expedit vobis ut ego vadam.* Exiguus amor eſſe videtur ab illis ſeparari, ſi enim amor de cœlis eum ad terram detraxit, exiguus amor videtur, qui eum de terra ad cœlum deducit: verum Chriſtus Dominus certos, & ſecuros eos reddit, ſe propter bonum ipſorum abire. Quo Deus quempiam magis dedignatur, eique ſe terribiliorem exhibet, eo majorem amorem demonſtrat, & magis vicinum ſe eſſe, ut dona ſua conferat, t.12.c.2

6 *Docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à ſemetipſo.* Qui de ſeipſo loquitur, veritatem dicere non poteſt, ea libertate qua convenit; hoc eſt, qui ex dependentia, & humano reſpectu loquitur, non dicit *omnem veritatem*, ſed aliquando fortaſſis medietatem ejus. Solus Spiritus Sanctus, & quibus ille aſſiſtit, fiduciam, & animos habent dicendi veritates, quia animus illorum ab omni timore, & ambitione liber eſt Atque ita S. Auguſtinus explicat illa verba: *Arguet mundum, hoc eſt, ille diffundet in cordibus veſtris charitatem, ſic enim timore depulſo, arguendi habebitis libertatem,* t.5.c.2

Dominica quarta poſt Octavam Paſchæ. Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem, &c. Ioan. 16.

1. AMEN amen dico vobis, *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Chriſtus Dominus noſter dicit, quod ut aliquis poſtulata facile impetret, majori vi opus non ſit, quam ad Patrem in nomine filii ejus petitiones dirigere: & ſiquidem Salvator, qui eſt ipſa veritas, fidem ſuam obliget, tanta cum fiducia petere poſſumus, perinde ac ſi ea, quæ petimus, in manu haberemus, t.4.c.2

2 *Si quid petieritis Patrem.* Patrem eum vocat, non Dominum, cum enim ſcio quod Patrem rogo, amor me ſecurum reddit, cum autem video me cum Domino agere, timor me anxium, & trepidum facit: propterea in mũdo cum timore rogatur, qui enim regunt, non amici patres, ſed Domini tyranni ſunt, nec amari volunt, ſed timeri: contrà vero Deus, ſua potentia non timorẽ nobis incutere, ſed ſuo nos amore devincere deſiderat, t.1.c.2.

3 *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Exaudiuntur enim ſancti pro ſeipſis.* dicit S. Auguſtinus in Gloſſa: quaſi diceret. quod Chriſtus nos docuerit, qualiter in negotio ſalutis nos gerere debeamus. Hoc eſt, ut quiſque pro ſe roget, & ipſemet petitionem ſuam ad Deum dirigat, & non alteri eam committat. vult ut nobis ipſis conſtet, & alterius fudori non fidamus, t.3.c.5

4 *In nomine meo.* Chriſtus Dominus vult, ut in ſuo nomine petamus, id eſt, *propter merita Chriſti*, inquit

Digitized by Google

Monopolitanus, ut cum poſtulata impetraverimus, ſciamus, non cujusque noſtrum propria, ſed ipſius fuiſſe merita, quæ impetrarunt. Et conſequenter, quidquid in nobis boni habuerimus, illi tamquam fonti gratiæ, & bonorum omnium Authori, attribuamus. t.8.c.5.

5 *Dabit vobis.* Multi petunt, & non impetrant. Varias hujus rationes Sancti Patres aſſignant. S. Baſilii eſt, quod quia ſuperflua, & in vanum petant, eis non concedatur, quod petunt: Deum de induſtria non quærunt, ut eum rogent, non ſerio cum ipſo agunt. Oratio vero, & reliqua cultus divini opera, admodum deliberatè & de induſtria, non autem caſu, & per tranſennam fieri debent. t.7.c.3.

6 *Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Igitur antequam acciperent jam gaudium habebant, licèt imperfectum? Ita quidem, nam verbis Chriſti ſpes ad petendum roborata fuit, atque adeo dimidium gaudium jam habebant, cum autem reipſa obtinuerunt, quod petierant, gaudio ſpei poſſeſſio rei poſtulatæ conjuncta fuit: plenum gaudium factum fuit. t.8.c.2.n.4.

In die Rogationum. Quis veſtrum habebit amicum? Luc. 11.

1. QUis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte? Theophylus: *Amicus iſte Deus eſt, qui omnes amat, & omnes ſalvos vult fieri.* Quomodo igitur non erit efficax oratio nocte, & in abſcondito facta, cum propter obſequia in occulto facta Deus ſe graviter obliget, & magni faciat, quod ſervi ſui, bona opera ab oculis mundi abſcondant. t.3.c.3.

2 *Amicus meus venit de via ad me.* Fatigatus, & famelicus, nec habeo quod ponam ante eum. Videte quomodo neceſſitatis proximi ſe commiſeratione duci demonſtret. Hac ratione nos docens, Chriſtianam charitatem efficere, ut in malis proximi noſtri partem habeamus, ut eos in ferendo, & patiendo juvemus. t.11.c.5.

3 *Non habeo quod ponam ante illum.* In hac igitur anguſtia ſubvenire mihi debes, propterea enim ſunt amici, nam neceſſitas veræ amicitiæ lydius eſt lapis. t.11.c.6.

4 *Petite, quærite, pulſate.* Plus eſt quærere, quàm petere, plus eſt ſemel, & iterum fores pulſare, & expectare, quàm petere, & quærere. Chriſtus Dominus oſtendit quanti momenti ſit perſeverantia in virtutibus, inquit ſanctus Ambroſius, ponderans perſeverantiam amici, qui panes petiit: *Et ſi perſeveraverit pulſare, &c.* & quantopere Deo illâ ſatisfiat, ut in ejus amore, & obſequio perfectius continuò incedere conemur. t.6.c.5.

5 *Petite.* Vide me ædificat concurſus ille populi, qui devotam iſtam proceſſionem comitatur, in qua Eccleſia per plateas incedit petens, & rogans Deum, ut pericula quæ fidelibus filiis ſuis obvenire poſſunt, avertat, novos fructus proſperet & camporum fructus conſervet, iiſque det ſolem, & pluviam temporibus ſuis, & perfectam ſalutem hominibus concedat, eosque à malis peſtiferis, & mortalitate præſervet, verumtamen recordamini, illud non eſſe, quod ille vult ut petamus, ſed ſalutem ſpiritualem, ejusque augmentum, cœleſtia bona, quæ omnia reliqua ſuperant. Ita quidam ſancti explicant, per iſtos tres panes, quos amicus petiit, intelligi debere ſanctiſſimæ Trinitatis, & myſteriorum Fidei noſtræ notitiam; alii tres virtutes Theologicas, Fidem, Spem, & Charitatem. Atque adeo neceſſe non eſt ad ſolum litteræ corticem vos adſtringere, & omnem curam impendere, in bonis temporalibus, quæ cito tranſeunt, ſed æternæ vitæ, quæ æternum durant, deſiderandis. t.14.c.3. Imitamini voces cicadæ. Pſalm 101. *Reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit preces eorum.* Navarrett. legit: *Reſpexit in orationem cicadæ*, de qua dicit, Plinius libro 12.c.26. quod rore cœli alatur, nec oculos habeat, quibus terrenum quid aſpiciat.

6 *Quis autem ex vobis, Patrem petit panem &c.* Hæc verba ponderantur. t.5.c.4.n.12.

In aſcenſione Domini. Recumbentibus undecim Diſcipulis, &c. Marc. 16.

1. RECumbentibus, &c. *Aſſumptus eſt.* Cum filius Dei factus eſt homo, venit: cum autem diſcedit, aſſumitur, (ſecundum humanitatem) ægrè enim à ſuis ſeparari poteſt, quos plurimum diligit. t.11.c.6.

2 *Et exprobravit incredulitatem eorum.* In ultimum diem quo à ſacro Collegio Dominus diſceſſit, reprehenſionem reſervavit. Nec miror, nam quoniam natura ſua blandus eſt, & amabilis, ut faveat & munera conferat, celeriter ſemper incedit, ut autem reprehendat, & puniat, lentè, & tardè procedit. t.7.c.2.

3 *Exprobravit incredulitatem eorum.* Et immediate: *Euntes in mundum univerſum, &c.* Cum enim magis ſeverus apparet, majoris amoris ſigna oſtendit, & ſe viciniorem eſſe ut benefaciat.

4 *Euntes in mundum univerſum.* Totius mundi Magiſtros vos conſtituo. Quomodo, Domine, mundi converſionem his hominibus confidis, non vides quod omnes tibi deerunt? Bonus Dominus, qui perſonas non judicat, pro eo quod fuerunt, ſed pro eo quod ſunt. Non eſt contra hanc doctrinam, quod Chriſtus Dominus defectum illorum recordatur, ut eos reprehendat; hoc enim non fuit, ut hac ratione eos perderet, ſed fuit quaſi diciſſet: amori quidem, & fidelitati, quam ob mea in vos collata beneficia, debebatis, defuiſtis, verum hic error jam trāſivit, jam luxiſtis, *euntes in mundū univerſum.*

Magna

Digitized by Google

Magna conſolatio peccatoribus, quales nos ſumus, nobis cum Deo, & Domino agendum eſſe, qui oculos in id quod impræſentiarum ſumus, conjicit, & ejus, quod aliquando fuimus, non recordatur. t.13.c.4.

5 *Aſſumptus eſt in cælum.* Corpore, & anima in cœlum Dominus conſcendit, & in optima ejus parte naturam noſtram collocavit, ut videntes quàm feſtive ibidem excipiatur, & gloriam, quam poſſidet, intuentes, ad eam acquirendam laboremus. t.13.c.6.n.13.

6 *Aſſumptus eſt in cœlum.* In corpore, & anima, inſtar divinæ aquilæ, Salvator hodie cœlum conſcendit, ut nos ejus filioli eò oculos conjiciamus, ubi enim theſaurus noſter eſt, eo & cor noſtrum dirigitur, & affectum noſtrum à temporalibus, & terrenis rebus abſtrahamus, & ſola cœleſtia bona ambiamus, prout S. Leo Papa dixit: *Aſcenſio Domini, noſtra eſt provectio*; terrena enim cito tranſeunt, cœleſtia vero æternum perdurant: & hoc quoque myſterium includit illud *ſedet à dextris Dei*, in quantum perpetuitatem, & durationem denotat. t.14.c.3

Dominica infra Octavam Aſcenſionis. Cum autem venerit Paraclytus, &c.
Ioan. 15.

1. *Cum venerit Paraclytus.* Epiſcopus noſter Monopolitanus notat, quod Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis promiſerit adventum Spiritus ſancti, tertiæ in ſanctiſſima Trinitate perſonæ, idque immediate poſtquam perſecutiones eis prædixit, quas à tyrannis paſſuri erant. Adeo ut triſti nuntio, aliud lætum ſuccedat: *Illud etiam animadvertendum eſt, quod intermiſcet Ieſus conſolationem, ne plus juſto terreantur Apoſtoli, ex his quæ dixerat de perſecutionibus ſuſtinendis.* Lætitiam, & triſtitiam, dolores, & voluptates intermixta ſervis ſuis dare ſolet Deus, &c. t.12.c.1.

2 *Ille teſtimonium perhibebit, & vos teſtimonium perhibebitis de me.* Dicere quoque poſſumus, quod ideo voluerit Dominus, ut exterius Apoſtolorum teſtimonium, interius Spiritus ſancti comitaretur, quia neceſſarium non eſt alios denigrare, ut unus aliquis emineat, nec moris eſt in domo Dei, inhonorare, & injuria aliquos afficere, ut alii honorentur, & authoritate polleant. Teſtificetur Spiritus ſanctus veritatem Redemptoris, animas interius illuminando, ſancti Apoſtoli ſuum quoque dent teſtimonium, eamdem veritatem exterius prædicando, id enim Spiritus ſanctus approbat, & vult, ut illi quoque ejusdem honoris participes ſint: *Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos, &c.* t.13.c.5.

3 *Ille teſtimonium perhibebit, & vos teſtimonium perhibebitis.* Aliqui ſic explicant hæc verba: Spiritus Paraclytus, & veritatis, vos in omnibus quæ vobis dixi, & vos docui, confirmabit; & vos ſtatim per totum mundum ibitis eamdem veritatem prædicaturi, & doſturi. Anima enim divino Spiritu inflammata, & Deo per charitatem unita, mox, ut proximum in ſua neceſſitate adjuvet, eique opituletur, ſeſe accingit. t.7.c.1.

4 *Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini.* Strabus in Gloſſa: *Hæc locutus ſum vobis de odio mei, &c.* Refero vobis odium quo Iudæi me habent, nulla à me data cauſa, & malum quod mihi immerito exoptant, & injurias ac tormenta. quæ brevi paſſurus ſum. Ut aſſiſtentia Spiritus ſancti incitati, meo vos exemplo animetis. Neque enim exiguum ſolamen eſt ſervis qui patiuntur, videre Dominum ſuum in patienta præeuntem. Intuitus Chriſti crucifixi ſervis Dei amarum tribulationum, quas patiuntur, dulce reddit. t.10.c.4.

5 *Abſque Synagogis facient vos.* Vel ut legit S. Auguſtinus: *Extra Synagogam facient vos, ſed nolite ſolitudinem formidare.* Meliori conditione eſtis, licèt pauci, quàm illi, licèt multi ſint. Is enim ſecuriſſimè ſalutis ſuæ negotium agit, qui via minus trita incedit, ordinariè enim pars Dei, & virtutis pauciorum eſt, peccati vero, & mundi plurimorum: juſti pauci ſunt, & numerati, cum multi, & innumerabiles ſint peccatores. t.5.c.1.

In die ſancto Penteceſtes. Si quis diligit me, &c.
Ioan. 14.

1. *Si quis diligit me.* Chriſtus Dominꝰ diffidere ſe oſtẽdit de paucis illis, qui ſe ament, & in dubium revocat, an habeat aliquem qui ſe amet, & ſignificat raros eſſe qui ſe ament, cum multi ſint qui offendant. t.5.c.1.

2 *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit: qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* Adeo ut amanti, lex Dei unum ſolum verbum ſit, non amanti autem multa: *Sermonem meum, ſermones meos.* Levis iſti, huic gravis, uni aſpera, alteri ſuavis. Ratio eſt, quis enim qui eò non devenit, ut Deum amet, nondum incepit legem ejus ſervare, ideo multa verba ei videntur, ei vero qui amicus ejus eſt, & de obſervanda lege agit, unum dumtaxat videtur. Et ratio hujus eſt, quia virtus, & obſervantia legis Dei eminus inſpecta turpis, & metuenda: *Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat*, cominus autem, pulchra, & ſuavis: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.* t.10.c.5.

3 *Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quid amplius optare poteſt anima quæ Deum amat, quàm ab ipſo amari? Nonne hoc ſufficit in plenariam amoris ejus ſatisfactionem? proculdubio, multo plus debito habet, magna enim inter amorem creaturæ, & creatoris diſtantia intercedit. Quare igitur nõ ſufficit Chriſto, ei, qui ſe amãrit,

amorem Patris ; omittere, ſed ulterius addit, quod tota ſanctiſſima Trinitas veniet, in anima ejus cœlum empyreum collocatura? *Ad eum veniemus, &c.* Pro obſequio tamexiguo, dona adeo cumulata? Ita quidem: Deus enim pluris facit modicum illud, quod à nobis recipit, quàm plurima illa, quæ de ſuo nobis elargitur; Reges, & Principes tertæ hac ratione docens, magni facere modicum illud, quod à ſubditis ſuis receperint, & parvi facere plurima illa quæ de ſuo in illos contulerint. t. 1. c. 2.

4 *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Licèt Deus, ratione immenſitatis ſuæ, in omni loco ſit, in animabus tamen juſtorum, cum in illis requieſcit, mirabilia operatur: illas enim illuminat & bonis cœleſtibus replet, quæ ille dumtaxat, qui ea recipit percipere novit, & declarare. Videatur Conſideratio 6. Tractatus de Viſitatione, ubi de effectibus agitur, quæ Chriſti Domini noſtri præſentia in domo Zachariæ, in qua trium menſium ſpatio degit, operata fuit: ibi enim loca quædam ſunt, quæ hic accommodari poſſunt.

5 *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Chriſtus Dominus noſter duabus vicibus pacis memoriam Diſcipulis ſuis ingerit, ſecundo eam commendavit, præterquam quod alias ſæpè idem fecerit: ut videntes quantopere pacis negotium ipſis mandaret, plurimùm quoque pro ea conſervanda laborarent, cum tanti ipſi conſtiterit. t. 1. c. 1. n 4. & ſeq.

6 *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem.* Una ex rationibus eſſe poteſt, quoniam qui Deum amat, in omnibus divinæ ejus voluntati ſe conformat, & ibi Deo frui delectatur, ubi illi magis placuerit. Dicit itaque Salvator mundi: Diſcipuli mei, nolim vos corporalis meæ præſentiæ tanto amore teneri, hoc enim nõ eſt amicos meos eſſe, ſed veſtros: qui ex animo me diligunt, tam præſentem quàm abſentem me deſiderant, ideoque amoris veſtri conditionem mutate. Bona ſanè doctrina omni Chriſtiano: Deo prout ipſi viſum fuerit adhærere debemus, non autem prout nobis placuerit & voluntas noſtra exquiſierit. t. 9. c. 4.

Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis. Data eſt mihi omnis poteſtas. Matth. 28.

1. *Data eſt mihi omnis poteſtas.* S. Hieronymus: *Illi autem data eſt poteſtas, qui paulo ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui poſtea reſurrexit.* Quibus verbis ſuppoſitis, dico quod conſiderans illud, *mihi*, quod refertur ad Chriſtum crucifixum, vilem & abiectum, & injuriis affectum, ita ut ipſe apud æternum ſuum Patrem conqueſtus fuerit, quaſi ſe dereliquiſſet: *ut quid dereliquiſti me?* Ex mox reſuſcitatum, glorioſum, impaſſibilem, potentem, immortalem, dici poſſit, quod cum Deus magis ſeverus, & auſterus apparet, [illegible]oris amoris ſigna exhibeat, & ſe ad benefaciendum viciniorem eſſe demonſtret. t. 18. c. 2.

2 *Data eſt mihi omnis poteſtas.* Specialem hanc poteſtatem Chriſtus publicè exponit, quia propriis ſuis meritis eam ſibi comparavit, non autem poteſtatem, quam in quantum Deus, in totum univerſum habebat, non enim tam caro ipſi conſtitit, nec mortem & crucem pro ea ſuſtinuit. Ut indicet nobis magis conandum eſſe dignitates promereri, quàm ambire, & curam quæ in iis ambiendis collocatur, ponendam eſſe, ut idoneus quis, & dignus efficiatur: major enim honor eſt eas promereri, quàm poſſidere. t. 14. c. 4.

3. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Bene infertur conſequentia ex antecedenti: poteſtatem habeo; itaque benefacite, docete, ignoſcite, & omnes ſalvate. Verus enim Princeps, de nulla alia re magis, quàm de ſubditorum ſuorum bono, & auxilio, licèt propriis expenſis præſtandum foret, agere debet. Idque ad veri Regis, & Domini noſtri Ieſu Chriſti imitationem, qui mortis, & crucis pretio, poteſtatem hominibus benefaciendi, eosque in ſalutis viam reducendi, ſibi comparavit. t. 2. c. 2.

2 *Ecce ego vobiſcum ſum, usque ad conſummationem ſæculi.* S. Chryſoſt. *Quia verè ejus magna injunxerat, erigens eorum ſenſus, dicit Ecce Ego: &c. Quaſi diceret, ne dicatis difficile eſſe injunctum negotium, ego ſum vobiscum, quia omnia facio levia.* Non eſt quod Deo, ejusque auxilio, & favore præſente timeamus. Unde ad noſtram doctrinam deduco, quod Salvator ſuo nos exemplo docuerit, Chriſtianam charitatem efficere debere, ut in malis proximi, ut illos ea ſentire juvemus, partem habeamus: & quod hæc obligatio Principibus, & Prælatis ſpeciatim incumbat. t. 11. c. 5.

5 *Ecce ego vobiscum ſum, usque ad conſumationem ſæculi.* S. Chryſoſtomus: *Rememorat autem eu conſummationem; ut eos magu attrahat; & ne præſentia ſolum inſpiciant, ſed & futura bona, & ſine fine manentia.* Quaſi diceret eis Chriſtus: Diſcipuli mei, mala, & contradictiones, quæ in hac vita tolerantur tam gravia non ſunt; & perſecutiones, cum eadem, vita brevi finiuntur, & omnia brevi finem habebunt: conſolamini ſpe æternorum bonorum, & gloriæ, quæ ſemper perdurat. Et certi eſtote prælium hoc brevi finiendum, & ex laboribus, ac tribulationibus quas hic patimini. gaudia, & oblectamenta, quibus in gloria æternum fruemini, exoritura. Verba Chryſoſtomi: *Triſtitia quàm juſtinebitis, ſimul cum præſenti vita conſummetur, & totum ſæculum in conſummationem deveniet, bona autem quibus potiemini, ſunt in æternum permanſura.* t. 22. c. 4.

In

In Festo Corporis Christi. Caro mea verè est cibus. Ioan. 6.

1 *Caro mea verè est cibus.* Primus discursus qui hic formari potest, est ponderare, quod summa modo sit sanctissimi sacramenti devotio, & plurima festa ejus de causa instituãtur, & sæpius de hoc mysterio conciones habeantur, aliqua enim Dominica singulis mensibus concio habetur, & ejus memoria celebratur. Quod Christiana pietas ordinavit, ut tanti beneficii repetita monumenta, nos obligent, ut pro eo grati simus. t.1.c.1 n.4. & seq.

2 *Caro mea, &c.* Non dicit: *Divinitas mea, verus est cibus*; licèt utraque sit in divinissimo Sacramento. Ratio est, quia Dominus divinitatem nobis contulit, & humanitatem *de nostro assumpsit*, inquit S. Thomas, & hanc publicè deprædicans, & illã silentio premens ostendit se pluris æstimare modicum quod à nobis recipit, quã plurima illa, quæ de suo nobis elargitur, &c. t.1.c.2.

3 *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Turbæ Christum sequebatur, quia fame interibant, & quoniam materialem panem eis dederat, gratis eum regem facere volebant. Quanto magis mihi obligamini, ratione panis spiritualis, & veri cibi quem vobis daturus sum. De hoc agere debetis, qui animam sustentat, & æternam vitam tribuit. Panis ordinarius, ad quatuor horas, vel etiam diem, denique ad limitatum tempus corpus sustentat, & utrumque finitur: divinus hic panis cibus est animæ, & eà ratione famẽ adimit, ut semper saturata sit, & æternam vitam ab ea consequatur. Atque adeò instar prudentum, panem, & bona terrena quæ brevi finiuntur, parvi facere debetis, magni vero panem, & bona cœlestia, quæ æternum perdurant: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum* t.14.c.3.

4 *In me manet, & ego in illo.* S. Augustinus: *Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum: in Christo manere, & Christum in se habere.* Per sacram communionem Deus in homine, & homo in Deo manet. Vide quæ puritas necessaria sit, ad tam excelsum hospitem excipiendum. t.13.c.2.

5 *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Ut hæc verba bene intelligantur, necessarium est scire rationem, propter quam dicitur, quod Pater cœlestis, verè & in omni rigore filium generet. Richardus de S. Victore lib. 6. de Trinit. cap. 18.19.20,21. dicit rationem esse, quia Pater naturam divinam adeo fecundam Filio communicat, ut & Filius alteri quoque divinæ personæ, nempe Spiritu Sancto eam communicet. Idem vero proportionatè loquendo Christus Dominus facit, cum fideles hoc Sacramentum accipiunt, taliter enim animas illud comedentium charitate replet, & tam superabundantem gratiam elargitur, ut aliis eam communicare possint, & idem Dominus verè dicere queat: *Sicut misit me. &c.* Hoc est quemadmodum vitam, quam, æternus meus Pater mihi dat, eam sibi soli non reservavit, sed alteri eam dedit: ita quoque qui carnem meam comedit, vivet propter me & gratia adeò copiosè ad ipsum defluet, eaque plenus erit, ut eam in se non sit retẽturus, sed & alios quoque ejus participes efficiet. Anima enim per charitatem Deo unita, mox se, ad juvandum proximum, ejusque necessitatibus subveniendum, accingit. t.7.c.1.

6 *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Sacramento huic adeo proprium est vitam dare iis, qui illud receperint ut in illis quoque qui metaphoricè illud suscipiunt, hunc effectum operatum fuerit. t.13. c.6. n.8

Dominica infra Octavam Corporis Christi. Homo quidam fecit cœnam magnam. Luc. 14.

1 *COEna magna.* S. Cyrillus: *Cœna dictum est paratum in Christo convivium.* Cœna hæc magna quam Deus fecit, fuit illa quam de carne, & sanguine suo, discipulis suis Christus dedit. Magnam vocat, ex parte cibi, qui in ea fuit. Cumque paulo ante de beatitudinis cœna locutus fuit, non dixit amplius, quàm: *Beatus qui manducat panem in regno meo.* Et siquidem mihi dixeritis, quod cap. 19. Apocalypseos dicatur; *Beati qui ad cœnam magni vocati sunt*, dicam quod cœnam quidem eam vocet, sed non magnam. Et ratio est, quia in cœna gloriæ divinitas clarè visa nobis datur, in cœna autem Sacramenti, Dominus nobis principaliter dat carnem, & sanguinem, quem à nobis recepit. Et videtur in eo ostendere voluisse, quod plurimum fecerit modicum illud, quod à nobis receperat, quam plurima quæ de suo nobis dabat. t.1. c.2.

2 *Iratus Paterfamilias, dixit servo: Exi citò in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* S. Cyrillus: *Sic ergò indignatus Paterfamilias Principes Iudæorum, & vocati sunt loco eorum, qui erant de multitudine Iudæorum, fragilem, & impotentes ac mentem habentes.* Infelix Reipublicæ, & Regni illius status, in quo communis plebs in amore, & obsequio Dei, nobiles, & illustres; pusilli, in observantia divinarum legum optimates: servi Dominos, subditi Reges suos exuperant. t.5.c.3.

3 *Exi citò, &c.* S. Matthæus dicit, quod Dominus severe puniri jusserit eos, qui se excusarunt, mox verò magnos, & parvos vocari jusserit, *Exi citò, &c.* Ubi diligenter advertendum, ad omnes gentes nuntium missum fuisse, ut ad cœnam venirent. In quo Dominus ostẽdit, quod in materia cœli, & bonorũ spiritualiũ, & salutis animarum,

Digitized by Google

animarum, non ſit acceptio perſonarum, & tam boni ſint pauperes, quàm divites, ſani, quàm infirmi, &c. Hoc in Republica Dei evenit, optimates puniuntur, & puſillis favetur: ſed in republica mundi, pluris valent divitiæ, quàm paupertas, nobilitas, quàm ignobilitas. Atque ita propter inæqualitatem, qua proceditur, plebeji, & pauperes ordinariè conqueruntur, quia affliguntur: divites verò, & potentes contenti, & læti vivunt, quia honore afficiuntur. Unde infero, felicem æſtimari poſſe rempublicam, in qua puſilli, & humiles de Principe, ejuſq; regimine bene loquuntur, nobiles verò, & optimates non bene de eo loquuntur: contra verò infelix haberi debet regnum illud, in quo pauperes, & vulgus contra regem vociferantur, ſoli autem Domini & optimates ei applaudunt. t. 14. c. 1.

4 *Tunc iratus Paterfamilias* Principio tam blandus, modo verò adeo indignatus? Ita, reſpondet noſter Epiſcopus Monopolitanus: *Homo itaque vocatur Deus, quia benignè ad cœnam nos invitat, Deum dulciſſimum amarum reddunt mali.* Horum mala facta hanc mutationem fecerunt, & eorum ingratitudo, agni manſuetudinem, in Leonis feritatem convertit. t. 4. c. 4. & t. 5. c. 4. n. 12.

Dominica I. poſt Octavam Sanctiſſimæ Trinitatis. Erant appropinquantes, &c. Luc. 15.

1. *Erant appropinquantes.* Fuit aliquando cum hominibus conquerentur, ſe Deum invenire non poſſe, quia nimium abſconditus erat, & tam altus, ut ei loqui non poſſent, & nequidem ad eum videndum pervenire: *Ego in altiſſimis habito, Eccl. 24.* Modo verò per loca publica, & adeò nota incedit, ut omnes eum videant, & ad eum accedant. Et ſiquidem tunc adeo terribilis erat, ut loquendo occideret; *Loquere tu nobis, ne loquatur nobis Deus, & forte moriamur. Exod. 20.* Modo tam blandus eſt, ut loquens, omnes nos invitet, ut ad eum accedamus, & eum quæramus, & ſequamur; verbis enim ſuis vitam tribuit. Jam feritas Leonis, in manſueti agni manſuetudinem mutata eſt. t. 4. c. 4.

2 *Murmurabant Phariſæi, & Scribæ, dicentes: hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Chryſolog. ſerm. 168. *Non quales venerant, ſed quales redibant, videre debuit peccatores* Si enim peccatores accedebant, redibant contriti; & ſi præteritæ vitæ peccata eos offendebant, præſentis vitæ ſtatus eos obligare debebat, ut bene de ipſis judicarent, eosque laudarent. Verumtamen illa fuit ſemper hominum conditio, æſtimare quempiam pro eo quod fuit, non autem pro eo quod eſt. Contraria prorſus conditioni DEI noſtri, qui oculos ſuos conjicit in id, quod impræſentiarum eſt, & (noſtro loquendi modo) non recordatur ejus, quod olim fuiſti. t. 3. c. 4.

3 *Congratulamini mihi.* S. Gregorius: *Notandum quod non dixit, congratulamini ovi, ſed mihi.* Quaſi lucrum, & utilitas eius fuiſſet, non autem ovis. In eo demonſtrans, quod malum quod illa oberrans patiebatur, ipſe ſentiret, & ipſe eſſet, qui oberraret. Hac ratione docens, quod charitas Chriſtiana efficere debeat, ut in malis proximi partem habeamus, ut eos ſentire, & pati juvemus, & quod hoc Paſtoribus ſingulariter incumbat. hoc eſt Principibus, & Prælatis, reſpectu ovium ſuarum, quæ ſunt eorum ſubditi. t. 11. c. 5.

4 *Aut quæ mulier habens drachmas decem, &c.* S. Chryſoſtomus: *Oſtendit nos ad ſimilitudinem, & imaginem regiam factos eſſe, ſcilicet ſummi Dei: nam drachma nummus eſt impreſſam habens regiam figuram.* Nobis hac ratione in memoriam revocans obligationem, quam habemus, eam ſimilitudinem, & imaginem conſervandi, eamque per peccatum non deformandi, honore nos ducens, & impellens ut boni ſimus, & animos addens, ne ad tantam vilitatem, qualis eſt peccati, nos abjiciamus. t. 1. c. 3.

5 *Gaudium erit in cœlo, &c.* Nota, quod Chriſtus Dominus in gaudio loquatur de futuro, *erit*, quaſi ſignificans, quod quamdiu tota hæc durat, perfectum gaudium non detur. t. 7. c. 5.

Dominica II. Cum turba irruerent in eum. Luc. 5.

1. *Cum turba irruerent in eum, ut audirent Verbum Dei.* Turbæ, & communis plebs Chriſtum ordinariè ſequebantur, divinos ejus ſermones audituræ, non autem Principes, & Magnates; quod valde dolendum. t. 5. c. 3.

2 *Cum turba irruerent.* Videatur prima annotatio primæ Dominicæ poſt Octavam Trinitatis: *Erant appropinquantes, &c.*

3. *Sedens docebat.* Non caret myſterio Salvatorem ſedere ad prædicandum, ſedens prædicabat, & ſiquidem actiones Chriſti, prout communiter ſancti Patres dicunt, ſint inſtructio noſtra, hac ratione docere nos voluit, quod negotia animæ valde deliberatè, & de induſtria, reliqua verò quaſi caſu agenda ſint. t. 7. c. 3.

4 *In verbo tuo laxabo rete.* Monopolitanus: *Ita facit amicus Dei gratia illuſtratus, qui nec viribus ſuis confidit, nec in homine ſpem ſuam reponit, ſed in Deo, dicens: hi in curribus, & hi in equis, &c.* Suo nos exemplo Petrus docet, quod omnem noſtram fiduciam in Deo collocare debeamus, non enim deeſſe ſolet iis, qui ſperant in eo: homines

homines non ita, semper enim desunt, & in illis confidere, est se frustra fatigare, nam ordinarie spes in illis collocata frustratur, t.8.c.1

5 *Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos, & venerunt.* Monopolitanus: *Rumpebatur rete, & opem ferebant omnes. Tu qui dives es, cur nudo pauperi non subvenis? Nemo est qui pauperem adjuvet, qui jacenti manum porrigat. Si divites veri essent proximorum amatores, vel solo nutu eorum necessitates intelligerēt, & eis providerent, sicut Joannes, & Jacobus fecerunt.* Socii qui erant in alia navi celeriter accurrerunt, mox ut alios in angustia positos viderunt. Eorum necessitati condoluerunt, & commiseratio opem ferre compulit. Christiana namque charitas efficere debet, ut in malis proximi nostri partem habeamus, ut ipsum juvemus ea sentire, & si possimus, opem feramus, & ea avertamus, t.11 c.5

6 *Homo peccator sum.* Et merito, nam in conspectu Dei, summa perfectio, est imperfecta, t.9 c.2

Dominica III. Nisi abundaverit justitia vestra, &c. Matth. 5.

1. *Nisi abundaverit justitia vestra, plus quàm Scribarum, & Pharisæorum.* Christus Dominus his verbis, Scribas, & Pharisæos pungit, quos Discipuli virtute superabant. Illi divites, litterati, & potentes, hi verò pauperes, viles, & humiles piscatores. In quo ostenditur infelix status Reipublicæ, & Regni Judæorum, in quo communis plebs, in amore, & obsequio Dei ipsos nobiles; pusilli, in divinarum legum observantia, optimates; servi Dominos, & subditi Reges suos superabant. t.5.c.2

2 *Nisi abundaverit justitia vestra, plus quàm Scribarum, & Pharisæorum*, inquit Salvator, *non intrabitis in regnum cœlorum.* Sciendum superest, in quo illi peccarent. Sancti Patres respondent, eos falsos, & fictos hypocritas fuisse, nam cum essent peccatores, Sancti haberi volebant. Matth, 23. *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Illud autem directè erat contra conditionem Dei, qui vult ut Sancti simus, non autem videri ambiamus, ut virtutes nostras non ostentemus, & ab oculis mundi abscondamus, t.3.c.3

3 *Omnis qui iratus fuerit fratri suo, reus erit judicio.* Christus Dominus gravè pœnam promittit iis qui fratri suo, id est, proximo, irati fuerint. Si vero, Domine, me offenderit, an non aliquam excusationem habebo? Nequaquam: si enim injuria quam tibi intulit, ad vindictam te provoset, lex tamen naturæ ad ignoscendum te constringit. Bona doctrina: omnis homo duas, quas arripere potest, occasiones habet. Sicut enim nullus homo adeo bonus est, qui non aliquid mali habeat; ita quoque nullus est homo adeo malus, qui non aliquid boni habeat; atque adeo si inimicus ut talis, sit malus, quia tamen ad imaginem, & similitudinem Dei creatus est, pretioso ejus sanguine redemptus, denique ejusdem naturæ, & massæ, frater noster bonus est, & ut talis amari meretur. Dicit itaque divinus Magister, ut in eum qui bonus est oculos conjiciamus, ut illum amemus, & non respiciamus ad eum qui malus est, ut eum odio habeamus, t.3. c.4. n.5.

4 *Si ergo offers munus tuum, &c.* Hæc verba cum S. Chrysostomo ponderantur t. 9. c.3. n.7 & tota Consideratio huic loco servire potest.

Dominica IV. Cum turba multa esset, &c. Marc. 6.

1. *Cum turba multa esset, nec haberent, quod manducarent.* Videatur prima notatio Dominicæ 2. post Oct. Trinit.

2 *Cum turba multa esset, &c.* Extra ædes suas, dormientes super terram, nec habentes quod manducarent, dumtaxat ut Christum sequantur, ejusque doctrinam audiant, omniū obliti solius Dei recordantur. Omnium, quæ corpus concernunt, obliviscuntur, & de eo solum quod ad animam conducit, agunt. Non equidem ignaros, & idiotas hos vocabo, sed scientes ac prudentes, quandoquidem commoditates corporis parvi facere sciverunt, magni vero æstimare ea, quæ spiritui erant necessaria, t. 5. c.3

3 *Ecce jam triduo sustinent me* S. Ambrosius: *Qui non fastidiunt excipiuntur à Christo.* In hoc populo, justi & amici Dei repræsentantur, qui nullam rem fastidiunt. Defatigati erant, sed hilares; famelici, sed contenti, ideoque Dominus eis succurrit. Hi servi illi sunt, in quibus Deus sibi complacet, qui non mutantur, sed in omnibus eumdem vultum exhibent, in adversitate, & prosperitate, æqualiter hilares. Verus enim justus, in omni tempore, in omni statu, omni denique occasione semper est idem, t.11.c.2.

4 *Sustinent me.* Sanctus Matthæus dicit: *Perseverant mecum.* Hæc una fuit ex præcipuis rationibus; misertus enim fuit propter perseverantiam in bonis operibus. Non solum ob bona principia in operibus virtutum se obligat Deus, eorum continuatio cum delectat. Quapropter necessarium est in bono non subsistere, sed semper ulterius progredi, t.6.c.5

5 *Dabat Discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ.* S. Ambrosius alicubi dixit: *Aurum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat necessitatibus.* Verba hæc illius Sancti in hoc casu moraliter explicari possunt, & dici, ut bona quæ de manu Dei nobis obveniūt, apud nos concluſa non teneamus, sed ea cū proximo in necessitate constituto communicemus. Anima

enim Deo per charitatem unita, mox ſe applicat ut proximum indigentem juvet, eique opituletur. t.7.c.5.

Dominica V. Attendite à falſis Prophetis. Matth. 7.

1. *Attendite à falſis Prophetis.* Fictos Chriſtianos, falſorum Prophetarum nomine Salvator indigitat, prout dicit Chryſoſtomus, citatus à Monopolitano, ſolo enim nomine Chriſtiani ſunt: ſed eorum opera (id eſt, *à fructibus eorum cognoſcetis eos*) indicant id quod ſunt, & per illa clare apparebit, quàm malè cum glorioſo adeò nomine conveniant. Nam Chriſtiani hominis officium eſt, Chriſtum Dominum vitæ ducem, & operum ſuorum magiſtrum habere, eumque in omnibus imitari, ut adeò excellentis nominis obligationi reſpondeat; neque enim rationi conſonum eſt, ut adeò ſanctum nomen tam vacuum operibus, & in illis adeò parcum deprehendatur. t 4. c.5. n.3.

2 *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Omnes boni, & mali, arbores ſunt in eadem terra, vel Eccleſiæ Paradiſo plantatæ, iiſdem aquis gratiæ irrigatæ, verum quædam ſteriles, aliæ fertiles; quædam bonos, aliæ malos fructus proferunt: hæ excidentur, inquit Chriſtus, ut in ignem mittantur, nam conſortium illarum, quæ in cœleſti Patria transplantandæ ſunt, eos condemnat. Et quidem gravis eſt dolor, quosdam perdi, ubi alii acquiruntur, & quosdam damnari, ubi alii ſalvantur. t 5. c.4.

3 *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, &c. ſed qui facit voluntatem Patris mei.* Notate, quod cum de falſis, & fictis illis loquitur, qui ex Regno cœlorum excludentur, dicat: *Non omnis*; indicans multos fore falſos Prophetas; cùm verò de illis agit, qui in illud admittentur, dicat, *qui facit voluntatem Patris mei*; & loquatur in ſingulari, & unum ſolum nominet. Unde colligi poteſt, quod is ſecuriſſime ſalutis ſuæ negotium aget, qui per viam minus tritam inceſſerit. Ordinariè enim pars Dei, & virtutis pauciorum eſt, mundi verò, & peccati plurimorum: pauci, & numerati ſunt juſti, cum multi, & innumerabiles ſint peccatores. t.5. c.1.

Dominica VI. Homo quidam erat dives. Luc. 16.

1. *Homo quidam.* Videatur prima notatio Dominicæ infra Octavam Corporis Chriſti: *Homo quidam fecit cœnam magnam*

2 Hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipâſſet bona ipſius. Non dicitur abſolutè de hoc homine, quod bona Domini ſui diſſipâſſet, ſed quod diffamatus eſſet, & diceretur de eo, quod Domini ſui bona dilapidâſſet. Non ſolùm malam eſt, mala facere, ſed etiam cogitari, & dici de aliquo quod ea fecerit. Atque ita Chriſtianus obligatur, non contentus eſſe, quod mala non faciat, ſed conari quoque bonam famam conſervare, & providere, ut de ſe, licet cum mendacio, non dicatur, quod aliquid profeſſione ſua indignum faciat. t.9.c.1.

3 *Quid hoc audio de te?* Querelæ de villico, ad Dominum pervenerunt, quibus coactus rationem petiturus venit; talis enim Dei noſtri natura eſt, & conditio, ut cùm rigore, ac ſeveritate uſurus, & nos puniturus, veniat, noſtris peccatis ſit provocatus, ſi enim illa non eſſent, ſemper nobis faveret, & bene faceret. t.4. c.4.n.3. & t 6. c.2.n.6.

4 *Redde rationem.* Domine ſi probè noris omnia quæ aguntur, quorſum interrogas? Fruſtra ſanè hoc fieri videtur. Fuit hoc velle dilationes facere. Diſſimulat Deus, & expectat, & ægrè admodum pœnam infligit. Celeriter incedit, cum ſua in nos merita collaturus venit; lentè autem, & tarde, cum peccata noſtra puniturus. Contrà verò homines, ad malum admodum celeres, & ad bonum admodum tardi. t.7.c.2.

5 *Ait villicus intra ſe: Quid faciam quia Dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco* Se ſolum hic modo conſuluit, neminem alium in hoc caſu in conſilium adhibuit. Credendum eſt (cum Domini ſui bona in manibus haberet) ei amicos non defuturos fuiſſe, qui eum juviſſent, & defendiſſent. Verùm eos non adhibuit, videns ſe in anguſtiis poſitum. Sciebat enim conditionem amicorum mundi, qui ſi in proſperitatis vere te noverint, in adverſitatis hyeme ignorant. Cum tamen amici in adverſitate probentur, & neceſſitas veræ amicitiæ lydius lapis ſit. t.11.c.6.

Dominica VII. Cum appropinquaret Ieruſalem. Luc. 19.

1. *Cùm appropinquaret Ieruſalem videns civitatem, flevit ſuper illam.* S. Gregor. in Homil. *Flevit igitur pius Redemptor ruinam perfidæ civitatis*, per Titum, & Veſpaſianum deſtruendæ, ut nos doceret, quod Chriſtiana charitas efficiat, ut in malis proximi noſtri partem habeamus, ut eos adjuvemus: & quod Principes præſertim, & Prælati reſpectu ſubditorum ad hoc obligentur. t.11.c.5.

2 *Venient enim dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c.* Philippus Diez infinitam Dei miſericordiam hoc loco notat: *In hoc etiam divinæ miſericordiæ enituit, illos enim non ſtatim, ſed poſt quadraginta annos, ni pœnitentiam agerent, punire voluit.* Deus enim celeriter incedit, cum venit ut benefaciat, lente autem, & tarde, ut peccata noſtra puniat: homines verò contrà. t.7. c.2.

7 *Et cœpit ejicere vendentes, &c.* Ex funibus, quibus agni, qui in templo videbantur, ligati erant, Christus Dominus flagellum confecit quo eos, qui vendebant, & emebant, ex templo ejecit. Nam propria nostra peccata ordinarie virgam in manus Deo tradunt, qua nos castiget, & illa malorum, quæ patimur, causa existunt, t.6.c.2.n.6

4 *Cœpit ejicere vendentes, & ementes.* Sancti Patres obstupescunt, & actionem hanc, quâ Christus exercuit, satis laudare non possunt; quia tantis animis vendentes & ementes, è templo ejecit, & mensas nummulariorum subvertit, quod multi junctis viribus facere ausi non fuissent: & simul advertunt, neminem ausum fuisse ei resistere, nec reprehendere de eo quod faciebat. Euthymius utriusque rationem reddit, in Matth. 25. *Propter immunitatem à peccato confidens* Dictum benè: nam peccatorem, quantumvis potens sit, quis aggredi non audeat, videns eum divina gratia destitutum? Et quis non timeat justum, quantumvis vilis, & abjectus videatur, videns eum armis virtutis instructum, & roboratum? Admodū animosa, & confidens est virtus, etiam in hominibus flaccidis, & remissis, quique in oculis mundi parum possunt; contra vero malitia imbecillis, & ignava, etiam in iis, qui opinione mundi plurimum valent, t.11.c.3

Dominica VIII. Duo homines ascenderūt in templum. *Luc.* 18.

1. *NOn sum sicut cæteri homines raptores, &c. Velut etiam hic publicanus.* S. Augustinus sic explicat: *Ego, inquit, justus, cæteri peccatores.* Malus agendi modus, ut quis seipsum laudet, reliquos omnes dehonestare, & infamare. Contra id quod Deus docet, & præcepit, hoc est, quod ad quosdam honorandos, & in authoritate constituendos, alios dedecore, & injuria afficere non debeamus, t.13.c.5

2 *Non sum.* Theophilus hic, quia superbus erat, se perdidit, id, quod boni habebat, sibi attribuens, cum, si bonus fuisset, id totum Deo, à quo illud acceperat, attribuere debuisset: cum certum sit, quod homo ne unam quidem cogitationem bonam de se habere possit: *Est autem superbia Dei contemptus: quotiès enim aliquis non Deo, sed sibi adscribit bona quæ facit, quid est aliud quàm Dei negatio?* Discamus, id quod in nobis bonum fuerit, Deo, tamquam fonti gratiarum, & bonorum omnium authori, adscribere, t.8.c.5

3 *Publicanus stans à longè, non audebat, &c.* Exiguum virtutis indicium in Publicano reperitur: de eo dumtaxàt dicitur, quod demissis in terram oculis percutiebat pectus suum, & Dei misericordiam implorabat. Imbecillia sunt hæc signa, sed virtus, quæ illa exprimebat, non erat exigua; quin potius tanto major, & excellentior, quanto magis in intimo cordis abscondebatur. Non enim exigua virtus est, quæ ab oculis mundi abscondit, t.3.c.3.

4 *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo.* Publicanus per humilitatem seipsum lucratus est, & Pharisæus per superbiam seipsum perdidit. Dolendum, & sanguineis lachrymis deplorandum, quosdam perdi, ubi alii lucrifiunt, & quosdam condemnari, ubi alii salvantur, t.5.c.4

5 *Omnis qui se exaltat humiliabitur.* Theophilus: *Sed forsitan mirabitur aliquis, quomodo Pharisæus, cum pauca verba sua laudis protulerit, condemnatur: Iob verò cum plurima fuderit, non condemnetur?* t.9.c.1.n.3 & tota Consideratio hic accommodari potest.

Dominica IX. Exiens de finibus Tyri. *Marc.* 11.

1. *EXiens Iesus de finibus Tyri.* Parum in terra Gentilium moratus est Christus, mox in Judæam reversus est. Ratio erat, inquit Theophilus: *Ne occasionem Iudæis daret, ut transgressorem legis eum existimarent, quod se gentibus admiscebat. Et idèo confestim revertitur. Unde dicitur, & iterum exiens.* Christus tamen ad ea, quæ lex præcipiebat, non obligabatur, & nihilominus eam observare voluit. Hac ratione nos docens, non sufficere, ut coràm Deo justi simus, sed quod talis esse debeat vita nostra, tam bonus famæ nostræ odor, ut ædificationis materiam in omnibus præbeat, t.9.c.1

2 *Et apprehendens eum de turba seorsum.* Christo Domino, hominem surdum, & mutum obtulerunt, ut eum sanaret: Christus autem ut hoc faceret, seorsum à turba eum apprehendit. Sanctus Chrysostomus mysterium in eo deprehendit: *Instruens nos vanam gloriam ejicere, & tumorem.* t.3.c.3

3 *Ingemuit.* S. Chrysostomus: *Ingemuit* (hominem hunc surdum, & mutum considerans) *nostram causam suscipiens in seipso, & naturæ miserius humanæ, videns miseriam, in quam humanum genus inciderat.* Et idem fuit ac dicere, quod charitas Christiana efficiat, ut in malis proximi partem habeamus, ut illum ea sentire juvemus, quodque Principes, & Prælati respectu suorum subditorum ad hoc speciatim obligentur, t.11.c.5

4 *Et præcepit eis ne cui dicerent.* Si Evangelicam Historiam legeritis, reperietis, Christum Dominum ad miracula quæ perpetrabat ubique silentiū expostulâsse, cōtra verò eum, quodcūque sibi præstitum officium, continuò publicâsse: & verè, quæcūque à nobis obsequia recipit, ipsi tam præsentia sunt, ut etiam in die judicii ea ostentaturus sit: *Esuri, & dedisti mihi manducare, &c.* Hujusce rei ratio, meo quidem judicio, est, quia pluris facit modicum illud quod à nobis recipit,

Digitized by Google

quàm plurima illa quæ ipſe de ſuo nobis dat. Reges, & Principes terræ hac ratione docens, magni facere modicum illud, quod à ſubditis ſuis receperint, parvi autem æſtimare plurima illa, quæ de ſuo ipſis dederint, t.1.c.2.

Dominica X. Beati oculi, &c.
Luc. 10.

1. *Beati oculi, quæ vident, quæ vos videtis*, inquit Chriſtus Diſcipulis ſuis. S. Cyrillus exiſtimat verba iſta de oculis animæ, quæ ſunt fides, & rationis præcipuè intelligenda eſſe: *Multi enim Iudæorum viderunt Chriſtum divina operantem, corporalis ſcilicet intuitu, nec tamen omnibus beatificatio convenit. Non enim crediderunt ſed neque viderunt gloriam Dei oculis mentis.* Atque adeo quod Chriſtus Dominus ad Diſcipulos ſuos ſe convertat, & bonam eorum ſortem ipſis gratuletur, idem fuit ac ſi diceret: Beati fidei veſtræ oculi qui in me credunt, & vident me Deum, & verum hominem eſſe; & infelices oculi eorum, qui non vident, & hanc veritatem credere nolunt. Salvator, magnam illud felicitatem, hoc vero æqualem infelicitatem eſſe, merito judicavit: nam revera major eſſe non poteſt, nec quidquam gravius dolendum, quàm cæcam manere, cum alii vident, quosdam perdi, cum alii lucrifiunt; & quosdam damnari, ubi alii ſalvantur. t.5.c.4.

2 *Diliges Dominum Deum tuum. Hoc fac, & vives.* De induſtria Legiſperitum Chriſtus interrogavit, quid lex præſcriberet, ut quis ſalvetur. Nimirum, ut ex reſponſo, quod illum daturum ſciebat, veritatem doctrinæ ſuæ ad oculum ei demonſtraret, & quàm immerito quidam ut novam eam traducerent, cum tamen antiquæ ita conformaretur. Illæ enim bonæ novitates ſunt, quæ in antiquitate fundantur, atque ita legis novæ veritates, cum conſonantia quam habent cum antiqua, relucent. t. 1. c.4.

3 *Ex toto corde tuo.* Monopolitanus dicit, quod *ex toto corde*, ita intelligi debeat, *ut totum accipiatur vulgari modo, quo dicimus aliquem totum eſſe in ſtudiis occupatum, quia ſcilicet præcipua ejus occupatio, & cogitatio eſt in ſtudiis, nec aliud quid præter ſtudia magnoperè amat, & curat, ſolis ſtudiis intimè afficitur, reliquis verò frigida.* Tali itaque ratione vult Deus ut eum amemus, utque ejus de cauſa præcipuam operam impendamus, reliqua vero omnia inſtar nihili æſtimemus. Opera divini cultus, & virtutis, admodum deliberatè, & de induſtria, non autem caſu, & obiter fieri debent. t. 7. c.3.

4 *Quis eſt meus proximus?* S. Cyrillus: *Vacuus à dilectione proximi oſtenditur, cum non æſtimet ſibi proximum eſſe, & per conſequens à dilectione divinâ*, cum ſibi ſoli viveret, & proximum, cui ſe communicaret, non haberet: *Quoniam amor Dei, proximi amorem gignit*, inquit Monopolitanus. Anima enim quæ Deum amat, eique per charitatem unita eſt, mox ſeſe accingit ut proximum juvet, ejusque neceſſitati ſubveniat. t 7.c.1.

5 *Accidit autem, ut ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo præterit ſimiliter & Levita.* Samaritanus autem quidam venit, & ejus miſertus, curavit eum, & ad domum quamdam duxit, in qua omnino ſanaretur. Quam turpe eſt, legem non obſervari ab eo, qui eam docet, ſervari autem ab eo, qui eam multoties ignorat. Quod Sacerdos, & Levita de quo plura ſperabantur, tam propter dignitatem ſtatus ejus, quam propter perfectionem quam ille requirit, tam parum miſericors; Samaritanus autem, in omnibus ipſis inferior, adeo pius & benignus ſit, proculdubio peregrinum omnino eſt, & obſtupeſcendum. Et infelix eſt Reipublicæ, & regni illius ſtatus, in quo plebs in amore, & cultu divino, ipſos nobiles; pusilli in obſervantia divinarum legum ipſos optimates, ſervi Dominos, & ſubditi reges antecellunt. t 5.c.3.

Dominica XI. Cum iret Jeſus, &c.
Luc. 17.

1. *Steterunt à longè.* S. Titus: *Eo quod lex Iudæorum lepram immundam judicat*, ideo leproſos à communi hominum conſortio arcet, ne alios ſua infirmitate inficiant. De ſola corporali antiqua lex loquebatur; lex autem Evangelica vult ut lepram peccati evitemus, ut à peccatoribus nobis caveamus, injungit: *Lex autem Evangelica, non externam, ſed internam aſſerit eſſe immundam*; nam lepra animæ majoris momenti eſt, & magis inficit. Neceſſe eſt, ut omnis Chriſtianus à malo conſortio abſtineat, nam admodum difficile eſt inter leproſos vivere, & non eſſe leproſum. t.5.c.5.

2 *Jeſu præceptor, miſerere noſtri.* Illud boni habuerunt hi leproſi, quod nullus pro ſe ſolo petierit, ſed ſinguli pro omnibus. Quoniam certum eſt illud Apoſtoli 1.Cor. 13. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt.* Anima per charitatem Deo unita, mox ſe applicat ut proximum juvet, ejusque neceſſitatibus ſubveniat. t.7.c.1.

3 *Et factum eſt, dum irent mundati ſunt.* Monopolitanus: *Non dicunt, ut quid nos misiſti nondum curatos ad ſacerdotes?* Obedierunt, iverunt, & ſalutem conſecuti ſunt. Symbolum veri obedientis, qui ea, quæ præcipiuntur examinare non debet, ſed obedire, & ſeſe ſubjicere. t.3.c.2.

4 *Ceciderunt in faciem ante pedes ejus.* S. Titus: *Dedit autem ei appropinquandi fiduciam, ſuſceptæ purgatio-*
Cum infirmus, & immundus erat, Chriſtum accedere non audebat; ſed mundus jam, & ſanus, humilis, & confi-
dens

dens accedit, quasi qui sciret, quæ puritas necessaria esset, ad accedendum ad Christum; unde inferri potest, quanto major requiratur, ut ad eum, in Sacramento illum recepturi, accedamus. t.13. c 2.

5 *Nonne decem mundati sunt?* Quærit ab hoc uno Christus, Monopolitanus: *Cum hu verbis Dominus videretur & compellere, & interrogare Samaritanum: ille tamen non solum gratus extitit, sed etiam modestus obmutuit, utpote qui venerat suo functurus officio non accusaturus alios.* Est hoc admodum conforme ei, quod in domo Dei fieri solet, & hic nos monet, quod, ut aliquos honoremus, & authoritati ipsorum consulamus, alios demonstrare, & injuria afficere non debeamus. t.13. c.5.

Dominica XII. Nemo potest duobus Dominis servire. Matth. 14.

1 *Dico vobis, nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur?* S. Augustinus: *Quod autem hic dicit, de carnali cibo, & vestimento accipiamus. Cæterum de spiritualibus cibis semper debemus esse solliciti.* Ita prudentes faciunt t.14.c 3.

2 *Hæc omnia gentes inquirunt.* Osorius: *Christus Dominus ostendit, longè diversam spem in eo collocandum à fidelibus esse, quàm gentes in diis suis. Gentes enim, vel negant divinam circa humana providentiam, vel Deos habent similes Baal, qui suos non exaudiunt, sed nec vident;* Verus autem Deus semper succurrit iis, qui spem suam in eo ponunt. t.8.c.1.n.7.

3 *Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Monopolitanus: *Proinde cum Deus ea subtrahit, quod sic expedire saluti quorundam judicat, non promissionem suam irritam facit, sed diversa ratione eandem salutem eorum curã gerit.* Quasi diceret: Ejus dispositioni vos cõmittite, fidẽ enim enim suam non fallit, & scit quid vobis magis expediat: & facile fieri potest, ut melius vobis sit pauperes potius, quàm divites esse, & terrenis bonis carere, quàm iis abundare. Lazarus in paupertate cœlum acquisivit, Abraham vero in divitiis se salvavit. Ite, quâ ille vos duxerit, nec eum ad libitum vestrum habere velitis, sed prout ille ordinarit, & sibi placuerit. t.9.c.4.

4 *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus.* Duo quærere debemus, regnum scilicet Dei, & justitiam ejus: regnum cœlorum primum in intentione; justitiam primum in executione. Frustra enim regnum cœlorum ambit, qui de operibus justitiæ hic in terris non agit. Egestatis, famis, miseriarum, & tribulationum pretio, bona, & deliciæ gloriæ acquiruntur; non est quod gaudia quæ ibidem percipiuntur, expectet, ac speret, qui per pœnas, & dolores Crucis Christi non transierit. t.12. c.5.

Dominica XIII. Ibat Jesus in civitatem, &c. Luc. 7.

1 *Ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Discipuli ejus, & turba copiosa.* Monopolitanus advertit: quod Evangelista, *Primo Discipulos commemorat Jesum sequentes, deinde copiosam turbam. Primo enim majores sequuntur Deum, deinde minores illos sequuti, pergunt etiam.* Hoc est quod jure merito esse debet, verùm hic male res agitur, res enim hodie adeo commutatas videmus, ut primi, qui Christum sequuntur, sint turbæ, nec infelicior esse potest Reipublicæ, & Regni status, ubi hæc contingunt. t.5. c 3.

2 *Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, &c.* Mors vitæ occurrit, & summa miseria, summæ misericordiæ, ut sciamus, quod eadem via, qua labores, & tribulationes nobis obveniunt, levamen quoque, & consolatio obveniant. Bona, & oblectamenta quæ aufert, compensare solet Deus, ea meliorata restituens. *& dedit illum matri suæ.* Cumque humano judicio austerior videtur, majoris amoris indicia tunc exhibet, & vicinior est, ut benefaciat. t.12.c.2.

3 *Filium unicum matris suæ.* S. Gregorius Nyssenus: *Ærumnam illam brevibus verbis explicuit.* Neque enim major dolor est, quàm si Pater, aut mater ante oculos suos filium suum mori videat, & eum juvare non possit. t.11.c.1.

4 *Quam cum vidisset Dominus.* Mater hæc defuncti filii sui corpus frustra comitari videtur. Hoc enim ad nihil aliud serviebat, quàm ad dolorem ejus augendum, eamque magis contristandum tristi hoc spectaculo ipsi continuo ob oculos versante. Sed qui veraciter amat, à re amata separari non potest, licèt in ejus consortio in patiendi periculo versetur. t.11. c 6.

5 *Et accessit, & tetigit.* S. Cyrillus: *Ideo autem non solum verbo peragit miraculum, sed & feretrum tangit: ut cognoscas efficax esse sacrum Christi corpus, ad humanam salutem: est enim corpus vitæ, & caro verbi omnipotentis, cujus habet virtutem.* Vitam namque tribuit animæ, eamque à morte peccati ad vitam gratiæ resuscitat. Et quidem incarnatio filii Dei obligationem non peccandi nobis imposuit. t.6.c.6.n.6.

Dominica XIV. Cum intraret Jesus, &c. Luc. 14.

1. *Cum intraret Jesus.* Ponderat Eusebius Emissenus Evangelistam dicere, quod Christus Dominus Principis Judæorum domum intraverit, jentandi, & modicum panis comedendi causa; & dicit eum hac ratione

ratione nos docere voluisse parsimoniam quam observare debemus, & quàm parum necessarium nobis sit, ad vitam sustendendam, cum frustrum panis sufficiat: *Eum solis necessariis contentum, & non delicatos cibos intrasse ostendit, præsertim cum neque in ipsius Principis domo, aliud manducasse dicatur.* Et siquidem doctrina hæc omni tempore locum habeat, multo magis in præsenti, in quo, cum necessitates, & miseriæ tantæ sint, moderationem istam servare omnes debemus. t.9 c,5.n.9.

8 *Cujus vestrum asinus, &c.* Hisce verbis de avaritia eos Dominus reprehendit, & dixit eis quàm parvi facerent legem, & quàm facilè eam infringerent. & ad omnes circumstantes doctrinam suam direxit, etiam ad ipsum Dominum domus, qui erat nobilis, cum tamen Christus vulgaris tantum, & humilis, ac pauper homo foret. Nec mirum, nam ille solum forti, ac generoso animo veritatem dicere audet, cujus animus ab omni respectu humano, & ambitione liber est. t.5.c.2.

3 *Da huic locum.* Inordinatio magna videtur, eum qui primus venerit, ex loco in quo est extrahere, & alteri, qui post ipsum venerit, illum tribuere: verum in domo Dei non ad plures annos, sed ad majora merita respicitur. Atque ita Regibus, Prælatis, & Dominis, majori honore, & amplioribus muneribus afficere licet servos, & subditos illos, qui reliquos in virtute, & meritis antecellunt. t.8.c.6.

4 *Ne fortè honoratior te, sit invitatus ab illo.* Consulit Christus, ut cum invitati fuerimus ad nuptias, non accipiamus primum, & meliorem locum, ne forte honoratior nobis superveniat, & cedere jubeat. Videtur quod Christus dicere debuisset, alius melior, non autem honoratior: nam in loco honor consistit, & qui est in primo, est in mundo magis honoratus. Verum de industria dixit *honoratior*, & non *melior*, ut nos doceret, quod verus honor non in loco, sed in meritis consistat: & consequenter nobis insinuat, nos magis conari debere honores, & dignitates promereri, quàm possidere, & curam quæ in eis acquirendis impenditur, adhibendam esse, ut idoneus quis, & iis dignus sit: nam major honor est ea promereri, quàm possidere. t.14.c.4.

Dominica XV. Accesserunt ad Iesum. Matth. 22.

1. *Convenerunt in unum.* Pharisæi, & Saducæi facto agmine ad Christum accesserunt. Non fuerunt ausi soli venire, & ipse solus sufficit, ut silentium eis imponeret: *Pharisæi audientes, quod silentium imposuisset Saducæis, & nemo poterat ei respondere verbum*: admodum enim animosa, & confidens est virtus, etiam in hominibus imbecillibus, quique opinione mundi parum valent, contrà verò malitia imbecillis est, & ignava, etiam in iis qui opinione mundi plurimum possunt. t.11. c.3.

2 *Et interrogavit eum unus ex eis legis Doctor, tentans eum.* Si hic doctor legis verè nesciebat quodnam esset principale divinæ legis mandatum, prout aliqui volunt; infelix profectò erat Reipublicæ, & Regni Iudæorum status, in quo plebeji, & Idiotæ plura sciebant, quàm sapientes, & legis periti; & pusilli, in cognitione, & observantia divinæ legis magnos superabant, &c. t.5.c.5.

3 *Diliges ex toto corde.* Hoc est, ut cum omni fervore, & affectu possibili, non autem tepidè & frigidè eum amemus. In quo nos docere voluit, virtutis opera admodum deliberatè, & de industria fieri debere, non autem in vanum, & casu. t.7.c.3.

4 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Vult Deus ut totum amorem ipsi impendamus, ne res aliqua terrena partem aliquam affectus nostri secum abducat; & in eo bonum nostrum prætendit: magna namque foret insania, res illas amare, quę nos aliquando destituent: atque ita prudentes Deo dumtaxat amorem suum impendunt, & res hujus vitæ parvi faciunt, & sola cœlestia magni æstimant; illæ enim citò transeunt, hæc autem æternum perdurant. t.14.c.3.

Dominica XVI. Ascendens Iesus in naviculam. Matth. 9.

1. *Ascendens Iesus in naviculam.* Potuisset Christus siccis pedibus per miraculum mare transmittere, & navim non conscendere. *Navigium autem*, inquit Chrysostomus, *intrans pertransit, qui pedes mare poterat pertransire; non enim semper mirabilia volebat facere, ne incarnationis noceret rationi.* Christus Dominus tanti se faciebat quia homo erat, & quia talis in actionibus suis esse videbatur, ut miracula, divinitatis indicia patrare sæpius omiserit, volens potius minus Deus, quam minus homo videri. Tanti facit Salvator hominem se esse, ut videatur pluris facere, ratione humanæ naturæ se filiũ Virginis, quàm ratione Deitatis, Dei filium esse. t.2. c.5.

2 *Confide fili. Non deest Deus sperantibus in eum.* Illa sola spes certa est, & secura, quæ in Deo confidit, quæ enim in hominibus, & creaturis ponitur, semper frustratur. t.8.c.1.

3 *Videns autem Iesus fidem illorum* Dicunt Interpretes eum loqui de fide charitate formata, de qua dicit Apostolus ad Galat.5. *Fides quæ per dilectionem operatur.* Et hanc in illis Christus collaudat: quodque eam habuerint, ex effectu colligitur, anima enim charitate formata, se se mox applicat ad proximum juvandum, ejusque necessitatibus subveniendum. t.7.c 1.

5 *Confide fili,* inquit Christus Paralytico, plura enim, quàm petis, obtinebis, salutem corporis quæris, animæ quoque

Digitized by Google

quoque ſalutem obtinebis: *Remittuntur tibi peccata tua.* Sanitatem corporis Deus ab illo abſtulit, & Chriſtus ſpiritualem reddit. Deus enim bona quæ aufert, ea meliorando, compenſare ſolet. t.12.c.2.

5 *Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe, hic blaſphemat. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum.* Infelix Reipublicæ, & regni illius ſtatus in quo plebs in amore, & cultu divino Dominos, & ſubditi reges præcedunt. t.5. c 3.

6 *Surge, tolle grabatum tuum.* Joannes Epiſcopus: *Ut quod fuit teſtimonium infirmitatis, ſit probatio ſanitatis.* Videantur notationes in feriam ſextam de piſcina.

Dominica XVII. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi. Matth. 22.

1. *Simile eſt regnum cœlorum homini Regi.* Videatur notatio prima in Dominicam infra Octavam Corporis Chriſti: *Homo quidam fecit cœnam magnam.*

2 *Rex autem cum audiſſet iratus eſt.* S. Hieronymus: *Quando invitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomen appoſitum eſt, nunc autem quando ad ultionem venit, homo ſiletur, & rex tantum dicitur.* Videatur notatio ejusdem Dominicæ infra Octavam Corporis Chriſti. *Tunc iratus paterfamilias.*

3 *Nuptiæ quidem parata ſunt. Qui invitati fuerunt, non erant digni.* Videmus Judæos à nuptiis excluſos. Gentiles vero ad illas admiſſos. Quæ tanta miſeria, quam quosdam perdi ubi alii acquiruntur; & quosdam damnari ubi alii ſalvantur. t.5.c.4.

4 *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* Nauſea, & faſtidium reliquorum convivarum, hunc peccatorem condemnavit. t.5.c.4. n.7.

5 *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.* Pars Dei & virtutis ordinariè pauciorum eſt, peccati verò plurimorum. Pauci, iique numerati ſunt juſti, multi autem, & innumeri peccatores. t.5 c.4.

Dominica XVIII. Erat quidam Regulus, Ioan. 4.

1. *Erat quidam Regulus.* Mirum erat; quod Princeps quidam Chriſtum quæreret; & optimates ægre in ipſum credebant. Hoc dicere voluit Salvator his verbis: *Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis.* Vidit hic miraculum converſionis aquæ in vinum, & tum quidem commotus fuit, ſed non omnino convictus, in Chriſtum perfectè non credidit, niſi poſtquam filium ſuum ſanum vidit. De multis vulgaribus perſonis in Evangelio legimus, quod ad ſola Chriſti verba ſeſe converterint; alii ad primum miraculum quod viderunt, in eum crediderunt. Cum puſillis, & humilibus Deo melius ſemper fuit, quàm cum magnis, & potentibus. t.5.c.3.

4 *Hic cum audiſſet* Prudens fuit Regulus. ex occaſione utilitatem capiens. Simul atque Chriſti adventum intellexit, itineri ſeſe commiſit. Diſcamus ſalutis occaſiones quas Deus nobis præbet, minime perdere qui enim eas amittit, ægre, & non ſine miraculo eas invenit. De noſtro nõniſi hoc inſtans habemus, in illo Deus nos vocat, hoc arripiamus, ne nobis contingat non poſſe, cum voluerimus. t 8.c 3. n.8.

3 *Hic cum audiſſet, quod Jeſus venit in Galilæam.* Si Chriſtus à Judæa in Galilæam non veniſſet, hic homo pro filio ſuo infirmo, ſalutis petendæ cauſa, eum non quæſiviſſet. Clara figura ejus quod inter Deum, & hominem geſtum eſt, qui cum laboraret peccato, ſe non erexiſſet, nec de ſalute animæ egiſſet, ſi Deus pro ſua miſericordia, eum non quæſiſſet, & manum ad ſe exigendum porrexiſſet. Favet hæc doctrina illi Hugonis Cardinalis, ſuper verbis Evangelii: *Hora ſeptima reliquit eum febris.* Homines tam difficiles ſunt, ut pro ſalute ſua vel pedem moveant, ut neceſſe ſit cœlum inclinari, *inclinavit cœlos,* & Deum ad terram venire, ut eos quærat, *& deſcendit,* ne extra cœlum remaneant. t.8.c 4.

4 *Credidit homo.* Monopolitanus: *Is autem qui Reguli nomen acceperat, jam homo vocatur. Tunc enim hominis nomine digni ſumus, cum cordis incredulitatem abjecimus. Hominis nomen non meretur, qui ſtudiosè non vivit.* In domo Dei unicuique nomen imponitur conforme operibus quæ facit, & officio quod gerit.

5 *Interrogabat horam,* Gloſſa interlinealis ſupponit hunc hominem perfectè credidiſſe, cum Chriſtus ei dixit. *Vade, filius tuus vivit.* Et ad literam intelligit illud: *Credidit homo ſermoni quē dixit ei Jeſus.* Verùtamen ratio dubitandi ſeſe mox offert: ſi credidit, quare rogavit à ſervis horam in qua filius melius habuerit? Quærit horam qua reliquit eum febris, ut ſervorum commiſeratione, poteſtas, & virtus Creatoris agnoſceretur, & omnes in Chriſtum crederent, eumque agnoſcerent, & tamquam Dominum, & Salvatorem adorarent. Quod ita quoque accidit, nam *credit ipſe, & domus ejus tota.* Verus Dei ſervus particulari ſuo bono contentus non eſt, ſed de aliorum quoque bono agit. t.7.c.1.

Dominica XIX. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi. Matth. 18.

1. *Simile eſt Regnum cœlorum homini Regi*, non autem Leoni Regi: nam feritas Leonis Regem metuendum, & manſuetudo hominis amabilem reddet. Quod autem Deus à nobis requirit, eſt, ſua nos poteſtate non terrere, ſed amore ſuo devincire. t.8. c.1.

2 *Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.* Origenes per

principalem hunc debitorem Prælatos intelligit: & secundum illud subditi minus debebant, & minus male obligationi responderint. Quod sane dolendum. Infelix enim est Reipublicæ & Regni illius status, in quo minus mali sunt, qui ad remos, quam qui ad clavum sedent. t.5.c.3.

3 *Misertus autem Dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit.* Obstupesco cum considero quam facile servo huic, debitum omne, quo obstrictus deprehendebatur Dominus remiserit. Rationem, meo quidem judicio, dat Evangelium, dicens, quod ille Dei servus fuerit. Et licèt ipse virtutis talenta, quæ ei dederat, dilapidaverit, facti tamen eum pœnituit, & de peccatis pœnitentiam fecit. Atque adeo mirandum non est, quod Dominus tantâ erga eum pietate utatur, & in primum gratiæ statum restituat. In quo Deus non solum ostendit se conversos peccatores non odisse, verùm etiam quod pœnitentia eos nobilitet, & tantopere exaltet, ut veri pœnitentes ipsi Deo pro corona inserviant. t.1.c.5.

4 *Et tenens suffocabat eum, dicens, redde quod debes.* Ille quo cum Dominus tanta usus fuit misericordia, ut decem millia talenta ei dimiserit, occurrens alteri conservo suo debitori, apprehendit eum, & taliter eum constrinxit, ut ne respirare quidem eum permiserit, ut mox absque dilatione sibi solveret, nec destitit, donec in carcerem eum conjecit. Monopolitanus: *Ecce crudelitatem ingentem, quod nec dilationem facere voluit tam parvi debiti.* Homines ad malum admodum celeres, ad bonum autem valde tardi sunt. t.7.c.2.

Dominica XX. Abeuntes Pharisæi, &c.
Matth. 22.

1. *Abeuntes Pharisæi, &c.* Pharisæi cum Herodianis consilium inierunt, ut Christum caperent in sermone, eumque calumniarentur; ideoque Discipulos quosdam suos cum Herodianis mittunt, qui eum interrogent: *Si licèt censum dare Cæsari, an non?* Et Glossa citata à S. Thoma advertit, quod miserint, non autem ipsimet iverint, timentes turbam, quæ eum comitabatur: *Cum timentes turbam, hoc per se non præsumerent facere.* Reflecto ad verbum: *Timentes turbam* Contrarium fieri debuisse videtur, nempe ut turbæ Pharisæos timerent, non autem illi turbas. Verùm in hoc clare apparet, quod simplicitas, & virtus animosa sit, & intrepida, etiam in hominibus flaccidis, quique in oculis mundi parum valent. contrà verò malitia imbecillis, & ignava, etiam in iis, qui opinione mundi plurimum valent. t.11.c.3.

2 *Magister scimus, quia verax es. Arbitrati se demulsuros illum, laudibus adulantur*, inquit Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus. Antiqua adulatorum fraus, accommodare se genio illius, quem circumvenire intendunt. Horum multi sunt in aulis Regum terræ, quorum familiares Prothei sunt, qui ut illis complaceãt, in varias figuras sese transformant, quo quidem magna mala faciunt. Non ita familiares Regis cœlestis. t.2.c.3. n.1. & tota Consideratio hic applicari potest.

3 *Quæ sunt Dei Deo.* S. Ambrosius apud Osorium hic: *Sicut Cæsar exigit impressionem sui imaginis: sic & Deus lumine vultus sui insignitam animam.* Et hoc quidem obligare nos debet, ut quantum fieri potest peccatis nostris eam non inquinemus. Ideo enim Christus Dominus eam reformavit, factus homo similis nobis, ut honoris stimulo nos impellat ut boni simus. t.1.c.3.

Dominica XXI. Ecce Princeps unus accessit.
Matth. 9.

1. *Ecce Princeps unus accessit, & adorabat eum.* Adverbium, *ecce* secundum Interpretes, in Sacra Scriptura novitatem aliquam, & rem peregrinam, & quasi miraculosam denotat. Et Evangelista jure merito eo usus est, commemorans quomodo Princeps hic Christum quæsierit, eumque adorarit. Rarum enim in mundo est, quod Optimates Deum quærant. Turbæ Christum Dominum semper comitabantur, non legimus, quod Principes eum sequerentur: quin potius S. Joannes cap. 7. dicit, quod cum vulgus miracula videret quæ patrabat: *De turba multi crediderunt in eum.* Ubi sanctus Thomas notat: *Non dicit de Principibus, quia quanto majores erant, tanto magis erant elongati.* Infelix status Reipublicæ, & Regni, &c. t.5.c.3.

2 *Et surgens secutus est eum.* Hic locum habet illud Apostoli: *Charitas Christi urget nos.* In acceleratione illa qua Christus ivit, sanitatem, & vitam isti defunctæ daturus, excellentiam charitatis suæ ostendit, quam imitantur illi, qui se ejus discipulos profitentur. Anima enim charitate Deo unita, mox se applicat ad proximum juvandum, ejusque necessitatibus subveniendum. t.7. c.1.

3 *Ecce mulier, &c.* S. Hieronymus: *Hæc autem mulier sanguine fluens non in domo, non in urbe accedit ad Dominum, quia juxta legem urbibus excludebatur, sed in itinere ambulante Domino.* Quasi diceret: Licèt fides, & fiducia, quam in Christo habebat, eam impelleret, ut eum quæreret, sanitatem obtentura; propterea tamen legem infringere noluit, sed eam observans pietatem, & devotionem suam demonstravit. Idem nobis omnibus faciendum

faciendum est; primo Christiani esse debemus, deinde devoti: primo divina mandata observare, deinde vero altaria visitare, & Sanctorum reliquias venerari. t. 9. c. 3.

4 *Salva facta est mulier.* Hæc mulier infirma, post Principem Jayrum ad Salvatorem venit, & ut S. Chrysostomus notavit, *Cum ultima venisset, prima curata recessit.* Et rationem hujus assignans, dicit: *Et si agritudine tardabatur, fide tamen & voluntate volabat*: & ad hanc Christus respexit; ideoque prima, quod petiit, impetravit. Bona sanè doctrina Principibus, & Prælatis: non in eo situm est, quod antiquior sit, & plures ætatis annos habeat, sed in eo quod præstita officia præstantiora, & merita magis nota sint Regibus, Prælatis, & Dominis absque aliorum injuria licitum est, in honoribus, subditos illos, & servos aliis præferre, qui naturæ dotibus, & virtutibus reliquis antecellunt.

5 *Et tenuit manum ejus.* Videatur in Dominica 13. post Oct. Trinit. notatio 9. super illa verba: *Et accessit, & tetigit loculum.*

Dominica XXII. Cum videritis abominationem, &c. Matth. 24.

1. QUÆ dicta est à Daniele Propheta. Christus Dominus indicat, prodigiosa illa signa, & peregrinos eventus, repente apparituros, & eventuros. Atque ita plurimum refert, prænonitum esse, & vigilare ad eos cognoscendos, & intelligendos. Et quoniam de eorum significatione dubitari non potest, & constet eos ultimi judicii dici prænuntia esse, dicit Christus, quod Daniel suis temporibus abominationem illam in templo Dei prophetaverit. Nemo itaque cum signa ista viderit deceptionē existimet, antiquorum oraculorū recordetur, nec novi quid ei videatur. Pro certo habeat, diem illum ab olim prædictum advenisse. Illæ enim bonæ novitates sunt, quæ in antiquitate fundantur, & legis gratiæ veritates, in consonantia, quam cum antiqua habent, relucent. t. 1. c. 4.

2 *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.* Doctores quidam adverterunt, rationem propter quam in persecutione Antichristi illa prohibeantur, non tam esse, quod ab inimicorum periculo eos Dominus liberare velit, quàm quod desideret, ut deflectant ab iis, in quos multi, volentes conservare bona quæ possidebant, incurrerunt. Ab hoc itaque affectu, & amore, inquit Christus, plurimum refert liberum esse eum, qui ad salutem suam aspirat. Quasi diceret, inquit Monopolitanus: *Qui in tecto est jam terrena contemnere didicit, non amplius descendat, sed semper cælum aspiciat.* Necessarium est, nec bonorum, nec malorum vitæ hujus in hoc casu recordari, & de cœlestibus dumtaxat agere, & ea solum curare. t. 14. c. 3.

3 *Tunc apparebit signum filii hominis.* Sanctus Cyprianus Serm. de Nativit. *Non timetur mortis periculum, ubi tanta reverentia conspicitur signum.* Christus enim amarum tribulationum quas in hâc vitâ tolerant, dulce reddit. t. 10. c. 4.

4 *Cum virtute multa, & majestate.* Nam, ut S. Hieronymus dixit: *Solet amor lasus vehementer irasci.* Omnia tunc erunt rigor, & severitas; pietati tunc nullus locus erit. Ita culpa peccatores immutat, cum ipsi ex agno mansueto in ferocissimum leonem Christum converterint. t. 2. c. 1. n. 9. & t. 4. c. 4. n. 3.

5 *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Tam certum hoc judicate, ac si ipsismet vestris oculis illud vidisletis. t. 4. c. 2. n. 2. 4. & 5.

INDEX CONCIONUM DE FESTIS SANCTORUM.

In Festo S. Andreæ Apostoli. Matth. 4.

1 *Vidit duos fratres, &c. mittentes rete in mare, erant enim piscatores.* Intendebant iis, quæ erant sui muneris, & officii. Fœlix Respublica ubi quisque suo vacat officio, nec se immiscet alieno. t.6, c.4.

2 *Erant enim piscatores.* Sanctus Augustinus: *Non enim elegit Reges, aut Senatores, aut Philosophos, aut Oratores: imò elegit plebejos pauperes, & indoctos piscatores*, quia semper fœlicius successit Deo negotium cum vulgaribus & plebejis, quàm magnatibus; ut videre est in hisce piscatoribus, qui ad primam vocem vocantis, secuti sunt; & nobiles semper fuerunt magis difficiles in sequendo Christum. t.5 c.3.

3 *Faciam vos fieri piscatores hominum.* S. Chrysostomus Homil. 4: super Marcum: *Piscatur eos Iesus, ut ipsi piscentur alios peccatores: ipsi primùm pisces efficiuntur, ut piscentur à Christo, posteà ipsi alios piscaturi.* Anima unita Deo per charitatem, mox se applicat ad succurrendum necessitati proximorum. Ideo nos nihil piscamur, quia non damus nos totos capiendos à Christo. t.7.c.1.

4 *Faciam vos piscatores.* S. Chrysostomus, *id est, Docebo, ut cum rati Verbi Dei comprehendatis homines de mundo tempestuoso, & periculoso.* At quarè non dixit se facturum illos prædicatores, sed piscatores? Ut memoriâ illius, quod fuerant, præsentem moderarentur fortunam: *Nomen mutavit*, ait Beda, *officium non abstulit*, id est, mutavit nomen piscium, in nomen hominum, reliquitque officium piscatorum. Ad insinuandum nobis servos Dei etiam in sublimissimis honorum dignitatibus debere esse profundissime humiles. t.4.c.2.

5 *At illi continuò.* Valdè heroicum fuit factum horum Apostolorum, & verisimile est, unum alteri animos addidisse, quia semper societas justorum charitate unitorum, maxima peperit incrementa virtutum. t.6.c.5.

6 Cantans, & lætâ jucunditate pertexit S. Andreas ad crucem, eamque eminùs visam illustribus extulit elogiis, quia in eâ Christum crucifixum contemplebatur; cujus aspectus, & præsentia amaritudinem tribulationum hujus vitæ mirum in modum dulcorat. t.10. c.4.

7 Et quamvis antèà cum reliquis discipulis fugerit occasionem passionis, & mortis, nunc animosè eam ambit. Dum procul crux aberat, eam detrectabat, præsentem verò lætus amplectitur. t.10.c.5. Vide Sanct. t.1. per tot.

In Festo S. Nicolai. Matthæi 25.

1 *Homo quidam peregrè proficiscens.* Loquitur Christus de seipso, quia è terris ad cœlos ascendit. Orig. *Secundùm divinitatis suæ naturam non peregrinatur, sed secundùm dispensationem corporis suscepit.* Secundùm divinitatem ubique est, sed secundum humanitatem ait se peregrinari, & toties se hominem nuncupat, ut videatur pluris æstimâsse se esse filium Virginis, & hominem ratione naturæ humanæ, quàm filium Dei esse ratione divinitatis. t.2.c.4.

2 *Tradidit illis bona sua.* Bonus Princeps, qui cuncta bona suâ tradit subditis suis & non spoliat illos iis, quæ possident. Non sic Reges terreni; qui subditorum bona sibi appropriant, ideoque sunt liberales in exigendo, & parci in dando. t.1. c.2.

3 *Alii quinque, alii verò unum.* Juxtà communem explicationem sacrorum Interpretum debemus intelligere per distributionem horum talentorum, nedum quòd Christus Dominus non deneget alicui suum favorem, sed etiam, quòd nulli imponat majus onus, quàm secundùm vires suas ferre valeat; quapropter neminem excusare potest infirmitas ad non faciendum ea, quæ præcipit. Contentus est Rex cœli iis, quæ nos amore ipsius præstare possumus. Reges autem terreni plus exigunt, quàm vires, & facultates nostræ permittant, imò & quandoque petunt, quod non habemus. t.6.c.5.

4 *Post multum verò tempus.* S. Hieronymus: *Idcò ergò dicis post multum temporis, quia grandis tempestas est inter Ascensionem Salvatoris, & ejus Adventum.* Multum distulit suum adventum ad judicium, post suam ascensionem, quia cùm tunc venturus sit ut puniat delinquentes, lento gradu veniet; secus tamen si ad benefaciendum veniret. t.7. c.2.

5 *Domine, quinque talenta tradidisti mihi.* Noto, singulos talentis sibi traditis negotiatos fuisse, id est, qui quinque receperat, alia quinque super lucratus est, & qui duo, alia duo. Cuilibet Deus contulit ex suis talenta, ita ut unus alterius talenta non impediveris. Quilibet suo vacavit negotio, neque alieno se immiscuit: fœlix Respublica, in quâ quisque ad suum attendit, neque mittit falcem in messem alienam. t.6.c.4.

6 *Intra in gaudium Domini tui.* S. Hieronymus: *Quid autè potest majus dari fideli servo, quàm esse cum Domino,*

& videre

Digitized by Google

& videre gaudium Domini sui? Nequit anima plus appetere, quàm fieri particeps gaudiorum gloriæ, quia illa sola merentur nomen gaudiorum. t.7. c 5.

In Festo S. Luciæ. Matth. 13.

1. *Thesauro abscondito in agro.* Fodiendum, & sudandum est ad inveniendum hunc thesaurum. Pretio laborum cœlum comparatur, & frustrà expectat gaudia gloriæ, qui non transiverit per tribulationes. t 12.c.5.

2 *Quem cum invenit homo, abscondit.* Occultatus erat hic thesaurus, & soli Deo notus Proprium est sanctorum magna cũ cautela abscondere thesauros quos inveniunt, id est, abscondere virtutes suas ab oculis mundanis. t.3.c.3

3 *Quem cum invenit homo, abscondit.* Non laudatur hic homo, propter possessionem campi, aut thesauri, sed propter diligentiam, quam adhibuit in vendendo sua, & comparando illum. Ut sciamus, honestius esse mereri, quàm pollidere. Unde magis conandum mereri dignitates, & honores, quàm illos ambire: & per consequens major cura adhibenda est, ut quis sit idoneus, & dignus illis, quàm, ut assequatur. t.14 c.3.

4 *Vendidit omnia quæ habuit.* Nota quod si habuerimus multum amoris erga cœlestia, & contempserimus terrena, facile thesauros cœlestes inveniemus. t 5.c.5.

5 *Vendidit omnia quæ habuit.* Qui igitur nihil habuerit vendendum, aut dandum pauperibus, quid poterit habere ad comparandum hunc agrum, & thesaurum in illo absconditum? S. Augustinus: *Regnum cœlorum tantùm valet quantùm es, tu da, & habebis illud.* Rex cœlestis contentus est iis, quæ ipsi offerre possumus, *quæ habuit.* Reges autem terrem plura exigunt, quàm habeamus. t.9.c.5.

6 *Simile est regnum cœlorum homini quærenti bonas margaritas.* Explicatur hæc parabola t.1. c.4.n.1.

In Festo S. Thomæ Apostoli. Ioan. 20.

1. *Nisi videro, &c.* Dixerunt Discipuli S. Thomæ se vidisse Dominum resuscitatum, ille autem, ut credat, ponit conditiones, id est, vult videre, & tangere vulnera, &c. *Dominus Thomæ fidem propositis conditionibus confirmaturus assistit*, inquit S. Hilarius lib. 3. de Trinitate, & hoc pessimum est, quia habet hic Apostolus multos socios erroris: nam hic est stylus plurium Christianorum, nolle ire ad cœlum, nisi pacto inito cum Deo, & per viam, quam ipsi voluerint. t.9.c.4.

2 *Infer digitum tuum huc.* S. Petrus Chrysologus: *Vt Christum crederet, iterum pati compulit*: sed quid mirum, cum ipse venerit in mundum, propriis impensis, & labore nos salvaturus, & non parciturus sibi, ut omnibus prodesset. t.2.c.2.

3 *Infer digitum tuum, & cognosce loca.* Sanctus Chrysostomus: *Condecens enim erat, ut dicerent, quoniam ipse erat qui crucifixus fuerat.* Voluit Christus in summo splẽdore gloriæ suæ exhibere signa humilitatis, ut servos suos doceret, in summis honoribus profundam humilitatem. t.4.c.2.

4 *Cognosce loca clavorum.* Conservat Christus cicatrices vulnerum in remedium infidelitatis Thomæ. Restat sciendum, quid viderit Dominus in illo, ut hoc ei opus præstaret? erat in S. Thoma aliquid mali & aliquid boni, bonum erat fides & amor præterentus, quia ut dicit S. Vincentius Ferretus, ponderans illud, *eamus & moriamur cum illo*, Joan. 11. cæteri Apostoli tunc timuerunt, & solus Thomas fuit animosus: *Omnes Apostoli timuerunt, præter Beatum Thomam.* Ex quibus infertur ipsum habuisse vivaciorem fidem & ardentiorem charitatem, quia Christus dixit apud Joannem, *Majorem charitatem, &c.* Malum autem erat incredulitas, & pertinacia præsens: Conjecit Dominus oculos in bonum, ut illud præmiaret, & non respexit malum ut illud puniret. t.3.c.4 n.3.

In Festo S. Stephani. Matth. 23.

1. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas.* Mittit Christus Dominus Prophetas & Apostolos ad prædicandum Judæis, & illi prompto animo obedierunt imperanti, & sponte se commiserunt manibus Judæorum, ut in se conceptum furorem exequerentur. Quia justi & aspirantes ad perfectionem non sunt contenti sufferre pro amore Dei, ea quæ casu ipsis inferuntur, sed ex industriâ quærunt occasiones patiendi, ut majus sibi meritum concilient. t.10.c.2. t 11.c.4.

2 *Vt veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est, &c.* Rabbanus: *Id est, omnis debita ultio pro effuso sanguine justorum.* Ast ô Domine usque modo reservasti vindictam? post tot annorum spatium antiquas vis punire offensas? cur jam dudum non puniviſti parentes illorum criminum authores? ut quid dissimulasti supplicium, & reservasti iis qui inceptam malitiam eorum perfecerunt? Incedit Deus celeri gressu beneficia nobis collaturus, lento vero passu supplicia illaturus, è contra vero homines. t.7. c 3.

3 *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas.* S. Chrisostomus: *Hæc autem duplicatio miserentis est, & valdè diligentis.* Repræsentabatur Christo excidium infelicissimæ illius civitatis, & tristissimo illo spectaculo permotus, dixit *Ierusalem, &c.* Docens nos suo exemplo charitatem Christianam nos debere obligare ad tantumdem faciendum. t.11.c.5.

4 *Quemadmodum gallina.* Comparat Christus amorem suum amori gallinæ erga pullos. S. Augustinus asserit gallinam habere quamdam indolem singularem: *alis suis filios protegens contra milvum pugnat*: Ita Christus volebat alis suæ protectionis eos defendere & Deo reconciliare, ideo exposuit pectus suum sagittis iræ paternæ, non sibi parcens, ut omnes redimeret. t.2.c.2.

Digitized by Google

5 *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* S. Chryſoſtomus: *Non dicit relinquam, ſed relinquetur, non additâ perſonâ.* Dixit *volui congregare filios tuos*, & non dicit ego te *relinquam*: quia non ferebat cor ejus, quod eſſet author tanti mali, uti erat homines remanere ſinè Deo, ac ſi diceret: Tu voluiſti eſſe cauſa tanti mali, &c. t. 6. c.2. n.6.

In Feſto S. Iohannis Evangeliſtæ. Ioan. 21.

1. *Sequere me.* Poſtquam Chriſtus inſtituit Petrum Vicarium & Paſtorem univerſalem Eccleſiæ, revelavit ei mortem, quam ad imitationem ſuam ſubiturus erat: hoc enim denotat juxta S. Auguſtinum *Sequere me*: id eſt non ſolum corporaliter, ſed etiam imitatione vitæ & mortis. Hæc eſt obligatio Principum & Paſtorum, dare vitam pro ovibus ſuis, ad exemplum Chriſti t. 2. c.2.

2 *Sequere me.* Non dubitavit Petrus ſequi Chriſtum per mortem crucis, qui anteà multum timuerat, quia tunc viderat mortem à longe, & nunc prope. Ut doceamur quod licèt virtus & pœnitentia eminus viſa timorem incutiant, ſecus tamen ſi cominus inſpiciantur. t.10. c. 4.

3 *Converſus Petrus, &c.* Statim ut Petrus vidit ſe ad tantam dignitatem elatum cœpit uti authoritate dignitatis ſuæ, & ideo curam habuit Ioannis. Hoc debent facere miniſtri Regum, curare bona ſubditorum & non augmenta propria. t.2. c.3.

4 *Vidit Diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem.* Loquitur Chriſtus Petro de morte, & Ioannes ſequitur eum, non expectavit, ut idem audiret ex ore Domini: in quo dignoſcitur excellentia & dignitas S. Ioannis, quod ipſe quærat mortem, & non expectet mandatum Chriſti. t.10.c.2. & t 11. c. 4.

5 *Sic enim volo manere donec veniam, quid ad te?* Indicat Chriſtus, inquit Theophylus, Joannem non moriturum usque ad finem mundi, & tunc paſſurum martyrium: *Volo eum manere, id eſt vivere usque ad mundi finem, & tunc pro me pati martyrium.* Et ideò, teſte illo, affirmant quidam Sanctum Joannem adhuc vivere in loco aliquo ſoli Deo cognito, ut ſit præcurſor ſecundi adventus Chriſti, & martyrium patiatur ab Antichriſto, quæ ſi ita ſint, crudelius modo patitur Evangeliſta martyrium quàm martyrium ſanguinis, propter abſentiam à ſuo magiſtro quem tantopere diligebat. t.11, c.6. Vide Concionem 3. in Sanctorali.

In Feſto SS. Innocentium. Matth. 2.

1. *Surge & accipe puerum, &c. Qui conſurgens accepit puerum, &c.* Gloſſa relata per S. Thomam: *Angelica admonitioni Ioſeph non inobediens fuit.* Sive iverit in Ægyptum ſive rediverit ad Iſrael ſemper promptus obedivit. Illum imitari debent omnes Chriſtiani. t.3 c.2.

2 *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* Poſtea denuò apparens ei dicit: *Vade in terram Iſrael.* Jam præcipitur illi ut puerulum deferat in Ægyptum, & nunc iterum ut reducat in Iſrael. Ut nos doceamur ſequendum eſſe Deum, ubi ipſe, & non ubi nos voluerimus. t.4. c. 4.

3 *Qui conſurgens.* Hoc verbum juxta quorumdam meditationem non denotat ipſum ſurrexiſſe è lecto in quo quieſcebat, dum nocte illi angelus appareret, ſed conſtantiam & animi fortitudinem, quam oſtendit Sanctus, ubi intellexit ſibi tribulationes præparari. Propriũ eſt juſtorum, in majoribus tribulationibus eſſe fortiores, & in gravioribus adverſitatibus conſtantiores. t.12.c.3.

4 *Occidit omnes pueros.* S. Chryſoſtomus: *Dicebat enim cogitans in furore, certè Magi puerum invenerunt quem regnaturi dicebant. Ideo ergo miſit & interfecit omnes parvulos ut unum inveniret in omnibus.* O crudelis ambitio! audiverat Herodes voces Magorum: *Ubi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* Moriuntur omnes, & inter illos etiam ipſe quem Regem proclamant, quia ubi ego ſum, non debet eſſe ſecundus. Quemadmodum enim proprium eſt juſtorum ſe nolle eſſe ſolos in regimine, ita etiam mundanorum eſt non pati æqualem in eodem. t.13.c.3.

5 *Rachel plorans filios ſuos.* Ponderantur hæc verba t.5. c.4.n.4. Et poteſt tota Conſideratio applicari.

In Feſto S. Sebaſtiani. Luc. 6.

1. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei.* Non dicit regnum futurum, ſed jam eſſe, neque promittit regnum cœlorum poſteà ipſis dandum, ut notat Guericus, ſed aſſerit jam illos id tenere: quia idem eſt habere promiſſionem illius, ac illud actualiter poſſidere. t.4.c.2 n.2. & ſeq.

2 *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei.* Nunc Reges nuncupat, & videtur Deus non ſolum ponere beatitudinem in gloria poſſidenda, ſed etiam in paupertate quam patiuntur, quaſi major felicitas & honor foret promereri illam quàm poſſidere. Docens nos exemplo potius promerendas eſſe dignitates, quàm ambiendas. t.14.c.4.

3 *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* Qui enim nunc rident, poſtea flebunt. t.12.c.5.n.11.

4 *Beati eritis, cum vos oderint homines.* Incipit perfectio Chriſtiana à contemptu mundi: *Beati pauperes*, & perficitur in tolerantia perſecutionum. Et ideo proprium eſt juſtorum in majoribus tribulationibus eſſe fortiores, &c, t.12.c.2.

5 Sin-

Digitized by Google

5 Singularis fuit favor à Deo conceſſus S. Sebaſtiano, quod permitteret ipſum ſagittis configi, t. 10. c. 5. n. 15. Vide Concionem 5. in Sanctorali.

In Feſto S. Vincentii Martyris. Ioan. 12.

1. *Niſi granum frumenti, &c.* Comparat Chriſtus Dominus ſeipſum grano frumenti, quod ſeminatum multiplicem profert fructum, quia naſcendo, moriendo, &c. fecit tot Sacrificia, ut nos ad cœlum introduceret. Beda: *Solus mortuus eſt, cum multis ſurrexit.* Non ſibi pepercit, ut omnes lucrifaceret, t. 2. c. 2

2 *Ipſum ſolum manet.* Niſi mortuus fuero, nullum habebo ſocium in gloria; & ideo ſtatuo vitam dare ut plures eam participent in cœlis. Exiſtimabat filius Dei ſe ſolum fore, niſi ſocios haberet homines. Addiſcant homines ex Deo ſuo & ſervis ejus nolle ſe eſſe ſolos in honore, nam mundani non admittunt ſocietatem aliorum, t. 13 c 3

4 *Qui amat animam ſuam, perdet eam.* Docet nos Chriſtus amorem noſtrum non collocare in rebus terrenis aut corporalibus, quia omne ſtudium nō impenſum ſaluti animæ vanum eſt. S. Chryſoſtomus: *Dulcis quidem eſt præſens vita, iis, qui affixi ſunt ei. Si quis vero ad cœlum reſpexerit, videns quæ ibi ſunt bona, cito contemnet vitam præſentem.* Convertendi igitur ſunt oculi ad cœlum, & ſola cœleſtia contemplanda. t. 14. c 3

4 *In vitam æternam cuſtodit eam.* Amiſſione præſentis vitæ aſſecuramus nobis æternam, & ideo mors juſti potius eſt commutatio vitæ in melius, quàm amiſſio præſentis. Solet Deus compenſare bona melioribus, propter ea quæ hic contemnimus, t. 12. c 2

5 *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit* S. Chryſoſtomus: *Oſtendit autem per hoc quod reſurrectio morti ſuccedit.* Vis reſuſcitari cum Chriſto, patere cum illo; nam fruſtra ſperat gloriam reſurrectionis, qui non tranſiverit per dolores crucis, t. 12. c. 5

In Converſione S. Pauli. Matth. 19.

1. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* S. Chryſoſtomus: *Quid ô beate Petre? arundinem, rete, navigium?* Ita hæc vocat omnia, *Vt per interrogationem hanc inopem inducat plebem.* Volebat commendare S. Petrus pauperes, quorum omnes obliviſcuntur: hoc debet eſſe munus miniſtri Regis, & agere partes populi & boni communis, t. 1. c. 3

2 *Reliquimus omnia.* Nihil reliquerat, & tamē omnia nominat, ut fiduciam præberet pauperibus, quia cum Chriſtus dixiſſet adoleſcenti diviti: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, merito poterant pauperes diffidere, videntes ſe nihil habere dandum, & ideo animat eos teſte S. Chryſoſtomo, ne diceret aliquis inopū, quid igitur ſi non habuero, non potero eſſe perfectus; interrogat Petrus, ut tu inops diſcas, nullo hinc diminutus es. Animentur igitur pauperes, quia licèt nihil habent dandum, ſufficit bona voluntas. Contentus eſt Rex cœli iis quæ poſſumus commodè dare, è contra Reges terreni, t. 9 c. 5

3 *Et ſecuti ſumus te.* In Republica Chriſti ſervi ſequuntur Dominum, & ſubditi Regem, è contra in republica mundana, t. 9. c. 3

4 *Quid ergo erit nobis?* Pro omnibus petit, quia vera charitas non ſoli commodo proprio, ſed aliorum etiam ſtudet utilitati, t. 7. c. 1.

5 *Et omnis qui reliquerit domum, Patrem, &c. centuplum accipiet, &c.* S. Chryſoſtomus: *non hoc ait, ut nuptiæ divellantur, ſed ut omnibus præferamus fidei pietatem* Non vult Chriſtus omnes fieri religioſos, aut nuptias repudiare: ſed conſulit ut prudentia Chriſtiana ſit regula amoris noſtri; ita ut numquam ad placendum hominibus Deo diſpliceamus, t. 14. c. 2. Vide Concionem 6. in Sanctorali.

In Feſto S. Blaſii. Matthæi. 6.

1. *Si quis vult poſt me venire.* Dixerat Chriſtus ſe paſſurum mortem crucis, & terra die reſurrecturum. Voluit obſtare Petrus: *Abſit à te Domine, &c.* Aſperè redarguit illum Chriſtus, & tentatorem appellavit: *Vade poſt me Satana*, & non contentus hiſce, ait S. Chryſoſtomus, prædixit Petro, quod niſi etiam mortem crucis ſubiret cum illo, non poſſet ſalvari: *Tu dicis mihi propitius eſto tibi, ego autem dico tibi, quoniam non ſolum prohibere me à paſſione, nociuū tibi eſt, ſed neque ſalvari poteris niſi patiere.* Et loquēs ōnibus, dicit: ſi quis vult poſt me venire, id eſt, qui vult eſſe ſocius meæ gloriæ, debet me ſequi, in cruce, alioquin toto aberrat cœlo, t. 12. c. 5

2 *Abneget ſemetipſum.* Id eſt, voluntatem propriam, eam in omnibus & per omnia ſubjiciens divino nutui, quia nullus poteſt placere Deo, qui ſtudet hominibus in omnibus eſſe gratus, t. 14. c. 2

3 *Tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Id eſt convertat oculos in me præeuntem cum cruce; amici enim & ſervi Dei aſpectu Chriſti crucifixi animantur, & facilè tribulationum hujus vitæ amaritudinem ſuperant, t. 10. c. 4

4 *Tollat crucem ſuam.* Duo genera crucis deſignat S. Gregorius: *Duobus autem modis crux tollitur, cum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem corporis affligitur animus.* Crux eſt pœnitentia & mortificatio, & crux eſt neceſſitas proximorum. Neque

Digitized by Google

omnes poſſunt ferre illam propter debilitatem; poſſumus tamen omnes hanc amplecti, quia omnes poſſumus compati proximis noſtris, ubi illos viderimus egeſtate laborantes. t.11.c.5.

5 *Tollat crucem ſuam.* Non debemus tollere alienam, neque labore alterius quiſpiam ſuam ſalutem conſequetur. Ex propriis debemus Deo ſacrificare & proximo ſuccurrere; quia contrarium eſt facere ſacrificium Deo ex ſudore alieno. t.3.c.5.

In Feſto S. Apollonia, vide infra in Feſto S. Catharinæ Virg. & Mart.

In Feſto S. Matthiæ Apoſtoli. Matth. 11.

1. CONfiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ. Prius conſiderat Deum uti Patrem benignum & amantem, quam Dominum abſolutum & potentem. Prius laudat ejus benignitatem, quàm ejus majeſtatem; & ratio eſt, quia pluris æſtimat Deus amorem ſuum erga homines quàm poteſtatem ſupra illos, & cupit nos potius amore ſuo attrahere, quàm poteſtate terrere. t 2.c.1.

2 *Abſcondiſti hæc à prudentibus & ſapientibus & revelaſti ea parvulis.* Suppoſitâ divinâ voluntate, ratio ob quam privavit Deus ſapientes, &c. luce ſua, eamque communicavit parvulis, ruſticis, & idiotis, etiam fuit propter differentes diſpoſitiones ſubjectorum, ſemper Deo melius ſucceſſit cum parvulis, quàm magnatibus, cum plebejis quàm nobilibus, quod maximè deplorandum eſt in republica, nimirum plebejos eſſe magis deditos devotioni quàm nobiles. t 5.c.3.

3 *Venite ad me omnes.* Si vocet omnes, quî fit ut tam pauci ſalventur? Dixit enim Chriſtus Dominus apud Lucam 13. *Angusta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam* Ratio in promptu eſt, quia non acquieſcunt ejus vocationi. Quapropter ſecurus peragit negotium ſuæ ſalutis, qui minus tritam ingreditur viam, quia communiter pauciores ſequuntur Deũ, & plures mundum, pauci numero juſti, & innumeri peccatores. t.5.c.1.

4 *Tollite jugum meum ſuper vos.* Jugum vocat Chriſtus legem ſuam, ſumptâ metaphora à jugo boum, ut oſtendat nos non ſolos ferre pondus illius, ſed ſe nobis accommodare unum humerum, ut partito labore illam feramus, & ideo vocat jugum ſuum, *jugum meum*, ut edoceat nos quod charitas Chriſtiana debeat magnam habere partem in malis proximi noſtri ad ſuccurendum illis, & hoc per maxime concernit Principes & Prælatos. t.10.c.5.

5 *Tollite jugum, &c. Jugum enim meum ſuave eſt.* Non dicit videte, ſed *tollite*, bos antequam ſe ſubjiciat jugo, fugit illud, ſed poſtquam aſſuetus eſt illi, ſponte ſubmittit illi collum, eodem modo, licèt virtus & pœnitentia eminus conſpecta horrorem cauſent, cominus tamen viſa amorem provocant. Rabbanus: Sed quomodo jugum Chriſti ſuave, cum ſupra dicatur arcta eſt via quæ ducit ad vitam? ſed quod angusto initio incipitur, proceſſu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. t.10.c.5.

In Feſto S. Thomæ Aquinatis. Vide infra in Feſto S. Dominici P. N. & Concionem 7. in Sanctorali.

In Feſto S. Joſephi Sponſi B. Mariæ Virginis. Matth. 19.

1. CUm eſſet deſponſata mater ejus. Origenes: *Cujus ejus? Mater eſt Dei unigeniti Domini & Regis omnium. Salvatoris & redemptoris ſanctorum.* In hoc verbo veluti compendio complectuntur Evangeliſtæ quidquid de beata Virgine dici poſſit. Ideo perfectio & gratia matris ex ſanctitate filii colligenda eſt. t.14.c.6.

2 *Cum eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph.* Non abſque myſterio vocatur Virginis Sponſus, Joſeph, id eſt augmentum, quia anima hujus ſancti ſemper in virtute profecit. t.6. c. 5.

3 *Vir ejus.* Videtur S. Evangeliſta non abſque myſterio dixiſſe Joſeph fuiſſe virum & hominem, quia tantâ gratiâ, excellebat anima ejus, ut de illo præſumi poſſet fuiſſe plùs quàm hominem. Et hæc eſt maxima hujus Sancti excellentia, ſicuti etiam fuit Mariam vocari mulierem. t.12.c.6.

4 *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens, &c.* Manifeſtato jam fructu uteri virginalis, totus attonitus hæſit Joſeph, neſciens quid faceret, voluitque eam dimittere, & hæc cogitanti apparuit Angelus, eique myſterium incarnationis revelavit, monens, ne dimitteret. S. Chryſoſtomus: Nam, ſi dimiſſa fuiſſet apud infideles turpi ſuſpicione carere non poterat. Ideo Deus malo obviavit, quia hæc eſt Dei familiaris conſuetudo, ut ſervorum ſuorũ honori periclitanti ſuccurrat. t.13.c.4.

5 *Fili David.* Non ſolùm ſecundùm carnem, ſed etiam ſecundùm fidem, ſanctitatem, & devotionem. Vide t.3.c.1

6 Ad tractandum de bonis & privilegiis cœleſtibus quæ hic S. Patriarcha adeptus eſt ex Societate Virginis & pueri Jeſu, Vide t. 7.c.6. & Concionem 9. in Sanctorali.

In Feſto S. Gregorii. Ioan. 14.

1. EGo ſum vitis vera & vos palmites. Vitis communicat virtutem ſuam palmitibus, & hi fructus ſuos hominibus, & hac metaphora voluit Chriſtus denotare animam unitam Deo ſtatim ſe dedicare neceſſitati proximi, ad illam ſublevandam. t.7.c.1.

2 *Ego ſum vitis vera & vos palmites.* Quemadmodum ex vite

Digitized by Google

ex vite omne bonum dirivatur ad vinum; ita ex me, inquit Salvator, profluit omne bonum ad servos meos. Quo exemplo docuit nos, omne bonum Deo tanquam fonti & saturigini gratiarum esse atribuendum, t.8.c.5

3 *ego sum vitis vera.* Veram vitem se nuncupat Christus S. Augustinus t.80. in Joan. ponit differentiam inter veram & falsam, quod falsa nō proferat debitos fructus, sicuti etiam segetes adulterinæ: *spem mentita seges* Vites quæ promittunt uvas & proferunt labruscas. Juxta hanc allegoriam omnē spem, nostram in Deo collocabimus, ut fructum percipiamus, quia ipse solus est *vitis vera.* t. 8. c. 1. n. 7. & seq.

4 *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Omnes palmites uniti sunt viti & vitis trunco, & tamen vinitor quibusdam applicat falcem putatoriam, ut fructum proferant, & alios resecat tanquam inutiles. Ita S. Hilarius: *Inutiles autem & inveterates palmites desecans deputabit arsuros.* Idem, inquit Christus, faciet Pater meus æternus iis qui mihi sunt uniti per fidem, purgabit eos qui fecerint fructus, ut abundantiores proferant, steriles autem inferno deputabit arsuros. Ecce quàm lugendum sit omnes palmites ejusdem esse vites, & tamen quosdam salvari, & quosdam damnari, t.5.c.4

5 *Et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Sanctus Chrysostomus, *quia etiam qui valde fructuosi sunt, indigent agricola opere* Homo vivens in hac valle lachrymarum semper habet aliquid emendandum & purgandum, t.9.c.2

In Festo S. Marci Evangelistæ. Luc. 10.

1. *Et misit illos binos.* Præclarum officium & dignitatem contulit Christus Discipulis suis, instituens illos magistros mundi, donansque eis virtutem miracula patrandi: ea lege, ne soli, aut sine comite incederent. Et meo judicio, si Dominus illos solos misisset, singuli socium petiissent, quia proprium est justorum nolle solos esse in dignitate aut officio, t.13.c.3

2 *Messis quidem multa, operarii autem pauci.* Videtur hæc doctrina non habere locum, quia licèt plures sint peccatores, plurimi tamen etiam Prædicatores. S. Gregorius: *Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, tamen in messe Dei rarus valde reperitur operator.* Sed quomodo, nonne infiniti penè prædicant Verbum Dei? Paucissimi sunt qui id verè faciant, quia soli illi possunt dicere veritatem, quorum animus ab omni humano timore, & ambitione alienus est, t.5.c.2

3 *Ecce ego mitto vos.* Recte mittit Dominus servos, & imperat Rex subditis, contrarium fit in mundo, t. 6. c. 3

4 *Sicut agnos inter lupos.* Ex professo prædixit illis pericula persecutionū, ut eorum virtus magis eluceret, quia perfectio Christianæ virtutis consistit in tolerandis non solum persecutionibus oblatis, sed ultro quæsitis, t.10.c.2 & t.11.c.4

5 *Neminem per viam salutaveritis.* Durum præceptum! ecquid facerent si amicus aliquis aut cognatus occurreret: *Ne salutaveritis*, inquit Christus, ne forsan protrahendo sermonem, commissionem, meam vobis datam ei reveletis, & ipse obrationes congruentes remoram vobis injiciat, & hoc sonat: *Neminem per viam, &c.* id est, festinanter. In quo nos docet Dominus prudentiam Christianam debere esse regulam amoris nostri, ita ut numquam displiceamus Deo ad placendum hominibus, t.14.c.2

In Festo SS. Philippi, & Iacobi. Ioan. 14.

1. *Non turbetur cor vestrum.* Causa hujus turbationis Apostolorum, juxta SS. Chrysostomum Augustinum, & Rupertum, fuit, quia audiverant, quod Petrus tertiò illâ nocte esset Salvatorem negaturus: *Amen dico tibi non cantabit gallus donec ter me neges.* Joan. 13. Et tanquam prudentes fuerunt timore perculsi, metuentes ne idem sibi eveniret: *Quis non metueret cum Petro, dictum est fidentiori atque promptiori, non cantabit gallus donec me neges?* Ita S. Augustinus 67. in Joan. Debet ergo omnis homo quantumvis justus timere labi in peccatum, quod viderit alium committentem, t.4 c.2.n.6

2 *Non turbetur cor vestrum, neque formidet, creditis in Deum, & in me credite.* Ac si diceret: quamdiu in Deo, & in me habueritis fiduciam vestram, meamque conservaveritis amicitiam, nihil omnino habetis timendum. Fides vos reddit securos, & amor præbet spem omnemque expellit timorem. Si hæc amiseritis, merito timete, quia valde animosa virtus, etiam in debilioribus subjectis, & è contra malitia imbellis etiam in robustioribus, t.11.c.3

3 *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Quamvis soli Petro præceperim ut me sequeretur, *sequeris me postea*, ne videantur vobis illa bona soli Petro reservata, quia in cœlo non desunt sedes, nisi desint merita. Mundus est valde parcus, id quod dat uni, non potest dare alteri; in domo autē Dei abundè omnibus datur, neque opus est unum deprimere ut alius elevetur Idem stylus servandus est in Republicâ terrenâ, non est unus honorandus cum detrimento alterius, t.13.c.5

4 *Et si abiero, & præparavero vobis locum, &c. iterum venio, & accipio vos ad me ipsum.* Notant graves Interpretes Christum non dicere, *veniam* de futuro, sed *venio* de præsenti

Digitized by Google

præsenti: quia in rebus pertinentibus ad salutem nihil voluit repræsentare tamquam futurum: docens in hoc diligentiam adhibendam in salute procurandâ. & non differendam in tempus futurum. t.8.c.3.n.7. & 8.

5 *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Prudenter petiit Philippus, rogans Christum ut ostenderet Patrem, quia ipse totus factus homo potuit facere Patrem benignum, qui antea erat judex severus. Et ex ventre matris prodiit Deus mansuetus agnus, qui ante incarnationem feritatem leoninam ostendebat. t.4.c.4.

In Festo S. Antonini. Vide Dominica I. post Octavam Paschæ.

In Festo Inventionis S. Crucis. Ioan. 3.

1. *ERat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum.* Erat Nicodemus Princeps, & devotus, sed dolendum est, quod fuerit unus solus. Maxime deplorandus est status Reipublicæ, & regni, in quo vulgares & plebeji excedunt Nobiles, & Magnates in amore, & observantia mandatorum. t.5.c.4.

2 *Venit ad Iesum nocte.* S. Chrysostomus: *Trepidans, in die hoc facere.* Habebat Nicodemus opes, officium, dignitates, & amicitiam Iudæorum, & quia timebat hæc omnia perdere, clanculo venit ad Iesum nocte, & hoc notat in illo Evangelista: ut nos edoceat prudentiam Christianam debere omnia postponere quæ retardare possunt salutem nostram aut impedire servitium Dei. t.14.c.2.

3 *Hic venit ad Iesum nocte.* Considerant SS. Patres hoc factum Nicodemi, illudque conferunt cum eo quod egit cum Christo mortuo. Metuebat loqui cum vivente propter metum Iudæorum, defunctum autem quærit, ut honorifice sepeliat, vilipendens odia Iudæorum. Ratio fuit, quia quando hodie venit ad Christum, nondum ascenderat Crucem, & ideo timuit: postquam tamen vidit illum cruci affixum, omnem superavit timorem. Aspectus Christi crucifixi omnia amara hujus vitæ dulcorat. t.10.c.4.

4 *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis.* Hæc verba fusè ponderantur t.5.c.4.n.2. & potest tota Consideratio huc applicari.

5 *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto.* Vide explicationem S. Chrysostomi t.1.c.4.n.2. & potest tota Considetatio accommodari.

6 *Exaltari oportet filium hominis.* Bonus Rex & Dominus, qui tanto cum dispendio suo procurat bona subditorum suorum, & ad hoc venit in mundum, ut sibi non parcens, omnibus succurreret. t.2.c.2.

In Festo S. Ioannis Evangelistæ ante Portam Latinam. Vide Feria IV. post Dominicam II. Quadrag. & Concionem XIII. Sanctorale.

In Festo S. Catharinæ Senensis. Vide Dominicam V. post Octavam Epiphaniæ, & Concionem IV. in Sanctorali.

In Festo S. Antonii de Padua. Lucæ 12.

1. *SInt lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Armatos desiderat Christus discipulos suos: hoc denotat *Præcincti*, & quia undique experientur se oppugnari ab hostibus, monet eos, ut tamquam boni milites se præparent ad excipiendos impetus hostium; additque, ut lucernas ardentes gestent manibus veluti protestativas vivæ fidei, & constantiæ. Proprium est justorum in maximis tribulationibus esse fortiores, &c. t.12.c.3.

2 *Sint lumbi vestri præcincti*, id est, cingite, compescite, & refrænate omnes appetitus corporis, ne exorbitent, & superflua desideria succidite. Aît quibus loqueris Domine? numquid discipuli tui sanctam agunt vitam? Illis loquor, & in illis omnibus hominibus; quia donec vivunt in hac valle lacrymarum, etiã perfectissimi semper habent aliquid emendandum in vita sua. t.9.c.2.

3 *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* S. Cyrillus: *Lucernæ ardentis accensio, significat, ut non patiamur aliquos in tenebris ignorantiæ vivere.* Vult Christus Dominus opera bona fieri, non solum in commodum operantis, sed esse velut lucernas ardentes in manibus, quæ non solum illuminant gestantem, sed etiam alios subsequentes: id est, non sufficit aliquem esse bonum sibi, nisi etiam sit aliis. Anima unita Deo per charitatem, statim dedicat se necessitati aliorum sublevandæ. t.7.c.1.

4 *Confestim aperiat ei.* Ut semper simus parati, necesse nunc incipere, & non differre pœnitentiam, quia incerta est hora adventus Domini, & recessus servi. t.8.c.3.n.7.

5 *Præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* Quomodo cohæret unum cum altero, regnare & servire incompatibilia sunt. Quod Christus ministraverit in mundo, non est mirum, quia ad hoc descendit; *Non veni ministrari, sed ministrare*: sed quod in æterna beatitudine jam glorioſus; & immortalis serviat, non capio. Varias adsignant rationes sancti Interpretes. Existimo autem Christum in hoc servos suos instruxisse, ut quò sublimiores, eò humiliores forent. t.4.c.1. Vide Concionem 15. in Sanctorali.

In

In Festo S. Ioannis Baptistæ. Luc. 10.

1. *Elisabeth, impletum est tempus pariendi.* Ecquod fuit illud tempus impletum? Puto tempus incapacitatis naturalis ad pariendum, ut gratia suppleret defectum naturæ. Ita videtur insinuare Guerricus Abbas, *Ioannis nativitatem gratia operatur, naturam miratur.* Vide t.4.c.6.n.5. *Terra autem erat inanis, & vacua.*

2 *Audierunt vicini, & cognati, & congratulabantur.* Omnes cognati & amici lætabantur, & nullum pœnitebat filii nati, propter hæreditatem, quam ipso non nato, sperare poterant. Felix profecto tempus, non sic modo agitur in mundo, quia multi tristantur dum vident cognatos habere successorem seu hæredem, in cujus locum ipsi succedere speraverant. Sed postmodum in aliis defecerunt hi amici, quia postposito omni respectu sanguinis ipsum sunt persecuti, contra id quod Deus docet, non esse honorandum unum cum injuria alterius. t.13.c.5.

3 *Et factum est in die octavo venerunt circumcidere puerum.* Mandabat Deus circumcisionem fieri die octavo, inquit S. Chrysostomus: *ut in tenerrima ætate levius patiatur dolorem sectionis carnis.* O bone Deus! itane ponderas vires nostras, ut juxta illas nobis onera imponas? non sic Reges terræ, qui non attendunt ad debilitatem nostram, & nos gravant ultra id quod ferre possumus t.9.c.5.

4 *Ioannes est nomen ejus.* Id est ex decreto cœlesti. S. Chrysostomus: hoc nomen Joannes, gratia Dei interpretatur, & quia Baptista majorem habuit omnibus filiis Adæ, exceptâ B. Virgine, ideo illi hoc nomen imposuerunt; & quia fuit primus minister legis gratiæ. Unde Bela: *Allegoriæ Ioannis celebrata nativitas gratia testamenti est inchoata.* Quia in domo Dei cuilibet nomen imponitur conforme officio. t.4.c.5.

5 *Quis puer iste erit?* Hoc interrogant vicini, & respondet Angelus: *Erit magnus coram Domino*, id est, coram quo omnia nihil esse apparent. Quidam sancti sunt magni comparati aliis minoribus; sed hoc non est singulare elogium: at vero esse sanctum eminentem inter maximos, & coram Deo in cujus præsentiâ etiam maxima perfectio imperfecta est, hoc singulare privilegium est soli Joanni concessum. t.9.c.2.

6 *Zacharias Pater ejus repletus est Spiritu sancto, &c.* Hæc Verba ponderat S. Ambrosius t.12.c.2.n.8 & potest tota Consideratio applicari. Vide Concionem 17. in Sanctorali.

In Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli. Matth. 16.

1. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, &c.* Notant SS. Interpretes Christum Apostolos suos interrogasse de opinione quam homines de se haberent in loco semotiori juxta Cæsaream. Ita Euthymius: *Procul Iudæa Discipulos abactos interrogavit ut sine timore responderent.* Cū enim adhuc essent imperfecti non fidebat illis responsum in præsentia aliorum. Soli illi possunt confidenter dicere veritates quorum cor omnino liberum est à metu, & ab omni ambitione. t.5.c.2.

2 *Quem dicunt homines, &c.* Origines: *Vt & nos semper scrutemur, qualis sit apud homines de nobis opinio, ut si quid male dicitur de nobis, occasiones illius præscindamus.* Quia cum fama sit crystallina, non sufficit, nos esse sanctos coram Deo, sed oportet vitam, & famam nostram esse adeo inculpabilem, ut sit omnibus ædificationi, & bono exemplo. t.9.c11.

3 *Alii Ioannem Baptistam, &c.* Hæc verba ponderat Tertullianus t,1.c.4.n.4. & potest tota Consideratio applicari.

4 *Beatus es Simon Barjona*, Dum Christus Petrum majori exaltat honore, vocat filium Joannis, ita namque vocabatur parens ejus; & revocat ei in memoriam abjectionem progeniei suæ, ut addiscant homines in majori sublimitate esse maxime humiles. t.4.c.1.

5 *Beatus es Simon Barjona. Et ego dico tibi quia tu es Petrus.* S. Hieronymus: *Reddidit enim Christus Apostolo pro testimonio, quod de se Petrus dixerat: Tu es Christus filius Dei vivi* Compensavit Christus Petro testimonium in eadem moneta. *Tu es Petrus, &c.* Quo exemplo docuit Reges & Principes, ut, dum publicis beneficiis honoraverint suos subditos, etiam notoria sint eorum merita. t,14.c.5.

6 *Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus.* Ponderantur hæc verba t,8. c.6, n.6. & potest tota Consideratio applicari. Vide Concionem 18. in Sanctorali.

In Festo S. Mariæ Magdalenæ. Vide Concion. 19. in Sanctorali, & plura de hoc (volente Deo) in indice generali addemus.

In Festo S. Iacobi Apostoli. Vide Feria IV. post Dominicā II. Quadragesimæ, & Concion. 20. in Sanctorali.

In Festo S. Dominici P. N. Matth. 5.

1. *Vos estis sal terræ.* Sal liquefit & corrumpitur ut alia præservet à corruptione: ita etiam viri Apostolici cum dispendio vitæ propriæ debent aliorum insudare profectui, ad imitationem Christi Domini, qui venit in mundum ut sibi non parcens aliis prodesset. t.2.c.4.

2 *Vos estis sal terræ.* Melius videretur dixisse, vos estis sal maris, verum ut curiose notat quidam Author,

Digitized by Google

Ideo ſeparantur à mari, ut ſal fiant, & ſi ſal redeat ad mare cõvertitur denuo in aquam, quia ex aquis maxime conficitur. Extraxit Chriſtus Diſcipulos ex hoc mari mundano, *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus*; fecit eos ſal terræ, quaſi monens eos, ne redirent ad illud, id eſt, ne commiſcerentur mundanis, niſi vellent iterum converti in aquam, hoc ſonat, *vos eſtis ſal terræ*, ac ſi diceret, vos eſtis ſal, & hoc ſufficiet, ad ſciendum, quod ſtatim ubi rediveritis ad mare mundi, unde vos extraxi, iterum quaſi ſal liquefietis in aqua. Difficile eſt converſari cum malis, & non infici ab illis, t.5.c.5

3 *Vos eſtis lux mundi.* Dixerat de ſe Chriſtus, *ego ſum lux mundi*, & nihilominus facit Apoſtolos ſuos etiam luces, S. Baſilius homilia de vita ſolitaria: *Axiomata ſua aliis largitur*, id eſt partitur dona ſua cum diſcipulis, proprioque titulo eos honorat, quia non vult ſolus lucere, ſed alios ſecum. De hoc vide t.13.c.3

4 *Vos eſtis lux mundi.* Non vult Chriſtus diſcipulos ſuos latere, ſed ſe toti mundo manifeſtare, id eſt ut non ſolum ipſi ſint boni, ſed etiam alios doceant viam ſalutis, t.7.c.1

5 *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona.* Quid ita Domine? numquid hypocritæ propter oſtentationem operum ſuorum condemnantur? *ut appareant hominibus.* Quomodo ergo præcipis Apoſtolis tuis contrarium, *ut videant opera veſtra bona* Hæc eſt infelicitas hypocritarum, quod illi demereantur in eo, in quo hi maxima ſibi conciliant merita. Apoſtoli namque oſtendunt opera ſua ad ædificationem proximi & honorem Dei: *ut glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*: illi vero opera ſua oſtentant, ut gloriam humanam ſibi vindicent: *ut appareant hominibus.* Hoc ſanguineis lachrymis deplorandum eſt, quoſdam ſalvari, ubi alii damnantur, t.5.c.4

6 Ad tractandum de humilitate S.P.N. Dominici, qui ante ingreſſum alicujus civitatis proſtratus in terrâ & elevatis manibus in cœlum rogabat Deum ne propter ſua peccata populum illum puniret, cum tamen nunquam mortaliter peccaſſet: poteſt ſervire locus Apocalypſios t.4.c.1.n.6. citatus. Ad agendum de ejus pœnitentiâ poteſt ſervire locus ille Geneſios: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis* t.1.c.5.n.5. citatus. & dici adeo rigidam ejus pœnitentiam, conjunctam innocentiæ, illum quodammodo feciſſe divinum. Ad exaggerandam ejus charitatem, qui ſe obtulit ad redimendum captivum à Turcis, ne ſalus ejus periclitaretur, poteſt illud Evangelii: *Si me quæritis, ſinite hos abire*, t.2.c.2.n.5 Vide Concionem 21. in Sanctorali.

In Feſto S. Hyacinthi. Matth. 10.

1. *Euntes prædicate.* Non eſt dubium quin Apoſtoli maximè ſenſerint amoveri à dulciſſimo cõſortio Chriſti quia intolerabilis dolor eſt amanti à re amata ſeparari, t 11.c.6

2 *Prædicate dicentes, quia appropinquavit regnum cœlorum.* Verbum ſanè myſterio plenum! Appropinquarit regnum Dei ad nos, quia adeo ſocordes ſumus, quod niſi Chriſtus nos quæreret, & rogaret, ne unus quidem pedem moveret, ad quærendum cœlum. Hoc ſonat, *quia appropinquavit regnum cœlorum.* Ideo venit filius Dei in mundum, ut homines duceret ad cœlum, t.8.c.4

3 *Appropinquavit regnũ cœlorũ.* Præmiſit Chriſtus Diſcipulos ſuos, ut monerent homines, quatenus præpararent viam Domini, & debitè ſe diſponerent ad recipiendum illum, t.13.c.2

4 *Nolite poſſidere aurum, neque argentum.* Id eſt, ne mundus exiſtimet vos prædicare propter lucrum, & opes, & non propter ſalutem hominum. S. Hieronymus: *Nam ſi hæc habuiſſent, videbantur non causâ ſalutis hominum, ſed causâ lucri prædicare.* Sed ſi illi non prædicarent propter hunc reſpectum, nonne ſufficeret intentio ſalvandi alios? minime gentium, quia obligantur non ſolum non malefacere, ſed etiam non dare aliis occaſionem malè ſuſpicandi. S. Chryſoſtomus: Per hoc ergo præceptum Diſcipulos facit non eſſe ſuſpectos. Quo pacto docuit nos omnes, non ſufficere bene vivere Deo, ſed etiam debere nos ædificare proximum, t.9.c.1

5 *Neque virgam.* Hæc verba explicãtur à ſancto Hieronymo t.2.c.1.n.5 & poteſt tota Conſideratio applicari. Vide Concionem 24. in Sanctorali.

In Feſto decollationis S. Ioannis Baptiſtæ Marc. 6.

1. *Herodes miſit ac tenuit Ioannem.* Detinetur captivus in carcere optimus hominum totius mundi, qui venerat ad liberandos homines ex carcere inferni, oſtendens eis veram lucem mundi. Manus illæ innocentes, quæ demonſtrarent agnum tollentem peccata mundi, & quæ meruerunt baptizare Chriſtum Dominum, catenis vinciũtur. Sed non eſt mirum, quia Joannes erat *amicus Sponſi*, nam majoribus amicis ſuis ſolet Deus crucem tribulationum tribuere, ut excellentia virtutis eorum cognoſcatur, t.10.c 3

2 *Non licet tibi.* Rara animoſitas! exprobrare Regi in faciem, publicum adulterium ſive inceſtum cum injuria Dei, & ſcandalo hominum: ſolus Joannes hoc potuit facere, qui nec carcerem, nec mortem nec odium Herodis timebat. Soli illi habent audaciam dicendi veritatem quorum cor immune eſt ab ambitione, & reſpectu humano, t.5.c.2

3 *Metuebat Ioannem, ſciens eum juſtum, & ſanctum.*

Nonne

Nonne sufficiebat dicere *justum*; quorsum addit Evangelistæ, *& sanctum*? Glossa relata à S. Thoma: *Esse justè quoad hominem, & sanctum quoad Deum* Duo hæc habere debet Christianus, ut sit bonus coràm Deo, & justus coràm hominibus, t.9. c,1.

4 *Vole ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Glossa Interlinealis legit *in altari*, id est, vas profanum, appellat altare sacrum, t.14. c.6.n.8. & in Sanctorali t.25.c.2.n.4. & 5.

5 *Et contristatus est Rex propter juejurandum.* Beda: *Scelus excusat juramento*, id est, sub prætextu juramenti dissimulat homicidium; cum tamen Rex promittens aliquid contra justitiam non obligetur verbo suo, imo & gravè crimen sit exequi promissum. Vide t.4. c.2. n.11. & potest tota Consideratio applicari quoad fidelitatem, quam Reges tenentur servare subditis suis in adimpletione promissorum suorum. Vide Concionem 15. in Sanctorali.

in Festo S. Matthæi Apostoli. Matth. 9.

1. *Vidit hominem sedentem in telonio.* Notate quæso, humilitatem Sanctorum, cum S. Matthæus ageret officium Evangelistæ, & esset enarraturus veram suam conversionem, non obstante quod esset Apostolus Christi, & magnus Sanctus, nuncupat se maximum peccatorum quos Christus convertit, quia proprium est justorum in maxima sanctitate esse maxime humiles, t.4.c.1

2 *Vidit hominem sedentem in telonio.* S. Petrus Chrysologus: *Vidit hominem, ut peccatum hominis non videret, vidit opus suum, ut non videret opera peccatorum suorum*, id est, respexit hominem, & non ad peccata. Ecquid nos hoc exemplo docuit Christus, ut addiscamus, non attendere in proximis nostris ea quæ mala sunt, sed quæ bona, & laudanda, t. 3. c. 4. n.3. & potest tota Consideratio applicari.

3 *Surgens secutus est eum.* S. Chrysostomus: Discc vocati obedientiam, neque enim resistit, neque domum abire petiit, & suis hoc communicare. Eadem promptitudine obligamur nos omnes Christiani obedire divinis præceptis Dei, non examinando ea ubi nobis fuerant imposita, t 3.c.2

4 *Surgens secutus est eum.* S. Remigius: *Humana etiam pericula quæ ex Principibus accidere poterant parvipendit, dum officii sui rationes imperfectas reliquit.* Non curavit Matthæus reddere computum ministris Regis, sed tantum recordatus est sequelæ Christi, & vocationis suæ. Idem debemus facere omnes; nam discretio, & prudentia Christiana, ita debet esse regula actionum nostrarum, ut non displiceamus Deo ad placendum ho-

t.14.c.2

5 *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Inceperunt Pharisæi murmurare cum Discipulis in convivio Matthæi contra Christum eo quod cum peccatoribus manducaret; audiens eos Christus, respondit: *Non est opus valentibus medicus sed male habentibus.* Et subjunxit: *Discite quid est: misericordiam volo, & non sacrificium.* Et his, inquit Rabbanus, exhortatus est illos Christus: *Admonetitaque eos ut opera misericordiæ sibimetipsis suprema misericordiæ præmia requirant, & non contemptis pauperum necessitatibus per oblationem sacrificiorum Deo placere studeant* Ac si diceret: Pauciora sint sacrificia in templo, & plura opera misericordiæ cum pauperibus, Studeris devotioni, & non servatis divina præcepta: Non sic, sed mutate ordinem, prius servate legem Dei, & postea sacrificate. Maximè est hæc doctrina necessaria omni Christiano cujuscumque fuerit status, ut primo sit Christianus, & deinde devotus, t.9.c.3

In Festo S. Hieronymi, sicut etiam in Festo S. Augustini. Vide notata in Festo S.P.N. Dominici.

In Festo S. Michaëlis Archangeli. Matth. 18.

1. *Quis putas, &c.* S. Hieronymus: *Quia Discipuli viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretii arbitrati sunt Petrum aliis esse prælatum.* Hic videtur ruinam mundi oriri ex vana ambitione, quâ unus homo contendit alteri esse superior, t.7 c.4 n.2

2 *Advocans Jesus parvulum*, Sæpius advocavit Jesus parvulos ad se, eosque benigne excepit, quasi ostendens, quàm grati sibi sint præmaturi fructus virtutum. t.5.c.6.n 11

3 *Statuit eum in medio ipsorum.* Hæc verba explicantur t.5. c.3. n.11. & potest tota Consideratio applicari.

4 *Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice eum abs te.* Tenemur omnes evitare occasiones scandali, & eruere nobis oculos si offendant. Hæc verba explicantur t. 14. c. 2. n. 8. & potest tota Consideratio applicari,

5 *Angeli eorum*, Vocat Christus Angelos hominum quia omnes serviunt homini: singuli tamen ministerio suo particulari occupantur, & non se immiscent alieno. t,6. c.4. n.1. & tota Consideratio potest applicari,

6 *Angeli eorum.* Difficultas est, quomodo Angeli sint nostri, cum teste Scriptura, sint Dei, *Benedicite Angeli Domini Domino.* si sint Dei, quomodo nostri? si nostri quomodo Dei? Sunt Dei, quia illos creavit in gratia, & fruuntur ejus beatificâ visione, eique semper assistunt: *semper vident faciem Patris*: Et sunt hominum, quia eis benefaciunt, defendunt, & continuò pro eis intercedunt.

Ut Oſorius ait in Sermone hujus Feſti: *Noſtri dicuntur propter ſervitium.* Idem debent facere Angeli Deorum terræ, id eſt, miniſtri Regum, ut ſint zelatores boni communis, & fautores ſubditorum. t.2.c.3.

In Feſto S. Franciſci. Vide in Feſto S. Matthiæ.

In Feſto S. Lucæ Evangeliſtæ. Vide in Feſto S. Marci.

In Feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ. Ioan.15.

1. HÆc mando vobis, ut diligatis invicem. Ponderat Monopolitanus noſter hæc verba Chriſti; quod ſtatim addiderit, *Ego elegi vos. Vt doceret, quod neminem eligat ad bona, qui proximum non diligat & ei benefaciat.* Ac ſi eis diceret: ego elegi vos, & à mundo ſegregavi, ut ego vos amarem, & vos invicem; & omnes proximum: Nam anima unita Deo ſtatim applicat ſe ad ſuccurrendum aliis.

2 *Si mundus vos odit ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Ut ſuo exemplo eos animaret ad patientiam, uti S. Bernardus monet apud S. Thomam in ſermone hujus feſti: *Conſiderabitis dolores Domini noſtri: & levius dolores veſtros portabitis*, quia absque dubio aſpectus Chriſti crucifixi lenit dolores ſervorum Dei & amara dulcorat. t.10.c.4.

3 *Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo.* Ac ſi diceret, nolite redire ad mundum, quia omnia bona acquiſita facile perderetis. Vide in Feſto S. Dom.n.2.

4 *Nemo eſt ſervus major Domino ſuo.* Hoc debet intelligi de Republica Dei, in qua Dominus mandat & ſervus obedit, non autem de republica mundi, in qua omnia contrarie fiunt. t.6.c.3.

5 *Si ſermonem meum ſervaverunt & veſtrum ſervabunt. Quia ego per vos loquor.* Hinc infertur per bonam conſequentiam, quod ſi Diſcipulos loquentes perſequantur, etiam Chriſtum in illis loquentem perſequentur ac proinde voluit illis verbis inſinuare ſe eſſe ſocium eorum in perſecutionibus. Ita explicat S. Auguſtinus illud: *Propter nomen meum, me in vobis odio habebunt, me in vobis perſequentur, & ſermonem veſtrum, quia meus eſt.* Ex quo deduco Chriſtianam charitatem nos obligare ad compatiendum malis proximorum & maximè Principes & Prælatos. t.11.c.5.

In Feſto omnium Sanctorum. Matth. 5.

1. AD tractandum de hoc feſto, quatenus eſt compendium omnium feſtorum totius anni, vide t. 1. c.6.n.11. & ſeq.

2 *Aſcendit in montem, & aperiens os ſuum.* Vultis ſcire, cur aperuerit os ſuum Chriſtus, quando docebat? quia erat in loco eminentiori conſtitutus, id eſt, ſuperior omnibus totius mundi. Solus ille audet liberè prædicare veritates, cujus cor exuit omnem reſpectum timoris, & ambitionis. t.5.c.2.

4 *Et cum ſediſſet.* S. Hieronymus: *Quod ſedens docebat, pertinet ad dignitatem Magiſtri*, diſcipuli autem ſtabant. Exemplar Reipublicæ benè ordinatæ, qualis eſt Reſpublica, cœleſtis, &c. t.6.c.3.

4 *Et aperiens os ſuum* Ore locutus eſt, quia aliqui non proprio, ſed alieno loquuntur ore. t.4.c.2.n.4.

5 *Beati pauperes Spiritu, &c.* Ad prædicandum de octo beatitudinibus vide Evangelium de S. Sebaſtiano.

In Feſto S. Martini Epiſcopi. Luc. 11.

1. NEmo accendit lucernam Comparatur Chriſtus lucernæ ardenti (ſeclusâ imperfectione) & etiam Prælati, & ſuperiores eidem comparantur, ut ait S. Gregorius Niſſenus: *Eccleſia lucerna eſt Prælatus.* Quia quemadmodum illa ſe conſumit, ut omnes illuminet, ita etiam debent Principes ſeipſos conſumere in favorem ſubditorum; ad imitationem Chriſti Salvatoris, qui ſibi non pepercit ut aliis mederetur, & ſuccurreret. t.2.c.2.

2 *Nemo accendit lucernam.* Aliam habet proprietatem ſeu conditionem lucerna accenſa, & poſita in alto & eminentiori loco, ut nimirum ardens & illuminans paulatim minuatur & deſcendat. Ita luces Eccleſiæ, Prælati, & Principes, quò Deus magis illos cumulat donis, eò magis ſe debent humiliare. t.4.c.1.

3 *Et in abſcondito ponit.* Quemadmodum lucerna accenditur, ut cunctos illuminet qui in domo ſunt, neque abſconditur: ita neque illi, quos Deus accendit, ſuique notitiam dedit, debent abſcondi, neque eſſe ſibi ſolummodo boni, ſed ſe aliis communicare, quia anima unita Deo ſtatim ſe applicat, &c. t.7.c.1.

4 *Neque ſub modio.* Ecquod myſterium continet abſcondere lucernam ſub modio? Vult Chriſtus Dominus illos, qui habent ſpiritum Dei, non habere menſuram in operando. Quo edocemur in exercitio virtutum ſemper eſſe progrediendum quamdiu in hoc mundo vivimus. t.6.c.5.

5 Ad tractandum de ſacrificio, quod Sanctus Martinus jam proximus cœlo fecit ſui ipſius, quando dixit: *Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem*, acceptans diutius vivere ſi id ſervitium Dei & Eccleſiæ exigeret: non obſtante, quod vita ſit carcer, & deſertum. Vide. t. 11.c.6.n.15.

6 Donans S. Martinus palli ſui medietatem plus fecit quàm Chriſtus præcipiat, quia ille ſo-

ized by Google

ut qui duas habet tunicas det unam non habenti : & hic Sanctus unam habens dat medietatem illius. Vult Christus ut amore sui solummodo demus quæ possumus, Sanctus vero Martinus dedit plus quã potuit. t.9.c.5.n.8.

In Festo S. Catharinæ Martyris & Virginis.
Matth. 25.

1. *Simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso & Sponsæ.* Notate cui hæ virgines vadant obviam, Sponso & Sponsæ. Qui possibile est quod hoc audeant narrare Sponsæ? Nonne Zelotypia erit, quod Sponsus eas amet? Nequaquam, quia & hoc unicum desiderat; nam Sponsa Dei exoptat, ut omnes illum ament, & ab illo amentur. Non vult ipsa sola ipso frui, ac proinde argumentum evidens est animam esse unitam Deo per charitatem, quæ statim se applicat necessitati proximorum. t.7.c.1.

2 *Quinque fatuæ non sumpserunt oleum secum; prudentes verò acceperunt oleum, &c.* Magnis encomiis dignæ sunt prudentes, quas inter fatuas viventes non pervertit earum societas, cùm tamen miraculum sit reperiri inter quinque. Unde maximè probata est virtus Christiani, qui vivens inter peccatores contagio eorum non inficitur. t.5.c.5.

3 *Moram autem faciente Sponso.* Per hanc moram intelligunt SS. Patres, tempus quo Deus patienter expectat peccatorem. Quando descendit incarnaturus, venit celer ad instar gigantis, at quando veniet judicaturus, lento incedet gressu. Ratio in promptu est, quia in primo adventu venit ad benefaciendum omnibus, & ideo celer properat, in secundo autem veniet in damnationem multorum, & ideo tardioris erit incessus. Econtra homines ad malum sunt celeres, & ad bonum tardigradi. t.7.c.2.

4 *Dormitaverunt omnes, & dormierunt.* Notabile dictum, quod hæ Virgines dormierint; cum tamen fuerint mortuæ, quasi mors illis non fuerit mors, sed somnus. Ecquando, aut à quo tempore id contigit? quærit modernus quidam, nisi postquam expectarunt adventum Sponsi, cujus aspectus abstulit mortem ab oculis eorum. Hoc sonat : *Moram autem faciente Sponso dormitaverunt, &c.* Postquam mors detinuit Sponsum, & iterum reddidit illum vivum Patri, inde vos veniret invisum. jam mors non reputatur amplius pœna: sed etiam virgines teneriores illam somnium, & quietem reputant. Aspectus Sponsi mortui, & crucifixi commutat servis Dei amaritudinem in dulcedinem.

5 *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Serius sapuerunt hæ fatuæ Virgines, & importuna fuit eorum petitio, quia non nisi necessitate urgente postularunt oleum, quod dudum ante dedita operâ, uti prudentes, petere debuissent. Quia opera virtutum, & salutis non perfunctoriè sed præmeditatim sunt facienda. t.7.c.3.

6 *Date nobis de oleo vestro.* Habentes defectum bonorum operum, & charitatis illa mutuò à sodalibus petierunt. Sanctus Hieronymus : *Quisquis pro suis operibus mercedem accipiat.* Egregium quid profecto, velle admitti ad nuptias Sponsi, id est, ire ad cœlum, cum lampadibus alienis. Non sic, non sic, sed quisque propriam debet habere lampadem, & ex proprio debet sacrificare Deo, & non ex alieno. t.3.c.5.

7 *Amen dico vobis, nescio vos.* Videte quo tandum devenerint hæ Virgines, & quàm diversæ fuerint sortes earum. Prudentes intraverunt cum Sponso ad nuptias, & fatuæ remanserunt exclusæ ab illis. Hoc dolendum est, & sanguineis lachrymis deplorandum, quod quidam damnentur ubi alii salutem consequuntur. t.5.c.4.

Finis Indicis Concionum primi Tomi de Festis Beatæ Mariæ Virginis.



Digitized by Google

AMICE LECTOR,

SI quæ in hoc, vel aliis Indicibus ſequentibus Concionum intermiſſa fuerint, ne putes illa injuriosè tibi ablata, aut avarè denegata, ſed patientiam habeas, & omnia cum fœnore quantocius (volente Deo, & propitiâ ſanitate) per omnes Ferias Quadrageſimales, & Dominicas, totius anni diſtributa reſtituam. Hiſce interim fruere, vale, & pro me ora.

FR. HENRICUS HECHTERMANS,

Ord. Fratrum Prædicat. Bliſienſis.

FINE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. SALVADEZZA
RESTAURO
...a Valsolina, 68
Tel. 833.223
1969

Digitized by Google